



~~26 to 31~~

26 to 31



vitam: & dicitur  
qui potest  
obaudire  
Dominum  
**O**ffertorium  
ad te venio  
do: & am  
eis. I  
mea in  
mea o  
dedisti  
mundum  
fi. Ego  
crediderunt  
verunt  
Et ipsi acceperunt  
ba, quae dicitur  
disti m  
gnouerunt  
ruum ser  
mibi eos  
mibi  
mibi  
ruum  
recta  
habui  
apud  
Et nu  
quod dicitur  
retra  
num

Ps. 65


1  
8-42

BIBLIOTHÈQUE  
GÉNÉRALE  
Sala: B  
Estant: 5  
Número: 73



~~76~~

87





Sala	AC
Estato	2
Tabla	9
Numero	9

Ex Communi<sup>9</sup> fide<sup>9</sup> C<sup>9</sup> S. Inquisi<sup>9</sup> hic liber expurgatus  
 ad prescript<sup>9</sup> in die Expurgatorij<sup>9</sup> m<sup>9</sup>di<sup>9</sup> p<sup>9</sup>mi<sup>9</sup> anni 1602. Die  
 23. ann<sup>9</sup> P<sup>9</sup>ni 1602



1811  
1812  
1813

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to the paper's condition and the bleed-through effect.



*M. del collegio de la comp. de Jesus de ge. da*

*N- 8455*

LATINAE LINGVAE  
THESAVRVS  
BIPARTITVS.

PRIOR quidem,  
EX VNO CICERONE, IAM  
olim à MARIO NIZOLIO collectus:

Et post *Basilium Zanchum, Calium S. Curionem*<sup>+</sup> & *Marcellum Squarcialupum*, postremà curà IACOBI CELLARII Augustani recognitus & auctus. <sup>+ auctorem damnatum.</sup>

POSTERIOR autem,  
EX ALIIS QVOQVE LATINI SERMONIS AV-  
thoribus comportatus; probatissimorum, tum Oratorum, Historico-  
rum, Iurisconsultorum, Medicorum; tum etiam Poë-  
tarum, verba & loquendi modos, pulcher-  
rimè & copiosissimè explicans.

Editionem procurante

M. LVDOVICO LVCIO, BASI-  
leensis Academia Professore. <sup>+ auctorem damnato.</sup>



*Ex Commissione Officij S.  
Inquisitorij Libor huius Expurgati  
est ad prop. scriptis Indiciis Expur-  
gatorij mensis primi anni Dni. M.  
Dl. Octob. anni Dni. 1582.*



Cum gratiâ & priuilegio Cæs. Maiest.  
BASILEAE,  
PER SEBASTIANVM  
HENRICPETRI.



AD LECTOREM.

*Non fuluo prædines Arabs, non decolor Indus  
Auro, non rutuli splendida ripa Tagi;  
Non tantas Phrygiæ famâ celebrata per orbem,  
Ostentabat opes aurea gaza Mida:  
Quantas hic fundit, ceu pleno copia cornu,  
Thesaurus Tulli, doctæq; Musa virum;  
Qui Latia quondam vigerunt munere lingua,  
Quos colit Ausonia maxima turba duces:  
Seu te Musarum iuuat affectare lepores;  
Seu te suspensum vocula rara tenet.  
Hos tibi sudatos hac tantâ mole labores;  
Has tibi quasitas accipe, Lector, opes.*





NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,  
Prudentissimis, Dominis

CONSVLIBVS AC SENATO-  
RIBVS, INCLYTAE IMPERIA-  
LIS REIPUBLICÆ  
COLMARIENSIS;

Dominis gratiosissimis, & Fautoribus suis beni-  
gnissimis; S. P. D.



*T, qui Domum edificaturus est, (Viri Nobiliss. Ampliss. Prudentissimi) quali formâ eam esse velit, prius secum cogitat; Corinthiâne, an Doricâ, aut Ionicâ; an fortè ex his omnibus mistâ atq; confusâ: habitâ verò, quæ placeat, formâ, mox totâ mentis cogitatione, materiã ad edificandum idoneam, conquirat; ut propositum adificationis munus, quantâ maximâ possit elegantiã, perficiat: Sic omnino est cû eo, qui Orationis ex adificatione constructionemq; animo apud se meditat. Hunc siquidem non minus necesse est, primùm formæ; deinde materiæ, habere ratione. Et formæ quidem: ut est Epistola, ut Causa, ut Dialogus, ut Historia. Et hæc ipsa, versune; an libriori solutioreq; dictione, cõplecti velit: quo ite genere dicendi; pleno, an tenui, an eo quod à suavi mediocritate cõmendatur. Verum hæc omnia frustra cogitasset: nisi materiã, ex quâ oratio ipsa construatur, Et in quâ forma illa eluceat, aptâ quoq; sibi compararet. Materia autẽ orationis, partim est in Verbis; partim in Rebus ipsis. Verborum porrò (ut Res nunc omittamus) simplicium cura prima est; altera coniunctorum. quibus duobus tota, non modò loquendi; verum etiam eloquendi, ratio continetur. Quoniam verò eloqui nõ possis; nisi eligas: (verborum siquidem delectus, origo est eloquentiæ) eligere autem non, nisi in copiã Et varietate, possis: necessaria fuit opera illorũ, qui in hac parte laborarunt; Et verborum copiam varietatemq; conquisitam, digestam, explicatam, nobis exposuerunt. Quorum in numero habendi sunt, qui Lexica, qui Copiæ-cornu, qui Apparatus, qui Observationes, qui Thesaurus lingua Latine, qui Commentarios Et Phrasès, atq; eius generis alia, nobis reliquerunt. Hi etenim omnes, materiã dicendi scribendiq; suppeditare Studiosis voluerunt. quorum conatus tamen haud par est fortuna consecuta. Alij enim tenuius, eoq; infelicius; alij copiosius, Et melius omnino; omnes tamen aliquid in commune contulere: atq; idcirco laudandi; quòd prodesse, atq; aliorũ labores leuare, conati sunt. In his familiã facillè ducit, celebratissimus ille omnibus, Marius Nizolius: qui Ciceronis tantum, Et paucorum præterea, qui ad istum scripsere, verba sententiasq; complexus, Ciceronianæ puritatis ac literaturæ Thesaurũ publicè exhibuit. in quo augendo, expoliendo, Et explicando, post aliorũ laudatissimas operas, plurimũ sanè operæ etiã laborisq; posuit Iacobus Cellarius*

):( 2 Augu-



EPISTOLA

Augustanus. Horum igitur & nos conatū industriamq; imitati, è magno lingua Latine Thesauro, prout quidē is à diuersis diuersimodè apparatus atq; editus erat, alteram Noui huius Thesauri partem, aliorū etiam, præter Ciceronem, Latini sermonis authorum verba & loquēdi modos explicantem, concinnauiimus. & eā quidem moderatione: ut, adhibita iudicij limā, non solum barbara & inepta; sed & propria Nomina, (quorum peculiaria Onomastica passim exstant) aliaq; plurima, in loquēdi formulis potissimū, superuacanea, rescuerimus & expunxerimus. Existimauimus enim, in omni genere & ratione loquendi, varietate retentā, nihil opus esse, in singulas locutiones, innumeros Authorum locos conferre; nullam, aut sanè leuem, utilitatem varietatemq; continentes. quod non sinè Lectoris molestiā, temporisq; aliqua iacturā, fieret. Rectē nāq; M. Cicero, vitiosè fieri dixit ab ijs, qui nimis magnum studium, multamq; operā, in res non-necessarias cōferunt. ac semper, in omni re, superuacanea rescanda sunt, Naturā imitanti: quæ nihil inane, nihil sinè causā, nihil superuacaneū fecit, aut continet. Itaq; nos, ut dixi, retentā omni necessariā, cōmodāq; varietate, in Authorū locis citandis, modum quendā adhibuimus; eademq; operā multitudinis incondite confusionem deuitauimus. Nam, etsi delectus est in multis: non tamen in infinitis, aut nimis multis; ijsq; similibus inter se, nullaq; varietate distinctis: quæ dubium potius efficiunt eligentē; quàm certum: dum, quid potissimum, in tantā sententiarum similitudine, sequatur, videre non potest. In hunc autem Thesaurum, non Ciceronis modo, principis; (id quod tamen, bono & singulari consilio, priore huius Thesauri parte, separatim factū est) verum omnium quoq; reliquorū lingua Latine Scriptorū, ab ipso Plauto, qui etate ceteros, qui exstant, antecit, ad Claudianū vsq;, qui Arcadij & Honorij floruit imperio, verba ipsa, vsusq; verborum, in cōpositione orationis, conferuntur. Quod ita intelligi debet: ut sciatur, nihil ferè in tota rerum natura, atq; hominum artificio, cuius quidē facta à nostris Authoribus mentio sit, inueniri; siue in aethere, siue in aquis, siue in terrā; siue locus sit, siue corpus, siue tempus, siue actio: (quibus quidem quatuor, omnia huius vastæ Uniuersitatis opera includi, M. Varro existimauit) quod in hoc opere suā non habeat notam & explicationem. Ex quibus, quāta sit huius Operis utilitas, atq; adeo necessitas, facile poterunt omnes, qui in Literarū studijs operam ponunt, existimare. Ut autem fructū, quem quisq; expetit, in faciendā Oratione percipiat: duo potissimum vidēda erunt. Primum: ut unum sibi in omni genere proponat, eumq; optimū & præstātissimum; è quo verba sumat, & cuius tum sentētias, tum compositionē, aliasq; dicendi virtutes, imitetur. Nunquam enim, ullo in genere, optimus euadet, qui nō optimos imitabitur. Alterum est: ut ne genera scriptionū confundat: sed poëma scripturus, Poëtam respiciat; & historiā, Historicum; & causam acturus, Oratorē. Quod si etiam placeat, aut dialogum, aut epistolā conficere, Dialogorū atq; Epistolarum excellentem scriptorē sibi proponat: nisi planè velit totā (quod dicitur) viā aberrare. Ciceronem igitur (qui vnus, verborum ubertate bonorum, & sententiarum elegantia, & omni genere ornamentorum, ceteris omnibus præstat) sibi ita proponet: ut, quæ ex eo legerit, ijs aptè atq; appositè utatur.









AD ILLVSTREM ET GENE-  
ROSVM BARONEM, D. VVOLFGANGVM  
HENRICVM STREINIVM, ILLVSTRIS HEROIS,  
D. RICHARDI STREINII, BARONIS SCHVVARZENAVII, DOMI-  
*ni Hertensteinij, Tierensteinij, Freideccij, Senftebergij, totiusq; Vallis VVo-*  
*chavia, Sacrae Caesareae Maiestatis Consiliarij, & Magni Cu-*  
*riae Exarchicae Magistrj, filium, Dominum*  
*suum clementem,*

IACOBI CELLARII AVGVSTANI

P R A E F A T I O.



INTER ea, quæ Deus immortalis humano generi attribuit bona & com-  
moda, haud postremum locum obtinet loquedi facultas. Quanta enim  
vitæ nostræ confusio & miseria esset: si aut animi sui sensum exprimere,  
aut alterius percipere nemo posset? Siquidem non in solitudine vivimus,  
sed inter homines: & cum ad vitæ societatem, officiorumq; communica-  
tionem, tum verò ad Dei ipsius agnitionem & celebrationem omnes su-  
mus creati. Quorum profectò nihil rectè aut comòdè à quoquam præstari potest, si hoc  
summo bono destituatur. Nam quò pluribus & maiorib. donis homo præ cæteris ani-  
mantibus cunctis à Deo Opt. Max. ornatus est: eò minùs vt rationis, ita orationis, quæ  
quasi fluxus est rationis ipsius & index, vsu carere potest. Quemadmodum autem ho-  
mo loquendi facultate bestijs antecellit: sic eloquens, cæteros homines longo post se  
interuallo relinquit. Eloquentem cum dico, non perfectam illam formam intelligo,  
quæ animis excellentium oratorum tenetur, in nemine autem reperta est: sed potius  
mediocrem hanc dicendi rationem, quæ res animo conceptas verbis puris & eleganti-  
bus, sententijsque aptis & concinnis splendide ac copiosè efferre potest. Quales olim  
apud Græcos & Latinos multi fuerunt: & nostra ætate non pauci reperiuntur in aulis  
Principum, in Rebus pub. in templis denique & scholis: qui copiosè & ornatè dicunt &  
scribunt. Etsi autem ingenio illo, quod Cicero in oratore futuro requirit, non omnes  
sunt præditi: omnes tamen operam dare debent, vt aliquam saltem dicendi facultatem  
consequantur. Et quoniam, (vt Cæsar de Analogia scripsit, & Cicero in Oratore retu-  
lit) verborum delectus origo est eloquentiæ: quorum maior & melior copia, omnium  
doctorum consensu, in nullo alio autore reperitur quàm in M. Tullio Cicerone, hoc est,  
ipso eloquentiæ parente: hic potissimum nobis est legendus, & ad imitandum propo-  
nendus, vt verba eius tam singula quàm coniuncta diligenter obseruentur, & in loquen-  
do describendoque rectè vsurpentur. Permultum itaque refert, pueros à primis statim  
annis ad proprietatem & elegantiam orationis assuescieri: quam nisi ex Cicerone, aliunde  
haurire melius non poterunt. Cæterum quum nec paucis annis omnia ipsius scri-  
pta proponi, nec ita facile ea, quæ proposita sunt, memoria retineri queant: omnino du-  
ce his opus est, qui viam quasi compendiarium ad hunc eloquentiæ fontem monstrat:  
quique subinde eos recreet & quasi subleuet: ne vel in itinere deficiant, vel ad lacu-  
nam aliquam turbidam peruentiant. Sed & quum adolescentibus, & prouectis ætate  
viris, qui pectus plurimum ac maximam rerum copia & varietate complere stu-  
dent, varij autores sint euoluendi, quorum dictio à Tulliano illo dicendi genere, hoc  
est, optimo & perfectissimo, multum discrepat: in tanta diuersorum autorum multitu-  
dine summam ingenij imbecillitate accidit, vt inter loquendum & scribendum dubi-  
tem, an verba tam simplicia quàm coniuncta (quas phrasas & loquendi formulas alij ap-  
pellant) in ipso Cicerone reperiantur. Neque enim solus hic sitim illam rerum optima-  
rum cognoscendarum explere potest. Ob quam causam reliquos auctores classicos ne-  
quaquam esse negligendos, aut planè reijciendos, censeo. Vt igitur his omnibus con-  
suleret Marius Nizolius Brixellensis, vir vel hoc nomine solo de Republica literaria o-  
ptimè meritis, arduo conatu, magno labore, felicique successu, verba simplicia &  
coniuncta ex Cicerone excerpfit, atque ita multam & lautam supellectilem eloquen-  
tiæ Studiosis suppeditauit. Neque verò hoc labore, qui per se maximus & maxima



## EPISTOLA DEDICATA.

commendatione dignus videbatur, contentus fuit; sed etiam quot modis M. Cicero unam eandemque rem extulerit, & quomodo pro aliorum autorum, tam bonorum quam malorum verbis, Ciceroniana, id est, optima & probatissima quæque, substitui possint, pulchrè edocuit: sicque viam & rationem non modo ornandæ, sed & variandæ orationis monstravit. Et si autem ex ijs, quæ Synonyma vocantur, pauca admodum reperiuntur, quæ penitus idem significant: pleraque tamen hæc in oratione varianda, tam ab ipso Cicerone, quam ab alijs scriptoribus, per modum aliquem pro ijsdem usurpari videmus. Cæterum Nizolij consilium nequaquam fuit, eloquentiæ studiosos à lectione ipsius Ciceronis auocare, sed imbecillitati potius memoriæ succurrere: eaque omnia, quæ in toto Cicerone hincinde dispersa erant, & aliàs longo tempore, sæpe etiam frustra, inquirenda, veluti sub vno ponere aspectu. Magno igitur applausu Thesaurus iste Ciceronianus ab omnibus literarum studiosis acceptus est: adeo quidem, ut subinde typis excudendus fuerit: præsertim post Cælij Secundi Curionis, ~~quodammodo~~, ~~& aliorum~~, in eo nauatam operam ~~appropinquavit~~: qui eum non modo in meliorem ordinem redegit, sed & magna accessione collocupletavit: quando nimirum ea, quæ in Basilij Zanchi indice erant, libro unà inseruit, verborum significationes distinxit, singulis sua exempla subiecit, multa denique à se animaduersa & collecta addidit. Cuius equidem industriam mihi quoque imitandam esse statui. Nam cum animaduertentem, non pauca verba, tam simplicia quam cõiuncta, quæ apud Ciceronem extabant, in Nizolio adhuc desiderari: ea subinde margini libri eius, quo ego usus sum hætenus, adscribere solebam. Sed cum diligenti obseruatione & notatione eorum, quæ in lectione Ciceronis passim occurrebant, numerum in immensum indies augeri viderem: ea, quæ maximo labore in meum duntaxat usum per annos complures collegeram, publici iuris facere, & cum omnibus communicare volui. Quæ in re quantum ego præstitim, quilibet statim animaduertet, qui hanc meam editionem cum alijs contulerit. Primum enim superiorum editionum vitia quamplurima, quæ tam in numeris quam in exemplis occurrebant, sustuli: numeros omisos multis in locis addidi: exempla nimis breuia suppleui: minus verò rectè citata ex ipso autore emendavi & restitui. Deinde plura quam ducenta simplicia verba, & aliquot millia coniuncta, à cæteris hætenus præterita, aut saltem non animaduersa, in hac editione adiunxi: quæ in lectione auctoris ipsius singulari cura & diligentia à me obseruata & consignata fuerant. Quæ omnia excerpti non solum ex ijs libris, qui olim in unum quasi corpus redacti fuerant: verum etiam ex fragmentis eiusdem, quæ Carolus Sigonius, Andreas Patricius, & Dionysius Lambinus, passim ex varijs autoribus collegerunt, magno cum fructu studiorum, & studioforum eloquentiæ. Quæ ego accuratè resoluta suis locis inserui omnia: auctorum eorum, ex quibus fragmenta excerpta sunt, quæ ad manum esse cuius semper possunt, consultò omisis nominibus: quum nobis ipsius Ciceronis autoritas abundè hic sufficiat: & si quis fortè ea desiderauerit, in illis fragmentis facillimè inuenire possit. Cæterum quod ad nomina propria, tam Græcorum quam Latinorum, quæ multa passim occurrunt, attinet: ea ut proprium & quasi peculiarem tractatum requirunt: ita ad proprietatem & copiam Latinæ linguæ nihil admodum faciunt. Sed & indicem, qui vocabula à Cicerone non usurpata continet, & Ciceroniana pro ijs substituit, non parum locupletavi. Denique in toto hoc opere ita versatus sum, ut ab eius primo autore, si in viuis esset, hanc meam operam atque industriam minimè improbatum iri existimem, vel planè potius persuasum habeam. Quò autem facilius perspiciat æquus lector, quid inter superiores & hanc nostram editionem interfit: signum hoc \* ijs, quæ à me addita sunt, præponendum curavi. Quod tamen in numeris aut exemplis passim à me emendatis aut additis consultò omisi. Porro quum hunc meum laborè in lucem edere vellem: operæ pretium me facturum duxi: si sub nomine patroni alicuius idonei diulgarem. De quo sanè ego quum cogitarem, tu primus mihi occurristi, generose & illustris Baro: cuius ego patrocinium potissimum implorarem. Qui quum ad scholam hanc nostram, tanquam ad mercaturam bonarum artium, ante biennium profectus sis: singulari me beneuolentia & benignitate semper es complexus. Cui ego munus hoc debitum, & debitam iustamque gratiam ita referendam mihi putavi, operè hoc vtilissimo inscribendo: cuius ductum in scribendo tanquam Ariadnæ filum sequaris, hocq; modo præclaram illam interim loquendi atque eloquendi facultatem tibi compares. Quod ut eò libentiùs facerem, permouit me illustris herois, D. RICHARDI STREINII Baronis parentis tui charissimi, insignis virtus atque autoritas, cum eximia quadam pietate & doctrina eloquentiaq; coniuncta: ut non immeritò omnium passim nobilium doctissimus, & doctorum nobilissimus habeatur. Cuius rei egregium olim admodum adolescens specimen dedit, præclaro illo Stemmatum gentium & familiarum Romanarum opere edito.

Atq;



## EPIST. DEDICAT.

Atq; vtinam omnia illa, & vniuersa, quę ad historiam Romanam illustrandam pertinent, præclare ab ipso inchoata, hæcenus ei prætexere libuisset, vel potius per grauissima negotia licuisset. Verum Imperatorum ac Cæsarium nostrorum prudentia, & patrię necessitas eum in medio cursu non nihil retardauit, penitus inde reuocare non potuit. Nam inter difficillima Romani Imperij & Austrię negotia (vtiam de ditionis suę latissimę administratione nihil dicam) semper aliquid aut legit, aut meditatur, aut scribit. Quod maximam profectò in eo laudem meretur. Itaque mirandum non est, si summi Imperatores ac Principes eum amant ac diligunt: si tot summi viri consilijs eius in maximarum rerum deliberatione vtuntur: si denique omnes docti eum admirantur, obseruant, colunt. Huius sanè viri summa eruditio & eloquentia grauis tibi est aduersaria constituta: quam tu hac ratione vinctes, si hoc in animum induxeris, te non solum paternorum bonorum, sed etiam, & multò quidem magis, doctrinę & virtutis hæredem esse oportere. Illa siquidem liberis, etiam malis, à parentibus traduntur: hæc verò propria industria, nec nisi à bonis, comparanda, & à liberis deinceps possidentur, & nihilominus illis relinquuntur: cum priora illa semel à parentib. trāsata, in eorum potestate non sint amplius. Quare vt librum hunc, ea, qua soles, humanitate & benignitate accipias: & patrociniū eius, sicubi opus fuerit, vnā cum autore suo, libenter ac vltro suscipias: omnibusque modis, quibus honestè & commodè poteris, tibi commendatum habeas: maiorem in modum te rogo atque obtestor. Deus Opt. Max. studiorum tuorum, atque adeò totius vitę tuę cursum dirigat ac moderetur, ad nominis sui gloriam, ad patrię vtilitatem, ad familię tuę illustris dignitatem, denique ad salutem corporis & animi tui sempiternam.

Lauingæ, anno M. D. LXXXIII.  
 mense Nouembri.







A AB

A AB



**A** Latinorum litera princeps. de Diu. 85 a, Sus rostro si humi A literam imprefert, num propterea suspicari poteris Andromacham Ennij ab ea posse describi?

¶ Romanis item erat absolutionis nota in iudicio. pro Mil. 104 b, Litera salutaris, quod nota esset absolutionis.

¶ Prepositio eadem qua Ab, & Abs, virtute. Orat. 212 a, Vna prepositio est à, ab, vel abs: eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium, in reliquo sermone mutata est: nam Amouit dicimus, & Abegit, & Abstulit: ut iam nescias, Ab' ne verum sit, an abs. Quid si etiam Abfugit, turpe visum est: & Abfer, noluerunt, Aufer, maluerunt: quæ prepositio, præter hæc duo verba, nullo alio in verbo reperitur.

¶ Remotionis. Ep. 18 a, Te abuisse tam diu à nobis. de Ar. 250 a, Ceremoniæ ab omni veritate acceptæ. de Diu. 128 a, Liberi effingunt à parentibus & mores, & formas. Hinc dicendi formulæ, Accipere: ab aliquo literas: & quæ passiuo constant verbo, A' Cæsare superatus. & Nunquam à causis & iudicijs districtior fui. Q. fr. 317 a, Att. 250 a, Minime totum amorem ab ea mecum abstuli. \* pro C. Cornel. 1, Quod passus esset à populari confesso senatoria subsellia separari. con. C. Anton. Caput ad Syllam vsque ab Ianiculo ad ædem Apollinis detulit. in Clod. Longè te à pulchris abesse sensisti. Protag. Vnde tandem appares, o Socrate? an id quidem dubium, non est, quin ab Alcibiade? Acad. An Arcesilam, à quo audit, Tu fortasse verum dicis. In Verr. 216 b, Quod ab Aenea fugiente à Troia conditum esse demonstrant. Pro Cæc. 301 b, Si ab eo loco, quo veniret, videretur esse. In Ant. 262 b, Qui primus Antonij immanem & foecundam crudelitatem non solum à iugulis nostris, sed etiam à membris & visceribus auertit, & 264 a, Vos ab Vrbe furentem Antonium auertistis.

¶ Favoris ac studij. Ab aliquo esse, dicere, facere, stare. de Or. 89 b, Vide ne hoc totum Scæuola sit à me. Tusc. 176 b, Qui sunt ab ea disciplina. pro Clu. 37 a, Non modò dicendi ab reo, sed ne furgendi quidè potestas erat. Ad Her. 8 a, A' testibus dicemus secundum autoritatem & vitam testium. de In. 59 a, Commune est, quod nihilo magis ab aduersarijs quam à nobis facit. de In. 57 b, Aut à se potius quam ab aduersarijs stare. ad Her. 24 b, Stare à voluntate scriptoris, & à sententia. \* pro Sest. 26 a, Qui Attilius Regulus redire ipse Carthaginem sua voluntate ad supplicium, quam sine his captiuus à quibus (i. propter quos, vel quorum causa) ad Senatum missus erat, Romæ manere maluerit.

¶ Opera, adiuuentique. Ab aliquo soluere, persoluere, dare, repræsentare, numerare, suppeditare quempiam dicit Cic. cum aliquis pro ipso numerat. Att. 114 a, Frater laborat, ut tibi quod debet, ab Egnatio soluat. pro Cæc. 228 a, Pecunia soluitur à Cæcennia. pro Plan. 281 a, Sinite me, quod vobis fretus, huic sæpe promisi, id à vobis ei persoluere. pro Fl. 153 b, Ab A. Seruilio dicit se dedisse. Att. 82 b, Se à me soluere. Quod enim prætori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, se à me quodammodo dare. Att. 194 b, Reliquæ pecuniæ vsuram Silio pendemus, dum à Faberio repræsentabimus pro Fl. 155 b, Si prætor dedit, à quaestore numerauit, quaestor à mensa publica. contra Rull. 72 b, Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à socijs & 74 b, Missimus qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. pro Milone 112 a, Mars communis, qui sepius spoliante iam, & exultantem euertit, & percudit ab abiecto, id est, opera & virtute victo.

¶ Copie, vel contrâ. Ep. 152 b, Antonius ab equitatu firmus. Ep. 120 a, Paratus ab exercitu. Att. 112 a, Sumus flagitiosè imparati cum à militibus, tum à pecunia. de Cl. or. 170 a, Ille Græcus ab omni laude felicior. pro S. R. 32 b, Vir ab innocentia clementissimus. de Cla. 179 a, Instructus à philosophia, à iure ciuili, ab historia, & 186 a, Mediocriter à natura instructus. Acad. 44 b, A' valentiore interire. I. V. 242

a, Denudare à pectore. Post. 199 b, Nudus à propinquis, nulla cognatione munitus. pro Dom. 225 a, Tam inops eram ab amicis: tam nuda respons. à magistratibus? de Cla. 185 a, Tum erat ab oratoribus quædam in foro solitudo. pro Flac. 157 b, Orba ab optimatibus concio. \* Acad. 26 b, Quod mare nunc, quia à Sole collucet, albescit & vibrat. Att. 12 a, Qui sic inopes & ab amicis & æstimatione sunt. de Clar. 182 b, Ab exemplis copiosè.

¶ Post, ac seriem temporis. De Or. 143 a, Qui annus ei primus ab honorum perfuntione fuit: id est, post. Att. 214 b, Ab ea igitur, ut scribis: id est, post eam auctionem venies. pro Clu. 7 b, Ab illo tempore: id est, post. de N. 62 a, Homerus qui recens ab illorum ætate fuit. I. V. 206 b, Ab illo tempore secum illos habuit. & I. V. 180 a, Ab hora tertia bibebatur. & de Sen. 80 b, Cuius à morte tertius est annus. de Diu. 104 a, Animus vixit ab omni æternitate: id est, quod dicunt ab æterno. de D. 106 b, Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. de Ar. 250 a, Ceremoniæ ab omni vetustate acceptæ.

¶ Ante. Orat. 218 a, Proximus à postremo: id est, ante postremum siue penultimum.

¶ Verbo. De Or. 94 a, Non ego hæc à me prompsi, sed fortuito incidi in hunc sermonem. & de Fin. 81 a, Sed ipsum à se oritur, & sua sponte nascitur. de Or. A' se aliquid facere: id est, per se.

¶ Versus, situm, & corporis partem. De Diu. 86 b, Bacillum leuiter à summo inflexum. & Attic. 189 b, Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur. & de Diu. 82 b, Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iussit. contra Rul. 79 a, Ab alia porta Capenas ager est. Qu. de Pet. 206 b, Cum sinistra capillum eius à vertice teneret. I. P. 85 a, At tu illo ipso tempore apud socrum tuam propè à meis ædibus sedebas. de N. 52 b, Si est calor à sole, se opponunt. Acad. 26 b, Mare nunc quia à sole collucet, albescit. Att. 279 b, Firmos & duces habemus ab occidente & exercitus. de Or. 163 b, Laterum inflexio non ab scena & histrionibus, sed ab armis, aut etiam à palæstra. I. A. 243 b, Tres viæ sunt ad Mutinam, à supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Casia. & de In. 81 b, Funiculus à puppi religatus.

¶ Muneris. Att. 122 a, Pollucem seruum à pedibus meum Romam misi. Huiusmodi seruum Itali, vn' statifero: Galli, vn' laquey: Germani, ein lakey appellant. \* Fuluius Ursinus in Appendice ad Pet. Ciacconium de Triclinio intelligit seruum, qui ad pedes discumbentium stare solebat.

¶ Secta & disciplina. pro Mur. 135 a, Nostri illi à Platone & Aristotele moderati homines & temperati aiunt.

¶ Promiscua. Pro Mil. 120 b, Siquidem nihil sit præstabilius viro, quam periculis patriam liberare: beatos esse, quibus ea res honori fuerit à suis ciuibus. Attic. 82 a, Velim tranquillè à Parthis. I. A. 210 a, Multi præterea improbi, quos quidem à se primum numerare possunt, qui hæc loquuntur. Att. 142 a, Illud certè scio, me ab singulari amore, quæcumque scribo, tibi scribere. At. 188 a, Tantum est ocij ab re tua tibi, ut etiam Oratorem legas? de Legib. 191 a, Cui ne reditus quidè ad bonos, salutem à bonis potuit afferre. de In. 69 b, Locus communis à translatione, & cõtra eum qui translationem inducit. & ad Her. 8 a, Loci communes sunt à testibus, contra testes: à quaestionibus, contra quaestiones: ab argumētis, contra argumenta: à rumoribus, cõtra rumores. \* de Leg. 159 a, Natura iuris nobis explicanda est, eaq; ab hominis repetenda natura. ibid. 159 b, Altè verò, & ut oportet, à capite repetis quod quaerimus: ibid. A' lege ducendum est iuris exordium. ibid. Constituendi iuris ab illa summa lege capiamus exordium. de Leg. 160 a, Iuris ortum à fonte repetamus. ibid. Repetam stiperem iuris à natura. de Leg. 170 b, Ab Ioue Musarum primordia. Acad. 39 b, Sin à Græcorum artibus & disciplinis abhorrent. Off. 46 b, A' litibus abhorrens. Paradox. 116 a, Locos graues ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc vsu forèsi & publico. pro C. Cornel. Ut ab Ioue Opt. Max. cæterisq; Dijs Deabusque omnibus opem & auxilium petamus.

a de



de Orat. 134 b. Eique ab officio quærenti Ennium ancilla dixisset. ibid. Eum à ianua quæreret. I. A. 260 a, Quid hoc biduo timuerimus à domesticis hostibus. de Leg. 183 b, Cuius à Republ. maximè, tuendaque ciuitatis peritissimus. † Marcelli Squarcialupi. Syntaxis, copia, epitheta, vera dictio, & phras. Legare, esse, dicere, facere, flare, soluere, persoluere, dare, repræsentare, numerare, suppeditare ab aliquo, depositum recuperare alicui. Is illum à visio percussit. Firmus, infirmus, paratus, imparatus ab exercitu, militibus, pecunia. A laude felix. Ab innocentia clemens. A scientijs ac virtutibus, à natura instructus. A propinquis nudus. Ab amicis inops. A bonis solitudo. Orba ab optimaribus concio. A caucis distribuitus. Ab illo tempore, ab ea ætate quis recès. Ab omni æternitate. Proximus à postremo; id est, ante. A se promit, oritur, id facit. Propè à meis adibus. A pedibus, manibus. Effingere mores à parentibus; id est, reddere. A te legi epistolam; id est, acceptam. A frumento copiosus ager. A primo; id est, principio. A capite securus; id est, in. Ab aliquo legere alicuius literas. Ab aliquo silentium esse. A vero sensu iudicare; id est, iuxta. Ab aliqua re copiosus locus. A mane cœnam querere. Ab se calamitatem deprecari. A primo; id est, à principio. Ab aliqua parte securus. A suspitione purus. Ab humili ad summum. Ab infinito tempore æternitas. A suspitione se sustinere, & ab omni assensu.

ABACTVS, a, um. dicitur propriè de pecore ad prædam actò. I. V. 112 b, Greges equarum abactos.

ABACVS, ci mensa frustoribus, vasorum receptaculum & ad vsus, & ad pompam. I. V. 207 b, Ab hoc iste abaci vasa omnia, vt exposita fuerant, abstulit. & 212 b, Cùm aliquot abacorum faceret vasa aurea. Tuscul. 240 a, Abacos quamplures ornauit argento, auro que cælato. \* alij complures legunt.

ABALIENATIO. Topic. 223 a, Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure celsio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

ABALIENATVS. Epist. 6 b, Hominem excellentem non nihil suspicantem te ab se abalienatum, illa epistola retinere potuisti. de Orat. 117 a, Iudices erant à Cæpione propter iudicia abalienati. Att. 2 b, Esse animo abalienato. \* cont. Rull. 80 b, Vt ætigalibus abalienatis.

ABALIENO, as. alieno, alifungo, reijcio. Contra Rull. 79 a, Agros vectigales populi Rom. abalienare. & 80 b, Vectigalibus abalienatis, socijs vexatis. I. A. 167 b, At verò Pompeij voluntatem à me abalienabat oratio mea. Att. 232 b, Totum se à te abalienauit Dolabella. de Or. 125 a, Eaque omnia valde benevolentiam conciliant, abalienantque ab ijs, in quibus hæc non sunt. Epist. 7 b, Qui nos, quos fauendo retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt. Ep. 9 b, Qui à senatu hominem clarissimum abalienauerunt. de Or. 137 a, Nonne abs te iudices abalienes?

\* ABALIENOR, pro Corneli, Vt omnino ne illius potestate abalienemur.

† Syntaxis. Aliquid alicuius, & ab aliquo, & aliquid absolute abalienare.

ABAZEA, sacra Dionysij. \* de N. 71 a, Cuius Abazea sunt instituta. Alij rectius legunt, Cui Sabazea sunt instituta.

ABAVVS, ui. aui nostri auus. de Cla. 183 b, Iam duorum abauorum, quam est illustre nomen.

ABDERA, ræ. \* vrbs Thraciæ, ciuium stupore notata. Att. 64 b, Hic Abdera, id est, hic Senatus stultitiam suam declarauit.

ABDERITES. Acad. 14 a, de Or. 167 a.

ABDERITICVS, a, um. Attic. 105 b, Quod iam à multis audio constitutum esse Pompeio & eius consilio in Siliciam me mittere, quod imperium habeam, id est, Abderiticum, hoc est, stultum.

ABDICO, as. alium, aut me magistratu depono; me, vel alium aliquo bono spolio. De N. 28 a, Senatus vt abdicarent, consules abdicarunt. Tuscul. 176 a, & de Diu. 154 a, Quid magnificentius quam posse decernere, vt magistratu se abdicent Coss. I. A. 185 b, Antonius eo die non modò consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. Att. 85 a, Itaque tutela me abdicare cogito. I. C. 113 a, Cum se prætura abdicassent. \* de Orat. 118 a, Vbi plus malè quam boni reperio, id totum abduco atque reijcio. Alij Abudico legunt.

† Syntaxis. Abdicare aliquè, se, absolute: & cum septimo casu.

ABDICO, cis. repudio, reijcio. De Diu. 87 a, Cumque in quatuor partes vineam diuisisset, treisque partes aues abdidissent, quarta parte quæ rat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine vuâ, vt scriptum videmus, inuenit.

ABDITE, occulte, olam, in occulto. I. V. 145 a, Aliquid ita cõditum esse, atque ita abditè latere, vt omni diligentia inuestigari non possit.

ABDITVS, a, um. reconditus, absconditus, occultus, retrusus, abstrusus, ab arbitris liber. (peruulgatus. Off. 35 a, Nec auum effodietur penitus abditum. de N. 56 b, Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus. Acad. 41 b, Res occultæ & ab ipsa natura inuolutæ. Att. 264 a, Hæc loca venusta sunt, abditæ certè, & si quid scribere velis, ab arbitris

libera. & I. V. 77 b, Res retrusa atque abditæ in tenebris. & de Ar. 257 b, Abditi & penetrates foci. & Qu. de Pet. 211 b, Quæ significant voluntatè esse abditam & retrusam, parui refert patere hostium. Tuscul. 188 a, Audisne Amphiaræ sub terram abditæ? de In. 42 a, Qui dispersos homines in agris, & in testis abditos, ratione quadam compulit in vnũ. de Nat. 111 b, Qui res occultas & penitus abditas non modò viderat animo, sed etiam sic tractat.

† Syntaxis. Penitus abditum. Res abditæ, & res occultæ. Retrusum, abditum, ac penetrabile. Sub terram abditum. Et abditum in tenebris. In syluis abditii homines.

ABDO, dis. occulto, retrudo, recõdo, abstrudo. (patefacio, aperio, peruulgatum facio. Attic. 56 a, Ille se in interiorè partem ædium abdidit. Epist. 217 a, Itaque abdidit se in intimam Macedoniam. Epist. 130 b, Et sese abdidit in classem. Off. 25 b, Natura eas partes contextit atque abdidit. & 138 a, Neque me in Arpinum hoc tempore abdam. pro Mil. 109 b, Cùm se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. aliàs, tenebras. I. P. 87 b, An amici tui tabulas abdidit? Item alibi: De vxore Tuberonis non possum iam abdere, est enim res peruulgata. pro Ar. 188 a, Si quæ ita se literis abdidit. de D. 121 b, Qui luci ediderat genitor Saturnius, idem abdidit. I. P. 99 b, Is domum se abdidit. Ep. fam. lib. 7, Ac me totum in literas abdere. I. A. 263 a, O Solè ipsum beatissimũ: qui antequam se abderet, &c.

† Syntaxis. Abdere se in domum, inuicem Rheiam, & in tenebris. De hac re non abdam, id est, non tacebo. Abdere se in syluam, & literis, & in literas.

ABDOMEN, nis. pars ab imo pectore ad pubem. Pro Sest. 24 b, Manebat insaturabile abdomen, copiam deficiebant. & I. P. 88 a, Ille gurgis natus ab Iominio suo, non laudi atque gloriæ. & 93 b, Oculorum delectationi abdominis voluptates anteferre.

† Syntaxis. Insaturabile abdomen. Natus abdomini. & Abdominis voluptates.

ABDUCO, cis. remoueo, aufero, auerto. (traduco. de Nat. 34 b, Nihil est difficilius quàm à consuetudine oculorum aciem mentis abducere. & 93 b, A consuetudine oculorum animum abducere. & de Or. 136 a, Abducere animos à contraria defensione, & ad nostram conor traducere. pro Cæl. 41 b, Equidem vos abduco à testibus. de Or. 112 a, Abducere discipulos ab aliquo. pro Deiot. 149 b, Abducero feruum ab aliquo. I. A. 236 b, Brutus equitatu ad se abduxit Dolabellæ. I. A. 226 a, Abducere legiones ab aliquo, & auertere. ibid. Abducere animum à sollicitudine vel à vitijs; id est, remouere. Epist. 48 a, à molestijs. Att. 137, à querelis, 36 a. Epist. 70 a, Ita vt mones, quantum potero, me ab omnibus molestijs & angoribus abducam. Abducere cogitationem à consuetudine, Tuscul. 156 a. Abducere aliquem à studijs, Epist. 49 a. & Ep. 59 a, Me nec domesticus dolor, nec, &c. à Rep. abducet. pro Quin. 15 b, Auferre & abducere. & I. A. 169 a, Curio te à meretricio quæstu abduxit. de Cl. 184 b, Quin etiam Catulum filium abducamus ex acie; id est, à iudicijs. & Q. Fr. 326 a, Abduco me (id est, me recipio) ab omni reip. cura, dedoque literis. Item pro Flac. 61 a, & de D. 99 b, Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis autoritate abduceretur ad mercedem atque quæstum. de Diu. li. 1, Nec abducar vt rear, aut in extis totam Hætruriam delirare. I. V. act. 5, Ab illis hominibus qui tum verfati sunt in Republ. ad hanc hominum licentiam & libidinè me abducis: id est, inuitas & allicis. Am. 97 a, Nec ab isto officio abduci debui. pro Flac. 161 a, Abducere se à fide. ad Q. F. 328 b, Dimitto Ciceronè à me, vt magistris ne abducam. † Syntaxis. Aciem mentis, animum, animos, homines abducere à. Aliquæ abducere ab aliquo ad se. Vt abducere seruũ ab, ad se. Legiones abducere, & auertere ab aliquo. A sollicitudine, vitijs, molestijs auferre, & abducere. Aliquem ex acie; id est, iudicijs abducere. Abducere se à, & ad aliquid raducere. Abduci, non abduci vt. Nec abducar, vt rear. Abduci ab officio. Se à fide abducere: id est, fidem frangere.

ABDUCOR, nis. auocor, arceor, deducor. I. V. 202 b, Abducuntur homines nonnunquam magnitudine pecuniæ ab institutis suis.

ABDVCTVS, a, um. ablatus. I. V. 165 a, Ad quem iste deduxerat. Tertiæ Iuliorum mimi filiã, vi abductã à Rhodio tibicino.

ABEO, bis. discedo, cõcedo, facefso. (accedo, appropinquo, maneo. I. A. 257 b, Quin tu abis in malam pestem malumque; cruciatu? Att. 226 a, Nausea iam planè abijt. Epist. 232 b, De loco nũc quidem abijt pestilentia. pro Mur. 125 b, Abijt illud tempus, mutata ratio est. I. V. 234 a, Prætor de sella surrexit, atque abijt. pro Qu. R. 51 b, Nunquid caufare, quin ab iudicio abeas turpissimè victus. pro Cecin. 303 b, Vt ne Iõgius abeam. Att. 222 b, Ad summam non possunt isthæc sic abire. de Finib. 164 a, Cato autem sic abijt è vita. Epist. 60 b, Atque abeunt magistratu concionis habendæ potestate priuauit. Att. 11 Cùm abiens consultu sum domum redactus.



¶ *Euanesco, accedo.* Attic. 161 a, In quos enim sumptus abierunt fructus prædiorum? Tusc. lib. 1, Abijt ad Deos Hercules. Epist. lib. 7, Non longè abieris, numius ciuile vestrum, &c. I. C. Non hoc tibi sic abibit: id est, non impunè ferēs. de Fin. lib. 5, Et si hoc fortasse non poterit sic abire, tamen audebo, &c. Epist. 138 a, Illa mea, quæ solebas antea laudare, ô hominem facile, ô hospitem non grauem, abierit: id est, euauerunt. Off. 68 b, Nunc abeo ad vulgi opinionem: id est, accedo. I. V. 99 a, De suis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. pro S. R. 25 b, Quid ad istas ineptias abis, inquit? \* pro Sest. 19 a, Abijt ille annus.

† Syntaxis. *Abire in malam partem, malumq; cruciatu. Morbus abijt. Ab iudicio victum abire. Ab eo ad. Abire, & non abire ab iure. Longius abire: in dicendo scilicet. Ista non sic abibunt. Magis frastu abire. Hoc tibi non sic abibit. Pronunciat Cic. verbum de morbo, de aetione, de persona. Abire de loco.*

ABERRATIO, nis. *auocamentum.* Attic. 199 a, Siue hanc aberrationem à dolore delegerim, laudari me etiam oportere. Epist. 254 a, Veruntamen aliam aberrationem à molestiis nullam habemus.

† Syntaxis. *Aberratio à dolore. Deligere, & habere aberrationē.*

ABERRATIO, nis. *deerro, recedo.* Pro Cecin. 295 a, Ne ab eo quod propositum est, longius aberret oratio. de Orat. 122 b, A quo homine iam dudum non aberrat oratio tua. Offic. 27 b, Si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. de Or. 123 a, A cuius inuentis ego tibi videor non longè aberrare. de Ar. 249 a, Si ædilis verbo aut si nutu aberrauit, ludi non sunt ritè facti. Tusc. 165 b, Sed te de æternitate aberrare proposito facile patiebar. de Fin. lib. 5, Tamen à proposito, inquam, aberrauimus. Att. 236 a, Vereor ne nihil coniectura aberrem. Aberrare à communi vtilitate. pro Lig. 140 a, Aberrare à distributione. Quin de pet. 212 b, de Fin. 115 a, Non multum ab Herilli leuitate aberrauimus. I. A. 280 b, Animus aberrat à sententia, suspensus curis maioribus. & 243 b, Attendite quæso num aberret à coniectura suspicio periculi mei. & de N. 21 a, \* Qui etiam si aberant à coniectura. Hortens. Si quando paululum aberrauerit timor.

¶ *Vicunque à molestiis animum abduco.* Attic. 199 a, At ego hic scribendo dies totos nihil equidem leuor, sed tamen aberro.

† Syntaxis. *Aberrare longius ab. Ab illo non aberrare orationem, esse continenter de aliquo loqui. Aberrare ad alia. Verbo & nutu aberrare. Aberrare, absolute: id est, vicung; minus afficior. De hoc aberrare proposito. Aberrare coniectura.*

ABFVTVRVS, a, um. Att. 296 b, Nec discordiarum domesticarum calamitas abfutura est.

ABHINC, ex hac die vel tempore: respicit præterita. I. V. 82 b, Quæstor Cn. Papiro consule fuisit abhinc annos quatuordecim. & 113 a, Horum pater abhinc duo & viginti annos est mortuus. Attic. 160 b, Abhinc amplius annis xxv. pro Cornificio spondi. pro Quin. R. 51 a, Quo tempore abhinc annis xv. I. P. 92 b, Mihi libertus domum ex hac die biduo antè conduxerat. I. V. 134 b, Offendit eum mensam comitalem, comitijs iam abhinc triginta diebus habitis.

† Syntaxis. *Abhinc annos, & annis amplius: & sine Amplius, cum septimo casu.*

ABHORRENS, tis. *alienus, inimicus, aduersus.* (amans, cupidus, studiosus. Pro Fl. 147 b, Nunquam ab hoc genere, studio ac voluntate abhorrens sui. Orat. 91 b, Oratio spinosa, à sensibus abhorrens. de Or. 91 b, Homo à iuris studio non abhorrens. de Or. 149 a, Abhorrens ab auribus vulgi. Attic. lib. 2, A scribendo animus abhorrens. Epist. 209 a, Est præterea Suffidius à studijs nostris non abhorrens.

\* Offic. 46 b, A litibus abhorrens. Paradox. 116 a, Locos graues ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc vsu forensi & publico.

ABHORREO, es. *sum abhorrens, aspernor, fugio, religioni habeo, discrepo, sum alienus, absium, longè absium à voluntate aliquid agendi.* Ep. 28 b, Quam valde Bibuli voluntas à me sine causa abhorreret. & 97 a, Cùm ab ea sententia Pompeius abhorreret. & 16 b, Libri de Oratore abhorrent à communibus præceptis. & 27 a, Abhorreo ab vrbē relinquenda. de Orat. 117 b, Sin planè abhorrebit & erit absurdus, vt se cōtineat admonebo. de Or. 86 a, Abhorre à consuetudine communis sensus. de Or. 104 a, Vsque eò quæ dicenda est iustitia putabat, à vitæ consuetudine & ciuitatum moribus abhorrebant. pro Clu. 26 a, Nemo illum a ditu, nemo congressione, nemo sermone dignum iudicabat. Omnes illum aspernabantur, atque abhorrebant, omnes vt aliquam immanem & perniciosam bestiam pestemque fugiebant. & 52 a, Quid vnquam Habitus in se admisit, vt hoc tantum facinus ab eo non abhorre videretur? pro Cæl. 39 a, Cælius longè ab ista suspitione abhorre debet. Attic. 228 a, Quintus à ducenda vxore abhorret. Ar. 11 b, Delectus inuitorum atque à pugnando abhorren-

tium. de Fat. 141 a, Alij talibus vitijs abhorrent. de Op. 224 b, Causa ipsa abhorret ab illa quidem formula consuetudinis nostræ. pro S. R. 29 b, Tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab infania. pro Clu. 22 b, Seq; ab his nuptijs abhorre respondit. de D. 134 b, Quod abhorret etiam ab hominis constantia. I. A. 210 a, Animos illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu. Off. 339 b, Nisi fortè frustra deos appello: quorum auris atq; animus à nobis abhorret. Off. 26 a, Et ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum auriumque comprobatione fugiamus. pro Sest. 23 a, Nec ab vtilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa P. Sestij abhorrebit oratio mea. pro Deiot. 147 a, Id est à veritate longè, tamen à consuetudine criminandi non multum abhorrebat. I. C. 110 a, A quo mea longissimè ratio voluntasque abhorrebat. Att. lib. 2, A scribendo prorsus abhorret animus. \* Acad. 39 b, Sin à Græcorum artibus & disciplinis abhorrent. pro Planc. 276 a, Natura quidem abhorret à virtute verbi miser. pro Sest. 19 a, Animum Cæsaris à causa non abhorre. de Fin. 140 b, Id à communitate & ea, quam exposui, charitate atque societate humana non abhorrebit.

† Syntaxis. *Abhorre à legendo, nuptijs, ab aliquo. Vitio abhorre. & vitium. Abhorre absolute, à suspitione, à ratione. Ab illo facinus hoc abhorret. Animo abhorre. Abhorrens studio, & voluntate.*

ABIECTE, vis patet. I. A. 189 a, Nec abiecte, nec sine aliqua dignitate casum illum temporum tuli. Tusc. 187 a, Ne quid abiecte faciamus.

ABIECTIO, nis. *reictio, eictio.* (adictio. I. P. 98 b, Quid debilitatio, atq; abiectio animi tui? id est, nimia trepidatio. \* ad Her. 2 b, Ab aliqua re exordiemur, adiectione, abiectione, literarum mutatione.

ABIECTVS, a, um. *demissus, humilis, contemptus, summissus, afflictus, fractus, percussus, desertus.* pro Clu. 37 a, Non quod illi causam pecuniæ publicæ contemptam & abiectam putarent. Att. 12 a, Senatam abiectum excitauit de Fin. 104 a, Cùm ipsi inter nos abiecti neglectique sumus. de Fin. 138 b, Nihil abiectū, nihil humile cogitant. de Clar. 186 a, Verba non abiecta, res compositæ diligenter. I. C. 118 b, Exanimata vxor, abiecta metu filia. de Am. 107 a, Sæpe in quibusdam est animus abiectior, & spes amplificandæ fortunæ fractior. Att. 40 a, Sum animo percusso & abiecto. Oratio humilis & abiecta. (alta & exaggerata. Orat. 215 b, contra Rul. 85 a, Homo grandi macie torridus, contemptus & abiectus. I. P. 86 a, Abiectus & semiuivus. Or. 215 a, Comitorū senarij abiecti. \* pro Cæl. 54 a, Quem vos supplicem vestræ misericordiæ, seruum potestatis, abiectum non tam ad pedes, quam ad mores sensusque vestros, vel recordatione parentum vestrorum, vel liberorum iucunditate sustentate. Off. 25 a, Priuatum oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, neq; summissum & abiectum, neque se efferentem. Ep. 5 b, Nisi per te sit restitutus desertum se atque abiectum fore. Ep. 56 b, Ipse pari fortuna abiectus, aliorum opibus casus meos sustentabam.

† Syntaxis. *Contemptus & abiectus. Inter nos abiecti neglectiq; Abiectum, & humile cogitare. Abiecta verba. Ad pedes, mores, & sensus abiectus. Animus abiectior. Idem percussus, & abiectus. Humilis & abiecta oratio. Contemptus & abiectus. Desertus & abiectus. Abiectus, & semiuivus. Abiecti comitorum senarij.*

ABIEGVS, a, um. *ex abiete.* Ad Heren. 12 b, Abiegnæ trabes. & Nisi enim cecidissent abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset. Top. 226 a.

ABIES, tis. *alpina & procerior arbor.* Tusc. 200 a, Tosti alti stant parietes deformati, atque abiete crispa. Ennij.

ABIGENDVS, a, um. In Verr. 81 b, Iste greges equarum abigendos curauit.

ABIGO, gis. *pellico, expello, eicio, ago.* de Orat. 131 b, Puer abigemas muscas. pro Clu. 24 a, Mulier partum sibi ipsa medicamentis abegit. I. P. 97 b, Illi familias arripuerunt, pecus abegerunt. Aca. 22 b, Pestem abige à me.

† Syntaxis. *Abigere muscas. Sibi partum medicamentis: pecus, pestem, a.*

ABIICIENDVS, a, um. *vocabulum apertum ex proximis.* Epist. 70 a, Abiiciendus est dolor. \* pro Deiot. 149 a, Post Pharsalicum prælium suafor fuissem armorum deponendorum, sed abiiciendorum.

ABIICIO, cis. *depono, reicio, relinquo.* pro Sest. 16 b, Atq; in signo regiū, quod de suo capite abiecerat, reposuit. de Pro. 70 a, Virgines se in puteos abiecerunt. de Fin. 146 b, Polycrates annulū, quo delectabatur, in mare abiecit. pro S. R. 20 a, Susceptū onus aut propter perfidiam abijcere, aut propter imbecillitatē animi deponere. Offic. 20 b, Relinquent enim & abijciunt obedientiam. de Orat. 138 a, Gloria parta nō delectari, sed totam abijcere atq; deponere. pro Sest. 20 b, Hic se abiecit exanimatus. Abijcere & prosternere se. Para. 118 a, & Att. 55 a, Clodius abiecta toga se ad generi



pedes abiecit. \* pro Lig. 139 b, Suam citius abiciet humanitatem, quam extorquebit tuam.

¶ *Deiicio, refello, vel confuso.* Att. 123 b, Frangere & abicere aliquem. de Leg. 161 a, Natura cum ceteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. Att. 254 a, Quæ minus antea ob infirmitatem ætatis constanter ab eo fieri videbantur, ea ille abiecit. de Am. 102 a, Qui omnes cogitationes suas abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. Epist. 178 a, Abicere omnem timorem. pro Mur. 134 b, Abicere hastas. Off. 15 a, Abiecta omni cunctatione facere aliquid. I. A. 175 a, Omnem se amore abieciisse illinc, atque in hanc transfudisse. Epist. 151 a, Quantaque cõtionem Titium intercessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere. de Orat. 121 b, Abicere voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. Att. 74 a, Fannius ædificandi consilium abiecerat. Ep. 158 b, Nam omnem nostram de rebus curam, cogitationem de dicenda sententia, commentationem causarum abieciimus.

† Syntaxis. *Abicere aliquid de manu, capite, &c. Se abicere in. Abicere onus. Abicere se, absolutè. Ad pedes. Abicere cogitationes in rem, &c. Se supplicem pro alio abicere. Senatus auctoritatem abiecit. Scaturum Pompeius abiecit: id est, neglexit. Abicere se atque profertur. Abicere ædificationem: id est, consilium ædificandi. Famam ingenij abicere. Abicere Italiam, memoriam, humanitatem: id est, aspernari.*

ABITVS, tus. *discessus, recessus, profectio.* I. V. 175 b, Ne post abitum quidẽ importunissimæ pestis quisquã reperiretur.

ABIUDICO, as. *rem alicui ablatam alteri index do.* ( . addico. Pro Cecin. 304 a, Eum qui cum liber esset, censerì noluerit, Populus iudicat ipsum sibi libertatem abiudicasse. contra Rull. 74 b, Iudicabit Alexandriam regis esse, à populo Romano abiudicabit.

¶ *Citra iudicium remoueo.* de Orat. 118 a, Vbi plus mali quam boni reperio, id totum abiudico, atque rejicio. *Budæus legit, ab dico atque reiicio.*

\* ABIUDICOR, aris. I. V. 68 b, Nulla res cuiusquã tam patria atque auita fuit, quæ nõ ab eo, imperio istius, abijudicaretur. I. V. 77 a, Opinione populi Rom. rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari.

† Syntaxis. *Abiudicare bona: & Abiudicari ab aliquo. Sibi libertatem abiudicare: id est, per se se amittere. Abiudicare, & rejicio.*

ABIUNGŌ, gis. *remoueo, separo.* Att. 21 b, Demosthenes se ab hoc refractorio iudiciali dicendi genere abiunxit.

ABIVRO, as. *aliquid me non habere, vel non promississe iuro, periuuro, nego quod debeo.* Attic. 5 a, Mihi abiurare certius est, quam dependere.

Αβλάβαια. \* Tusc. 193 b, Omnis abstinentia, omnis innocentia, quæ apud Græcos vsitatum nomen nullum habet: sed habere potest Αβλάβαια.

ABLEGATVS, a, um. *dimissus.* I. V. 123 b, Dimisso & ablegato consilio.

ABLEGO, as. *amando, dimitto, remoueo.* I. V. 114 a, Post illos adhibuit quos ablegarat. & ibid. 125 a, Qui honestos homines qui causam norant, ablegat. Attic. 33 b, Hæc legatio à fratri auentu me ablegat.

† Syntaxis. *Ablegare aliquem, consilium. Hoc me ablegat ab. Dimittere & ablegare.*

\* ABLVENS, tis. *abstergens.* Tusc. 237 b, Vlyssi pedes abluens.

ABLVO, is. *abstergo, eluo, purgo.* pro Sex. Rosc. 30 a, Ita iactantur fluctibus, ut nunquam abluantur. Tusc. 222 a, Perturbatio animi placatione abluitur. Abluere pedes alicui. Tusc. 237 b, Vlyssi pedes abluens. ad Heren. 28 b, Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem.

\* ABLVOR, eris. pro Sex. Rosc. 30 a, Ita iactantur fluctibus, ut nunquam abluantur. Tusc. 222 a, Perturbatio animi placatione abluitur.

† Syntaxis. *Ablui, absolutè. Ablui perturbationes animi. Pedes alicui abluo. Suo sanguine abluere inimicorum crudelitatem: id est, implere, explere.*

ABNVŌ, is. *nego, recusō.* ( . concedo, aio, annuo. de Fat. 140 b, Nihil enim vnquam abnuit voluntas tua studio meo. de Finibus 64 b, Et intelligas quid quisque concedat, quid abnuat. pro Milone 121 a, Non abnuo, non recuso. de Legibus 164 a, Quorum nemo vnquam tam audax fuit, quin abnuerit à se commissum facinus.

† Syntaxis. *Abnuere aliquid: nihil alicui. Voluntas mea hoc tuo abnuit studio. Abnuo, & recuso. hinc Abnuo.*

ABNVTO, as. *sepius abnuo, veto.* De Orat. 158, Quid te adiri abnutas? Melius esset, vetas, prohibes, aberres.

ABORTIO, onis. *immaturus partus.* pro Cl. 24 b, Si hæc pecunia solutio legatorum, & nõ merces abortionis appellanda est.

ABORTVS, tus. *intepesivus ortus.* Att. 237 a, Tertullæ nollem abortum: tam enim Cassij sunt iam, quam Bruti ferendi.

ABRADO, dis. *aufero, subripio: metaphorick.* pro Cec. 228 b, Postquam videt nihil se ab Cecinna posse litium terrore abraderè.

ABRASVS, a, um. pro Qu. R. 48 a, Supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur.

ABREPTVS, a, um. *rapuis.* I. V. 184 a, Frumentum auersum à Repub. abreptum ab aratoribus. pro Lig. 142 b, Tempestate abreptus est vnus.

ABRIPIO, pis. *abstraho.* I. V. 226 b, Verres abripuisse Cere rem videtur. de Ora. lib. 3, Te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit.

ABRIPIOR, ris. *abstrahor, vi arceor, & rapior.* Ante. 197 b, Aconiuge abripi, à liberis abstrahi, ab aris focusque prouici. I. V. 205 a, Quem in vincula abripi iussit.

† Syntaxis. *Abripi à suis, & in vincula.*

\* ABROGANDVS, a, um. pro C. Cornel. 1, De legibus abrogandis ipse ad Senatum retulit.

ABROGATIO, onis. *dissolutio, antiquatio.* At. 50 b, Nulla lex est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis. ad Heren. 9 a, Num quæ abrogatio aut derogatio sit legis.

ABROGATVS, a, um. *antiquatus de lege ac dignitate, & spoliatus dignitatis ratione.* pro Dom. 230 a, Eique imperium est abrogatum. \* pro C. Cor. 1, M. Cottæ lex de iudicijs priuatis anno post quam lata sit, à fratre eius abrogata.

ABROGO, as. *aufero, vel adimo, minuo, vel interdico, refingo, abdicor, rescindo, dissoluo, irritū facio, ne lex aliqua valeat, legē sero, antiquo.* De Cla. 184 b, M. Octavius legem Semproniam frumentaria, populi frequentis suffragijs abrogauit. de In. 79 a,

Abrogare legē, derogare aliquid de lege, & cõmutare legē aliqua ex parte. ad Heren. 9 a, Cui legi abrogatum vel derogatum sit. pro Qu. R. 51 a, Si iam tibi delibetatum, est quibus abrogas fidē iurisiurandi, responde. ad Heren. 4 a, Quæ res fidem abrogat orationi. & abrogare fidem famæ. in Verr. 136 b, Si tibi magistratū abrogasset, minore ignominia te accessisset. & Offi. 60 a, Item pro Milone 115 a, Qui collegæ magistratum per seditionē abrogauit. de Leg. 188 b, Gracchus potestatem intercedendi collegæ abrogauit.

† Syntaxis. *Legem abrogare, & legi Imperium alicui abrogare. Alicui fidem iurisiurandi abrogare. Hoc tibi fidem, aut orationi abrogat & fidem famæ. Abrogare alicui magistratum per seditionē. Potestatem alicui, abrogare aliquid faciendi.*

ABROGOR, ris. *rescindor, dissolvor de lege, remoueor, vel spolior dignitatis ratione.* Attic. 50 b, Cum lex abrogatur. de Leg. 172 a, Lex illa neque tolli, neque abrogari potest. Acad. 10 a, Aequaliter omnibus abrogatur fides.

ABRVMPŌ, pis. *libero.* I. A. 264 a, Hæc se prima latrocinio abrupit Antonij.

ABRVPTIO, onis. *confractio, disruptio.* \* De Diu. 126 a, Pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda.

¶ *Diuortium.* Attic. 171 b, Vtrumque graue est, & tam graue tempore periculum tantæ pecuniæ, & dubio rerum exitus ista, quam scribis, abruptio.

ABS. \* Or. 212 a, Vna præpositio est à, ab vel abs, eaq; nunc tantum in accepti tabulis manet, nec his quidẽ omnium in reliquo sermone mutata est. Nam amouit dicimus, & abegit, & abstulit: vt iam nescias abne verum sit, an abs.

ABSCEDO, dis. *abeo, recedo.* de Diu. 106 a, Caput est in iccore, cor in extis, iam abscedet, simul ac molâ & vinū inasperferis.

ABSCISSIO, nis. *abitus, abscessus, discessus.* De Vni. 202 b, Cum ad corpora, tum accessio fieret, tum abscessio.

ABSCISSVS, sus. *abscessio, discessus.* \* de Nat. D. 7 a, Pars regionum terræ obriguerit niue pruinaque longinquo Solis, abscessu. ( . appulsus Solis.

ABSCINDO, dis. *discindo, laceror, amputo.* Att. 26 b, Orationes à me duas postulas: quarum alteram nõ libebat mihi scribere, qui abscederam: alteram, &c. I. V. 236 a, Aquiliū constituit in conspectu omnium, tunicamque eius à pectore abscedit. I. A. 231 b, Post autem ceruicibus caput abscedit.

† Syntaxis. *Epistolam abscindere. A pectore alicuius tunicam abscindere. Caput abscindere ceruicibus.*

ABSCISSIO, onis. *praecisio figura.* ad Her. 41 a, Per abscessione sit significatio, si, cum incipimus aliquid dicere, præcidimus.

ABSCISSVS, a, um. *recessus, laceratus amputatus.* \* de Pro. 76 a, Impolitæ res & acerba si erunt relicta, quanquam sunt abscessa, tamẽ efferet se aliquando, & ad renouandū bellū.

ABSCONDATE. *abditè, clam.* ( . patetius. de In. 70 b, Absoluta est, quæ ipsa in se, nõ vt negotialis implicite & abscondite, sed patentius & expeditius, recti & non recti quæstionem continet. de Fin. 90 a, Quæ enim de voluptate dicuntur, ea nec acutissime, nec abscondite differuntur.

ABSCONDI TVS, a, um. *reconditus, abstrusus, abditus.* I. A. 180 b, Erant fortasse gladij, sed absconditi. In Cic. 111 a, In tantis tamque absconditis insidijs. pro Dom. 241 a, Nihil de abscondito iure pontificum dicam. ad Heren. 25 b, Aperire fontes penitus absconditos.

† Syntaxis. *Gladius, insidia, iura, fontes absconditi.*

ABSCONDO, dis. *occulto, celo, abdo, abstrudo, recondo, opprimo* ( . aperio, resero, recludo.



**ABSCONDOR**, ris. vis patet ex agente verbo. *(emineo, appareo.*  
pro S. R. 38 b, Quod quod studiosius ab ipsis opprimitur, &  
abscunditur, eò magis eminet & apparet.

**ABSENS**, tis. remotus, non præsens. Off. 76 b, Et præsens tecum  
propediem (vt spero) & dum aberis, absens loquar. Epist.  
255 b, Vt vtriusq; nostrum absentis desiderii crebris & lon-  
gis epistolis leniatur. Att. 112 a, Vt loquerer tecum absens,  
quo mihi cum coram id non liceret, nihil est iucundius. I.  
V. 117 a, Nec cogat ante horam decimã. De absente secun-  
dum præsentem iudicare In Ver. 121 a, Ostendit enim nouo  
modo, si quis quid ab absente peteret, se auditurum. Attic.  
276 a, b. Existimo omnino absentium rationem sacerdotũ  
comitijs posse haberi: nam etiam factum est antea. C enim  
Marius cum esset in Cappadocia, lege Domitia factus est  
augur. & infra, Quæ verba aperte indicant, posse rationem  
haberi etiam non præsentis. I. A. 165 a, Non patiar fieri, vt  
absentis eius ratio habeatur. \* de Amic. 100, Quo circa &  
absentes amici adfunt, & egentes abundant. I. V. 116 b, Co-  
gere incipit eos iudices, vt absentem Heracliũ condẽnarent.  
† Syntaxis. *Absens loquor tecum. De absente secundum præsentem  
iudicare. Absentis rationem habere, & haberi.*

**ABSENTIA**, æ. non, vt Nix, vel desiderium, vel discessus. I. P. 86 a,  
Confer, si audes, absentiam tuam cum mea Att. 228 b, M.  
Antonij. Vereor, ne absentia mea leuior sit apud te.

**ABSOLVO**, uis. perficio, conficio, transigo, ad exitum perduco. Att.  
208 a, Dialogos confeci & absolui. Epist. 55 a, Reliquamq;  
iurisdictionem absoluerem. Off. 54 a, Nemo pistor inuen-  
tus est, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoa-  
tam reliquit, absolueret. de Leg. 157 b, Nec tam faciliẽ in-  
terrupta contexo, quam absoluo instituta. \* de Fin. 114 a,  
Potest Phidias signum ab alio inchoatum accipere & ab-  
soluere. ibid. Hanc naturam sapientia intuens debet institu-  
tum illud quasi signum absoluere.

¶ *Liberio, soluo.* In Verr. 113 a, Hunc hominem Veneri absol-  
uit, sibi condemnat. Att. 11 b, Senatorum vrna copiose ab-  
soluit. pro Qu. R. 51 a, Vt ne Roscium stipulatione alliger,  
neque à Fannio iudicio se absoluat. ad Heren. 10 a, Abiol-  
uere aliquem iniuriarum.

† Syntaxis. *Absoluere opus. Iurisdictionem reliquam absoluere.  
Aliquis absoluit aliquem. Se ab aliquo absoluit iudicio: id est, per  
iudicium. De crimine absoluit. Iniuriarum aliquem absoluit. In-  
stituta absoluere.*

**ABSOLVOR**, ris. perficior & liberor. In Ver. 223 b, Seruus ille  
innocens omnibus sententijs absoluitur. de Finib. 87 a,  
Vita beata sapientis absolui nõ potest. nec ad exitum per-  
duci. ibid. 114 a, In natura necesse est aliquid perfici, & ab-  
solui. de Leg. 57 b, Historia nec institui potest, nisi prepara-  
to otio, nec exiguo tempore absolui. \* de Fin. 114 a, Quid  
est quod ab ea sapientia absolui & perfici debeat?

¶ *Liberor.* pro Q. Rosc. 51 a, Cur de fundo cecidit? & iudicio  
non absoluitur.

**ABSOLVTE**, perfecte: item sine conditione. ad Her. 4 a, Breuiter  
& absolutẽ Top. 223 b, Subiungitur absolutẽ.

**ABSOLVTIO**, onis, perfectio. de Orat. 95 b, Hanc ego abso-  
lutionem, perfectionemq; in oratore desidero. de In. 65 b,  
Habitus in aliqua perfecta & constanti animi aut corporis  
absolutione consistit. de Vni. 202 a, Quibus prætermissis,  
cæli absolutio perfecta est. \* de Fin. 133 b, Ex qua virtus  
est, quæ rationis absolutio definitur: quam etiam atque et-  
iam explicandam putant.

¶ *Liberatio.* Qu. Fr. 328 a, Gabinij absolutio, lex impunita-  
tis putatur. I. C. 112 b, Decimus annus post virginum abso-  
lutionem. pro Clu. 33 a, Sententijs xv. absolutio fieri po-  
terat. \* con. C. Antonium: Cùm est absolutus: si illa abso-  
lutio nominanda est. pro Cluen. 39 a, Non numero hanc ab-  
solutionem Ep. 43 a, In qua epistola scribis ad me de ab-  
solutione maiestatis, de qua antè certior factus erã literis.

¶ *Oratoria figura.* \* de Inu. 49 b, Partitio habere debet bre-  
uitatem, absolutionem, paucitatem. ibid. Absolutio est, per  
quam omnia, quæ incidunt in causam, genera amplectimur  
partitione.

**ABSOLVTVS**, a, um, perfectus. de In. 83 b, Simplex & absolu-  
ta necessitudo. *(cum adiunctione.* de Fin. 83 a, Vita bea-  
ta, confecta & absoluta. Par. 238 a, Absolutum & perfectũ  
per se. ad Heren. 12 a, Ratio vniuersalis & absoluta. de Fin.  
110, His initijs omnis honestas perfectè absoluta est. \* ad  
Heren. 21 b, Locos appellamus eos, qui breuiter, perfectè,  
insigniter, aut natura aut manu sunt absoluti: vt cedes, inter-  
columnium, angulum, fornicem, & alia. de Leg. 179 a,  
Aues & formæ ab vno pictore vno absolutæ die.

¶ *Iudicio dimissus.* Epist. 139 b, Iam pater eius accusatus à M.  
Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. I. V. 90 b,  
Non tu absolutus improbitatis, sed ille damnatus est cædis.  
† Syntaxis. *Simplex & absoluta necessitudo. Vna confecta & ab-  
soluta. Per se absolutum. Vniuersalis ratio & absoluta.*

**ABSONVS**, a, um, priuatum sono, male sonans. de Orat. 146 b,

Vox extra modũ absona & absurda, de Or. 94 b, Sunt qui-  
dam ita lingua hæsitantes, ita voce absoni, vt, &c.

**ABSORBEO**, bes. verè exhaurio, rapio, absumo: tralatione. de L.  
171 a, Ne estus nos cõsuetudinis absorbeat. de C. 191. Sed  
hunc quoq; absorbit estus quidam gloriæ. I. A. 183 a, Que  
Charydis tã vorax, tot res tam citò absorbere potuisset.

**ABSQUE**, \* sine. de Inuen. 54 b, In qua argumentatione nihil  
valet absque approbatione.

**ABSTERGENS**, tis. quod abluat: tralatione, quod remouet, arceat,  
sedat. \* Top. 228 b, Oratio ægritudinem abstergens.

**ABSTERGEO**, ges. vel **ABSTERGO**, is. deleo, diluo: tralatio-  
ne, sedo, fugo. Q. Fr. 313 a, Consolabor te, & omnem abster-  
gebo dolorẽ. de Sen. 77 a, Cõfectio huius libri omnes abster-  
ferit senectutis molestias. I. A. 264 b, Atq; vtinam his om-  
nibus abstergere fletum sententijs nostris consultijsq; pos-  
semus. Epist. 178 b, Si timidus essem, tum ista epistola mihi  
omnem metũ absterfisset. Tusc. 199 b, Tum planè luctum  
omnem absterferis.

† Syntaxis. *Abstergere molestias, ægritudinem, lacrymas, me-  
tum, luctum, epistola, oratione sententijs, consultijs.*

**ABSTERREO**, res. deterreo, terreo, insuper arceo, prohibeo. In Ver.  
137 a, Vt videamur à pecunijs capiedis homines absterre-  
re. Antequã 196 b, Aliquem supplicem à se absterre & ex-  
cludere. de Or. 258 a, Quid te adiri abnutas? melius esset, ve-  
tas, prohibes, absterres. pro Planc. 273 a, Eorũ neminem à  
congressu meo, neq; ianitor meus, neq; somnus absterruit.

† Syntaxis. *Ab aliquo absterre. A se absterre, &  
excludere. Petare, prohibere, absterre.*

**ABSTERSVS**, a, um, demptus, remotus. in Ant. 177 b, Idem ta-  
men quasi fuligine absterfa, reliquis diebus in Capitolio  
præclara Senatufconsulta fecisti.

¶ *Pronunciat Cic. epist. de re inficiende, Absterfa caligine.*

**ABSTINENS**, tis. suo contentus, continens, temperans, modestus.  
Att. 81 b, Homo mirificè abstinens. Offic. 49 a, Laudat Afri-  
canum Panætius, quod fuerit abstines. Qu. Fra. 296 a, Nam  
esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum  
est. Off. 29 a, Prætorum Sophocle decet, non solum manus,  
sed etiam oculos abstinentes habere.

† Syntaxis. *Non solum manus, sed oculos abstinentes habere.*

**ABSTINENTER**, temperanter, moderatè. in Sallust. 285 a, At in  
prætura modestè se gessit, & abstinenter, pro Scit. 11 a, Et  
in causã populari, si nõ moderatè, at certè populariter ab-  
stinenterque versato cessit.

**ABSTINENTIA**, æ. modestia, continentia. Att. 77 a, Sic in  
provincia nos gerimus, quod ad abstinentiã atinet, nullus te-  
runtius infamatur in quenquam. Off. 49 b, Nulla re concili-  
are facilius beneuolentia multitudinis possunt ij qui Reipub.  
præsunt, quam abstinentia & continentia. pro Sest. 4 a,  
Possunt multa dicere de provinciali eius in eo magistratu  
abstinentia. Off. 49 a, Laus abstinentiæ est temporum illorũ.  
\* pro Rosc. Com. 47 b, Vt dignissimus sit curia propter  
abstinentiam Tusc. 193 b, Omnis abstinentia, omnis inno-  
centia, quæ apud Græcos vtitatum nomen nullum habet:  
sed habere potest ἀσλάβειαν. Att. 72 a, Vt summa modestia  
& summa abstinentia munus hoc extraordinarium tradu-  
camus. Att. 76 b, Iam aduentu nostro reuiuiscunt, iustitia,  
abstinentia, clementia tui Ciceronis.

**ABSTINEO**, es. cohibeo, tempero, conineo. Att. 41 b, Quod me  
ad vitam reuocas, vnum efficis, vt à me manus abstineam.  
Abstinerè maledicto. In Ant. 161 b, & Att. 287 a, Is se maledic-  
tis non abstinet. in Verr. 234 a, Nihil ægrius factum est  
multo labore meo, quã vt manus ab illo appellatore ab-  
stinerentur. Corn. N. 272 b, Sic cùm biduum cibo se absti-  
nuisset, subitò febris decessit. in Ver. 73 a, Abstineant in hoc  
iudicio manus animosq; ab hoc scelere nefario. in Anton.  
161 b, Abstinerè se à nefario scelere. I. V. 236 a, Abstinerè  
manus ab alienis pecunijs. pro Syl. 182 b, Nos qui à cæteris  
causis coniurationis abstinimus. de D. 101 b, Vt iurgijs &  
litibus se abstineret. de Diu. 133 a, Faba Pythagorei se absti-  
nerunt. Att. 140 a, Pecunijs locupletum non abstinerè. de  
Or. 101 a, Ab alienis mentes, oculos, manus abstinerè. Att.  
81 b, Abstinerè se in omnibus rebus. Offic. 60 a, Quotus e-  
nim quisque reperietur, & c. qui abstinerè possit iniuria?

† Syntaxis. *A se manus abstinerè: id est, nõ se iugulare, vel neca-  
re. Abstinerè maledictos, cibo, iniuria. Ab aliquo manus abstinerè.  
Manus, mentes, se animum abstinerè à scelere. In hoc te abstine.*

**ABSTRACTVS**, a, um, auulsus, disunctus, abductus. de Diu. 94  
a, Cùm à corpore animus abstractus diuino instinctu con-  
citaretur. & Tusc. 217 a, Abstractus à ratione. Antequam  
197 b, A liberis suis abstractum, à coniuge abreptum, ab  
aris focusq; proiectum, vitam degere in exilio.

**ABSTRAXO**, strahis. abripio, auello, auoco, abduco. pro Deiot.  
151 a, Ego me ab omni sollicitudine abstraxi. de Cla. 188 b,  
Cotta se valde dilatandis literis à similitudine Græcæ locu-  
tionis abstraxerat. de Clar. 188 b, Pompeium maioris glo-  
riæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxit. de Diuin. 97 b, In



Aesopo saepe vidi tantum ardorem vultuū atq; motuum, vt eum vis quaedam abstraxisse à sensu mentis videretur. de Senect. 80 a, Senectus abstrahit à rebus agendis. Epist. 154 b, Abstrahere aliquos milites ab aduersarijs. pro Ar. 188 a, A nullius me vnquam tempore aut commodum, aut o-cium abstraxit, aut voluptas auocauit, vt denique somnus retardauit. de Som. 13 1 a, Quam maximè se à corpore abstrahere. pro Syl. 168 b, Quare nihil est quod à cæteris me vnquam abstrahas. de Orat. 156 a, Atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

**ABSTRAHOR**, tis. *abripior, auellor.* de Orat. 91 b, Deinde illud verendum, ne abstrahamur à cōsuetudine dicendi. pro Cæl. 50 a, E' sinu gremioque patriæ abstrahi.

† Syntaxis. *Abstrahere, & abstrahi à. Se abstrahere à. Hoc iltium abstrahit ad. Consilio abstrahit: & à sinu, &c. Se à corpore abstrahere. In altum abstrahere.*

**ABSTRVDO**, dis. *abscondo, abdo, recondo occulto.* Acad. 9 b, Natura in profundo veritatē, vt ait Democritus, penitus abstrusit. At. 190 a, Cū manē me in syluam abstrusi, densam atque asperam, non in exeo ante vesperum.

**ABSTRVSVS**, a, um. *latens, occultus, abditus, reconditus.* contra Rul. 63 a, Nullus numerus tam abstrusus est, quem architecti huius legis non olfecerint. Ibidem: Penitus abstrusas infidias alicui ponere. pro Dom. 218 a, Nimum diu reconditis & penitus abstrusus animi dolor. \* Acad. 8 b, Sequitur disputatio copiosa illa quidem, sed paulò abstrusior.

† Syntaxis. *Penitus abstrusus. Reconditus, & penitus abstrusus. Profert Cic. epithetum de numero, disputatione, infidijs, dolore.*

**ABSVM**, es. *remouus sum, ac distinctus, disto, facesso, desum.* Epist. 18 a, Ego te abfuisse tam diu à nobis doleo. ibid. 47 b, Longè abfuturus sum. in Verr. 252 b, Abesse à domo. Epist. 5 1 b, Abesse domo & foro. & 71 b, Abesse vrbe. & 47 b, Abesse à suis, & abesse à multis miserijs. in Verr. 208 b, Abesse ab domo paulisper maluit, quam argentum illud amittere. Epist. 33 b, Procul absūm ab re ipsa & locis. pro Cecin. 296 a, Qui in Italia non sit, absitque Reipublicæ causa. Att. 112 a, Nunquam ab oculis meis abfuerunt. pro Syl. 181 a, P. Sylla abfuit ab oculis vestris. Attic. 275 b, Filius tuus à me abest. pro Planc. 262 b, Longissimè abesse ab aliquo. pro Sestio 8 a, Edixitque vt ab vrbe abessem mille passus. Attic. 77 a, Cū in castra proficisceris, à quibus aberam bidui. Attic. 76 b, In castra properabam, quæ bidui aberant. pro Cecin. 290 a, Interrogatus quot millia fundus tuus abesset ab vrbe, dixit minus LIII. pro Cæl. 41 a, Domus mea à foro longè abest. Propius abesse. Attic. 1 b, Loca, quæ à Brundisio propius absunt, quam tu, biduū aut triduum. Epist. 245 a, Aberam ab Amano iter vnus diei. pro Clu. 23 a, Teanum abest à Larino xv 111. millia passuum. Acad. 20 b, Mille & DCCC. stadia, quod abesset, videbat Epist. 174 a, Abesse ab aliquo loco millia passuum xxx. Topic. 22 1 b, Abesse, longèque distinctum esse. Epist. 47 a, Abfui magnam pariem consulatus tui. Attic. 91 b, Longè absūm. Attic. 92 a, Quippe res est in manibus, tu autem abes longè gentium. Tusc. 246 a, Nunc quidem parumper à sole absis de Clar. 184 b, Multum ab his aberat L. Fufius: id est, inferior erat. \* in Clod. Longè te à pulchris abesse sensisti. pro Marc. 135 a, Tantum abes à perfectione maximorum operum.

¶ *Abhorreo.* Attic. 152 a, Nihil à me abest longius crudelitate. Epist. 157 a, Dum si quid acciderit mihi, à reprehensione temeritatis absim. Attic. 214 b, & 46 a, Hoc non longè abest à scelere. ibid. 128 a, Et illi ciues optimi sunt, & ego ab ista laude non absūm. de Cla. 195 a, Eloquentia, vnde longè absūm. Epist. 80 a, Ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit à culpa. ad Heren. 7 a, A' maleficio non abesse. Attic. 116 b, A' consilio fugiendi absūm. in Anton. 227 b, Absūm à bello: id est, animum à bello alienum habeo. de Fin. 161 b, Abesse plurimum à vitijs. de Orat. 107 b, Equidem tantum absūm ab ista sententia, vt, &c.

¶ *Non desendo.* pro Syl. 169 a, Vt mirari Torquatus desinat, me qui Antronio abfuerim, Syllam defendere.

¶ *Varia.* de Diu. 89 a, Hæc etiam si ficta sunt à poëta, non absunt tamen à consuetudine somniorum. Attic. 296 b, Neque discordiarum domesticarum calamitas abfutura est. Offic. 46 b, Auaritiæque absit suspicio. pro Flac. 164 b, Vis absit, &c. pro Rab. 93 b, Nomen ipsum crucis absit non modò à corpore ciuium Rom. sed etiam à cogitatione, oculis, auribus, &c. Orat. 220 a, Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, &c. Attic. 143 b, Aberit non longè, quin, &c. Attic. 211 a, Tantum porò aberat, vt binos scriberent, vix singulos confecerunt. de Cla. 190 a, Tantum abfuit, vt inflammares nostros animos. somnum isto loco vix tenebamus. I. A. 238 a, Ego verò istos tantum abest vt ornem, vt, &c. Offic. 9 b, Id autem tantum abest ab officio, vt nihil officio magis possit esse contrarium. Tusc. 164 b, Tantum abest ab eo vt malum mors sit, vt, &c. Or.

129 b, Tantum abest, ne enervetur oratio compositione verborum, vt, &c. & alibi: Parum abfuit quin occideretur. de Clar. 190 b, Hoc vnū illi, si nihil vtilitatis attulit, abfuit: si opus erat, defuit. de Or. 89 a, Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? de Leg. 157 a, Abest enim historia literis nostris: id est, deest. de Cla. 190 b, Aberat tertia illa laus, quæ permoueret animos.

† Syntaxis & phrasis vera. *Abesse ab persona, loco. Abesse domo, à suis, à miserijs, ab re ipsa, ab oculis. Abesse ab, mille passus, tridui. Propius abesse à. Longè, longissimè abesse. A' scelere, iustificatione, laude, à bello, à sententia. Alicui abesse: id est, non huic defendere. Tantum abest vt, &c. Sed quia phrasis est dignissima, explicetur. Tantum abest vt nos inflammas, vix attingis, & somnum hoc loco vix tenemus. Et tantum abest vt mala sit mors, vt potius: vel, vt verear, ne. Parum abfuit, quoniam occideretur.*

**ABVMO**, mis. *consumo, contero, conficio, perdo.* pro Quin. 6 a, Hortensius à me petit, ne dicendo tempus absumam.

**ABSVRDE**, ineptè, iniquè, turpiter, nefariè. Tusc. 177 b, Aut si absurdè canat is qui se haberi velit musicum. contra Rull. 71 b, Prætori imperat, quam id ipsum absurdè, nihil ad modè Diuin. 133 a, Nihil tam absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum.

**ABSVRVS**, a, um. *ineptus, turpis, inconueniens, minimè consentaneus, alienus, absonus, quod omnium mentes aspernentur ac respiciant.* conueniens, apus, accommodatus, tempestiuus. de Or. 116 b, Sin planè abhorrebit, & erit absurdus, vt se contineat, admonebo. de Orat. 146 b, Vox extra modum absona & absurda. pro Syl. 178 a, Iam verò illud quam incredibile, quam absurdum? qui, &c. pro Cor. 62 b, Et simul absurda res est, caueri fœderē, vt, &c. de Pro. 76 b, Nam & non sortiri absurdum est, &c. I. A. 215 a, Quo quid absurdius dici aut existimari potest? de Fin. 73 a, Quo nihil mihi videtur esse absurdus. de Di. 83 a, Absurdoque sono fontes & stagna ciuis. Attic. 252 b, Tempus discessus absurdum: id est, alienum, siue intempestiuum. \* pro Rofc. Com. 48 a, Est hoc quidem auribus animisque hominum absurdum. At. 111 a, L. Cæsarem vidi cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas.

† Syntaxis. *Homo absurdus, & abhorrens: id est, infestus. Absonum, & absurdum. Incredible, & absurdum. Absurda res est agere, &c. Absurdus homo, res, vox, sinus, factum, tempus.*

**ABSVRVS**, ti. *Frater Medæ, apud Pac. Aegialeus, de N. 69 a.*

**ABVNDANS**, tis. *affluens, circumfluens, copiosus, diues.* inops, expers, deficiens. de Nat. 23 b, Vita abundans bonis. de Ora. 92 a, Homo abundanti doctrina, incredibili quadam varietate rerum & copia. de Orat. 86 b, Græci non solum ingenio & doctrina, sed etiam ocio studioque abundantes. de Orat. 113 b, Timaeus rerum copia, & sententiarum varietate abundantissimus. de Clar. 186 b, Non erat abundans, non inops tamen. pro Qu. 7 a, Nepos non adest iam, sed abundanti pecunia. Offic. 16 a, Vir abundans bellicis laudibus Cn Pompeius. I. A. 163 a, Multa & lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. \* pro C. Cornel. 2, Quis tam abundans copijs?

† Syntaxis. *Homo abundans doctrina, rerum copia, ingenio, ocio, studio, bellicis laudibus. Homo abundanti pecunia.*

**ABVNDANTE**, abundè, vberius, affluenter, redundanter, plena manu, magna copia, satis superque, copiosè, largè, largitè. ¶ *angustè.* de Orat. 122 b, Copiosè & abundanter loqui de aliqua re, & 147 b. Item ad Heren. 16 a, Satis abundanter demonstratum est.

**ABVNDANTIA**, tia. *vis, numerus, vt pecoris, copia, vbertas, affluentia, magnitudo, copia rerum.* ¶ *venustas, angustia, inopia.* de Amic. 106 a, Circumfluere omnibus copijs, atque in omnium rerum abundantia viuere. de Am. 112 b, Suppeditare alicui omnium rerum, quas natura desiderat, abundantia & copiam. \* de Inuen. 83 a, Amplitudo est potentia, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. de Orat. 154 a, Ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta sine duce natura ipsa, si modò est exercitata, labetur. contra Rull. 64 a, Qui locus propter vbertatem agrorum abundantiamque rerum, superbiam & crudelitatem genuisse dicitur. de Fin. 104 a, Nemo in summa solitudinis vitam agere vellet, ne cum infinita quidem voluptatum abundantia. Tusc. 240 a, Commemoraret copias eius, rerum abundantiam. Paradox. 125 a, Copiam declarat fatietas rerum atque abundantia. Ep. 10 a, Facis tu quidem abundantia quadam amoris. vt. Ep. 95 b, Hæc scripsi non ocij abundantia, sed amoris erga te.

† Syntaxis. *Copiarum abundantia magna. Amoris & ocij abundantia. Vbertas, & abundantia. In abundantia viuere omnium rerum. Præfere ingenij abundantia. Abundantia infinita. Abundantia in aliqua re.*

**ABVNDÈ**, affuim, largitè, copiosè, plena manu, ¶ *tenuiter, parcè, ieiunè.* Attic. 275 b, Omnia alia sic abundè adsunt, vt



cum quolibet antiquorum comparari possit. de D. 109 a, Erit abunde satisfactum toti huic quaestioni. Att. 39 b, Plena manu aliquem laudare.

**ABVND**O, as. *sum dives, affluo, redundo, circumfluo, magnam copiam habeo.* (deficior, egeo, deest mihi. Epistol. 153 a, Tu consilio non eges, vel abundas potius. Offic. 1 a, Quanquam te M. Fili annuam iam audientem Cratippum, abundare oportet praecipis institutisque philosophiae. de Orat. 148 a, Cum ipsi doctrina & ingenij abundarent. pro Corn. 58, Cuius oratio omnibus ornamentis abundavit. I. V. 149 b, Circumfluere & abundare omnibus rebus. de Leg. 186 b, in cod. Germ. Theophrastus verò, ut seitis, abundavit in eo genere rerum. Attic. 245 b, Cum ex reliquis, quae nonis April. fecit, abundare debeam, cogor mutari. Attic. 3 a, Caietam, si quando abundare cepero orabo. de Inuent. 80 a, Cum aequitate causa abundavit. Epistol. 53 b, Abundare ingenio. ibid. 95 b, Abundare ocio. Offic. 35 a, Earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus, inuentio nulla esset. Attic. 102 b, Causam solum illa causa non habet, ceteris rebus abundat. de Diuin. 93 b, Siue deest naturae quippiam, siue abundat atque effluit. de Am. 110 a, Amici egentis abundat. pro Clu. 56 b, Mulier abundat audacia, consilio, rationeque deficit. \* Hortens. Praedij questuosissimis, amicis iucundissimis, quantum libuit, abundavit.

† Syntaxis. *Consilio, ingenij, audacia, ocio, doctrina, institutis, omnibus rebus abundare. Circumfluo, & abundo. Abundo in, cum septimo casu: & ex. Abundare, absolute: id est, diuini affluere. Abundo, & effluo.*

**ABV**OL, as. *fugio, fluo, euanesco.* de Finib. 87 a, Fluit igitur corporis voluptas, & prima quaeq; abuolat. aliter atque etiam, auolat, leguntur: & pro prima, prona sed prima, non dispartes, propter illud Virgilij Georg. 4.

*Optima quaeq; dies miseris mortalibus aui,  
Prima fugit.*

**ABV**S I O, onis. *oratoria figura.* Orat. 205 a, Aristoteles translationi subiungit & abusionem, quam catachresin vocant, ut cum minutum animu dicimus, pro paruo: & abutimur verbis propinquis. ad Her. 34 b, Abusio est, quae verbo simili & propinquo, pro certo & proprio abutitur, hoc modo: Vires hominis breues sunt.

**ABV**SVS, sus. *malus usus.* Top. 222 a, Non debet mulier, cui vir bonorum suorum vsum fructum legauit, cellis vinarijs & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere. vsus enim, non abusus legatus est: id est, non uti utendo consumat legatum.

**ABV**TORIS, non recte, vel non suo loco utor. de N. 14 a, Abuteris ad omnia atomoru regno atq; licentia. pro Mil. 102 b, Quanquam in hac causa, iudices, T. Annij tribunatu, rebus omnibus pro salute reipubl. gestis ad huius criminis defensionem non abutemur. pro Lig. 137 a, Ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer. pro Sex. R. 28 a, Proius ut vestro confessu pro summa solitudine abutatur. pro Qu. 18 b, Ornamentis alicuius pro spolijs abuti. Attic. 111 b, Et hic sermone aliquo arcepto pro mandatis abusus est. pro Sext. R. 27 a, Abuti legibus & maiestate iudicum ad quaestum atq; ad libidinem. I. C. 96 b, Quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra? de Fat. 145 a, Communi igitur consuetudine sermonis abutimur, cum ita dicimus, &c. \* Orat. 205 a, Abutimur verbis propinquis. de Leg. 165 a, In quo abutimur nomine.

¶ *Vtor.* de Nat. 56 b, Nos sagacitate canum ad vtilitatem nostram abutimur.

† Syntaxis. *Aliqua re ad vtilitatem abuti. Legibus ad quaestum, ac libidinem abuti. Facilitate immoderate abuti, ac insolentius. Hoc abuti pro illo. Alieno abuti nomine.*

**ABV**DOS, vrbs Asiae, cui Sestos obijcitur in Europa ad fretu Hellesp. ad Her. 41 a, Statim potitur Abydo.

**A C**, & atque, item, iudem, nec non. *Accommodata vocula in iudis comprehensivum, dum sequitur consonans.* pro Dom. 239 a, Si illa lex est, ac non vox sceleris. ibid. 259 a, Sit sane hoc de nostris aedibus, ac non de publicis templis. Epistol. 187 a, Fauebam & reipub. cui semper faui, & dignitati ac gloriae tuae. In Cat. 104 a, Hunc a tuis aris, ceterisque templis ac tectis vrbs ac moenibus arcebis. de Orat. 196 b, Virtutem non minis & vi, ac metu tradi. pro Mur. 125 a, Ac de officio defensionis meae, ac de ratione accusationis tuae, fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit. de Orat. 85 a, Ac fuit tempus, cum, &c. ibid. 68 a, Ac primo quidem. I. V. 64 a, Ac vide quid differat. I. V. 60 a, Ac vide quantum. Epistol. 69 a, Ac ne forte mirere cur. Epistol. 68 b, Ac non vereor ne. de In. 42 b, Ac mihi quidem videtur. ibidem 42 a, Ac me quidem. ibidem 42 a, Ac si volumus. ibid. 42 b, Ac si primo sic. \* Acad. 43 a, Ac de summo quidem ac naturali bono sic agunt,

¶ *Quam.* I. V. 100 a, Contrarium decernis, ac pauld ante decreueras. Orat. 209 b, Ut contra dicat, ac accipi ac sentiri velit. de Orat. 162 a, Alia dicentis ac significantis dissimulatio. de Diu. 89 b, Hebes aequae pecus. I. V. 202 a, Omnia contra sunt ac dixisti. Att. 93 b, Quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter ac deceat.

¶ *Vti.* de Nat. 60 a, Non mihi par ratio cum Lucillio est, ac tecum fuit.

**AKAKIA.** *animus terrore liber.* de Fin. 145 a.

**ACADEMIA,** miæ. *Gymnasium Athenis, ἀκαδημία vel ἰνδαμεία, ex Steph.* de Orat. 93 a, Et longè Academia illi ac Lycaeo tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. de Or. 148 b, Ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates, quorum alter Peripateticorum, alter Academiae nomen obtinuit. de Cla. 175 a, Brutus ex vetere Academia philosophorum sectam secutus est. Epist. 129 b, Nosti enim profectò os: id est, mores, institutum, ingenium, adolecentioris Academiae: ex ea igitur media excitatos admonitores: id est, libros misit. de Orat. 88 b, Instaret Academia, quae quicquid dixisset, id ipsum te negare cogeret. de Legib. 163 b, Perturbatrix harum omnium reru Academia. de Orat. 91 b, Hic mos erat patrius Academiae, aduersari semper omnibus in disputando. Attic. 212 b, O Academiae volaticae & sui similem, modò huc, modò illuc. Off. 56 a, Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunque maximè probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. Orat. 198 a, Omnis vbertas & quasi sylvam dicendi ducta ab illis est. Orat. 198 a, Fateor me oratorem, si modò sim, aut etià quicumque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spacijs extitisse. de Diuin. 139 b, Cum proprium sit Academiae, iudicium suum nullum interponere, ea probare quae simillima veri videantur, conferre causas, & quicquid in quanque partem dici possit expromere, nulla adhibita sua autoritate, iudicium audientium relinquere integrum ac liberum, tenebimus hanc consuetudinem à Socrate traditam. de Diu. 85 a,

*Inque Academia umbrifera, nitidoque Lycaeo,  
Fuderunt claras facundi peccoris artes.*

de Fin. 225 b, Academia noua & vetus quid. ibidem, Aristoteles in Academia vetere numeratur: id est, inter Academicos. de Finibus 124 a, Constituimus inter nos, ut ambulationem postmeridianam conficeremus in Academia. & ibidem: Inde vario sermone sex illa à Dipyllo stadia consecimus: cum autem venissemus in Academiae non sine causa nobilitata spacia, solitudo erat ea, quam volueramus. de Orat. 149 a, Ab Arcefila recentior Academia emanauit. \* de Nat. 59 b, Quae facultatem differendi tibi à rhetoricis exercitationibus acceptam amplificauit Academia. Ep. 140 a, Academiae nostrae cum eo Zenone magna rixa est.

† Syntaxis. *Ex Academia vetere sectam sequi. Ex Academicis spacijs extare. In Academia numerari: id est, inter Academicos. Ab aliquo emanat Academia. Academia vetus, adolecentior, antiqua, noua, recentior, perturbatrix rerum, volatica modò huc, modò illuc: sui similis, umbrifera. ad Att. 20 b, Academiae, pro in Academia.*

**ACADEMICI,** orum. *sapientes qui in Academia docent, vel eorum fuere sectatores.* Prudenter Academici à rebus incertis assensionem cohiberunt, de Natur. deor. 1. Academici antiqui, quod secundum naturam esset, quo iuaueremur in vita, bonum esse decreuerunt: Zeno nisi quod honestum esset, nihil putauit bonum, 1. de Leg. Academici bona corporis alia ponebant esse in toto, alia in partibus. Acad. q. ed. 1. lib. 1. Academici conantur ostendere multa posse videri esse, quae omnino nulla sunt, quum animi inaniter moueantur, eodem modo rebus ijs quae nullae sint, ut ijs, quae sint. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici constituebant summum bonum esse extremum rerum expetendarum. Acad. q. ed. 1. lib. 1. Academici dicebant permotiones, τὸ παρὶ, vtiliter à natura animis nostris datas, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici & Peripatetici quondam iudem, Offic. 3. Academici & Peripatetici rebus congruentes, nominibus differerebant, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academici ex loci vocabulo, nempe Academia, quae gymnasium erat, nomē habuerunt, ibidem. Academici forenses causas agrestioribus musis relinquebant, Orat. 7. Academici noui contra omnes dicere solent, qui scire sibi videntur, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici noui, verum sine vlla contentione inuenire volunt, idque summa cura studioque conquirunt, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici summū bonum à natura petebant, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academici summum bonum, quod omnia referrentur, nulla alia in re, nisi in natura quaerendum esse, ei; parendum dicebant, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academici id habebant decretum, Nihil posse percipi, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici mundum ex ijs quae qualia appellant, in natura cohaerente, & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse volunt,



Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academici nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi id sequi volunt, quodcunque verisimile videatur, de Finibus lib. 2. Academici veri esse aliquid non negant, percipi nosse negant, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici veteres mediocritates probant, & in omni per motione naturalem volebant esse quendam modum, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici volunt probabile aliquid esse, & quasi verisimile: ipsumque probabile vnicam esse regulam & in agenda vita, & in quaerendo ac disputando: hoc est, in omni disputatione ac consideratione veri & falsi, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici volentes perspicua à perceptis distinguere, in errore versantur, ut sentit Lucullus, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici vtramque artem, dicendi scilicet & differendi, vim vnam esse putant, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academicorum alij omnia incerta esse dicebant, alij vero inter incertum, & id quod percipi non possit, distinguere conabantur, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Plato Academicorum & Peripateticorum author, de Finib. 5 b. Facilius effugiunt Academicorum calumniam, quæ vberius disputantur & fusiùs, de Nat. deor. 2. Academicorum & aliorum differentia, Acad. 3 b. Academicorum disputationes nihil aliud agunt, nisi vt in vtramque partem dicendo & audiendo eliciant, & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quàm proximè accedat, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academicorum more pugnare, de Nat. 74 b. Academicorum nomen vnum, sententiæ duæ, 3. de Orat. Academicorum oratio nihil ipsa iudicat, sed habetur in omnes partes, vt ab alijs possit ipsa per sese nullius autoritate adiuncta iudicare, Tuscul. quæst. lib. 5. Academicorum philosophiam confundere vera cum falsis, spoliare nos iudicio, priuare approbatione, omnibus orbare sensibus, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Contra Academicos differendum sit, necne, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academicos, dum visum definiunt, partiumque, & virorum genera declarant, *ἡγεμονίαν* efficiere, quam tamen inueniri posse negant, probat Lucullus, Acad. q. ed. 1. lib. 2. 41. Vidés ne quanta fuerit apud Academicos verecundia? Tuscul. quæst. lib. 4. Cum Academicis incerta luctatio est, lib. 2. de Finib. Inter Academicos & reliquos philosophos discrimen. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. Academicæ quæstionis libri quatuor, 13 ad Attic. Academici tertij præmium, 16 ad Attic. Academicos libros Cicero ex duobus ijs quatuor contulit, 13 ad Attic. In Academicis libris quatuor ostēdit Cicero, quod genus philosophandi minimè arrogans, maximeque & constans & elegans arbitraretur, Diuin. lib. 2. \* Acad. Academicum sapienti ab omnibus cæterarum sectarum secundæ partes dantur ibid. Contra eos Stoicos potissimum Academicorum exarsit ingenium. ibid. In quorum rixam si Academicus incurrit. ibid. Nemo dubitat Academicum prælatum iri. ibid. Academicos præ illis modestos cautosque homines visum iri Epicuro. ibid. Mos fuit Academicis occultandi sententiam suam, nec eam cuiquam, nisi qui secum ad feneestram vsq; vixissent, aperienti.

A CARNANIA regio, & in Eptro, & in Aegypto. I. P. 100 b.

AKAIPOΣ *tibi sim.* 9, ad Attic.

AKATAΛΗΠΤΟΝ. L. INCOMPREHENSIVS.

AKATAΛΗΨΙΑ. *incomprehensio*, 13, Attic.

ACCEDENS, *tis. quod accedit, adiungitur.*

ACCEDO, dis. *adeo, venio, appropinquo, appello, contingo, transio ad, addor: cum vi vocis Præterea.* (abeo, decedo. I. V. 225 b, 226 a, Qui accessistis Ennam, vidistis simulacrum Cereris. I. P. 93 b, Non audebat accedere ad ludos. I. V. 255 a, Prædones accedere incipiunt ad Syracusas. I. V. 211 b, Ipse in oppidū accedere noluit. Att. 120 b, Non est nobis committendum, vt has legiones, quas dubio animo habeo, hostis accedere aut itinere me consequi possit. de Leg. 183 b, Pittacus omnino accedere quempiam vetat in funus aliorum. I. V. 262 a, Cùm ego noctu ad Heracliam accederem. I. A. 180 b, Cùm inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obuiam ei processit magna sanè multitudo. I. A. 244 a, Poteròne Ariminū tutò accedere? Epist. 17 b, Accedere in Apuliam. ibid. 46 a, Accedere ad urbem. pro Cec. 292 a, Accedere in ædes suas. Att. 104 a, Ne antè in Senatum accederem, quàm rem consecissem. de Leg. 170 b, Nullū frigidius flumen attingi, cùm ad multa accesserim. Att. 23 b, Ad te vt video, cominus accessit. I. P. 90 a, In regnum iniussu populi aut Senatus accedere. Q. frat. 322 b, Cōsurrexit Senatus cū clamore ad vnum, sic vt ad corpus eius accederet. Parad. 120 a, Causa, quæ quando accedit alteri, id fit propensius. de Clar. Orat. 180 a, Antonio Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo tamen proximus. de Nat. 20 b, Ad similitudinē Deo propiùs accedit humana virtò quàm figura. Attic. 100 a, Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem literæ tuæ. I. V. 110 a, Siculi proximè accedunt ad nostram disciplinam. I. V. 162 a, Condemnari malebant quàm ad eius conditio-

nes pactionesque accedere. pro Quint. 14 a, Cur ex tot creditoribus alijs ad istam rationem nemo accesserit? Academic. 10 b, Si magna parte ad verum ipsum aut quàm proximè accedant. de Orat. 108 a, Sanè dubitare vitus est Sulpitius, vtrius oratio propiùs ad veritatem accederet. pro Mil. 112 b, Proximè accessit ad deos Clodius, propiùs quàm tum, cùm ad ipsos penetràrat. in Vat. 29 b, Non putas fas esse verbum ex ore aures tuas accedat. \* pro Sex. Rosc. 19 a, Quod nondum ad Rempub. accessi. pro Marc. 134 b, Si verò ad humanos casus incertosque euentus valetudinibus, sceleris etiam accedat insidiarumque consensus. & 136 b, Vt ad tua innumerabilia in me vnum merita maximus hoc tuo facto cumulus accesserit. I. A. 265 a, Copiasque hostium, quæ ad castra accesserant, profligauit.

¶ *Contingit.* pro Clu. 19 b, Huic nihil potest offensiois accedere sine acerbissimo animi sensu ac dolore.

¶ *Adiungor insuper.* Attic. 7 a, Accedit eò, quòd, &c. Epist. 156 a, Accessit eò, vt, &c. Attic. 9 b, Accedit eòdem etiam noster Hortensius. Epist. 57 b, Accedit eòdem vulgi opinio. de Orat. 126 b, Accedit vt ego, &c. tu autem, &c. Attic. 211 a, Accedit enim quòd patrem, &c. & ibidem, De Scrofa etiam proximè accedis. Quint. frat. 289 b, Annus tertius accessit desiderio nostro, & labori tuo. pro Cluen. 53 a, An vt de causa eius periculi nihil decederet, ad causam nouū crimen accederet. contra Rullum 78 b, Postremò etiam vestigalia vestra venierint, accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorum. Attic. 283 a, Accedebat ad beneficii memoriam gratam ratio illa, quæ, &c. *id est, addebat.* I. A. 160 a, Huc si quid accesserit, non tam mihi quàm vobis Reique publicæ accesserit. Attic. 102 b, Tibi nò multum ad dignitatem potest accedere. de Aruf. 244 b, Non multum mihi sanè post ad odium accessit. Attic. 12 b, Dolor accessit bonis viris. de Orator. 107, Quò plus cuique ætatis accedit, eò fit tardior. pro Cælio 53 a, Cùm paulum iam roboris accessisset ætati. Attic. 79 a, Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit. de Orat. 229 a, Accedit, vt ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit. Epist. 199 a, Vt quàm maximus his literis cumulus accedat. de Claris 175 a, Manus extrema non accessit operibus eius. pro Quin. 1 a, Illud quoque nobis accedit incommodum, quod, &c. Orat. 216 a, Id ad numeros proximè accedit. \* pro C. Corn. 1, Nisi pœna accessisset in diuiores. in Clod. Dolor accessit bonis viris. pro Sex. Rosc. 19 a, Accedit illa quoque.

† *Syntaxis.* *Accedere in oppidum, in senatum, in Apuliam, in regnum. Alicui proximè accedere: id est, eundem sensè esse. Id illi accedit. Ad similitudinem Deo accedere. Accedere quippiam in cumulum. Dolorem alicui accedere. Quò plus ætatis alicui accedit. Paulum roboris ætati accedit. Animus recedit: id est, augetur. Verba incunda ad aures accedere. Accedere ad disciplinam: id est, si miles habere mores. Ad verum magna ex parte, aut quàm proximè accedere. Huc, si quid accedat, id tibi accedit. Accedit eò quòd. Accessit eò, vt. Accedebat ad hoc ratio illa. Accedit eòdem. Accedit vt ego. De Tullio proximè accedit. Accedere ad conditiones & pactiones: id est, accipere. Ad causam accedere crimen nouum. Ad alia accedo. Multum illi ad odium accessit. Offensionem accedere: id est, accedere.*

ACCELERATIO, *onis. seffinatio.* ad Her. 20 b, Continuatio est, orationis enunciandæ acceleratio clamosa.

ACCELERO, *ras. maturo, celero, propero, celeritatem adhibeo.* I. C. 105 b, Si accelerare volent, ad vesperam eum consequentur.

ACCENDO, dis. *installo, illumino, illustro.* Offic. 11 a, Quasi lumen de suo lumine accendat, facit vt nihilo minus ipsi luceat, cùm illi accenderit. de Vn. 200 a, Deus ipsi solem, quasi lumen accendit, ad secundum supra terram ambitum. pro Arc. 188 a, Quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accenderet. de Som. 128 b, Luna radijs Solis accensa.

ACCENDOR, *ris. incendor, illustor.* de Orat. 94 a, Præclare se res habet, si hæc accendi aut commoueri arte possit.

ACCENSVS, *a, um. incensus, ardens, flagrans.* I. P. 180 b, Ego faces iam accensas ad huius vrbs incendium extinxi.

ACCENSVS, *si, vt inquit Asconius, nomen est ordinis in militia. Erant etiam accensi milites, qui supplendis militibus, seu legionibus quasi ad legionum censum adscribebantur: hi que vel in demortuorum locum surrogabantur, vel ad necessarias res accensebantur. Verùm ex ipsomet Cic. discernimus, accensos parum ab ordine seruitutis abfuisse.* I. V. 90 b, P. Tertius qui tum accensus C. Neroni fuit. & 122 b, Quin. frat. 292 a, Accensus sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris ac muneris, non tamerè nisi liberis suis deferebant, quibus illi quidem non multò se-cus ac seruis imperabant. de Leg. 182 b, Vtatur accenso, atque licitoribus.



**ACCEPTIO**, nis. accipiendi actio. Top. 223 b, Neq; deditio-  
nem, neq; donationem sine acceptione intelligi posse.

**ACCEPTIVS**, a, um. quod accipitur, & receptus exceptusq; in ra-  
tione commercij. (expensum ac datum.

¶ **Acceptus**, simpliciter. Postq. 199 a, Rogationem suasit eam,  
qua accepta est hostibus deditus. pro Arch. 192 a, Ea iudic-  
es spero à vobis esse in bonam partem accepta. pro Flac.  
157 a, Pecuniam ad adolescentulo grandi scenore, fiducia ta-  
men accepta, occupavisti. de Offic. 74 a, Quo deprecante,  
accepta lex non est. \* I. A. 263 a, Duobus periculosis vulne-  
ribus acceptis sublatas est è prælio, Reipub. vitam referua-  
uit. de Nat. 59 b, Quam facultatem differendi tibi à Rhetoricis  
exercitationibus acceptam amplificavit Academia.

¶ **Referre aliquid acceptum, vel in acceptum**. I. V. 95 a, Expensa  
Chryfogono H-S. sexcenta, accepta pupillo Malleolo retul-  
lit. & 196 a, b, Negabat opus in acceptum referre posse. de  
Am. 107 a, Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad cal-  
culos reuocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum &  
datorum. I. A. 168, Ego amplius H-S. ducentis acceptum  
hæreditatibus retuli. pro Cecin. 288 a, Se habere ait argen-  
tarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, ac-  
ceptaque relata. pro Quin. Rosc. 46 a, Hoc nomē in codicem  
acceptum & expensum referri debuit. Orat. 212 a, Tabulæ  
accepti. pro Quin. Rosc. 45 a, Si tabulæ C. Fannius accepti  
& expensi profert suas. I. V. 143 a, b, Quas pecunias ferebat  
ijs expensas, quibus cum contrahebat, eas ipsi isti refere-  
bat acceptas. \* pro Quint. Rosc. 45 b, Quomodo H-S.  
c. c. c. c. c. c. in codice accepti & expensi non sunt. ibid.  
Non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi  
relatum confitetur. pro Quint. Rosc. 46 a, Vtrum cæ-  
tera nomina in codicem accepti & expensi digesta ha-  
bes, annon?

¶ **Charus**. Anteq. 192 b, Sit is animus vestris acceptissimus,  
qui, &c. de Som. 127 b, Nihil Deo acceptius, quàm, &c.  
Tuscul. 237 a, Quod approbâris, id gratum acceptumque  
habendum.

¶ **Imputacionis**. pro Deiot. 151 a, Deiotarus omnē quietem  
senectutis acceptam refert clemētiæ tuæ. de Nat. 77 b, Vir-  
tutem nemo vnquā Deo acceptam retulit. Attic. 9 a, Quod  
vivo, tibi acceptum refero. I. A. 162 b, Quorum nemo fuit,  
qui non mihi vitam suam, liberos, fortunas, rempub. re-  
ferret acceptam. 168 a, Omnia mea mala tibi vni accepta  
refero.

¶ **Accepti beneficij vel damni**. Epist. 190 b, Dolabella in oppu-  
gnando malè acceptus in Asiam se contulit. Brut. Epist. 174  
a, Recurri ad copias meas: sic enim eas verè appellare  
possunt enim extenuatissimæ, & inopia omnium rerū  
pessimè acceptæ. de Som. 126 b, Pōst autem regio apparatu  
accepti, sermonem in multam noctem produximus. de Or.  
135 b, Ego verò hilarè à te acceptus sum. Att. 253 b, Con-  
uiuie hilarè & benè accepti.

† **Syntaxis**. *Referre aliquid acceptum, vel in acceptum est, mette-  
re à vicenusa. Ratio par acceptorum & datorum. Acceptum hære-  
ditatibus referre. In argentarij tabulis accepta pecunia relata.  
Nomen in codicem acceptum & expensum. Accepti tabule. Ani-  
mus acceptissimus. Nil Deo acceptus. Gratum acceptumq; habere.  
Acceptum quippiam referre alicui, riconoscere, tenere obligo. Ali-  
cui sua mala accepta referre, imputare, dar la colpa. In pugnano  
malè acceptus. Copie tecum omnium inopia pessimè acceptæ.*

**ACCESSIO**, nis. aduoco, accio, a fisco, a fisco, a fisco, a fisco, a fisco. Attic.  
258 b, Eum locum Possidonius persecutus est, ego autem  
eius librum accessiui. I. A. 206 a, Qui ad opprimendā remp.  
Brundisio legione accesserit. Epist. 189 b, Tarsenses vltro  
Dolabellam accesserunt. Epist. 165 a, Senatusconsultum,  
quo Plancum in Italiam accessistis. Ep. 164 b, Cùm legione  
vnam ad se initio belli accessisset Antonius. Attic. 11 a, Ac-  
cessiuit ad se, promisit, intercessit, dedit. de Cla. 196 b, Ar-  
tes, quas cùm domi haurire non posses, accessiui ex vrbe  
Athenarum.

¶ **Accesso**. de In. 74 b, Quidam eum capitis accesserunt. pro  
Cæl. 40 b, Nec ipse alterum ambitus crimine accesserit.

† **Syntaxis**. *Accessere ex vltimis terris, ab exteris. Accessere ac di-  
cereriuos. In Italiam aliquè accessere. Accessere aliquè maiestatis.*

**ACCERSITVS**, a, um. vocatus, conuocatus, inuocatus. I. V. 227 a,  
Sacra adscita atque accessita ab exteris nationibus. pro  
Cæl. 41 a, Vtriuulus accessitus & ductus ab ipso capite ac-  
cusationis tuæ. de Ar. 249 b, Quorum ludorum religio tan-  
ta est, vt ex vltimis terris accessita in hac vrbe confederit.  
Epist. 173 b, Postridie manè à Pansa sum accessitus Bon-  
oniam. pro Dom. 214 a, Quem à cuncta Italia desideratum,  
accessitum, reuocatum confiteris. \* Tuscul. 209 a, Studia do-  
ctrinæ alium de accessita.

**ACCERSITVS**, tus. inuocatio. de Nat. 5 a, Ad eum ipsius ro-  
gatu accessituq; venissem.

**ACCERSO**, is. vt *Accesso, accessio, tribuo, aduoco.*

¶ **Accesso**. in Verr. 137 a, Quis erit tam amens, qui te post

quinquennium statuarum nomine accersat?

¶ **Tribuo**. de Orat. 157 a, Translationes orationi splendoris  
aliquid accersunt.

¶ **Aduoco**. Brut. Att. 288 a, Cùm id malum, quod vitare po-  
tueris, vltro accersas atq; attrahas. Qu. frat. 308 b, Pom-  
peius se cōparat, homines ex agris accersit. Att. 5 b, Te non  
modò non accersam, sed prohibebo. Att. 35 a, Et si erit pu-  
gnandum, accersam ad societatem laboris. in Ver. 217 b,  
Optimum queng; ad se accerserat. de Diuin. 78 a, Quo fa-  
ctum est, vt eum ad se rex accerseret.

† **Syntaxis**. *Accersio, absoluit, &c. Ad aliquid, ad se. Quempiam  
statuarum nomine accersere. Splendorem alicui rei accersere: id est,  
tribuere. Accersere res transmarinas. Malum vltro accersere.*

**ACCERSOR**, ris. aduocor. Ep. 106 a, Vbi sint, quando accer-  
sant. Att. 121 b, Dicearchum mercurie dices accersit, nō  
vnum omnium loquacissimū. Att. 173 a, In oppido aliquo  
mallem rese disse, quoad accerseret. I. V. 131 a, Quod tum  
magis inuidioso crimine, quàm vero accerseretur.

¶ **Accusor**. ad Her. 4 b, & 5 b, Accersitur Cepio maiestatis.

† **Syntaxis**. *Accerseri, absoluit, inuidioso crimine accerseri.*

**ACCESSIO**, nis. adiectio, incrementum, lucrum super sortem, ac-  
cessus. (discessio, abscissio. pro R. P. 127 b, Non intelligo hoc  
quale sit, vtrum accessione decumę, vt nostri facere coacto-  
res solent, centesima, an decessione de summa fecerit.  
ibid. Tam graui onere tributorum ad tantā pecuniam cog-  
endam mille talentū accessionem esse factam. I. V. 173  
a, H-S. quinq; accessiois cogebantur dare, qui minimum  
singulos nummos. Offic. 54 b, Eorum neque accessione  
melior vita fit, nec discessione peior. de Vn. 2 b, Cùm ad  
corporatum accessio fieret, tum abscissio. de Diuin. 115 b,  
Hæc decessio capitis, aut accessio, subitōne fieri potest? Or.  
208 a, Vt quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio.  
Epist. 134 b, Magnam perditū hostes accessionem sibi fecis-  
sent, si, &c. Att. 193 b, Meque hac ad maximas ægritudines  
accessione non maxima libera. Attic. 262 a, Ad veteres ne-  
cessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas er-  
ga me. Epist. 18 b, Quantæcunq; tibi accessiones fient &  
fortunæ & dignitatis. I. P. 99 a, Cùm tibi ad pristinas clades  
accessio fuisset. Aetoliæ interitus. I. P. 97 b, Tum quidem ti-  
betiam accessio fuit ad necem Platonis, Pleuratius eius  
comes. Offic. 28 a, Hanc Scaurus demolitus, accessionem  
adiunxit ædibus. \* de Fin. 59 b, Quæ tanta ex improbis fa-  
ctis ad minuendas vitæ molestias accessio fieri potest,  
quanta ad augendas tum conscientia factorum, tum pœ-  
na legum odioque ciuium? & 73 b, Accessione vtuntur non  
ita probabili. de Fin. 112 b, Quia momentum aliquod ha-  
beat vitæ ad iucundam accessionem? & 113 a, Habent bona  
corporis accessionem dignam in qua laboretur. de Nat. 22  
a, Neq; deficiat vnquam ex infinitis corporibus similia  
accessio. I. V. 164 a, b, Populus publicè coactus est ei con-  
ferre lucri tritici modium xxvi: & accessionem h s m m. De  
accessione dubito an Apronio ipsi data sit merces operæ,  
pretiumque impudentiæ & 166 a, Accessionem ascripsit  
h s m d. ibid. Audistis quanti decumas accepit à Decimo  
ciuitas, tritici modium quinque millia, & accessionem. Co-  
gnoscite nunc quanti se vendidisse retulerit. I. V. 173 a, Nec  
nummorum accessionē cogebatur arator dare. ibid. Quid  
verò istæ sibi quinquagesimæ? quid porò nummorum ac-  
cessionis volunt? & b, In vendendis decumis nummorum  
faciebant accessiones ad singulas decumas.

† **Syntaxis**. *Accessio facta ad rem, ad orationem. Sibi facere acces-  
sionem magnam. Accessione aliquem liberare ad magnam malum.  
Hoc attulit magnam accessionem ad veteres necessitudines. Ac-  
cessio facta & fortuna & dignitatis. Tibi ad pristinas clades ac-  
cessio fuit mors illius. Et ad necem illius hic accessio est. Aedibus  
accessionem adiungere.*

**ACCESSVS**, sus. appropinquatio, accessio, appulsus, aduentus. (re-  
cessus, abscissio. de Nat. 53 b, Accessus ad res salutare, à  
pestiferis recessus. Attic. 23 a, Id à tuis literis, quas ad me  
de accessu tuo miseris, discrepabat. pro Mil. 111 b, Illi  
accessus ad vrbum nocturnus metuendus est. de Orat. 159  
b, Luna accessu & recessu suo, Solis lumen accipit. de  
Diuin. 115 b, Quid de fretis aut de marinis æstibus di-  
cam? quorum accessus & recessus lunæ motu gubernan-  
tur. & 127 a, Accessu & recessu stellarum cælum commu-  
tari. \* pro Sest. 26 a, Ad vrbum accessus incredibili ho-  
minum multitudine & gratulatione florebat. de Nat. 30  
a, Possétne Solis accessus discessusq; solstitijs brumisque  
cognosci?

\* **ACCIANVS**, vide **ACTIANVS**.

**ACCIDENS**, tis. qui procumbit ad aliquem supplex. \* Att. 9 b,  
Ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio.

**ACCIDIT**, bat. euenit, vsu venit, cadit, casus incidit, tempus inci-  
dit, sit sæpe vt, &c. id accidit. &c. id factum est, &c. potest accideri  
vt, &c. potest fieri vt, &c. Attic. 263 b, Cùm Cæsar ostendisset,  
&c. accidit vt subitò ille interiret.

**ACCIDO**,



**A C C I D O**, dis. *euenio, obtingo, aduenio, interuenio, cado, contingo, fio, vsu venio: in tertijs personis plurimum.* de Nat. 13 b, Quod in illo mihi sæpe vsu venit, idem modò cū te audirè, acciderat vt, &c. Ep. 93 a, Timebam ne euenirent ea, quæ acciderunt. pro Cec. 287 b, Vt negotia mulieris, si qua accideret, susciperet. Att. 127 b, Accidere aut mihi nolebā, quod doleo viris fortiss. accidisse. de Som. 139 a, Exustiones terrarū, quas accidere tempore certo necesse est. de D. 112 a, Nihil fieri, nihil accidere, nihil euenire potest, nisi quod, &c. Att. 10 b, Id aut vt accideret, cōmissum est Hortensij consilio. Offic. 55 a, Credo si quando dubitatio accidit, quale sit id, de quo considerat. Att. 10 a, Quæris ex me quid acciderit de iudicio de D. 92 b, Mihi à peris in Asia prædictū est, fore eos euentus rerū, qui acciderūt. pro Qu. 2 a, Id accidit preteris iniquitate. de D. 112 b, Nihil pro certo futurum est, quod potest aliqua procuracione accidere ne fiat. pro Pl. 262 a, Nihil, vt plerunq; euenit, præter opinionē accidit. I. P. 86 b, Illud etiam accidit præter optatū meum, sed valde ex voluntate, vt in furorē incideres. Ep. 40 a, Nihil tam præter opinionē meam accidere potuit. de In. 70 a, Si quid pupillo accidisset. I. A. 154 b, Si quid mihi humanitūs accidisset. I. V. 257 a, Calamitas, quæ omnis propter avaritiā ipsius accidit. pro Pom. 15 a, Si quid de eo factū esset. de Am. 97 a, Nihil mali accidisse Scipioni puto: mihi accidit si quid accidit. Att. 122 b, Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Ep. 206 a, Tamē mihi crede, singulares huic municipio calamitates accidisse. ad Her. 16 a, Multa mala alicui casura esse. de In. 50 b, Quid ipsi casurū sit. Ep. 241 a, Quid casurum sit, incertū est. I. V. 231 b, Mirum quendam dolorē accidere alicui. Part. 237 a, Aliquid diuinitūs accidere. de Or. 127 a, Nihil ad dolorē acerbius accidere potuit. I. V. 30 b, Quid mihi optabilius ad immortalitatem gloriae potuit accidere? At. 85 a, Quod videt tibi etiam nouum accidisse, tanquam mihi. Ep. 40 b, Quæ scribis ad me, minimè mihi miranda, & maximè iucunda acciderunt. Epist. 30 b, Cognoui omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. pro Plan. 271 b, In quibus ipsa aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi nō ingratī acciderunt. Att. 3 b, a, Nam mihi omnia, quæ iucunda ex moribus alterius homini accidere possunt, ex illo accidebant. Epist. 41 a, Illud mihi permirum accidit, tantam temeritatē, &c. Att. 110 b, Hoc mihi accidit iucundissimum. Att. 49 a, Quod me vetas quicquam suspicari accidisse ad animum tuum, quod, &c. de Inuen. 62 b, Hoc mihi voluntatis accidit, vt scriberem, &c.

† Syntaxis. *Accidit, absolutè. Accidit mihi. Accidit quod, & vt. Accidit diuinitūs, humanitūs. Accidit nouum, mirandum, præter optatum, ad dolorem, ad gloriam. Accidit gratissima. Id mihi permirum accidit. Ad me accidit. Hoc voluntatis mihi, desiderij, studij accidit. Id accidit de hac re. Id ex voluntate accidit, & præter opinionem. Ad animum meum accidit.*

**A C C I E N D V S**, a, um. *aduocandus.* de Ar. 249 b, Aruspices acciendos ex Hetruria arbitror.

**A C C I O**, cis. *acceso, venire iubeo, euoco.* At. 68 b, Tu inuita mulieres, ego acciuro pueros. Att. 220 b, Hic igitur si accierit, accurram. Or. 156 a, Philippus, qui filio Aristotelem doctorem accierit.

† Syntaxis. *Accire, absolutè. Accire aliquem. Alicui quempiam accire doctorem. Acciendus, accitus.*

**A C C I P I E N D V S**, a, um. *qui suscipi debet.* de Fin. 58 a, Terga boum non esse ad onus accipiendum figurata. de Off. 103 b, Animum mollis, & ad accipiendam, & ad deponendam offensionem. \* pro C. Cor. 1, Tribus ad legem accipiendam introuocare. ibid. Vt ad legem accipiendam adessent. ibid. Cū legem non modò accipit, sed etiam efflagitauit.

**A C C I P I E N S**, tis, qui accipit. de Fin. 65 a, Voluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens mouetur.

**A C C I P I O**, sis. *suscipio, capio, recipio.* Ep. 101 b, Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipitis. ibid. 25 b, & 198 b, Sed in hoc homine nullam accipio excusationem. ibid. 264 a, Accipere causam: id est, excusationem. de Orat. 159 b, Luna solis lumen accipit. de Fin. 82 a, Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat. Epist. 2 b, Quod dat accipimus. Att. 9 a, Et tamen ab illo aperte, tectè quicquid est datum, libenter accipi. de Or. 125 a, Si sedant & sua sponte, accipio quod datur. Epist. 23 a, Bibulus provinciam acceperat. Att. 328 b, Suaue mihi quidē, vt videtur, ad Cæsarem, sed quero locupletem tabellariū accipiat. Ep. 77 a, Quod ego ita libenter accipio, vt, &c. de Orat. 116 b, Sit enim mihi tinctus literis, ista ipsa præcepta acceperit. Att. 32 a, Accipere aliquem hospitio. I. V. 111 b, Qui testimonium publicū mandataq; acceperat. Ep. 28 b, Laodiceæ me prædes accepturum arbitror. Attic. 289 a, Cū me pro puero respub. accepisset vadē. pro Qu. 11 b, Quin iudicium acciperet in ea ipsa verba, quæ Næuius e-

debat. non recusabat. ibid. Cū is iudicium acciperet pro Quintio, cui tu, &c. Attic. 275 a, Cū exploratum habere cœpero, Cæsarem honoribus quos acceperit, extraordinarijs fore contētum. Postq. 199 a, Rempub. illis accipi temporibus eam, quæ penè amissa est. Att. 128 a, Cū impatratam iam Capuam accipere nolui. de Orat. 163 b, Cū de plebe consulem non accipiebant. ibid. 141 a, Tenere, quæ didiceris in accipienda causa. Epist. 261 a, Accipimus conditiones, sed ita, vt remoueat præsidia. de Clar. 180 a, Cū palmam iam primus acceperit. I. A. 174 b, Tam bonus gladiator, tam citò rudem accepisti? Qu. frat. 315 b, Accipi literas tuas datas Placentiæ, deinde alteras postridie datas Blandenonæ. de Off. 60 b, Ita q; præclarum à maioribus accipimus morē rogandi iudicis. Qu. frat. 298 a, b, Quas eū dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret: id est, à Vario. Certè humanitatem ipsi tribuere debemus, à quibus accipimus. I. V. 153 a, Imperat Agyrinēsis, vt decimas ipsi publicè accipiant. \* Hortens. Cū rationē à dispensatore accipis. pro Quin. 12 a, Se iudicio id quod edat, accipere. I. A. 260 b, Quibus auspicijs istos fasces augur acciperem? Off. 10 b, Quod si ea, quæ acceperis vtenda, maiore mensura iubet reddere Hesiodus.

† *Traeto.* I. V. 220 b, Leniter clementerq; hominem accipit. † *Patiore.* de Amic. 113 a, Patienter accipere admonitionē. Attic. 2 a, Durius accipere hoc mihi visus est. ibid. 247, Atq; fortiter hoc velim accipias, vt ego scribo. Epist. 167 a, Ea te moderatè accepisse: id est, a quo animo. Att. 135 b, Quanto nunc hoc idem accipiet asperius? pro Cæl. 49 a, Accipere aliquid seuerè. Attic. 79 b, Accipere plagam.

† *Intelligo.* de Nat. 57 a, Quæ contuens animus, accipit ab his cognitionem deorum. \* de Senect. 93 b, Pueri res eas non tum primum accipere vidētur. Acad. Te iam benè accepisse quid dicam.

† *Audio.* Epist. 29 b, Cū optatissimum nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse. I. V. 113 a, Nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiant. \* Epist. 5 b, Quæ gerantur, accipies ex Pollione.

† *Interpreteror.* Ep. 36 a, Accipere aliquid in bonam vel malā partem. Att. 242 b, Accipere beneficium in contumeliam. de Orat. 128 a, Accipere aliquid grauius. Ep. 144 a, Quicquid in eum officij contuleris, id ita accipia, vt in me ipsum te putem contulisse. ibid. 253 a, Tente te, quo animo accipias. Attic. 52 a, Sed bonam in partem accipies. ad Heren. 13 b, Accipere aliquid in aliam partem ac dictum sit. de Am. 112 b, Et hæc accipienda amicè, cū beneuolè fiunt. ad Heren. 36 a, Vereor quomodo hoc accipias, I. V. 215 b, Quemadmodum hoc accepturas exterarum nationes putasti? de Arusp. 255 b, Velim si hoc accipias, vt à me dicitur: dicam certè quod sentio. I. A. 210 b, Periculosè dico, quæ admodū accepturi P. C. sitis horreo: sed quæso oroq; vos, vt accipiat sine offensione, quod dixerō. p. Deiot. 148 b, Vt volet quisq; accipiat. Attic. 175 a, Quod rogas vt in bonam partem accipiam, si qua sunt in tuis literis, quæ me mordeant, ego verò in optimam. pro Cæl. 49 a, Accipiet in optimam partem C. Panfa: etenim dicam animo amicissimo. Att. 204 b, Illud non accipio in bonam partem, quod me refers. ad Heren. 40 b, Cū verbum in duas plurēve partes accipi potest. pro Deiot. 146 a, Quæ quidem à te in eam partem accepta sunt, vt eum amplissimo regis honore affeceris.

**A C C I P I O R**, ris. *Ex actiuis suis passiuæ significationes patescunt.* Att. 249 a, Quemadmodum i ludii accipiantur: id est, placeant. Ep. 60 a, Cū par voluntas accipitur & redditur. \* de Orat. 128 a, Singuli casus humanarum miseriarum grauius accipiuntur.

† Syntaxis communis in Accipio, Accipiens, Accipior, Accipitur, & Accipiendus. *Accipere literas ab aliquo. Mores accipere, Mancipio: Humanitatem accipere: id est, beneficia. Nuncium, oppidū: scilicet defendendū. Accipere conditiones, honores, iudicium. Voluntatē accipere: id est, amorē agnoscere, vel experiri, legem, prædes, vadē pro aliquo, vulnus, fiducia, testimonium, mandata, prouinciam, tabellarium locupletē. Accipere beneficium in contumeliam: id est, conuertere. In bonā, in meliorem, in optimā partem, grauius accipere. Ita accipias, vt. In plures partes accipere verbū. Patienter, durius accipere verbis. Apparatu bene, malè, pessimè accipere: leniter, clementer, hilarè. Causam, excusationē accipere: pro audire, cū à, & de. Accipere rogationē. Lex accepta. Accepta fiducia. Hilarè & benè accepti conuincit. Voluptatē sensus accipiens. Ad accipiendam iniuriam animus mollis. Leniter clementerq; homines accipere, proprium est Principum. Accipere admonitionē. Sine offensione accipere. Auribus accipere. Animo & oculis, sensu accipere: id est, agnoscere. Falsam de aliquo accipere suspensionem.*

**A C C I P I T E R**, tris. *avis rapax.* de Nat. 69 a, Accipitres, aspidēs, in Deorum numero reponemus.

**A C C I T V S**, tus. *accesit.* I. V. 162 a, Agyrio magistratus accitū eius euocantur.



**ACCIVS**, cii. de Cla. 174 a, Vester etiam D. Brutus M. filius, vt ex familiari eius L. Accio poëta sum adire solitus, & dicere non incultè solebat, &c. pro Arc. 190 b, Dec. quidem Brutus, summus ille vir & Imperator, Accij amicissimi sui carminibus, templorum ac monumentorum aditus exornauit suorum. ad Heren. P. Mutius eum qui L. Accium poëtam nominarat in scena, condemnauit. In Bruto, Accius cum Pacuio sene admodum, fabulam docuit. Famil. lib. 9, Accij Oenomaus, tragœdia. ad Attic lib. 16, Accij tragœdia Tiresus. Famil. lib. 7, Apud Accium Philoctetes ait. de Nat. lib. 3. Nec possum Accij Nanij Lituum contemnerè. ¶ Fuit & alter historicus: de Leg. lib. 1, hinc Accianus.

**ACCLAMATIO**, onis. *populi & oratoris admurmuratio, exclamatio.* de Inuen. 47 b, Quod genus strepitum, acclamationem, statim non incommo- dum est iniicere. de Orat. 139 b, Vitanda est acclamatio aduersa populi. Quint. frat. 396 b, Cato contraxit maxima acclamatione Senatus. Quint. frat. 308 a, Pompeius non modò acclamatione, sed conuitio & maledictis impeditus fuit. Attic. 11 a, Credo te exclamatione aduocatorum Clodij audisse. \* ad Heren. 20 a, Ictus fit, & vulnerantur arteriæ acuta & attenuata minus acclamatione.

**ACCLAMO**, as. in malam sepe partem. de Clar. 188 a, Sed tamen metuo, ne mihi acclametis. & Hostis omnibus qui acclamassent. I. V. 162 a, Quæstura Hostiensis, cui cum prætores fortiuntur, etiam acclamari solet. pro Muren. 128 a, Is non ausus est dicere, quot millia fundus suus abesset ab vrbe nam cum dixisset, minus abesse 1111, populus cum risu acclamauit, ipsa esse. pro Cecin. 209 a, Ne acclametur.

**ACCLIVIS**, ue. *arduus, erectus de loco, vt collis, via.* Q. frat. 318 b, Ea via pars valde accliuus est.

**ACCOLA**, læ. *iuxta aquas montesve habitans.* in Verr. 226 b, Ennenses omnes sacerdotes, omnes accolæ atq; antistites Cereris esse videntur.

**ACCOLOR**, lis. *iuxta colo.* Orat. 211 a, Vos qui accolitis Histri fluuium atq; Algidæ. ex Næuio. & Som. 129 a, Illa gens, quæ illum locum accollit, sensu audiendi caret.

**ACCOMMODANS**, tis. *qui adaptat.* de Orat. 132 a, Africanus ille coronam sibi ad caput accommodans.

**ACCOMMODANDVS**, a, um. *vis aperta est.* de Orat. 123 a, Hæc nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda ad oblectandos animos. Offic. 45 b, Largiendi ratio & ad facultates accommodanda, & mediocritate moderanda est.

**ACCOMMODATÉ**, aptè, *conuenienter.* Orat. 207 b, Definire aliquid ad popularem intelligentiam accommodatè. de Orat. 97 a, Dicere quàm maximè ad veritatè accommodatè.

**ACCOMMODATIO**, onis. *conueniens, decens, apta; & dispositio & collocatio.* in Ver. 191 a, Ex huiuscemodi principio, atque ex liberalitate & accommodatione magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est.

**ACCOMMODATVS**, a, um. *paratus comodus, proficiuus, aptus, congruens.* Acad. lib. 2, Nam quomodo non potest animal vllum non appetere id quod accommodatum ad naturam appareat: Græci id *σικαίον* appellant. de Or. 103 a, Sententiæ ad probandum accommodatæ, & verba ad audiendum iucunda. & Offic. 20 b, Animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati sunt. Acad. 45 a, Oratio ad persuadendum accommodata. de Diu. 105 b, Animi præparati rebus ad tranquillitatem accommodatis. contra Rull. 90 a, Nunquis vestrum ad vim, ad facinus accommodatus est: nemo. Ep. 71 b, Minimè sum ad te consolandum accommodatus. ad Heren. 2 a, Accommodatum ad rem, de qua agitur. contra Rul. 68 b, Hæc lex vobis accommodata atque utilis est. Orat. 216 a, & pro Clu. 18 a, Numeri singularis orationis generibus accommodati. pro Flac. 152 b, Pompeij ratio, quæ fuit accommodata L. Syllæ descriptioni. Epist. 32 a, Sed te confido ea esse facturum, quæ mihi intelligis esse accommodata. ibid. 33 a, Tunc mihi ille dixit, perfore accommodatum tibi, si, &c. \* pro C. Cornel. 1, Institui exemplum temporibus suis accommodatissimum cupierunt Hortensii. Quorum corpora viua cum mortuis, aduersa aduersis accommodata quàm aptissimè colligabantur. pro Cluen. 18 a, Quæ pars procul à iudicio remota est, quæ concionibus seditiosè concitata accommodatior est quàm tranquillissimè iudicijs.

† Syntaxis. *Accommodatum ad naturam, ad probandum, & persuadendum, ad vim, ad facinus. Esse aliquid alicui accommodatè.*

**ACCOMMODO**, as. *colloco, digero, commodo, apto, refero, verso, & ad tempus rego.* Epist. 203 b, Peto à te, vt ei de habitatione accommodes. Alij te inferendum putant. I. V. 229 b, Si quid iste suorum Aedilibus accommodauit. ad Heren. 40 a, Ait, se ædes suas cuidam amico ad nuptias accommodasse. pro Cæl. 40 b, Vos autem, dum illi placere vul-

tis, ad tempus ei mendacium vestrum accommodauistis. Epist. 58 b, Illud si scissem, ad id meas literas accommodassem. ibid. 129 b, Meum consilium accommodabo ad tuum. Offic. 14 b, Qui se ad remp. & ad magnas res gerendas accommodauerunt. de Orat. 95 b, Ad vos exacundos accommodaui orationem meam. pro S. R. 35 a, Vt libenter ad eius testimonium, vestrum iusiurandum accommodetis. de Leg. 157 b, Si qui dies ad rusticandum dati sunt, ad eorum numerum accommodo, quæ scribo. Attic. 197 a, Ciceroni hoc velim proponas, vt sumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedem Argileti. pro Domo sua 240 b, Ad alicuius arbitrium & nutum totum se fingere & accommodare. de Diu. 115 b, Vt se exta ad immolantis fortunam accommodet. de Orat. 132 a, Accommodare fabulas poëtarum, ad ea quæ dicimus. ad Heren. 27 b, Accommodare vnum alteri. ibid. 1 a, Accommodare vnam rem ad aliam. Epist. 52 a, Accommodare tempus ad vnius voluntatem. Off. 60 b, Vt perorandæ litis tempus quo ad per leges liceat, accommodet. \* in Clod. Cum calanticam capiti accommodares.

† Syntaxis. *Accommodare alicui de domo, & domo. Ad aliquid literas, mendacium dare. Ad consilium alterius dare suum. Ad alicuius nutum & arbitrium se accommodare. Vnum alteri accommodare. Tempus accommodare.*

**ACCOMMODOR**, aris. *adaptor.* de In. 48 a, Vulgare exordium est, quod in plures causas potest accommodari, vt conuenire videatur. de D. 131 b, Vt iisdem versus aliàs in aliam rem accommodari possit. ad Heren. 3 a, Quod in plures causas accommodari potest. ibid. 13 a, Ratio, quæ alij expositioni potest accommodari.

† Syntaxis. *In plures, paucas, res, causas accommodari: & causis.*

**ACCRESCO**, scis. *creasco.* de In. 74 b, Flumen enim subito accreuit. Salust. in Cic. 271 a, Redde rationem, quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit. Cornel. Nepos in vita Attic. 272 a, Postquam indies dolores accrescere febresq; accessisse sensit.

**ACCRETIO**, onis. *amplificatio, augmentum.* Tusc. 162 b, Lunam accretione & diminutione luminis, quasi factorum notantem & significantem dies.

**ACCUBANS**, tis. *qui iuxta discumbit.* I. C. 106 b, Qui mihi accubantes in conuiujs eructant sermonibus suis eadem bonorum atque vrbis incendia. Attic. 227 b, Hæc scripti x. Cal. accubans apud Vestorum.

† Syntaxis. *Accubans alicui, & apud aliquem.*

**ACCUBATIO**, onis. *discumbendi actus.* Off. 26 a, Status, incessus, sessio, accubatio, teneant illud decorum. de Sen. 86 b, Accubatio epularis amicorum. de Nat. 20 a, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio erit adhibenda Deo.

**ACCUMBENS**, bis. *accubo, cubo, discumbo.* I. V. 252 a, Muliebria quotidie conuiuia erant, vir accubebat nemo. pro Deiot. 146 b, Huc te è balneo, priusquam accumberes, ducere volebat. pro Mur. 142 a, Lacedæmonij, qui quotidianis epulis in robore accumbunt. in Ver. 89 b, In conuiujs Græcorum mulieres non accumbere. de Or. 87 a, Cum lauti accubissent. Att. 222 a, Cæsar vnctus est, accubuit. Ep. 142 b, Accuberam hora nona, cū ad te harum exemplum in codicillis exarauit. \* Ep. 143 a, Infra Eutræpelum Cÿtheris accubuit.

† Syntaxis. *Accumbere, absolute. In robore accumbere quotidianis epulis. Lauro accumbere.*

**ACCUMVLATISSIMÉ**, *cumulatifsimè.* ad Her. 6 a, Vt munus accumulatifsimè tue largiamur voluntati. & Ep. 220 b, Liberalissimè & accumulatifsimè polliceri cupiam.

**ACCUMVLO**, las. *augeo, ad augeo, cõgero, exaugero, cõstruo, coaceruo.* cõtra Rul. 77 b, Auger, addit, accumular aurū ex p̄da.

\* **ACCVRANDVS**, a, um. *parandus.* Oecon. 1, Cū victus & cultus humanus non vti feris, in propatulo ac syluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus esset.

**ACCVRATE**, *summa cura, diligenter, studiosè, exquisitè.* Att. 126 a, Accuratè velim prescribas tuã ad me sententiã de Cl. 190 b, Accuratè & exquisitè disputare de aliqua re de Na. 5 a, Accuratè sanè & diligenter de dijs immortalibus disputatū est. de Cla. 172 a, Accuratè diligenterq; & studiosè facere aliquid. Part. 118 a, Illud tamè arctè tenet, accuratèq; defendunt. Att. 254 a, Is egit mecum accuratè multis verbis, tibi vt responderem. Att. 74 a, Scripsi ad eum accuratè. pro Arch. 189 a, Accuratè cogitate que scribere aliquid. \* in Clod. Cum strophio accuratè præcingerere.

† Syntaxis. *Accuratè prescribere, disputare, agere. Diligenter & accuratè. Accuratè sanè & diligenter. Accuratè & exquisitè. Accuratè, cogitateq; scribere.*

**ACCVRATIO**, onis. *studium, diligentia, cura.* de Clar. 186 b, In inueniendis componendisq; rebus mira accuratio, vt non facilè in villo diligentiorum maioremq; cognouerim, sed eam vt citius veteratoriam quàm oratoriam diceret.



**ACCVRATVS**, a, um, ssumus. *meditatus, exquisitus, elaboratus, absolutus.* de Or. 88 a, Accurata orationis copia. de Or. 130 a, In tali cœtu & tam accurato fermone. de Cl. 191 a, Accuratum & exquisitum dicendi genus. de Am. 101 a, Accurata oratio alicuius. Att. 101 b, Literarum tuarum accuratissima diligentia mirum in modum delectatus sum. † Syntaxis. *Accurata orationis copia. Sermo accuratus. Accuratum & exquisitum dicendi genus.*

**ACCVROR**, ris. *curor diligenter, administrator, gubernor.* de Inuentione 54 a, Melius accurantur quæ consilio geruntur, quàm quæ sine consilio administrantur.

**ACCVRRO**, ris. *ad aliquem curro, aliquo contendo, aduolo, me confero.* Att. 35 b, Expeditus facito vt sis, si in clamâro, vt accurras. Att. 220 b, Hic igitur si accierit, accurram. pro Ra. 94 b, Cùm cuncta nobilitas ac iuuentus accurreret. At 229 b, Lepta me rogat, vt si quid sibi opus sit, accurras. At 239 a, Accurres in Tusculanum, vt scribis. Off. 74 b, Is accurrisse Romam dicitur. Epist. 128 a, Nos accurremus ad te.

¶ *Occurro: animo scilicet.* de Diuin. 136 b, Iste imagines ita nobis dicto audientes sunt, vt simul atque velimus, accurrant.

† Syntaxis. *Accurro, simpliciter. In domum, & ad aliquem accurrere.*

**ACCVSABILIS**, le. *dignus accusatione, castigatione.* Tuscul. 225 b, Quorum omnium accusabilis est turpitudine, i. accusanda.

**ACCVSANDVS**, a, um. *qui meretur accusationem, castigandus, incusandus, monendus.* Ep. 13 a, Etsi accusandi sunt, qui, &c. magis etiam reprehendendi, qui, &c.

**ACCVSANS**, tis. *incusans, castigans, reprehendens, admonens.* Ep. 44 a, Te leuiter accusans in eo, quod de me citò credidisses. Att. 137 a, Fufius accusans scelus Pompeij.

**ACCVSATIO**, nis. *incusatio, nominis delatio.* de Cl. 176 a, M. Brutus accusationem fecit, vt Athenis Lycurgus. \* pro C. Cornel. 1, Desiit accusatione, an vi, an veritate? pro S. Rosc. 25 a, Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaq; accusatione. Offic. 43 a, Ex accusatione & defensione constat ratio iudiciorum: quarum etsi laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio probata persæpe est. ibid. P. Sulpitij eloquentiam accusatio illustrat, cùm. Off. 42 b, Sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili & gloriosa. Partit. 239 a, Quod si non esset in accusatione. ibid. Sine quo firmamento accusatio stare non posset. pro Cælio 37 b, Nec defensus quemquam ad hanc accusationem fuisse. & 38 b, Accusatio crimen desiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet. ibid. Pars accusationis.

**ACCVSATOR**, oris. *is qui accusat.* de Clar. 186 a, M. Brutus accusator vehemens & molestus. & 176 b, Accusator acer & acerbus. pro Qu. 8 a, Possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere. Ep. 122 a, Ponere accusatorem alicui aliqua lege. I. V. 91 a, Accusator apponitur ciuis Romanus. Par. 230 b, Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello. \* pro Sex. Rosc. 26 b, Id erat certi accusatoris officium, qui tanti sceleris argueret, & explicare omnia vitia atq; peccata filij. pro S. Rosc. 27 a, Accusatores multos, esse in ciuitate vtile est. ibid. Vt ne planè illudamur ab accusatoribus. ibid. Cùm aliquid habeat accusator, quod possit criminose ac suspiciosè dicere: s' aperte ludificari & calumniari sciens non videatur. pro S. Rosc. 27 b, Simillima est accusatorum ratio. Alij vestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere non possunt: alij canes, qui & latrare & mordere possunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos autem maximè debetis in eos impetum facere, qui merentur. ibid. Si voletis, &c. id suspicionem latratote. ibid. Sin autem sic agetis, vt arguatis aliquem patrem occidisse, neq; dicere possitis aut quare aut quomodo: actantummodo sine suspicionem latrabitis: crura quidem vobis nemo suffringet: sed &c. literam illâ, cui vos vsq; eò inimici estis, vt etiam alias omnes oderitis, ita vehemèter ad caput affigent: vt postea neminem aliū, nisi fortunas vestras accusare possitis. Quid mihi ad defendendum dedisti, bone accusator? quid hisce autem ad suspicandum? I. A. 157 a, Quis accusator tam amens reperietur, qui reo condemnato obijci se multitudini conditæ velit. Off. 43 a, Vt accusator nominetur. Incer. De accusatore lege quinta dicta. de Inuent. 65 b, Ex quibus omnibus rebus vnum in locum coactis accusatoris erit improbatione hominis vti. ibid. Quare vitam eius, quem arguit, ex antefactis accusator improbare debet, & ostendere, &c. de Inuent. 66 a. Item in omni causa naturam, aut victum aut studium, aut fortunam, aut aliquid eorū, quæ personis attributa sunt, ad eam causam, qua commotum peccasse dicet, adiungere: atq; ex dispari quoque genere culparum, improbare animam aduersarij oportebit. Partit. 231 a, Non eadem est collocatio accusatoris & rei: quod

accusator rerum ordinem prosequitur, & singula argumenta quasi hasta in manu collocata vehementer propinat, concludit acriter, confirmat tabulis, decretis, testimonijs, accuratiusq; in singulis commoratur, perorationisq; præceptis, quæ ad incitandos animos valent, & in reliqua oratione paululùm digrediens de cursu dicendi vitur, & vehementius in perorando. Est enim propositum, vt iratum efficiat iudicem. Part. 238 b, Cùm de verissimo accusatore disputatur. Part. 239 b, Accusatori hæc duo prima sunt. ibid. Possunt etiam sine accusatore in causis hæc eadem controuersiarum genera versari. Sed hæc duo sunt ei prima, causa & euentus. pro Cæli. 38 a, Quæ accusatores deformandi huius causa, detrahendæ spoliandæq; dignitatis gratia dixerunt. ibid. Equitis Rom. esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, & b, Quod omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisq; celebratum est.

† Syntaxis. *Accusator vehemens, molestus, acer, acerbus, remarius. Alicui ponere accusatorem.*

**ACCVSATORIE**, more accusatorum. in Verr. 144 a, Accusatorie dicere. & 185 a, Non agam tecum accusatorie, nihil fingam.

**ACCVSATORIVS**, a, um. *ad accusationem spectans.* pro Mur. 126 a, Illos lex magis quædam accusatoria, quàm vera maledicendi facultas, de L. Murenæ vita dicere aliquid coëgit. pro Flac. 148 b, Quæ accusatorio iure & more sunt facta. pro S. R. 26 a, Nō tu in isto artificio accusatorio calidior es quàm hic in suo. pro Clu. 19 b, Accusatorio animo adduci, &c.

† Syntaxis. *Lex accusatoria. Iure accusatorio factum. Accusatorium artificio. Animus accusatorius.*

**ACCVSATVS**, a, um. *incusatus, reprehensus, in iudicium vocatus.* de Op. 244 b, Aeschines à Demosthene capitis fuit accusatus. I. A. 93 a, Is apud se sacerdotem rei capitalis accusatus, &c. \* pro C. Cornel. 1, P. Africanus non solum à sapientissimis hominibus, verum etiam à seipso sæpe accusatus est, quod passus esset.

**ACCVSARE**, as. *citra iudicium causam vel culpam in aliquem confere, transfero, culpam alicuius accuso, postulo, insimulo, arguo, compello, appello, crimino.* I. V. 137 a, & Q. Fr. 307 a, Primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te excuso: me enim, &c. Attic. 4 a, 160 b, Non committam posthac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis. Idem & pro S. R. 33 b, & Attic. 2 b, Hoc eò ad te scripsi, quod is me accusari de te solebat. Ep. 2 a, Pompeium iam liberius accusare & monere non desistimus. Att. 178 b, & 242 b, Grauisimè accusare aliquem. Ep. 79 a, Cuius tu desperationem accusare solitus es. de Fin. 55 b, Voluptatem accusare, dolorem laudare.

¶ *In iudicio cito, nomen defero, diem dico, in crimen voco, aliquem reum cito, in iudicium voco, ad iudicium voco, reum facio, in reos refero, litem intendo & infero, multam peto, alicuius criminis aliquem reum facio, nomen alicuius defero, nomen alicui defero, aliquem in iudicio arcessere, aliquem in iudicio persequi.* de Fin. 70 b, Accusare aliquem capitis. pro Cæli. 40 a, Accusare aliquem ambitus. de Or. 174 b, Accusare aliquem maiestatis. pro Dom. 222 a, Deinde, ne pro indicta (al. prædicta) die quis accusetur, vt ante magistratus accuset intermissa die, quàm multam irroget, aut iudicet: quarta sit accusatio trinum nundinū pro dita die, qua die iudicium sit futurū.

† Syntaxis. *Accusare aliquem in aliqua re. Capitis accusare. Ab aliquo accusari ambitus, maiestatis. Accusare indicta die, ante magistratus. Rei capitalis accusatus. Accusare aliquem de. Accusare inter scarios. Accusare libertis, & monere leuiter, susus, grauisimè.*

**ACER**, acris, acre. *magnus, ingens, fortis, vehemens, acutus.* (de lenis. Ep. 124 b, Acer in rebus gerendis. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Minus acer aduersarij. de Or. 116 b, Animus acer & præfens. de Clar. 166 b, Flagitator assiduus & acer. de Vniuer. Acer inuestigator rerum, quæ à natura inuolutæ videtur. 3. de Or. Neq; tam est acris acies in naturis hominum & ingenijs. pro Flac. Acris memoria improborum. pro Cor. 63 b, Acre bellum. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Acre iudicium. Att. lib. 1, Quamuis acrem amatorem inuenieris. lib. 1. de Diu. Et se vegetam ad somniamdam acrem; præbeat. de Or. 160 b, pro M. l. 106 b, Se acris animo defendere. de Di. 109 b, Ad reliqua acris tendebamus animo. 2. de Orat. Acris & vehementi quadâ incitatione inflammari. Acad. q. ed. 2. lib. 1. de Orat. Acris incitatio vir. de Orat. Veruntamen neq; tam acris memoria ferè quisquam est. pro Planc. Acres oculi. 1. Offic. Si acres ac diligentes esse volumus animaduersores vitiorum, de Natura deor. 2, Acres humores aut nimis concretos colligant. ad Attic. 56 b, Educere viros acres. id est, fortes. de Orat. 141 b, Vtendum est imaginibus agētibus, acris, insignitis. 2. ad Quint. frat. Acris causa, in Orat. Quis in rebus inueniendis acris Aristotele fuit?



fuit lib. 1. de Orat. 48 a, Quis & studio acriore, quam nos sumus. de Nat. deor. 2. Hec inesse necesse est (nempe sensum & rationem) & acriora quide atq; maiora. ad Lent. 1, Defensor acerrimus. L. xl. Acerrimus inimicus. de Orat. 141 b, Sensus videndi acerrimus. 12. Philip. Acerrima & fortissima libertatis recuperandæ cupiditas. pro Sylla, Quæ nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit atq; acerbissima. 3. de Orat. Omne illud tempus in acerrima atque attentissima cogitatione posuisse. de Orat. 152 b, Vnguentum acerrima suavitate conditum. de Nat. deor. 2, Acerrimo ingenio. 15. ad Attic. in Epist. Hircij acerrima consilia & inertissima opponuntur. \* Hortens. Alterius ingenium fit acere, vt mel Hymettium dicimus. I. A. 262 b, Acerrimus impetus.

† Syntaxis. In rebus agendis acer. Aduersarius acer. Animus acer ac praesens. Flagitator asiduus & acerrimem inuestigator. Acies acris, naturæ ingenij, memorie. Bellum, iudicium, amator, inimicus, cura, incitatio, oculus, mortalis, humor, vir, imago, causa, studium, defensor, cupiditas, sensus, nox, suauitas, consilium, acria. Vegetum & acre. Acre ac vehemens. Acer ac diligens. Acrior, acerrima, & fortissima cupiditas: in bonam partem. Acerrima, & acerbissima nox: id est calamitosa. Acerrima & attentissima cogitatio. Vnguentum acerrima suavitate conditum.

A CERBE, asperè. de Nat. deor. 76 b, Acerbè necari. & Epist. 5 b, Acerbè & asperè nimium accusari. pro Plan. 259 a, Acerbè ferre aliquid.

† Syntaxis. Acerbè necari, accusari, aliquid ferre.

A CERBITAS, tis. molestia, feritas, ærumna, calamitas, asperitas, tristitia. Attic. 139 b. Ita neque de ocio nostro spero iam, nec vllam acerbitatem recuso. Part. 237 a, Acerbitas iustitiam imitatur. Quin. frat. 298 a, Iracundia exorabilis, vt in malis acerbitati anteponenda est. de Am. 112 b, Apud aliquem euomere virus acerbitatis suæ. Quint. frat. 297 a, Ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. I. C. 218 a, Mihi hæc conditio consulatus data est, vt omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusq; perferrem. & 119 b, Cæterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur. Offic. 27 b, Obiurgatio habens multum acerbitatis. pro Planc. 279 a, Ego fructus ex repub. magna acerbitate permixtos tuli. pro Planc. 281 a, Lacrymæ, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. \* pro Rabir. 122 b, Ne quid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addendum acerbitatis putet. de Natur. 123 b, Panætius nec acerbitatem sententiarum, nec differendi spinas probauit. Epist. 78 a, Idem est ei sensus & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & suarum. Ep. 203 b, Syllani temporis acerbitatem Deorum immortalium benignitate subterfugerunt. pro Plan. 267 a, Cur ista editio non summam habeat acerbitatem, remota ratione illa.

† Syntaxis. Vitæ acerbitas: id est, calamitas. Iustitiam imitatur acerbitas. Acerbitatis virus euomere. Naturæ acerbitas. la durez-za, zanchella. Acerbitates pro iure. Suppliciorum, obiurgationis acerbitas. Fructus acerbitate permixtos.

A CERBIVS, magis acerbè, asperius, diuinus. de Orat. 127 a, Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere potuit.

A CERBUS, a, um. proprie de fructu, tralatione de alijs rebus, habens acerbitatem, aliquid acerbitatis habens, austerus, grauis, calamitosus. de Leg. lib. 2, Acerbum incendium. de Orat. 125 a, Demissus, non acer, non pertinax, non litigiosus, non acerbus. de Cla. 370 a, Acerbus in vituperando. de Orat. 103 b, Quæ mala sunt ea, multo maiora & acerbiora verbis facere. de Nat. 75 b, Afotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis schola exire. pro Quin. 17 b, Miserum est, &c. acerbum, &c. calamitosum, &c. ibidem. Acerbum est ab aliquo circumueniri: acerbius, à propinquo. Antequam. 196 a, Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod rempublicam tutabitur. de Pro. 76 a, Impolitæ verò res & acerba, si erunt relicta, efficerent se aliquando, &c. de Sen. 88 a, Vna primò est peracereba gustui. \* con. C. Anton. Penè acerbus & luctuosus populo Romano dies. ad Heren. 26 b, Vrbs acerbissimo concidat incendio conflagrata. I. A. 159 b, Acerbissimum eius diem supremum malum, quam L. Cinnæ dominatum.

† Syntaxis. Acerbum incendium. In vituperando acerbus. Acerbos (absq; substantiâ) exire. Acerbum est, &c. Nihil acerbi mihi est, quod. Peracereba vna. Translatè de homine, ingenio, re, verbis.

A CERRA, ræ. arcua thuraria, in qua thus incendi ad fissimentum solet. de Legib. 182 a, Nec acerræ prætereantur. (al. præferantur.)

A CERRI ME, vehementissimè. I. V. 264 b, & Attic. 104 b, Acerrimè cedere vel reprehendere aliquem. pro Flac. 151 b, Aliquid quam maximè intentis oculis acerrimè contemplari. de Orat. 138 a, Sic omnia quæ sunt, quæque aguntur acerrimè, lenioribus principijs natura ipsa prætexit.

A CERVALIS, le. scilicet argumentum. \* de Diuin. 110 b, Quæ admodum foriti resistas: quem si necesse sit, Latino verbo liceat acrualem appellare.

A CERVATI M. summam. Orat. 204 b, Aceruatim, multa frequentans, vna complexione deuinciet. pro Clu. Aceruatim iam reliqua, iudices, dicam.

A CERVVS, ui. cumulus cuiusq; rei. contra Rul. 77 b, Vix iam videtur locus esse, qui tantos acervos pecuniæ capiat. I. C. 116 a, Omnis hic locus acervus corporum & ciuium sanguine redundauit. I. C. 120 b, Cerno animo miseris atque insepultos acervos ciuium. I. A. 178 b, Itaque tanti acervi nummorum apud istum construuntur, vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ. pro Sylla 181 b, Quantos acervos facinorum reperietis? \* Acad. 23 a, Rerum naturâ nullam nobis dedit cognitionem finium, vt statuere possimus quatenus. Nec hoc in acervo tritici solum, vnde nomen est Soritæ.

† Syntaxis. Dicitur de pecunia, corporibus, tritico, nummis, facinoribus. Appellat & acervos ciuium miseris & insepultos.

\* A CETVM, i. Hortens. Alterius ingenium sic dulce, vt acetum Aegyptium dicimus.

A CHÆVS, a, um. Græcæ nationis nomen. de Prouerb. 70 a, Achaï ingentem pecuniam pendunt L. Pisoni quotannis. I. V. 65 a.

A CHAI A, æ. pro Flac. 165 a, Athenienses, cuncta Achaïas Epist. 216 a, Proincia, in qua est Lacedæmon.

A CHAICVS, a, um. Att. 282 b, In mediò Achaico cursu.

A CHERINI, populi. I. V. 170 a.

A CHERON, tis. fluminis apud inferos. de Nat. 68. a, Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegeton. Tusc. 150 a, Acherontis transectio. Postquam 209 b, Metellos penè ex Acheronte excitatos. Tusc. 155 b, Acheron altus.

A CHERONTIVS, a, um. Tusc. 158 b, Acherontia templa, ACHILLES, lis. de Nat. 68 b, Achillem Astypalæa insulâ sanctissimum colit.

A CHIVVS, a, um. Græcorum nomen. de D. 86 a, Cùm Achiui cœpissent inter se strepere.

A CIES, ei. proprie pars acuta ferri ad secandum. 7. Verr. Quod iam antè aciem securium tuarum vidisset.

¶ Viso, vel vis oculi, aut pupilla. Tusc. q. lib. 4, Atq; idem ita aciem in omnes partes aciem intendit. 2. de Nat. 54 b, Acies ipsa qua cernimus, quæ pupilla (al. pupula) vocatur, ita parua est, vt ea quæ nocere possint, faciliè vitet. Tusc. 159 a, An tanta sit eius tenuitas, vt fugiat aciem?

¶ Exercitius, & copie instructe. Tusc. quæst. lib. 2, In aciem hostium irruere. in Orat. In aciem dimicationemq; veniamus, pro Mur. Tu actionem instituis, ille aciem instruit in Cat. 105 b, Quibus ego si aciem exercitus nostri ostendero, cõcedent. Tusc. q. lib. 2, Quinetiam videmus ex acie efferrari sæpe faucios. Anteq. Hostibus in ipsa acie, cùm præliantur, licet loqui. 2. Tusc. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera. de Opt. 244 b, In acie versari & ferro. Offic. 1, Temere in acie versari, & manu cum hoste cõfigere inmane quiddam & belluarum simile est. 4. Philip. Faciam vt imperatores instructa acie solent. pro Dejot. Ad aciem præstò esse. \* I. A. 263 a, Cùm libertatis auida legio effrenatus in aciem hostium irrupisset.

¶ Prælium. Ep. 80 a, Etsi quem exitum acies habitura sit, diuinare nemo potest. \* de Orat. 97 a, Quæ agenda sunt in foro, tanquam in acie. pro Cor. 65 a, Qui imperatoribus nostris in bello, in acie, in exercitu, delectum virtutis eripi vellet. de Opt. 244 b, Non in acie versatur & ferro, sed quasi rudibus eius eludit oratio.

¶ Acumen ac perspicacia. Cat. Ille autem animus cuius obtusior sit acies non videre? in Catil. Acies autoritatis, Senatus de Finib. 5, Acies ingenij & mentis. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Nulla acies humani ingenij tanta, quæ penetrare in cœlum, terram intrare possit. 1. de Legib. Aciem ingenij ad bona diligenda & contraria reijcienda exacuerit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 121. & Tusc. q. lib. 1, Acies mentis. de Finib. lib. 4, Acies oculorum hebes. de Natur. deor. 2, Aciem mentis abducere à consuetudine oculorum. 1. de Diuin. 109, Quorum vtrumque perstringere aciem mentis solet. 1. de Orat. Contemplari aliquid omni acie ingenij. \* Hortens. Intelligentia est mentis acies. de Finib. 114 b, Aciem animorum nostrorum virtutis splendore perstringitis. in Catil. 98 a, Vigessimum iam diem patimur hebescere aciem horum Senatorum autoritatis.

¶ Disputatio, contentio. 15. Famil. In aciem philosophiam deducere. 1. de Orat. In aciem forensem educere.

† Syntaxis. Acies securium. Aciem aciem intendere in omnes partes. Acies qua cernimus, qua pupilla dicitur. Hoc aciem fugit. In aciem irruere. Venire in aciem dimicationemq;. Aciem instruere. In acie versari, & ferro. Instructa acies.

A CINIVS, ni. granum, aut grani semen, ac fructus alicuius. de Sem. 88 a, Acinus vinaceus, granum est, vel semen minorum fructuum, quales sunt vna, hedera, sambuci. \* de Sen. 88 a, Quæ vis ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, &c. tan-



tos truncos ramosque procreat.

**ACIPENSER**, ris. *piscis genus præstantis.* de Fat. Allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum raro capitur: sed est piscis (vt ferunt) in primis nobilis. ex *Macrob.* Ibid. Acipenser iste paucorum hominum est. de Finib. 69 b, Atque acipenser cum Decumano Lucilij. \* *Tuscul.* 199 b, Huic acipenserem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis.

**ACQUIESCENS**, tis. *quiescens, qui requiem capit.* de Leg. 159 a, In cupressetis Gnostiorum & spatij syluestribus crebro insistens, interdum acquiescens.

**ACQUIESCO**, scis. *quiesco, mihi requies est.* pro Deiot. 144 b, In ore tuo vultuque acquiesco. Attic. 65 a, Nulla est res publica, in qua acquiescam. de Fin. 91 a, Sed quia facillimè in nomine tuo acquiesco. Attic. 109 a, Acquiesco enim & scribens ad te, & legens tua. de Am. 115 a, Vicissim autem fenes in adolescentium charitate acquiescimus. de Diu. 109 a, Qui iam ætate proeucti in nostris libris acquiescunt. Epistol. 48 a, Habemus aliud nihil in quo acquiescamus. Attic. 190 b, Habeo enim nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquiescam. Attic. 208 a, Sed crebro redusto tuas literas, in his acquiesco: tamen expecto nouas. Attic. 216 b, Vitandi calor causa Lanuij tres horas acquieueram. de Nat. 51 a, Ipse dux reuolat, vt ipse quoque quiescat, in eius locum succedit *grus*, ex ijs quæ acquieuerunt. Ep. 51 b, Vt in eius bonis acquiescam. pro Mil. 121 b, Qui maximè Pub. Clodij morte acquirunt, Ep. 51 a, Lectis tuis literis aliquantum acquieui.

**ACQUIETVRVS**, a, um. *qui sumet quietem, ac solatium.* de Orat. 135 b, Qui hoc diuersorio sermonis tam libenter acquieturum te esse dicebas.

**ACQVIRENDVS**, a, um. *quod opus est vt acquiratur.* Epistol. 36 a, Vt mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendam deesse putarem. Attic. 2 a, Et quam omnes gratias non modò retinendas, sed etiam acquirendas putemus.

**ACQVIRO**, ris. *quæro, comparo, concilio, adiungo, paro, adipiscor, persequor, consequor.* Offic. 56 b, Nam sibi vt quisque malit, quod ad vsum vitæ pertinet, quam alteri acquirere, concessum est, non repugnante natura. Offic. 33 a, Philosophi, qui semper aliquid acquirunt, quod spectet & valeat ad bene beatèque viuendum. I. C. 107 a, Aliquid de possessione detrahere, & fidem acquirere, pro Cec. 286 a, Quamquam sic mihi persuasum deo recuperatores, non vos tam iuris obscuram rationem bis dubitasse, quam moram ad eum condemandum acquisisse, & simul & illi spacium ad se colligendum dedisse. Epistol. 144 b, Acquirere dignitatem. de Am. 111 a, Homo & seipsum diligit, & alterum acquirat, cuius animum cum suo commisceat. de Am. 112 b, Acquirere sibi aliquem, apud quem euomat virus acerbitatis sue. \* *Oecon.* 1, Vt aliquas facultates acquireremus.

**ACQVIOR**, ris. *comparor.* Offic. 45 a, Et si quando aliqua res maior aut vtilior, populari largitione acquirunt. I. C. 117 a, Mihi iam ad vitæ fructum nihil potest acquiri. \* *Oecon.* 1, Nec exigua cura foris acquirerentur.

**ACRADINA**, vrbs, I. V. 228 a.

**ACRATOPHORVM**, vrceolus. \* de Finib. 93 a, Ne hoc ephippijs & acratophoris, &c. concedatur.

**ACREDVLA**, æ. *avis. Lusciniam quidam censent.* de Diu. 83 a, *Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen, Et matutinis acredula vocibus insat.*

**ACRIMONIA**, æ. *vis animi, impetus.* ad Heren. 21 a, Conuenit igitur in vultu pudorem & acrimoniam esse. ad Heren. 35 b, Licentia si nimium videbitur acrimoniam habere, multis mitigationibus leniatur.

**ACRITER**, acri animo. *vehementer, fortiter.* Tuscul. 163 b, Acriter oculis deficientem Solem intueri. pro Flac. 150 b, Accusatorem acriter & vehementer dicere. de Orat. 138 a, Sic omnia quæ fiunt, quoque aguntur acerrimè, lenioribus principijs natura ipsa prætexunt. pro Mil. 119 b, Vir animosus, & se acriter morti offerens. pro Flac. 151 b, Aliquid quam maximè intentis oculis acerrimè contemplari. I. P. 94 b, Lubricum genus orationis adolescenti non acriter intelligenti sæpe præceptus. de Orat. 94 b, Ferè nemo est, qui acutus atque acrius vitia in dicente, quam recta, videat. I. V. 264 b, & Att. 104 b, Acerrimè cedere vel reprehendere aliquem. \* *Acad. Instat.* acriter.

† *Syntaxis.* Oculis acriter intueri. Dicere acriter ac vehementer. Vir animosus se acriter offert morti. Acriter intelligere. Acute & acriter videre. Fieri & agi aliquid acerrimè. Oculis intentis acerrimè contemplari. Cedere & reprehendere acerrimè aliquem.

**ACROAMA**, tis. *narratio, musica symphonia in fabulis, musicus concentus, quod audiretur, non spectaretur vt histrionum actio.* pro Arch. 189 b, Themistocles, cum ab eo quaereretur, quid acroama, aut cuius vocem libentissimè audiret: respondit, eius à quo sua virtus optimè prædicaretur.

**ACROASIS**. Att. 246, Ipsius literæ sic & *φιδοςος* & *μυροσ* scriptæ, vt eas vel in acroasi audeam legere.

**ACROSTICHIS**. de Diu. 221 b, Tum ea quæ *ἀκροστιχίς* dicitur, declarat, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur.

**ACSI**, vt si, tanquam si, pro eo ac si, quasi, perinde quasi, similiter ac si, iuxta ac si, non secus ac si. pro Mur. 126 a, Tecum agam Serui, non secus ac si meus esses frater. de In. 53 b, Pro eo si concessum sit, concludere oportebit argumentationem. de Nat. 61 b, Similiter facis, ac si me roges, cur, &c. Postq. 208 b, Qui me omnibus officijs iuxta ac si meus frater esset, sustentauit. Att. 67 b, Quem tracta, non secus ac si ego essem imperator.

**ACTA**, æ. *litus secretum & amatum.* I. V. 252 b, Vxorem eius parum poterat animo soluto ac libero, tot in acta dies secum habere.

**ACTA**, orum. Lege **ACTVM**. de Orat. 114 a, Consilia primum, deinde acta, postea euentus. Epistol. 161 a, Res vrbana actaque omnia ad te perferri arbitror. I. A. 156 a, An in libellis & chirographis acta Cæsaris firma erunt? I. V. 254 b, Tum istius acta commemorabuntur. I. A. 179 a, Acta Cæsaris, quæ quidem Cæsar egisset. de Proverb. 78 b, Acta Cæsaris rata esse vel irrita. pro Dom. 229 b, vt acta tui præclari Tribunatus hominis dignitate honestes. in Catil. 111 a, Vt qua ratione hæc inuestigata sunt vos qui ignoratis, ea actis scire possitis. Attic. 84 b, Cogitabam multa eius iniquè acta & constituta tollere. I. A. 181 a, In publicis actis nil est grauius, in priuatis firmissimum est testamentum. \* I. A. 156 a, Acta Cæsaris seruanda censeo: non quod probem. ibid. Quem admodum ipse Cæsaris acta defendere. ibid. Existimo nihil tam esse in actis Cæsaris, quam leges Cæsaris. ibid. Sed non muto, non moueo: summo etiam studio præclara illius acta defendo. ibid. Quere acta Gracchi. ibid. Cn. Pompeij tertius consulatus in quibus actis consistit? I. A. 156 b, Non istas res in actis suis duceret. Sed ea ipsa concedo. In maximis verò rebus: id est, legibus acta Cæsaris dissolui ferendum non puto. ibid. Hac lege sublata videntur vobis acta Cæsaris seruari? ibid. Id numerabitur in actis. ibid. Id in actis Cæsaris non habebitur? I. A. 157 a, Nonne acta Cæsaris rescinduntur? Que quidem ego, qui illa nunquam probaui, ita conseruanda concordia causa arbitratus sum. Att. 47 a, Expecto Thessalonicæ acta. Cæsaris Calend. Sextil. ex quibus statuam, in tuosne agros confugiam, &c.

† *Syntaxis.* Acta firma in libellis & chirographis. Acta quæ egit. Acta rata, irrita. Honestare, Tollere acta. Acta publica et priuata.

**ACTÆON**, nis. Parad. 123 a, Actæonis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycteti. Alij Actionis, alij Echionis legunt.

\* **ACTIANVS**, a, um. Att. 112 b, Legiones Actianæ. & 114 b, Cohortes legionum Actianarum non firmissimarum.

**ACTIO**, nis. *actus, & factum*, in Sallust. 283 b, Quos ego habui omnium mearum actionum monitores. de Nat. 21 b, Epicurus deos spoliatur motu & actione diuina. de Nat. 34 b, Epicurus deos omni procreatione atque actione priuat. de Nat. 36 b, Actiones appetitionibus consentaneæ. Offic. 25 b, 26 a, Nec actio illarum rerum aperta petulantia vacat, nec oratio obscurnitate. Offic. 33 b, Actiones suas scriptis mandare. de Diu. 95 a, Eam partem animi, quæ sensum habeat, non esse ab actione corporis seingatam. de Diu. 127 a, Ex eo aere ingenia, mores, animum, corpus, actionemque vitæ cuiusque fingi. Offic. 4 a, Parare res, quibus actio vitæ continetur. Offic. 31 a, Cognitio contemplatioque naturæ manca quodammodo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. I. A. 242 b, Cum omnes actiones, omnes sententiæ meæ peruenerint ad eum exitum, qui mihi propositus est. \* pro C. Rabirio, 93 b, Te ex illa crudeli, importuna, non tribunitia actione, sed regia, meo consilio, virtute, autoritate, esse depulsum. ibid. In actione negligo aliquid. de Fin. 114 b, Ipsius animi cognitionem amplexarentur, & actionem relinquere. de Fin. 94 b, Non inest in primis naturæ conciliationibus honesta actio. Cōsequens enim est, & post oritur. Est tamen ea secundum naturam, multoque nos ad se expetendam magis hortatur quam superiora omnia.

† *Negotium.* Epistol. 130 a, Dare curas & actiones honestas alicui. de Nat. 11 a, Actio mentis atque agitatio in deo. Acad. 76 a, Actio virtutis & vsus virtutis idem. Offic. 5 a, Virtutis laus omnis in actione consistit. Offic. 22 b, Omnino si quicquam est decorum, nihil est profectò magis, quam æquabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionum. Attic. 226 b, Ego non dimitto istam curam, sed suscipiam omnem istam



istam actionem. Offic. 28 b, In omni actione suscipienda, tria sunt tenenda, &c. Attic. 286 a, Si modò contra alienam potentiam, non pro sua suscipiet eas actiones. Offic. 29 a, Locum autem actionis opportunitatem temporum esse dicunt. Ep. 68 b, Hæc quasi fabula rerum euentorumq; nostrorum habet varios actus, multasq; actiones & consiliorum & temporum. Epist. 42 b, Qua humanitate tulit contentionem meam aduersantem interdum actionibus suis? Offic. 21 a, Pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam quæ ab honestatis actionibus non sit aliena.

¶ *Procuratio.* Attic. 143 a, Dispersione enim consulum actio de pace sublata est.

¶ *Ratio ingenij, & maiestas.* Att. 151 a, Me & congressus Cæsaris stimulat, & primas eius actiones horreo.

¶ *Oratoris officium certum, quod & gestum motumve corporis totius, & pronuntiationem continet.* de Clar. 177 a, Demosthenes ferunt ei qui quæsisset, quid primum esset in dicendo, actionem: quid secundum, idem, & idem tertium respondisse, pro Deiot. 144 b, Actio causæ maximè debilitatur loco. Offic. 4 b, Ad quod genus adhibenda est quædam actio, non solum mentis agitatio. Orat. 202 a, Demosthenes tribuit & primas & secundas, & tertias actioni. de Orat. 162 b, Actio in dicendo vna dominatur. de Orat. 163 b, Est enim actio quasi sermo corporis. Orat. 202 a, Est enim actio quasi corporis quædam eloquentia, cum constet è voce atq; motu. de Orat. 115 a, Actio varia, vehemens, plena animi, plena spiritus. Orat. 204 b, Accedit actio non tragica, nec scenæ, sed modica iactatione corporis, vultu tamè multa conficiens, non hoc quo dicuntur os ducere: sed illo quo significant ingenuè, quo sensu quidq; pronuntient. Epist. 161 a, Mea actio atq; contentio. de Cl. 186 b, Actio Cn. Pompeij habebat & in voce magnum splendorè, & in motu summam dignitatem. \* de Clar. 186 a, Lentulus cæterarum virtutum dicentis mediocritatem actione occultavit, in qua excellens fuit. pro C. Cornel. 1, In quo cum multa reprehensa sint, tum in primis celeritas actionis. de Orat. 162 b, Actio inquam in dicendo vna dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo potest: mediocritas hac instructus summus sæpe superare. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, &c. huic secundas, huic tertias. ibid. Quantum esset in actione. de Clar. 185 a, Actio paulum cum vitio vocis, tum etiam ineptijs claudicabat. Partit. 232 a, Actio igitur sequitur, vt opinor. Est ita: quæ quidem oratori & cum rerum & cum verborum momentis commutanda maximè est. Facit enim & dilucidam orationem, & illustrem, & probabilem, & suauem, non verbis, sed varietate vocum, motu corporis, vultu.

¶ *Oratio accusatoria, quales in Verrem actiones.* At. 235 b, Dolebellæ prima illa actio, & hæc contra Antonium concio.

¶ *In iudicio agendi formula numero multitudinis.* Att. 86 a, Cn. Flauius scriba factos protulit, actionesq; composuit. de Orat. 100 b, Actiones à Cn. Flauio primùm expositæ.

¶ *Ius persequendi sibi debitum, iudicium, quæstio forensis, lis.* I. V. 122 a, Dare actionem, & dare iudicium alicuius rei cuiquam. I. V. 121 a, Prætor assuevit se eius rei in primis actionem esse daturum. pro Cl. 29 a, & 29 b, I. A. 223 a, Nec constituere iuris actiones malebat, quàm controuersias tollerere. pro Quint. Rosc. 49 a, Sunt iura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare possit. pro Cec. 291 b, Actio iniuriarum dolorem imminuit: libertatis iudicio poenæq; mitigat. pro Cec. 290 b, Eius rei ius, actionemq; quæramus. pro Cec. 191 a, Quæro, sit ne aliqua eius rei actio, an nulla. pro Cec. 291 a, Hanc puto me habere actionem, vt per interdum meum ius tentem, tuam iniuriam persequar. pro Qu. Rosc. 54 a, Cum de sua parte Roscius transegit, cum Flauio actionem tibi tuam reliquit. pro Qu. Rosc. 59 b, Qui de sua parte deciderit, reliquis integram relinquat actionem. pro Cecin. 291 b, Si qui me exire domo mea coëgisset armis, haberem actionem: si qui introire prohibuisset, non haberem. pro Cec. 292 b, Vt vos iudicetis, huius rei interdictum atq; actionem in mentem maioribus nostris non venisse. pro Cec. 286 b, Quare aut muta actionem, aut, &c. de In. 69 a, Prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones. de Nat. 74 b, Inde illa actio, ope consilioq; tuo furtum factum esse aio. de Orat. 98 b, Alter iniquum putabat plus secum agi, quàm essent in actione. I. V. 57 b, Actio civilis & priuatum ius. pro Cec. 295 a, Actio est in autorem præsentem his verbis, Quandoquidem te in iure conspicio. pro Mur. 130 b, Gloria militaris vestris formulis atq; actionibus anteponenda est. pro Mur. 129 a, Tu actione instituis, ille aciem instruit. pro Mil. 108 b, Actionem perduellionis alicui intendere. de Finib. 145 b, Zeno vt in actionibus perferri solet, de re eadem fecit alio modo.

¶ *Cum voce gratiarum, hominis grati officium verbis explicatum.* Att. 274 b, Sed tamca omnium ordinum consensus, gratia-

rum actio gratulatioq; me commouet. Epist. 154 b, Gratiarum actionem à te nõ desiderabam. Epist. 158 a, Nec enim tanta necessitudo, quanta, &c. desiderare videtur gratiarum actionem. Att. 86 a.

† *Syntaxis.* Actionum monitor. Actio diuina. Procuratio & actio. Actio consentanea. Dare curas & actiones, faccende, enegorij. His actio vitæ continetur. Actio mentis, & agitatio. Virtutis actio, & vsus. Suscipere actionem. Actio de pace: id est, procuratio sublata. Cæsaris actiones horreo. Actio (nimirum oratoria) varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, non tragica, non scenæ. Actio atque contentio. Dare alicui actionem & iudicium alicuius rei. Actionem constituere, habere alicuius rei. Integram alicui relinquere actionem. Actionem mutare, excludere. Actionem perduellionis alicui intendere.

ACTITO, tas. frequentiùs ago. de Clar. 187 a, Pontidius multas priuatas causas actitauit.

ACTIVM, oppidum. Epistol. 259 a, Ad septimum Idus venimus Actium.

ACTOR, oris. qui agit. de Orat. 94, Nihil est quod cogat homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro malos actores perpeti. & 95 b, Gestus penè summorum actorum. Quint. frat. 299 a, Poëtæ boni & actores industrij in extremo actu diligentissimi esse solent. de Orat. 126 b, Neque actor sum alienæ personæ, sed autor meæ. de Orat. 148 a, Vt eum efficeret oratorem verborum, auctoremque rerum. pro Sest. 25 a, Ludius non solum spectator, sed actor & acroama. \* Orat. 202 b, Non enim inuentor, aut compositor, aut actor hæc complexus est omnia. de Orat. 111 b, Qui actor in imitanda, quàm Orator in suscipienda veritate iucundior.

¶ *Qui præest, & præcipuus in re.* pro Sest. 17 a, Cato dux & autor & actor rerum illarum fuit.

ACTVARIOLVM, li. parua nauis celeris, minutum actuarium. Attic. 253 a, Hæc ego conscendens è Pompeiano tribus actuariolis decem scalmis. Attic. lib. 10, Quid duro tempore anni actuariolo fore censet? Lege, CORBITA. Attic. 255 a, cogitaremus corbitanæ Patras, an actuariolis ad Leucopetram.

ACTVARIVM, rij. nauis genus, celeritate valens. Attic. 72 a, Actuarijs minutis Patras accedere. & 165 b, Quid duro tempore anni actuaria fore censet?

ACTVM, i. vnde acta, quæ tam publica quàm priuata dicuntur. Sed actum, rara vox inuentus est. acta, crebra. I. A. 156 a, Nihil est, quod tam propriè dici possit actum eius, quàm lex. Vide ACTA, orum.

ACTVM est, rem deploratam significabat. Att. 76 a, Si prorogatur, actum est. Epist. 234 b, & 138 a, Actum de te est. Att. 194 b, Actum iam de isto est, alia magis quæro.

† *Syntaxis.* Actum est. Actum est de illo.

ACTVOSÈ, (remissè, de Orat. 152 a, Leniter, remissè, non actuosè agere.

ACTVOSVS, a, um. quod agit, qui ab agendo non cessat. de Nat. 23 a, Virtus actiuosa est, Deus autem vester nihil agens. Or. 208 b, Luminosæ & quasi actiuosæ partes duæ.

† *Syntaxis.* Actiuosè agere. Virtus actiuosa: id est, actionem præstans. Partes duæ (orationis videlicet) luminosæ, ac quasi actiuosæ.

ACTVS, ctus. actio, vel factum. pro Dom. 225 b, Omnem diu collectam vim improborum, quæ inueterata compresso odio, atq; tacito iam erumpebat in actum, excepi meo corpore. de Leg. 162 a, Non solum in rebus, sed etiam in priuatis actibus insignis est humani generis similitudo. in Sal. 272 a, Si de mea vita atque actibus huic conuiciatori respondero.

¶ *Ius agendi.* pro Cecinna 299 a, Aquæ ductus, haustus, iter, actus.

¶ *Comædiæ vel tragædiæ pars.* de Senect. 91 b, Nec histrioni vt placeat, peragenda est fabula, modò in quocunq; fuerit actu probetur. Epist. 68 b, Hæc quasi fabula rerum euentorumque nostrorum habet varios actus, multasq; actiones & consiliorum & temporum. pro Mar. 135 a, Hæc igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus. de Sen. 78 a, Naturam optimam ducem sequimur, à qua non verisimile est, cum cæteræ partes atatis benè descriptæ sint, extremum actum tanquam ab inerti poëta esse neglectum. I. V. 112 a, Quis dubitaret cum videret, &c. qualis iste in quarto actu improbitatis futurus esset? de Senect. 90 b, Ij mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam in exercitatu histriones in extremo actu corruisse.

† *Syntaxis.* Præuastus erupit in actum. Recti & prauis actus. Respondere de actibus.

ACTVS, a, um. factum: sed minimè de masculo genere. Att. 236 a, Acta illa res est animo virili, consilio puerili. ad Heren. 13 b, Serò acto negotio venire. Epist. 86 b, Actis his rebus, literæ à te mihi sunt redditæ, quibus, &c. pro Quint. 7 b, Si id velles, iam pridem actum esse poterat. pro S. R. 41 b, Sin autem id actum est, & idcirco arma sumpta sunt. &c. Epistol. 24 a,



Atq; in primis me tenet satietas actæ prouinciæ. Attic. 153 a, Tu mallem, inquires, actum ne agas. Attic. 274 a, Mihi quidem etas acta fermè est. pro Quint. Rosc. 47 b, Vita acta. Epistol. 57 a, Quid acta tua vita à te postulet, tu videbis. Tusc. 201 b, Actum habeo, quod egeris. Attic. 296 b, Non minus bene actum cum illis puto. \* Hortens. Actæ perfectæque res.

† Syntaxis. *Acta res animo virili. Acto negotio serò venire. Sin autem id actum est. Acta prouincia satietas. Actum agere id est, quod alius egerit. Acta illi fermè etas est. Acta vita. Actum habeo quod egeris. Bene actum, vel malè cum aliquo esse putare.*

ACTVTVM, statim, illico, subito, repente, mox. I. A. 244 b, Ego mortem actutum futuram puto.

ACVENDO. Ep. 256 a, In excitando & acuendo plurimum valet, si laudes eum, quem cohortere.

\* ACVENDVS, a, um, de Nat. 69 b, Acuendæ virtutis gratia.

\* ACVENS, tis. Hortens. Quæ nobis dies noctesq; considerantibus, acuentibusque intelligentiam.

ACVLEATVS, a, um, habens aculeos. Att. 234 a, Satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi. Acad. 19 a, Quorum sunt contorta quædam & aculeata sophismata.

† Syntaxis. *Aculeate literæ. Sophisma contortum & aculeatum.*

ACVLEVS, lei, propriè insecti stimulus. de Finib. 134 b, Vespas aculeis vti videmus. & 108 b, Pungunt interrogatiunculis angustis quasi aculeis. Tusc. 186 b, Cùm liquefcimus fluiusq; mollicia, apis aculeum ferre non possumus.

¶ Translatione, varia vis.

¶ Conclufiuncula & capiuncula. Acad. 24 b, Sed omnes istos aculeos, & totum tortuosum genus disputandi relinquamus.

¶ *Acerbus iocus.* de Orat. 119 a, Genus facetiarum, in quo nulli aculei contumeliarum insunt. de Cl. 180 a, Aliquis cū aculeo & maledictio facetus.

¶ *Vis, vehementia forensis.* Orat. 202 b, Oratio philosophica neque neruos neque aculeos forenses habet. de Orat. 114 a, Oratio sine sententiarum forensium aculeis. pro Syl. 176 a, Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari.

¶ *Maledicta.* Quint. frat. 206 a, Fuerunt nonnulli aculei in Cæsarem, contumeliæ in Gellium. pro Cæl. 43 a, Emittere aculeos seueritatis in aliquem. pro Plane. 271 b, In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati aciderunt. de Cl. 168 a, Cum delectatione aculeos relinquere in animis eorum qui audiunt, vt de Pericle scripsit Eupolis. \* pro Cæl. 43 a, Nec quos aculeos habeat seueritas grauitasq; vestra: cùm eos accusator crexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora: emittere in hominem & in reum.

¶ *Discrimen pro Clu.* 50 a, Aculeos seueritatis iudicis euellere. pro Flac. 154 b, Qui testis mortuus est aculeo iam dimisso, ac dicto testimonio.

¶ *Dolor.* Att. 16 b, Ac domesticarum quidem solitudinum aculeos omnes & serupulos occultabo.

† Syntaxis. *Aculeum non ferre. Aculei, & tortuosum disputandi genus. Contumeliarum aculei. Aculeus, & maledicti. Nerui, & aculei forenses. Excussi aculei orationis. Aculei in aliquo, contumeliæ in alterum. Emittere aculeos seueritatis in aliquem. Relinquere cum delectatione aculeos in animis. Euellere aculeos seueritatis. Dimittere aculeum. Domestica solitudinis aculeos ac serupulos occultare.*

ACVMEN, nis, acritudo, perspicacia, ingenij vis. Epist. 70 b, Qui propter acumen occultissima perspicis. de Nat. 41 b, Epicurus homo sine acumine vlllo, sine lepore. pro Flac. 148 a, Acumen ingeniorum. & Orat. 206 b, Argutæ & acumen Hyperidis. de Orat. 95 b, Acumen dialecticorum sententiæ philosophorum. de Orat. 123 a, Dialectici se compungunt suis acuminibus. & 97 a, Omnia sub acumen styli subeant necesse est. & 106 a, Illudere nimium acumen alicuius. & 132 b, Interpretatio nominis habet acumen. de Diuin. 124 b, Ex acuminibus, quod totum auspicium militare est. in Arat.

*Tergæone Centauri atque Nepai portat acumen.*

de Clar. 187 a, Qui nullo acumine, eam tamen verborum copiam, si quam habebat, præbebat populo cum multa concursatione magnoq; clamore.

† Syntaxis. *Propter acumen occulta perspicere. Ingenij acumen, dialecticorum styli. Argutæ & acumen. Dialectici se compungunt suis acuminibus. Nominis interpretatio habet acumen.*

ACVORIS, exacuo, excutio. (obtrundo. Tusc. 165 a, Multa corpore existunt, quæ acuant mentem, multaq; quæ obtrundant. Orat. 210. Si quis ad dicendum acuat aut adiucet in eo iuuentutem, vituperatur. Offic. 52 b, Itaq; duæ res, quæ languorem afferunt: cæteris, illum acuebant, ocium & solitudo. de Clar. 196 b, Qui linguam acuisse exercitatione dicendi. pro Lig. 138 b, Eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio: de Orat. 92 b, Consuetudo exercitatioque &

intelligendi prudentiam acuit, & loquendi celeritatem incitat. ad Heren. 24 a, Imò auctoritas antiquorum erigit omnium cupiditates, & acuit industrias. de Cl. 176 a, Non enim solum acuire, sed etiã alere ingenium potest. de C. Graccho. † Syntaxis. *In acuendo plurimum valet, si id est, vt acuiatur ingenium. Serram acuire. Acuire mentem, & obtrundere. Ocium illum acuis. Acuire aliquem ad crudelitatem. Acuire prudentiam.*

ACVORIS, (obtrundor: verè de ferro secante. Tusc. 250 b, Ne stridorem quidem serræ audiunt tum cùm acuitur.

ACVS, ac. pro Mil. 114 a, Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari.

ACVTE, subtiliter, subtilius, cum acumine, ingeniosè, argutè. de Somn. 129 a, Acute sonans. (grauiter sonans. de Orat. 106 a, Colligere multa non modò acutè, sed etiam ridiculè & facetè. de In. 68 a, Sed illæ tenuius, subtilius & acutius tractantur. pro Cæl. 41 a, Si mihi acutè arguteque responderit. de Am. 96 b, Acutè respondere. de Clar. 169 a, Acutè, arguteque conijcere de faciendo aliquid. \* Frag. ep. Quæ facetè & breuiter & acutè locuti essemus.

† Syntaxis. *Acutè colligere (scilicet in disputando) respondere. Tractare tenuius, subtilius, acutius. Acutè, arguteque; respondere. Conijcere de faciendo aliquid acutè, arguteque.*

\* ACVTILIANVS, a, um, Att. 3 b, Acutilianum negocium.

ACVTVLVS. de Natur. 63 a, Zenonisq; breues & acutulas conclusiones.

ACVTVS, a, um, subtilis, acer, perspicax. (hebes, pinguis. de Somn. 129 a, Summus ille cœli stelliferi cursus, cuius conuersio est concitator, acuto & excitato mouetur sono, grauissimo autem hic lunaris & infimus. Orat. 208 a, Principia acuta sententijs. de Orat. 94 a, Motus animi celer & acutus ad excogitandum. de Orat. 243 a, Sententiæ dicendi acutæ sunt, delectandi quasi argutæ, commouendi graues. Offic. 59 b, Philosophi quidam minimè mali illi quidem, sed non satis acuti. de Nat. 5 a, Antiochus homo in primis acutus. de Orat. 104 a, Acutus homo, & natura vsque callidus. Offic. 20 b, Id quod acutum & perspicax natura est. de In. 50 a, Acuta, an hebetiora. \* 2. Acad. Cur eius Luna nascentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videntur cornua. contra Rul. 68 b, Tamen si qui acutiores in cõcio ne steterunt, suspicantur, & c. de Orat. 107 a, Vocem ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipere. de Orat. 117 b, Acutissimum & subtilissimum dicendi genus. de Orat. 99 b, Vir ingenio prudentiaq; acutissimus.

† Syntaxis. *Calum acuto & excitato mouetur sono. Sententiæ dicendi acutæ, delectandi argutæ, commouendi graues. Acutissimum ac subtilissimum dicendi genus. Motus animi celer & acutus ad cogitandum. Acutus homo. Acutum ac perspicax natura. Commune attributum homini, motui, sententiæ, orationi, ingenio.*

AD, præpositio vim habet termini, ratione persone ac loci. Nizolius addit, sensus, propè, circiter, apud. Accedunt significationes finis, consilij, vel vsus. Iuxta, vel in loco, vel circum, temporis certi vel incerti, coram persona & loco. Præterea vicem subij vocis Ex, apud personam, contra, versus. Subintellectum. Attinet, indicat munus, circiter, præterea, occasionem. Vim habet verbi Secundum: vt Secundum voluntatem, arbitrium. ac tandem tria vel quatuor discrimina præclara notionum per hanc vocalem explicantur. Contrarium, Ab.

¶ Ad locum & personam. Att. 226 a, Mater ardentis in filium literas ad me misit. Attic. 112 a, Is scripsit ad me, vt essem ad urbem. I. C. 112 b, Dare literas alicui ad aliquem. \* pro C. Corn. 1. C. Cotta de legibus abrogandis ipse ad Senatorem retulit. cont. C. Anton. Caput ad Syllam vsque ab Ianiculo ad ædem Apollinis detulit. Frag. ep. Ad forum descendit togatus.

¶ *Finis, vsus propositi consilij.* de Ar. 255 b, Mihi exire domo mea, ad priuatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem reipub. gloriosum. pro Sest. 5 b, Vestigia integritatis illius non pressa leuiter, ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam omnium sempiternam. de Orat. 138 a, Multa ante congressum fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videntur. pro Cl. 56 b, Qui ad fraudem calidi sunt. Orat. 219 b, Quiquid in his rebus sit vtiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam est venustum. Offic. 7 b, Vt cæteri sint ad iniuriam tardiores. Quint. frat. 294 a, Cyrus ille à Xenophonte non ad historia fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij. I. V. 249 b, Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam tutum ad custodias. pro Quint. 17 a, Plus huius inopia possit ad misericordiam, quam illius opes ad crudelitatem. pro Sest. 10 a, Siue illa vestis mutatio ad luctum ipsorum, siue ad deprecandum valebat. contra Rull. 66 b, Vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienæ dominationis occasionem interceptus. contra Rull. 66 b, Hoc ego cùm ad animi mei lætitiã duco esse permagnum, tum ad curam solitudinemque multo maius. Offic. 42 b, Domus P. Mutij commendauit ad adolescentiam Rutilij ad opinionem innocentie & iuris sententiæ. pro Dom.



Dom. 241 a, In hisce ædibus monumentum collocasti ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium. pro Dom. 239 b, Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium impudentiæ, quàm ad simulationem religionis. pro Dom. 235 b, Monumentum, quod positum est ut esset indicium oppressi Senatus, ad memoriam sempiternam turpitudinis. pro Dom. 234 a, Indiciam ad memoriam omnium gentium sempiternam. pro Dom. 235 b, Hoc simulachrum quidam homo nobilis ad ornatum ædilitatis suæ deportauit. Attic. 149 a, Συμμετρῶν consiliorum tuorum non est à me collecta ad querelam, sed magis ad consolationem meam. pro Dom. 217 a, M. Cato ratione vitæ mirabili ad laudem, & propè singulari. Offic. 38 b, Ad exemplum amissi imperij portari in triumpho Massiliam vidimus. pro Flac. 147 a, Res varia & multiplex ad suspiciones & simulates. pro Dom. 230 b, Ad laudem illustre. Offic. 36 b, Magna vis est fortunæ in vtranque partem, vel ad secundas res, vel aduersas. de Sen. 82 a, Quam ad suauitatem nullis egebat corporis viribus. Offic. 36 a, Quæ sunt vtiliter ad hominum vitam. Offic. 28 a, Domus suffragata domino ad consulatum putabatur. pro Syl. 177 a, Gladiatores emptos esse ad eadem ac tumultum. Epist. 217 a, Ea pars est ad xxx. festertia. I. A. 231 a, Popularem agros non ad spem constituendam rei familiaris, sed ad præsentem partum mendicitatis suæ. Parad. 117 b, Num illi vllam cogitationem habuisse videntur, aut auri ad auaritiã, aut amoenitatum ad delectationem, aut supelletilis ad delicias, aut epularum ad voluptates? Offic. 43 a, Id enim ipsi fordidum est ad famam. Parad. 125 a, Pecuniam meam contemnens, ad tuam nulla, ad meam modica. Parad. 125 b, Non modò ad fructum, sed etiam ad scænis ille sumptus exiguus est. I. A. 197 b, An illa non grauissimis ignominijs, monumentisque huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda? I. A. 265 b, Ut extet ad memoriam posteritatis sempiternam, ad scelus crudelissimorum hostium, militumque diuinam virtutem. pro Deiot. 144 b, Quæ mihi sunt ad spem obtinendæ veritatis grauissima, ad contentionem dicendi, ad omnem motum animi leuiores. pro Milon. 117 a, Qui tyrannos necauerunt, propè ad immortalitatem & religionem & memoriam conferantur. de Leg. 188 b, Ad immortalitatem memoriæ gloriosum. in Vat. 30 b, Quid optabilis ad immortalitatem gloria mihi accidere potuit? de Pro. 70 a, Acerbissimum extat indicium, & ad insignem memoriam turpitudinis, & penè adustum imperij nostri odium. pro R. P. 125 a, Imago ad memoriam posteritatis prodita. I. A. 222 b, Vita Seruij Sulpitij multis erit præclaris que monumentis ad omnem memoriam commendata. de Orat. 97 b, Legere aliquam orationem ad eum finem, quem memoria possit comprehendere. I. C. 97 b, Quem ad finem se effrenata iactabit audacia? Attic. 122 b, Vnum etiam restat tibi ad omne dedecus. de Am. 113 b, Ad voluntatem loqui omnia, nihil ad veritatem. de Orat. 97 b, Exercere se ad versus alicuius: *id est, in* de Orat. 90 b, Res, quas ad certam causam tempusque cognouerit. de Nat. 74 b, Commoliri dolum ad aliquem. Attic. 110 b, Velim consideres quid faciendum putes, primum *αὐτῶν τὸ ἀσφάλειν*, &c. deinde ad opiniones, &c. de Nat. 43 a, Mundi partes neque ad vsum meliores, neque ad speciem pulchriores esse poterunt. pro Cæl. 46 b, Dare aliquid temporis ad ludum ætatis. I. A. 228 a, Quis sapientior ad coniecturam rerum futurarum. pro Cæl. 51 b, Fuerant ad hanc rem collocati, vt. pro Cor. 68 a, Familiaritas bonorum ad summam laudem omnibus valet. de Orat. 198 a, Ad has tot tantasque res adhibenda sunt ornamenta. de D. 98 a, Nullas vias dant nobis ad significationis scientiam. de Diuin. 101 a, Ad opiniones imperitorum esse fides religiones. de Diuin. 101 a, Ad errorem multitudinis, religionis simulachra fingere. de Fat. 142 a, Neque hoc scribunt vituperantes, sed potius ad laudem. de Diuin. 126 a, Res inuenta ad quæstum & ad errorem. de Diuin. 122 a, Ita Albana aqua deducta ad vtilitatem agri suburbani, nõ ad vrbem retinendam. pro Mur. 138 b, Finxit te natura ipsa ad honestatem. de Vn. 201 a, Vt hoc esset illi ad æternitatis imitationem simillimum. pro Mur. 139 b, Nemo Catone commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis. pro Mur. 141 b, Ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus. de Fat. 145 b, Ad animorum motus voluntarios non est requirenda æterna causa. pro Flac. 152 b, Describere pecuniam ad rationem alterius. de Leg. 173 b, Isque ne committi possit ad eam rationem cursus annuos sacerdotibus finiunt. de Vni. 202 a, Quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestrâ quàm, &c. de Am. 111 b, Eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus beatissimusque comitatus. de Pet. 270 b, Vir ad ambitionem gratiosus. de Leg. 176 b, Hi omnes multa ad veritatem admirabilia dixerunt. de Ar.

251 b, Qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem vitur. pro Mar. 137 a, Vti, vel abuti opera alicuius ad aliquam rem. pro Fon. 282 a, Habere voluntatem ad aliquem opprimendum, & licentiam ad maledicendum, & animum ad ementiendum, & ingenium ad fingendum. pro Rab. 90 b, Quæ mihi iustissima causa ad hunc defendendum esse visa est, eadē vobis ad absolendum debet videri. pro Rab. 90 b, Nam me amicitia vetustas, ad C. Rabirium defendendum est adhortata. pro Qu. 13 b, Non ad mendacium obtinendum, sed ad verum probandum autoritas adiuuat. I. C. 101 a, Ad custodiendum te diligentissimum, ad supplicandum sagacissimum, ad vindicandum fortissimum eum putasti. pro Dom. 222 a, Multa ad placandum atque ad misericordiam reis concessa sunt. pro Dom. 219 a, Hic tibi autor ad instituendam, socius ad comparandam, auditor ad perficiendam rem fuit. Att. 241 a, Præsentes ad nocendum vires habere. Anteq. 193 a, Manus ad demonstrandam religantur iniuriam: *id est, ne demonstrare queant*; lingua inciditur ad deplorandam calamitatem: *id est, ne possit deplorare*. de Cl. 193 b, Quint. Scæuola nemini se ad docendum dabat. de Orat. 92 b, Antequam ad dicendum ingressi sumus. pro Cecin. 296 b, Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum, &c. pro Cor. 55 a, Si minus tibi ad referendam gratiam satisfacere potero, ad prædicandam & habendam certè satis sum facturus. pro Cluent. 27 b, Ad respondendum surrexi. de Orat. 138 a, Ad dicendum surrexi. pro Cæl. 42 b, Oratio ad criminandum subtiliter inducta. de Arusp. 253 a, Autor egregius ad inflammandos animos. Offic. 41 b, Iustos viros ad imperadum deligi solitos. Offic. 42 b, Deligere sibi aliquem ad imitandum. pro Sest. 25 a, Rem quæris præclaram iuuentuti ad discendum, nec mihi difficile ad perdocendum. Quint. de Pet. 307 b, Homines excellenti gratia ad conficiendas centurias. I. V. 76 b, Proiectas ad audendum. Offic. 47 b, L. Manlius paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidit. de D. 82 b, Mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos. de Diuin. 83 b, Quid scammonæ radix ad purgandum possit. de Diuin. 98 a, Stella salutaris ad ortus puerorum. Attic. 41 a, Reliqua tempora non tam ad medicinam, quàm ad finem doloris. pro Fon. 283 a, Impiger ad labores belli, fortis ad pericula, peritus ad vsum & disciplinam, prudens ad consilia, felix ad casum fortunamque. pro Sex. Rosc. 30 a, Hoc mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse. Quint. frat. 295 a, Cùm ad templum monumentumque nostrum ciuitates pecunias decreuissent. & ibid. Edicere, ne ad ludos pecuniæ decernantur. Quint. frat. 293 a, Græci diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. pro Flac. 158 b, Pecuniam ad patris honorem colatam abstulit. I. C. 114 b, Erat ei consilium ad facinus. contra Rul. 90 a, Nunquis vestrum ad vim, ad facinus, ad eadem accommodatus est? pro Sex. Rosc. 43 b, Delectus ad aliquem rem faciendam. & ibid. Referuatus ad aliquam rem. I. C. 102 a, Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. pro Rab. 92 b, Qui crucem in campo ad ciuium supplicium defigi iubes. I. C. 102 b, Ad huius vitæ studium meditati: *id est, excogitati, & suscepti*, illi sunt, qui feruntur labores tui. I. C. 117 a, Mihi iam ad vitæ fructum nihil potest acquiri. pro Sest. 15 a, Liberi mei ad necem quærebantur. I. C. 118 a, Lectus ad quietem datus. pro Cæl. 48 a, Quam ad rem aurum sumpisti. I. C. 121 b, Summa populi Romani voluntas ad communes fortunas conseruandas. I. C. 121 b, Ceteri verò ad communem salutem consentiunt. pro Mur. 130 b, Dicendi exercitatio longè isti vestræ exercitationi ad honorem antecellit. pro Muren. 131 a, Sed nunc de studijs ad honorem dispositis disputo. pro Mur. 133 b, Hoc quanti putas esse ad famam hominum & voluntatem? Offic. 57 b, Ad nullam rem vtilis. ibid. Ad nullam partem vtilis. Attic. 228 a, Hoc erit vtile ad confirmationem Ciceronis. de Orat. 132 b, Etiam ad causam vtile est, &c. Attic. 237 b, Sed ad hæc omnia vna consolatio est, quod, &c. Orat. 200 b, Non enim ad iudiciorum certamen, sed ad aurium voluptatem scripserat. Orat. 127 a, Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere potuit. pro Ar. 189 a, Marius, qui durior ad hæc studia videbatur. Offic. 24 a, Ad eam rationem maximam vim natura habet. Qu. frat. 315 b, Habere vim magnam ad gloriam, & ad summam dignitatem. \* Frag. ep. Veterascens ad gloriam. Hortens. Oratæ neque ad voluptatem quicquam defuit, neque ad gratiam, neque ad bonam integramque valetudinem. Incer. Mihi autem non modò ad sapientiam cæci videmur, sed ad ea ipsa, quæ aliqua ex parte cerni videantur, hebetes & obtusi.

¶ Iuxta, vel ratione loci, circum, & in loco. Epist. 244 b, Cùm ad Cybistra quinque dies essem commoratus. Att. 277 a, Ex castis ad imam Cardauiam. Att. 228 a, Ad lacum quod ha-



beo, venditurus sum. de D. 112 b, Si fatum fuit exercitum populi Romani ad lacum Thrasimenum interire. pro Cæl. 45 a, Habes hortos ad Tyberim. I. P. 91 a, Togulæ lictoribus ad portam præstò fuerunt. Tuscul. 241 a, Ad portas Sagragianas magna est frequentia sepulchrorum. pro Sest. 12 a, L. Cæsar erat ad portas cum imperio. Postq. 211 a, Erat alius ad portas in multos annos. de Orat. 132 b, Neoptolemus ad Troiam nomen inuenit. de Orat. 114 a, Cùm istos liberos ad Misenum studiosius lego. pro Flac. 154 a, Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt. de Orat. 110 b, Conchas & umbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere. Attic. 231 a, Villa mea ad Lucrinum. Acad. 3 b, Hortensij villa, quæ est ad Baulos. pro Cecin. 288 b, 289 a, Ad omnes introitus homines armatos opponit. pro Sex. Rosc. 25 a, Esse in agro, & ali ad villam. pro Sex. Rosc. 21 b, Occiditur ad Balneas Palatinas, rediens coena Roscius. I. C. 195 b, Quos stare ad curiam. de L. 182 a, Ara in eo loco fuit, ad eam lamina inuenta est, & in ea scriptum, &c. Attic. 283, Facere sacrificium ad aram. I. V. 222 a, Agere vigilias ad ædes sacras. Att. 222 a, Putolis se aiebat vnum diem fore, alterum ad Baias. I. V. 200 b, Thespiadæ, quæ ad ædem Felicitatis sunt. Item 156 a, Pecunia vti nam ad ædem Opis maneret. Attic. 88 a, Statua, quæ ad Opis perte posita est. Epist. 114 a, Cùm senatus habitus esset ad Apollinis ad xi. calen. Sext. Attic. 230. Rapinæ ad Opis sunt. Attic. 245 b, Id ego ad illud fanum sepositum putabam. Epist. 241 b, Castra quæ ad Cybistra, quod oppidum est ad mitem Taurum, locaui. \* 3. Acad. Vt nos nunc sedemus ad Lucrinum, pisciculos quæ exultantes videmus. pro Sex. Rosc. 25 a, Vt esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam. Chorog. Ibi quercorum rami ad terram iacent.

¶ *Temporis varij.* I. A. 164 a, Salutare sententiæ, quibus ad hanc diem viximus. Att. 119 a, Patriam non seruandam ad reditum nostrum. Epist. 134 a, Non solùm ad tempus maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum. I. A. 166 a, Cogitationem quæ; sobriij hominis ad punctum temporis suscipere. Attic. 2 b, Nos hinc te ad mensum Ianuarium expectamus. de Amic. 101 a, Bestiæ, quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus. I. A. 154 b, Ad tempus occurrere. Att. 206 b, Ad quos dies rediturus sim, scribam. Ep. 55 a, Ad quod tempus te expectem, nescio. Att. 67 a, Ad quæ tempora te expectem. de Nat. 36 a, b, Ad quoddam tempus insistere. pro Syll. 168 b, Illa ad breue tempus seueritatem postulauit. Att. 197 a, Te rogo vt explores, ad quam diem. de Sen. 81 a, Si ad centesimum annum vixisset. Attic. 106 b, Ab hora octaua ad vesperum. Attic. 283 a, Decreui, vt in fastis ad eum diem Bruti nomen inscriberetur. de Somn. 126 b, Vigilare ad multam noctem. Att. 37 a, Ad extremum manus dedit. & alibi: Is cum Pompeio ad extremum belli tempus fuit. pro Milon. 114 b, Ad tempus apta simulatio. pro Cæl. 40 b, Ad tempus accommodare se alicui. de D. 93 a, Ad lucem denique arte dormitare cœpisti. pro Cæl. 40 a, Versare suam naturam, & regere ad tempus. de Cl. 196 b, Quorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondū fuit. Offic. 50 b, Is quæ rem integram ad reditum suum iussit esse. I. C. 114 b, Si Catilina in vrbe ad hunc diem remansisset. I. A. 262 a, Ex cal. Ian. ad hanc horam vigilauit. de Sen. 81 b, Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit. Att. 206 a, Multus sermo ad multum diem. & alibi, Quo vase utebatur ad festos dies, & ad hospitem aduentum. \* Attic. 145 b, Ad posterum bellum *κατα πόλιν* strui existimo: id est, in posterum.

¶ *Coram.* de D. 90 a, Cùm dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum frustra appetiuit. pro Cæl. 53 b, Fama adollescentis Paulum hæsit ad metas. de Nat. 46 a, Hætere ad saxa. pro Cæl. 52 a, Aliquis ad vinum disertus. Offic. 52 a, Quiddam ad medium ianæ sedentes. Offic. 68 a, Omnibus vicis statuar factæ sunt: ad eas thus & cerei. pro Mil. 107 a, Partim cùm ad rhedam pugnari viderent, &c. pro R. P. 128 a, Dicere ad subfellia. pro Mil. 108 b, Hæc sicca nuper me ad regiam penè confecit. pro Mil. 109 a, Milo reus ad populū accusante P. Clodio. de Orat. 113 a, Exponere mandata ad populū à senatu.

¶ *Ex.* de Diuin. 136 b, Tu demerso me & equo ad ripam. i. ex.

¶ *Apud personam.* I. V. 70 b, Decem fisci ad senatorem relikti. Att. 168 b, Dionysius ad me fuit bene manē. Att. 157 b, Curio fuit ad me sanē diu.

¶ *Contra.* pro Cæl. 39 a, Ad istam omnem orationem breuis est defensio. pro Sest. 8 b, O diem illum mihi ad domesticum mœtorem gloriosum. \* de Fin. 57 a, Conclusum est contra Cyrenaisos satis acutè: nihil ad Epicurum.

¶ *Versus.* de Diu. 87 a, Aliquis ad meridiem spectas. de Nat. 68 a, Saturnū vulgo ad occidentem colunt. I. A. 244 b, Facilis est circumspectus, quid ad dextram, quid ad sinistra sit.

¶ *Cum Astinet, subintellecto.* de Leg. 157 a, Nihil ad Cælium, sed potius ad antiquorum languorem atq; inscitiam. de Som. 129 b, In quo qui insunt, nihil ad nostrum genus. de Leg. 179 b, Quid enim ad pontificem de iure parietum? pro Cor. 62, Quid id ad ciuitatem? de Leg. 172 a, Sed siue fuit, siue non fuit, nihil ad rem. Acad. 23 b, Hoc nihil ad me. pro Dom. 217 a, Sed quid ad te? ad Attic. 195 a, Nihil agri ad vllam rem, loci fati, nihil ad eam, quam quæro. de Or. 121 a, Sed hoc nihil ad me, &c. illud ad me, ac multo etiam magis ad vos.

¶ *Ratione muneris.* de Orat. 194 a, Quem seruum sibi ille habuit ad manum: id est, scribam suum.

¶ *Promiscuæ formulæ ac elegantis.* Ad vocula vices vocum subuenit, Creter, Præterea, In, Per, Opportunitatis, & iuxta, exempli gratia, sententia, vsus, &c. pro Cl. 23 b, Et ad hanc mortem: id est, in hac, omnia veneni indicia in illius mortuæ corpore fuerunt. de L. 180 b, Quid est quod ad ius pontificum ciuile appetit? in Vat. 33 a, Si ad cætera vulnera hanc quoque plagam reipub. inflixisses. pro Plan. 259 b, Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa suscipio. contra Rul. 81 a, Ad hunc numerum quingentos sibi singuli sumunt. Epistol. 217, Ea pars hæreditatis est ad xxx. festertia. Attic. 9 b, Homines ad quindecim. Quin. frat. 314 a, Domitius an numerum iudices non habuit. Quin. frat. 306 a, Sanè frequentes fuimus, omnino ad ducentos. Att. 195 a, Dubito an excusationem aliquā ad filium parem. Att. 110 b, Conuertere nauem ad puppim. Qu. fr. 320 a, Poëma ad Cæsarem, quod composueram, incidi. Tusc. 192 b, Ad omnia cæcitas mentis. Att. 139 a, Ad hæc igitur cogita, vel potius excogita. de Orat. 111 a, Cùm ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat. de Vn. 200 b, Nox igitur & dies ad huc modum. Att. 32 a, Quod de Quinti frat. epistola scribis, ad me quoq; fuit, *καὶ δὲ λέων ὀπίθεν ἢ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα*. Attic. 205 b, Mummium fuisse ad Corinthum, pro certo habeo. Epist. 199 a, Quamobrem cōscende nobiscum, & quidem ad puppim. Epist. 43 a, Cùm essem in castris ad fluuium Pyramum de Orat. 141 a, Nunciatum est iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui, &c. pro Qu. 111 a, Ad negocium suum relicto procuratore proficisci. de Nat. 76 b, Pallium aptum ad omne anni tempus. de Leg. 182 b, Ad cantus & ad tibicinem prosequi laudes honoratorum virorum. Tusc. 171 b, Cùm tam honos septenarius fundat ad tibiam. Offic. 45 a, Hæc res ad breue tempus duratura est. Offic. 6 a, Perturbatio animi, quæ plerunque breuis est & ad tempus. Ep. 248 a, Ad meum sensum & ad illud sincerū ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilis, quàm, &c. de Orat. 115 a, Qui mentes iudicum ad arbitrium suū mouere possit. de Cl. 171 b, Cato ad populum summa contētionē dixit. pro Cor. 60 a, De Cn. Publico ad populum latum vt is ciuis esset. de Orat. 149 a, Genus orationis, quo vt ad vulgus nemo possit. Att. 282 a, Non enim id propositum est huic epistolæ, Messalam vt laudem, præsertim ad Brutum. pro Q. R. 46 b, Ad arbitrum petere. & ibid. Ad iudicem causam labefactari. pro Q. R. 52 b, Alicuius testis ad iudicem fidem infirmare. de Diu. 123 a, Retinetur autem ad opinionem vulgi reipub. mos. pro Deiot. 150 a, Nullus locus est ad statuam rostris clarior. I. A. 251 b, Qui suam amentiam huic præbet ad gloriam. I. A. 203 b, Legibus annualibus grandiore ætate ad consulatum constituebant. de Leg. 157 a, Aliquis in loquendo multus & ineptus ad summam impudentiam. de V. 101 a, Deus cælum ad voluntatem rotundauit. de Diu. 100 b, Quod somnum mirificè ad verbum cum re conuenit. pro S. R. 32 a, Si quid est, quod ad testes referret, ibi nos, &c. pro S. R. 37 b, Testis esse ad alienos possuum: intimi multa apertiora videant necesse est. contra Rull. 70 a, Ratione affectus est, vt id quod liceret, populi ad partes daret. de Fat. 140 b, Te proponere aliquid ad quod audiam, volo. Attic. 210 b, Ad tempus redire. I. C. 193 b, Ad breue tempus metu releuari. de Sen. 92 b, Sensus moriendi ad exiguum tempus durat. pro R. P. 127 b, Ego me aliquando ad literas vindicabo. pro S. R. 30 a, Ita postremò eijciuntur, vt ne ad saxa quidem conquelescant. Brut. 289 a, Obdure scit magis quotidie ad vocem tributi. de Orat. 109 b, Ad Græcorum consuetudinē disputare. Orat. 201 a, Aristoteles adollescens non ad morem philosophorum tenuiter differendi, sed ad copiam Rhetorum in vtranq; partē exercuit. de D. 125 b, Ad nostri augurij consuetudinē dixit Ennius, cùm tonuit, &c. Epist. 41 b, Censui sumptus legatis quàm maximè ad legem Corneliam decernendos. de Orat. 115 a, Index omni ratione ad tempus, ad causam oratione moderandus est. Att. 122 b, Commendatio alicuius ad omnes. Att. 32 a, Quod de Quinti fr. epistola scribis, ad me quoq; fuit *καὶ δὲ λέων*, &c. Orat. 212 b, & pro Mil. 103 a, Ad quam legem nō docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus \* pro L. Varenno: Ad L. Crassi eloquentiam grauis & vehemens & volubilis



lubilis est Septimius. pro C. Corn. 1, Q. Metelli adoleſcentia ad ſummam laudem omnibus rebus ornata. Protag. Quæ poteſt eſſe indignitas voluptatis ad moleſtiam? Acad. Mihi non modò ad ſapientiam cæci videmur, ſed ad ea iſta, quæ aliqua ex parte cerni videntur hebetes & obtuſi. Incer. Quod non aliquando ad interitum redigatur. ibid. Ad militiam euntib. \* de Or. 132 a, Quid hoc Næuio ignauus? &c. Vtrunquæ genus ridiculi continet verbi ad literam immutati ſimilitudo. pro Deiot. 148 a, Nihil ad tuum equitatum, ſc. ſunt equites Deiotari.

† Syntaxis. Ad aliquem dare literas, eſſe, laudare quempiam. Ad buſtâ vulnerari. Eſſe ad portas. Ad urbem cum exerciis. Cum imperio ſtare ad lacum. Fundus ad littus. Eſt pecunia, depoſitum ad adem. Fiunt rapina ad Apollinis. Orare ad Senatum, ad ſubſellia. Obſidionem ponere ad oppidum. Diſtare ad iacſum lapidis, iridui, millia, & millibus. Ad multam ſcribere noctem. Ad lucem dormire. Ad reditum noſtrum hoc ſerua. Aliquid agere ad tempus, ad breue tempus. Hinc ad annum. Viuere ad annum. Dicere ad arbitrium, voluntatem. Ad exemplum, ad veritatem, ad ſpeciem. Ad tempus accõmodare ſe. Ad ſuam voluntatẽ facere. Dicere ad uſum, ad legem, ad cauſam. Ad opinionem meam ingentes opes tuæ ſunt. Ad errorem vulgi ficta ſimulacra. Ad hæc mala: id eſt, præter hæc. Ad hæc: id eſt, præterea. Ad calumnias dicere, deſenſionem parare. Remedium ad morbum: id eſt, contra, vel ad eum abigendũ. Ad id cogita. Dies ad luſtrum (id eſt, contra) glorioſus. Ad occidentem, ad ſiniſtram colere, ſpectare, volare. Quid ad te? ad rem? negotium? prouinciam? Nihil ad noſtram amicitiam. Minimè id ad nos. Ad cal. Ian. venire ad menſem Iunium. Ad quod tempus, ad quos dies venies, ad quæ tempora? Ad breue, ad exiguum tempus accedam. Mors ad tempus afficit. Ad tempus apta ſtultitia. Habere voluntatem ad famam. Commendare ad poſteriorum memoriam. Conſecrari iudem. Id valet ad ſpeciem, ad hominũ vitam. Alicui ſe ad docendum dare. Ad frandem callidus. Ad dicendum ingredi. Ad hiftorie fidem ſcribere, & ad effigiem inſti. Ad agendam gratiam ſatiſfaciam. Ad necem aliquem quaerere. Studia ad honorem diſpoſita. Ad aſpectum venuſtum. Præciſa lingua ad ſignificandã inuicem id eſt, ne queat ſignificare Prælium nõ ad ſpeciem, ſed ad virtus. Ille vilis ad nullam rem, & nullam partem. Voluntatem habere ad mendacium, ad negotium, ad literas. Ad literas vindicare ſe. Amici ad manus: id eſt, preſio. Ad pedes abijcere ſe, lugere. Ad byram canere. Cremani ad Cæſ. poëma. Vertere nauum ad puppim. Ad Cæſ. promittere. Ad verbum ſcripta cum re conueniunt. Ad literam immutat: id eſt, deſcribit, ad alienos tractus: id eſt, cum & inter alienos. Ad aliquid audire. Ad populi partes aliquid dare, id eſt, concedere, vel pro populo. Ad propoſitum. Ad vnum. Vnum frequentes, omnino ad centũ. id eſt, ſaltem. Ad minus. Ad maximum. Ad liquidum: id eſt, aperit. Ad vnum. Adire ad domum, ſepius Cic. quã domum. Ad extremum: id eſt, tandem. Ex cal. ad hanc horam. Ad vnum diſertus: id eſt, in. Exponere mandata ad aliquem ab aliquo.

AD Æ Q V A N D V S, a, um. quod par & æquum faciendum. pro Ar. 191 a, Commemorationem nominis noſtri cum omni poſteritate eſſe adæquandam.

\* AD Æ Q V A T V S, a, um. pro Cor. 68 a, qui in ſumma amicum copia cum familiariffimis eius eſt adæquatus.

AD Æ Q V O, as. æquale facio. pro Ar. 190 b, Noſter hic magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit. de Vn. 202 a, Quæ à me ipſo facta ſunt, deorum vitam poſſint adæquare.

¶ Aequis ſuffragijs ſum, abſolutè. Quin. frat. 311 b, Senatorum vna copioſè abſoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnãrunt.

† Syntaxis. Adequandum eſt nomen cum omni poſteritate, id eſt, æternum præſtandum. Adequari cum primis. Fortunam cum virtute adæquare. Hic primos adæquat. Vnam adæquare, cum parva ſunt ſuffragia, vel ſententia amicorum vel inuidorum.

ADAMO, mas. valde amo, ardentè deſidero, percupio. de Orat. 148 b, Qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maximè adamãrat. Acad. 3 a, Eam ſententiam, quam adamauerunt, pugnaſſimè defendũt. Ep. 19 a, Si hoc ſtatueris, quarum laudum gloriam adamãris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in ijs eſſe elaborandum. pro Mil. 118 b, Nihil erat cuiuſquã, quod ille adamãſſet. de Or. 149 b, Si illam præclaram & eximiam ſpeciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamãſti. I. V. 224 a, Id adamãſti, quod nunquam videras. pro Flac. 511 a, Quod florere in generis ſui gloria viderat, prætor adamãuit. I. V. 126 a, Cũ ſigna quædam pulcherrima vidiffet, adamãuit. \* 2. Acad. Qui ſerius adamauerunt honores, vix admittuntur ad eos. Nonius Adhamauerunt legit.

ADAVGEO, ges. cumulo. ¶. minuo, extendo. de Inuen. 69 a, Per quem facti honeſtas adaugetur. de Inuen. 71 b. & ad Her. 13 b, Hæc ſigna adaugent ſuſpicionem. pro S. R. 23 b, Tamen hæc maleſticia alijs nefarijs cumulãt atq; adaugent.

ADAVGESCO, cis. creſco inſuper. de Diuin. 83 a, Aut denſus ſtudior, &c.

Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu. Poëta.

ADDENDO, adiungendo. Off. 12 b, Addendo deducendoque videre. quæ reliqui ſumma fiat.

ADDENDVS, a, um. id quod addi debet. pro Rabir. 122 b, Ne quid ad eas ruinas, quibus hic oppreſſus eſt, addendum acerbitatis putet.

ADDICO, cis. dedo, mancipio, deſtino, adiudico. pro Seſt. 11 a, Quos egeſtas, quos æris alieni magnitudo, quos leuitas, quos improbitas Tribun. plebis conſtrictos addixerat. pro Dom. 234 b, Hominem inuenire iſta labes tum, eum omnia tenebat, neminem potuit, cui ſedes meas addiceret. I. P. 98 a, Nonne Fufidium creditorem debitoribus ſuis addixiſti? in Ant. 212 a, Antonius regna addixit pecunia. 273 b, Non enim vni priuatum ancillatus ſum, neque me addixi. pro Mil. 118 b, Incidebantur domi leges, quæ nos noſtris ſeruis addicerent. I. P. 91 b, Cũ addicebas Tribuno pleb. conſulatum tuum. pro Pl. 279 a, Senatus, cui me ſemper addixi. I. A. 201 a, Qui ne ſorti quidem fortunæ noſtras deſtituit, ſed libidini cuiuſque addixit. Poſtq. 207 b, Cũ hoc coire auſus es, vt conſularem dignitatem, vt reip. ſtatum, vt Senatus autoritatem, vt cuius optimè meriti fortunæ prouinciarum fœdere addiceret? Parad. 201 b, Ego te non ſtultum vt ſæpe, non improbum vt ſemper, ſed dementem & infanum rebus addicere neceſſarijs. de In. 62 b, Addicet corpus ſuum turpiſſimæ cupiditati. ad Her. 29 a, Addicere virã ſuam omni intemperantiæ. pro Mil. 79 a, Eius ipſius domũ euertiſti, cuius ſanguinem addixeras.

ADDICOR, ris. adiudicor, deſtinor. pro C. 287 b, Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi partim gratia Cæſennia. partim etiam precio, fundus addicitur Ebutio. pro Qu. 17 b, Vt parſimonia nuda cupiditati petulantiaque addicatur. Anteq. 195 b, Rei ſententijs prius iudicium conuincit, quã ſupplicio addici debent. pro R. P. 130 a, Tua bona Poſthume nummo ſeſtertio à me addicuntur. Attic. 158 b, Vt ſcriberem, cui vellem addici. pro Rab. Poſth. 130 a, Bona alicuius nummo ſeſtertio cuiquam addici de Leg. 198 a, Libertas plebi ſic data eſt, vt multis præclariffimis addicetur, vt authoritati principum cederet. I. V. 105 b, Addicitur id opus H. S. DLX. millibus. I. V. 105 b, Addicitur medimnis MM. \* de Leg. Agr. Addicetur communis ora Lyciorum atque Cilicum.

ADDICTIO, onis. \* I. V. 68 b, Cuius prætura urbana fuit, &c. in iure dicendo bonorum poſſeſſionumque contra omnium inſtituta addicito & condonatio.

ADDICTVS, a, um. adiudicatus, mancipatus. I. P. 87 b, Nam lege Cæſaris omnis tibi Græcia addicita. de Or. 132 b, Quanti addicitus? mille nummũ Offic. 61 a, Cũ eorum alteri tyrannus diem necis deſtinãſſet, & is qui morti addicitus eſſet, &c. I. A. 170 b, Nemo te de vendita atque addicita ſententia mouere potuit. pro Fl. 156 b, Iſte cum iudicatum nõ faceret, addicitus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. pro Milo. 112 a, Milo vitam ſuam maximis præmijs propoſitam & penè addictam ſciebat. pro Cæl. 54 b, Hunc addictum, deditum, obſtrictum tibi habebis. Tuſc. 176 a, Qui certis quibuſdam deſtinatisque ſententijs quaſi addiciti & conſecrati ſunt. Att. 144 a, Mihi iſta omnia iam addicita vaſtitati videntur. de Ar. 250 a, Quod fanum tu Brogitaro addictũ pecunia tradidiſti. I. A. 233 b, Gladiatorio generi mortis addiciti. Att. 102 b, Sed quid eſt quod cuncti Luceijs ſunt addiciti? I. V. 124 b, Ob rem iudicandam pecuniam accipere, precio habere addictam fidem & religionem. I. V. 125 a, Habere fidem alteri addictam pecunia. \* con. C. Anton. Saltibus propè addiciti.

† Syntaxis. Conſtrictus tibi & addictus ſum. Addicere aliquid pecunia. Nemini ancillari, neq; ſe addicere. Addicere conſulatum Tribuno. Addicere libidini cuiuſque; prorum bona. Fœdere addicere. Corpus ſuũ addicere vitio, & vitam. Reus addicitus ſupplicio. Addicita ſeſtertio bona. Addicita venditaq; ſententia. Addictum, deditum, obſtrictum aliquem habere. Vita propoſita & addicita præmijs. Addictus & conſecratus. Precio addictam habere fidem & religionem. Fidem habere alteri addictam pecunia.

ADDISCENS, tis. qui addiſcit. de Sen. 8 b, Solon dicebat ſeneſcere ſe multa in dies addiſcentem.

ADDISCO, ſcis. diſco. de Sen. 82 a, Quin, quod etiam addiſcent aliquid? de Fin. 145 a, Vt ea, quæ Socrates repudiauerat, addiſceret. de Orat. 151 a, Atque velocius per addiſcerat. de Or. 166 b, Sed vt aliquid addiſcerem, &c.

ADDITAMENTVM, ti. appendicula. pro Seſt. 18 a, Interceſſit Ligus iſte, neſcio qui, additamentum inimicorum meorũ.

ADDITVS, a, um. adiunctus, quod acceſſit. Acad. 13 a. & Attic. 290 a, Vnus annus additus labori tuo. Ep. 8 a, Vt plus additum ad memoriam nominis noſtri, quã ademptum de fortuna videretur. de Fin. 73 a, Id autem eiufmodi eſt, vt additum ad virtutem, autoritatem videatur habiturum. \* I. A. 166 b, Cur quæſtores additi? cur legatorum numerus additus? Pbi tamen alijs Auctus legunt. Partit. 231 a,



Cum aut propria sumuntur rerum vocabula, aut addita ad nomen, aut noua.

**ADD O**, dis. *adiungo, accessionem adiungo, affero, ascribo.* (C. *adimo, deduco.* de Orat. 113 a, Paululum se erexit, & addidit historiam maiorem sonum vocis Antipater. *Epist.* 47 a, Sed aliquid atque ad eum multum addunt atque afferunt de suo. de Orat. 145 a, Addere, mutare, detrahere. *Epist.* 210 a, Si ad id, quod ipsorum causa vis, addideris cumulum commendationis meae. Postquam 210 a, Adhuc non modò adiumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meae, reliqua vos iidem addidistis, &c. de Diu. 137 b, Nunc Prætor intermissionem forensis operæ & lucubrationes detraxi, & meritationes addidi, quibus antea vii non solebam. *Att.* 8 a, In illam orationem Metellinam addidi quædam. *Attic.* 203 a, Eas literas in eundem fasciculum velim addas. *Offic.* 14 a, Harum rerum duarum splendor omnis & amplitudo est, addo etiam vtilitatem in posteriore. *Att.* 252 b, Addis mihi scribendi alacritatem. *Att.* 100 b, Hæc opinor sunt in his libris, quos tu laudando animos mihi addidisti. \* pro C. *Cor.* 1, Quod is consul paulum tribunis pleb. non potestatis, sed dignitatis addidit. de *Fin.* 73 b, Quasi emendum eis sit quod addant ad virtutem: primum vilissimas res addunt: deinde singulas potius, quam omnia.

† *Syntaxis.* *Addo, & assero de meo. Addere cumulum commendationis. Ad hoc stud. addo. In hanc rem addo. In fasciculum literas addere. Addere alacritatem & animos. Addendo videre quid reliquum. Id eius modi est, ut additum ad virtutem.*

**ADDUBITATIO**, onis. *dubium.* \* *Off.* 55 b, Quod nonnunquam addubitationem afferre soleat. *Alij* dubitationem legunt.

**ADDUBITATVS**, a, um. *Offic.* 17 a, Eoq; magis si plus adipiscare re explicata boni, quam addubitata mali.

**ADDUBITO**, as. *dubio.* de Or. 206 b, Vt addubitet, quid potius aut quomodo dicat. *Ep.* 110 a, Quod à me sine prænomine epistolam misisti, primum addubitaui, num, &c. de *Nat.* 5 a, Profectò eos addubitare coget doctissimorum hominum dissensio. & 49 b, Id, de quo Panætium addubitare dicebat.

**ADDUCO**, cis. *deduco, induco, contendo, contraho.* (C. *remitto.* pro *Qu.* 4 a, Publicius, qui ex Gallia pueros isti adducebat. *Att.* 125 a, Gentes feras armatas in Italiã adducere. pro *Dom.* 228 b, Ciuitatè in discrimen adducere. pro *Q.* 3 b, Adducere aliquem in summas angustias. pro *Deiot.* 144 a, Adducere aliquem in discrimen capitis. *Offic.* 67 b, Adducere aliquem in inuidiam falso crimine. *Post.* 207 b, Non te illius vnguitorum odor in eam cognitionem adducebat, vt tibi non liceret, &c. pro *Q.* 5 b, Adducere aliquem in ius. pro *S. R.* 32 b, Causa, quæ aliquem ad facinus adduxit. *Epist.* 107 b, Nondum volunt isti lauti terra nata in honorem adducere fungos, heluellas. \* *Part.* 239 a, Rationum & firmamentorum contentio adducit in angustum disceptationem.

**ADDUCOR**, ris. *inducor, inuitor.* de *Pro.* 77 a, Adduci ad suspicandum nullo modo possum, vt C. Iulius, &c. *Epist.* 22 a, Non enim adduci possum, vt abs te, &c. *Attic.* 90 a, In eam spem adducimur. *Ep.* 58 a, Adduci spe alicuius rei, vel cupiditate. *Ep.* 63 a, Adduci voluntate ad aliquid faciendum, & induci odio. \* pro C. *Corn.* 1, Plebem, &c. ante vestros annos propter illius tribuni plebis temeritatè posse adduci.

**ADDUCTVS**, a, um. *inductus.* de *Clar.* 170 b, Myronis signa nondum satis ad veritatem adducta. *Att.* 327 b, Ad interrognum comitia adducta. de Or. 106 a, Medioerisne res in controuersiam adducta est? *I. V.* 55 a, Adductus sum iud. officio, fide, misericordia, &c. de *Offic.* 99 b, Ita contracta res est & adducta in angustum. *I. V.* 179 a, Adductus erat in sermonem, inuidiam, vituperationem. \* de suis consil. Aliqua similitudine adductus. de Orat. 101 b, Infimi homines mercedula adducti. *I. A.* 262 a, Legionibus in urbem adductis, quos voluit expulit. *Ep.* 218 a, Neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam veritate.

† *Syntaxis.* *Adducere aliquid ex Gallia alicui. In locum adducere, in discrimen, inuidiam, & capitis discrimen adducere falso crimine. Adduci in cognitione. Adducere intus. In honorem aliquid adducere. Adduci non possum vt rear. In spem & spe adduci. Adduci voluntate & odio ad. Signa ad veritatem adducta. id est, accedentia. Adducta comitia. Res in controuersiam adducta. Adduci officio. Res contracta & adducta in angustum. In inuidiam, vituperationem sermonem adduci.*

**ADDED O**, dis. *comedo.* *Tusc.* 180 a, Cum verò ad eum inflatum renouatum est iecur. pro *Qu.* 7 a, Quis tam profusus nepos, non ad eam iam, sed abundantiam pecunia sic dissolutus fuisset.

**ADEMP TIO**, onis. *ablatio.* \* pro *Do.* 229 a, Id autem vt esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed tecti & aquæ & ignis interdictione faciebant.

\* **ADEMP TVS**, a, um. *detractus, remotus, immixtus.* pro *Quin.*

2 a, Vitandi aduersariorum impetus potestas adempta nobis est. *Ep.* 6 b, Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta sit. *Ep.* 8 a, Vt plus additum ad memoriam nominis nostri, quam ademptum de fortuna videretur.

**ADE O**, adverb. *vsq; eò, tantum, seu, tam, sicut, ad eò vt, magis ad eò, &c.* *Qu.* frat. 202 b, Rempub. funditus amissimus, ad eò vt Cato adolescens, &c. pro *Clu.* 53 b, Ad eòne erat stultus, vt &c. pro *Flac.* 156 a, Neminem quidem ad eò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. pro *Seft.* 21 a, At verò illi ad eò vim facinoris sui perhorruerant, vt cogitarent, &c. pro *Rab.* 49 b, Ad eòne hospes huius vrbs es? *Epist.* 163 a, Ad eò mihi visus est lepidus, vt, &c. pro *Deiot.* 149 b, Ad eòne, vt etiam humanitate iura violentur. de Orat. 110 a, Magis ad eò id facilitate, quam alia vlla culpa mea contigit. *Offic.* 8 b, Ad eò summa erat obseruatio in bello mouendo. *I. V.* 233 a, Id ad eò ex ipso S. C. cognoscite. *I. V.* 232 b, Id ad eò ex me cognoscite. pro *Cecin.* 301 b, Id ad eò, si placet, considerate. pro *Cluen.* 34 a, Id ad eò sic cognoscite. *Attic.* 152 a, Hanc ad eò habeo gratiam tibi. *Epist.* 194 a, Adolecens tuus, atque ad eò noster. pro *Clu.* 34 a, De foro atque ad eò de ciuitate sublatus est. *Epistol.* 47 b, Aliquid atque ad eò multa addunt de suo. *I. P.* 88 a, Tunc etiam, atque ad eò vos geminæ voragine, & cæc. *Att.* 244 a, Quod ad te antea atque ad eò prius scripsi. *Epistol.* 166 a, Ad eò longo & infesto itinere ad me veniri doleo. pro *Archia.* 188 a, Atque hoc ad eò mihi concedendum est magis, quam, &c. *Attic.* 24 b,

*Interea cursus, quos prima à parte inuenta, Quosq; ad eò consul virtute animoq; petisti, Hos retine, &c. Poëtæ.*

**ADE O**, adis. *adire possim, iubeo.* *I. V.* 101 a, Cæteri hæredes ad eum ad Verrem. *Epist.* 41 a, Ad me adire quosdam memini, & cæc. pro *Cecin.* 300 b, Cum adibam ad istum fundum. *Epist.* 35 a, Cum ad me aditum esset ab ijs, qui, &c. *Ep.* 39 b, Te ad eum ferè omnes, &c. de *Clar.* 194 a, Tum primum nos ad causas adire cœpimus. *Acad.* 24 a, Tribunalium aliquem censo ad eum de *Finib.* 145 a, Pythagoras Perfarum magos adijt. pro *S. Rosc.* 36 b, Adire periculum capitis. *Off.* 17 a, In ad eundis periculis, &c. *I. V.* 234 a, Cum ad prætorè in ius adissemus. *Attic.* 226 a, Adire hæreditatem. pro *Q.* R. 54 a, *I. A.* 168 b, Cum ipse patris hæreditatem non adisces. Cernere hæreditatem, pro adire. *I. CERN O.* \* de *Nat. deor.* 69 b, Quo libentius Reip. causa periculum adire optimus quisque. *I. V.* 119 b, Quam tu domum, quam verberem adijsti, quod fanum denique? *I. A.* 258 b, Ad quas aras togati adierimus.

\* **ADE O R**, iris. *I. V.* 120 a, Antequam in ius aditum esset. pro *Flac.* 156 b, Ad quem est aditum. *Qu.* Fr. 302 b, Cum prætores diebus aliquot adiri non possent, vel potestatem sui facerent.

† *Syntaxis.* *Adire ad aliquem, ad fundum. Omnes te ad eum. Adire ad causas. Prætores adiri non possunt, nec sui faciunt potestatem. Capitis periculum adire. Ad prætorum in ius adire. Adire hæreditatem.*

**ADE P S**, pis. *axungia, pingue quod intra cutem carnemq; est.* *I. C.* 114 b, Non mihi esse P. Lentuli somnium, nec L. Cassij adipe, nec C. Cethegi furiosam temeritatè pertimescendã.

**ADE P TIO**, onis. *adepsus, acquisitio.* de *Fin.* 73 a, Nos beatam vitam non depulsionem mali, sed adeptione boni iudicemus. *Part.* 240 a, In voluntate autem vtilitas ex adeptione alicuius commodi.

\* **ADE P TVS**, us. *adepsio.* de *Fin.* 100 a, Qui processit aliquantum ad virtutis adeptum. *Alij* *Aditum* legunt.

**ADE P TVS**, a, um. *affectus, inuentus.* *L. ADIPIS COR.* de *Sen.* 77 b, Senectutem vt adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. *Alij* *adepsii* legunt.

**ADE S P O T O**, s. *authore carens & principe.* *Ep.* 253 b, Rumores tristiores, sed ad ipsos id est, imerit.

**ADE S V S**, a, um. *L. ADE D O.*

**ADE F E R O**, fers. *Brut.* 90 b, Tristes de Bruto nuncij adferebantur. *L. ADE F E R O.*

**ADGRAVES CENS**, tis. *Tuscul.* 207, Siquidem qui tempestiuam medicinam admouens, non adgravescens vulnus illidat manus. *Poëtæ.* *Alij* legunt: Non adgravescens vulnus illidat manus.

**ADHÆ C**, prætere. pro *Flac.* 162 b, Adhuc prædia incensa dedicauisti.

**ADHÆ R E O**, res. *nitor, infixus sum.* *I. V.* 31 b, Tela in tuis visceribus adhærebunt. pro *Dom.* 226 a, In me omnia conuersionis nefaria tela adhæserunt in Arat.

*Spiniferam subter caudam pisferis adhaesit sc. lumen.* *Epist.* 115 a, Tanquam in quadam silice iam omnia adhæserunt. *I. V.* 31 a, Tenésne memoria, te extremum adhaesit? i. extremum quaestorem esse factum.

† *Syntaxis.* *Tela in visceribus adhærere. Conuersionis tela omnia adhærere*



*adherere in aliquo. Omnia adherent velut in quadam filice. Tu extremus adhaesisti.*

**A D H A E R E S C O**, scis. pro Sest. 6 b, Ne Scillæo illo æris alieni in freto ad columnam adhæresceret. Acad. 3 a, Ad eam disciplinam tanquam ad saxum adhærescunt. Attic. 57 b, Vtique fac venias, si potes in his locis adhærescere. de Cla. 195 a, Hortensius in continuatione verborum adhærescens. de Orat. 107 b, Quæ recta sunt, probari: quæ prava sunt, fastidijs adhærescere. Off. 17 b, Omninoq; ita iustitiæ honestatiq; adhæresceret, vt, &c. pro Dom. 215 b, Prouidentum fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret. de Or. 128 a, Argumentum ratio ipsa confirmat: quæ simulatq; commissa est, adhærescit. de Clar. 190 a, Oratio ita liberè fluebat, vt nunquam adhæresceret. \* de Fin. 136 b, Vt homines ad carum *Sirenium* saxa discendi cupiditate adhærescerent.

† Syntaxis. *Adhærescere ad columnam, ad saxum. Adhærescere in locis, in continuatione verborum. Adhærescere fastidijs. Iustitiæ & honestati adhærescere. Seditionis fax funesta in hanc materiã adhærescit. Argumentum, oratio adhærescit.*

**A D H A E S I O**, onis. ipse actus adherendi. \* de Finib. 52 b, Ita effici complexionēs, & copulationes, & adhaesionēs atomorum inter se.

\* **A D H A M O**, as. *appeto.* 2 Acad. Qui serius honores adhamauerit, vix admittuntur ad eos, nec satis commendari multitudini possunt esse. *Alij legunt. Adamauerunt.*

**A D H I B E N D V S**, a, um. *id quod adhiberi debet.* Off. 15 a, Capescentibus remp. magnificentia & despicientia rerum humanarum adhibenda est. Off. 15 a, In omnibus prius quàm aggrediari, adhibenda est præparatio diligens. Offic. 20 a, Adhibenda est igitur quædam reuerentia a duersus homines. de Senect. 64 a, Vtendum exercitationibus modicis, tantum cibi & potionis adhibendum, vt. I. A. 231 b, Nec Antonius vllius supplicij adhibendi, si poterit, vllam partem est relicturus. Offic. 15 a, Quo circa philosophis & magnitudo animi est adhibenda, & vacuitas ab angoribus. Orat. 198 a, Ad has tot tantasq; res adhibenda sunt etiã ornamenta. Offic. 37 b, pro Qu. 8 a, Adhibenda vis est veritati. \* Hortens. Magna etiam animi contentio adhibenda est explicando Aristotelem, si legeris. Offic. 10 a, Maior quædam cura adhibenda est.

**A D H I B E N S**, tis. *qui adhibet. s. verbum insequens.* de Cl. 188 b, Cæsar rationem adhibens, consuetudinem vitiosam emendat. \* de Fin. 109 b, Viuere adhibentem scientiam earum rerum, quæ natura euenirent.

**A D H I B E O**, es. *admoueo, adfero, adiungo, adapto, vior.* Epist. 75 b, Rationes confectæ, me absente, sunt tecum: ad quas ego nihil præter lectionem adhibui. Or. 201 a, Adhibere iudiciũ. Attic. 193 a, Quos ego vniuersos adhibere liberaliter, optimum quemq; hospitio amicitiaq; cõiungi dico oportere. de Or. 144 a, Vt oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatē afferat. de Or. 122 a, Vt his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod, memoriam, vocem, vires. de Cl. 172 a, Adhibere miserationē. At. 269 a, Adhibere neruulos & suauitatem. Att. 264 a, Adhibere officium erga aliquem. Ep. 205 a, Adhibere patronum. de Orat. 137 a, Adhibere testes & laudatores. de Fin. 78 b, pro Rab. 92 b, Adhibeatisq; in hominis fortunis misericordiam, in reip. salute sapientiam, quam soletis. Off. 63 a, Qui orationis vanitatem adhibuerunt. Off. 60 b, Adhibere Deum testem. Or. 202 a, Flores, quos adhibet orator in causis. Epist. 258 b, Quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentia. At. 273 a, Adhibete curam & diligentiam in valetudine tuenda. pro Clu. Facile hoc iudices, impetrabo, vt quã ipse adhibere cõsuevit in amicorum periculis fidem & diligentiam, tum vim animi, libertatemq; dicendi, in hac mihi cõcedat. Ep. 78 a, vt nõ adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem. Offic. 50 b, Is adhibuit sibi in consilium quindecim principes. Epist. 21 b, Tecum loquere, te adhibe in cõsilium. de Clar. 196 a, Tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis. Att. 186 b, Quam ad omnes res adhibes, in primis ad conualescendum adhibe prudentiã. Qu. de Pet. 207 a, Ad hanc rem adhibeas necesse est omnem rationem & curam, & laborum. I. A. 153 a, Ad deliberationes, quas habebat de rep. principes ciuitatis adhibebat. Att. 127 a, Vt omnes adhibeã machinas ad tenendum adolescentem. de Cla. 178 a, Plurimum studij ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuisse. Qu. fr. 327 a, Cæsar virtutem & grauitatem in summo dolore adhibuit. de Cl. 168 b, Sed tum ferè Pericles primus adhibuit doctrinam. Epist. 79 a, Sed tu illum animum nunc adhibe quæso, quo me tum esse oportere censebas. de Ar. 248 a, Adhibete animos & mentes vestras, non solum aures ad aruspicum vocẽ admouete. Qu. fr. 294 a, Permagni hominis est, sic se adhibere in tanta potestate, vt, &c. *id est, gerere.* de Nat. 2 b, Quid est quod villos

dij immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus. de Orat. 125 b, Nisi omnes ij motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse videbuntur. Qu. fr. 327 a, In summo dolore virtutem & grauitatē adhibeo. Tuf. 247 b, Persas negat Xenophon ad panē adhibere quietam præter nasturtium. Acad. 9 b, & Tuf. 222 b, Cùm adhibemus ad eos orationem huiusmodi, &c. Ep. 51 a, In me consolando non mediocrem animi dolorem adhibuisti. Acad. 19 a, Sed adhibebit modum quandam, quem ultra progredi non oporteat. de Cl. 183 a, Adhibere calcaria vel frenos alicui. Attic. 19 a, Vt priuatis rebus meis adhibeam quandam cautionem. de Fat. 146 a, Siue medicũ adhibueris, siue non, conualesces. pro Dom. 220 b, Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. de Nat. 23 b, Adhibere odores ad deos. de Cl. 178 a, Adhibere multũ studij ad dicendum. Ep. 155 a, Adhibere moderationem in aliqua re. Off. 54 a, Adhibere sæuitiam in aliquem. de Nat. 73 b, Melius est ægrotis nõ adhibere vinum omnino. de Or. 125 b, Medicus ægro adhibet medicinam. Off. 17 a, Medici grauioribus morbis periculosas curationes, & ancipites adhibere coguntur. \* Hortens. Domitores equorum verbera adhibent ad domandum. de Fin. 53 b, Illam seueritatem in eo filio adhibuit. de Diui. 138 b, li quã interpretantur somnia, coniecturã adhibent, nõ naturam. ¶ *Infero.* contra Rul. 75 b, Cùm sese sociorum sanguine implerint, adhibeant manus vestigalibus vestris: *id est, diripiant.* pro Cec. 204 a, Adhibere vim alicui. ¶ *Præsto, officio.* pro S. R. 23 b, Non potest vim mihi maiorem adhibere metus quàm fides.

**A D H I B E O**, ris. *ex actiuo vires elice.* de Cla. 193 a, Is celeriter ad causas adhiberi cõceptus est. de Orat. 157 a, Põst adhiberi cõcepta est vestis ad ornatum etiam corporis, & dignitatē. de Nat. 39 b, Lucina adhibetur ad partus. Orat. 215 b, Numerus iambicus adhibetur in fabulis. Epist. 53 a, A cæteris tuis non adhibemur: *id est, in consilium.* pro Mur. 125 b, Huius ego iudices, satisfacere cupio, vosq; adhiberi arbitros. Off. 328 a, Nulla enim remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. Attic. 290 a, Tanta adhibebatur à nobis contentio, vt rem confici posse nõ dubitarem. \* I. A. 264 b, Vel aliqua talis his adhiberi publicè posset oratio. de Fin. 94 a, Hæc dicuntur fortasse ieiunius. Sũt enim quasi prima elementa naturæ, quibus vbertas orationis adhiberi vix potest.

**A D H I B I T V S**, a, um. *adiectus, admotus.* Off. 35 b, Quem nos correctione quadam adhibita, potissimum secui sumus. Attic. 291 a, Ea autem adhibita doctrina est, quæ vel vitiosissimam naturam excolere possit. \* de Nat. deo. 56 b, Adhibitis opificum manibus.

† Syntaxis. *Adhibere iudicium: id est, vii. Adhibere lumen: id est, addere. Nervos adhibere, suauitatem. Officium adhibere erga. Testem adhibere Deum. Adhibere multum in se diligentia, fidem, curam studium. In consilium aliquem adhibere. Literis alicui consolationem adhibere. Ad hoc omnem rationem adhibere, omnem machinam, grauitatem, virtutem, animum, mentem. Deo cultus, preces adhibere. Iram iudici adhibere. Ad panem adhibere aliquid. Ad aliquam orationem adhibere, modum, calcaria, freno, medicũ. Aegrotis vinum adhibere, medicinam. Bonis manus adhibere, & vim alicui. Adhiberi arbitrum ad litem.*

**A D H I N N I O**, *translatũ.* I. P. 94 b, Ita q; admissarius iste simulatque audiuit à philosopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptarios omnes incitauit: sic ad illius hanc orationem adhinnij, vt non magistrum virtutis, sed authorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur.

**A D H O R T A T I O**, *inuitatio, exhortatio.* \* de Orat. 109 b, Omnia nostra adhortatione.

**A D H O R T O**, aris. *hortor, cohortor, accendo, inflammo.* I. A. 193 b, Sicego vos ad libertatem recuperandam adhortabor. I. A. 157 a, Iure possum ego vos ad defensionem meã salutis adhortari. Epistol. 256 a, Multæ erant & recondita literæ, vis non erat: ad eam igitur adhortabar. Epistol. 7 a, Ego te ad certam laudem adhortor. Offic. 8 a, Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. pro Rab. 90 b, Adhortari aliquem ad aliquid faciendum.

**A D H V C**, *etiam nunc, etiam tum, iam tum, hætenus.* I. V. 192 a, Facinus fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. Epist. 186 b, Nihil dum audieramus. Attic. 109 a, Vnam adhuc à te epistolam acceperam. Ep. 91 a, Ego Cæsari pro te, sicut adhuc feci, libentissimè supplicabo. Attic. 116 a, Quod facile patior, dum vt adhuc, nihil faciam turpiter. de Diuin. 109 a, Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo. ad Heren. 3 b, Adhuc quæ dicta sunt, arbitrator mihi constare cum cæteris artis scriptoribus. de Am. Nisi qui adhuc fortè vultis.

**A D I A P H O R O N**, L. **I N D I F F E R E N S**.



**ADIECTVS**, a, um. *aditus, adhibitus*. I. V. 116 a, Partim planè videbant adiectum esse oculum hereditati.

**ADIGO**, git. *cogo, impello, voco ad arbitrium*. Offic. 65 a, Ita que Calphurnius arbitrum (*al. ad arbitrium*) illum adegit, quicquid sibi de ea re facere oportet ex fide bona. pro Quint. Rosc. 49 a, Cur non arbitrum pro socio adegeris Quintum Roscium, quæro. \* Top. 224 a, Finibus regendis adigere arbitrum non possis.

**ADIICTIO**, cis. *inmitto, addo, applico*. Offic. 23 b, Timotheus ad laudem belli doctrinæ & ingenij gloriam adiecit. contra Rull. 71 a, Cùm ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecessent. de Pet. 205 a, Non ut aliquid ex ijs noui adijcerem.

**ADIICTORIS**, addor. de Leg. 177 a, Qui in sacrificium cogitatum libidinem intulit, quò ne impudentiam quidem oculorum adijci fas fuit. \* de Leg. 182 b, Quòd rogum bustumve nouum vetat propius sexaginta pedes adijci ædes alienas, inuito domino.

† Syntaxis. *Hereditati oculi adiecit in malam partem. Ad fortunam adijcere sapientiam. Aedes adijcere sano: id est, construere iuxta sanum. Oculorum adijcere impudentiam.*

**ADEMPVS**, a, um. *destractus, remotus, imminutus*. Epist. 8 a, Ut plus aditum ad memoriam nominis nostri, quam ademptum de fortuna videretur. pro Quin. 2 a, Vitandi aduersariorum impetus potestas adempta nobis est. Acad. 9 b. & Epist. 6 b, Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta sit.

**ADHAON**. L. INCERTVS.

\* **ADIMENDVS**, a, um. pro Mur. 142 b, Nec candidatis ista benignitas adimenda est.

**ADIMOMIS**, *aufero, eripio, subtraho, præcido*. (*adhibeo, addo*). At. 12 a, Desponsam homini Syriam ademi. Acad. 9 b, Adimere aliquid alicui. pro Qu. 8 b, Pecuniam si cuiquam fortuna ademit, aut alicuius eripuit iniuria. Epist. 120 b, Primum ut Cæsar aliquid adimat, inde ut Pompeio aliquid tribuat. pro Mur. 143 b, Nolite mihi adimere eum, cui, &c. pro Dom. 217 b, Quòd idem in posterum de extraordinarijs potestatibus libertatem ademisses. de Orat. 142 a, Tum ille, Adimere, inquit, omnem recusationem Crasso volui. Attic. 41 a, Nisi mihi dolor meus tum omnes partes mentis, tum huius generis facultatem ademisset. Att. 31 a, Epistola illa mihi iomnū ademit. I. V. 58 a, Adimere alicui potestatem faciendi aliquid. \* I. A. 260 b, Clarissimis ducibus supplicationis honorem tribuemus? imperatorum nomen adimemus?

**ADIMORIS**, *auferor, abstrahor*. contra Rul. 87 b, Non adimi cuiquam glebam de Syllanis agris. pro Cæcin. 303 b, Sibi libertas adimi nullo modo possit, ciuitas possit. ibid. Quòd Aretinus adempta ciuitas esset.

† Syntaxis. *Dolor adimit mentis partes. Dolor somnum adimit. Ciuitatem alicui, prouinciam adimere.*

**ADINVENTVS**, a, um. de Nat. D. 56 b, Ex quo intelligitur, adinuenta animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos.

**ADIPALIS**, le. Orat. 199 a, Optimum quoddam & tanquã adipale dictionis genus. *aliàs adipata*.

\* **ADIPATVS**, a, um. Orat. 199 a, Optimum quoddam & tanquam adipata dictionis genus. *al. adipale*.

**ADIPISCENDVS**, a, um. *acquirendus, comparandus*. de Fin. 156 b, Adipiscendarum virtutum causa. de Leg. 168 a, Homo multa instrumenta habet ad obtinendam adipiscendamq; sapientiã. de Or. 155 a, Nunc contra pleriq; ad honores adipiscendos nudi veniunt. Offic. 15 a, Sed ijs, qui habent à natura adiumenta rerum gerendarū, abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt.

**ADIPISCORIS**, *nanciscor, conseqnor, assequor, inuenio, obtrineo, colligo*. pro Flac. 155 a, Lyfianias adeptus est ordinem senatorium. Qu. fr. 295 b, Nos ea que consecuti sumus, his studijs & artibus sumus adepti, quæ, &c. pro S. R. 40 b, Nō mirum est, quod vis diuina assequi non potuit, si id mens humana adepta non est. pro Cl. 42 a, Is summos honores à populo Romano adeptus est. Off. 13 a, Is insidijs & malitia laudem est adeptus. de Senect. 77 b, Senectutem vt adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. Ep. 51 a, Magnamque ex ea re te laudem adipisci. *aliter, apisci*. \* de Fin. 58 b, Hi voluptatem maximã adipiscuntur prætermittenda voluptate. Off. 45 b, Quos honores cunctis suffragijs adepti sumus. Att. 90 b, Omnes ciuitates suis legibus & iudicijs vix *avrovovian* adepti reuixerunt. de Fin. 98 a, Quam rem adipisci scelere quouis velit. Ep. 7 b, Quæ tempora per te sum adeptus.

**ADITVS**, a, um. *participiū ab Adeo, adis*. Of. 13 b, Vix inuenitur qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

**ADITVS**, tus. *via, introitus, vestibulus, os*. Epist. 244 a, Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria. I. V. 223 b, Aditus enim in id sa-

crarium non est vitis. Qu. fr. 294 b, Aditus esse facilissimos ad aliquem. Attic. 230 a, Quæ quidem nostris amicis diuinis viris aditum ad cælum dederunt. de Or. 143 a, b, Dare aditum alicui ad aliquam rem. Offic. 2 a, Vt ad officij inuentionem aditus esset. At. 60 a, Tu velim Fabium, si quem habes aditum, odorere, & istum coniuuam tuam degustes. de Fin. 111 a, Quæ correctio philosophiæ veteris & emendatio omnino aditum habere nullum potest in vrbe, in forum, in curiam. At. 241 b, Aditus ad Antonium difficilior esse dicitur. Epist. 90 a, Aditus ad eum difficiliores fuerunt. de Nat. 50 a, Elephanti propter magnitudinem corporis difficiles aditus habent ad pastum. de Or. 93 a, Nunc vterque vestrum patefecit earum rerum aditum quas querimus. pro Fon. 278 a, Magnitudinem rei sic occupant animos eorum qui audiunt, vt difficilis aditus veritati relinquatur. de Cl. 176 a, Ad quos omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est. pro Pom. 8 a, Vrbes permultas vno aditu atq; aduentu esse captas. pro Pom. 7 b, Patefactum nostris legionibus esse Pontū, qui antè pop. Rom. ex omni aditu clausus esset. pro P. R. 36 b, Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem. pro Ccc. 292 b, Non solum introitu, sed omnino aditu prohiberi. Att. 32 b, Comparare sibi aditum ad res pestiferas. contra Rul. 73 b, Sed attendite animos ad ea que sequuntur, hunc quasi gradū quandam atque aditum ad cætera iactum intelligetis. pro Cl. 42 a, Hominibus ignomia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus est. pro Syl. 167 b, Quæro à te, cur qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit? Antequam 193 b, Cùm aditus custodi patriæ præclusus sit. pro Mur. 127 b, Vt aditus ad consulum posthac omnibus pateret. Offic. 59 a, Sed est alius quoque aditus ad multitudinem. pro Dom. 235 a, Cùm in templum Castoris aditus esset apertus nemini. pro Dom. 237 b, Date de hac religione aditum, pontifices: iam reperietis, &c. Ora. 201 b, Vestibula nimirum & aditus ad causam facit illustres. \* de Fin. 100 a, Qui processit aliquantum ad virtutis aditum. *Alij Adeptum legunt*. pro Sest. 26 b, Aditus in illum summum ordinem omnium ciuitatum industria ac virtute pateret. pro Cor. 66 a, An lingua & ingenio patefieri aditus ad ciuitatem potuit? manu & virtute non potuit?

† *Primus introitus ad ianuam, ad portum*. pro Ccc. 291 b, Non modò limine, tectoq; ædium suarum, sed primo aditu vestibuloque prohibere aliquem. I. V. 141 b, In primo aditu vestibuloque templi. I. V. 241 b, In ipso aditu atq; ore portus. de Orat. 102 a, Ab hoc aditu ianuam aditus, armati in præsidijs, multis in locis collocabuntur. \* I. V. 227 b, Situ est vrbs cūmunio, tum ex omni aditu vel terra vel mari, præclaro ad aspectum.

† Syntaxis. *Aditum patefacere obstructum, difficile, clausum. Locus ex omni aditu clausus. Aditus & aditum intercludere alicui ad aliquem. Aditum iacere ad aliquid. Improbis ad honorem non fit aditus. Pater illi ad causam aditus, ad consulum. Dare aditum de religione. Prohibere aliquem primo aditu, ac vestibulo. Aditus, & os portus.*

**ADIUDICATVS**, a, um. *per iudicium & citra iudicium attributus*. Att. 54 b, Nemo enim dubitat, quin domus esset nobis adiudicata.

**ADIUDICO**, as. *aliquid alicui per iudicium attribuo*. I. A. 226 b, Si resp. iudicaret, Antonione an Bruto legiones adiudicaret? Offic. 7 b, In medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Attic. 18 b, Pompeius in Senatu sæpe multisque verbis suis mihi salutem imperij atque Orbis terrarum adiudicauit. *hic sine iudicio*. de Ora. 120 a, Qui nobis causam adiudicaturus est. I. V. 63 b, Adiudicare aliquem in seruitutem alicui.

† Syntaxis. *Adiudicata domus. Adiudicare causam, rem alicui, & aliquem alicui in seruitutem.*

**ADIVMENTVM**, ti. *subsidium, præsidium*. de Or. 88 a, Plura detrimta publicis reb. quam adiumenta per homines eloquentissimos importata. Attic. 275 a, Bruti eruptione non solum ipsi salutaris fuit, sed etiam magno ad victoriam adiumento. pro Qu. 1 a, Hoc mihi in causis consuevit esse adiumento. de Fin. 139 a, b, Vt nihil, aut non multum adiumento villo ad suam confirmationem indigeret animus. de Or. 118 a, Qui locus est talis, vt plus habeat adiumenti quam incommodi, hunc iudico esse dicendum. Off. 15 a, Qui habent à natura adiumenta rerum gerendarū. Off. 1 a, Quam quidem ad rem magnum attulimus adiumentum hominibus nostris. pro Pomp. 17 b, Præsidia periculis, & adiumenta honoribus quærenda sunt. ad Her. 7 b, Nū quæ habuerit, de cõfictis, de adiutoribus, de adiumentis. \* Off. 36 a, Quos negat sine adiumentis hominū tantas res efficere potuisse, de Inuen. 43 b, Qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta subministravit.



\* Syntaxis. *Importatum adiumentum alicui. Aliquid esse adiumento. Id habet multum, plus adiumenti.*

**ADIVNCTIO**, nis. *animi propensio.* Qu. de Pet. 208 a, Tribus rebus homines maximè ad benevolentiam ducuntur: beneficium, spe, adiunctione animi vel voluntate.

¶ *Exceptio.* de In. 83 b, Sunt quædam cum adiunctione necessitudines, quædam simplices & absolutæ. & ibid. Illic in superiore adiunctio est hæc, nisi nolint fame perire. \* ibid. Tum adiunctio illa quid habeat utilitatis, aut quid honestatis, erit considerandum. ibid. Reperies nullam esse rem, quam facere necesse sit, nisi propter aliquam causam, quam adiunctionem nominamus. Præter hæc autem esse multas inuenias res necessitudinis, ad quas similis adiunctio non accedit. Quod genus, ut homines mortales necesse est interire sine adiunctione ut cibo vtantur.

¶ *Societas.* Attic. 100 b, Etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem adiunctio: qua sublata vitæ societas tollitur.

¶ *Oratoria exornatio.* ad Her. 32 b, Adiunctio est, cum verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum aut postremum collocamus, &c. de Or. 362 a.

**ADIVNCTOR**, oris. *qui adiungit aliquid.* At. 120 a, Ille Galliæ vltioris adiunctor.

**ADIVNCTVM**, officium, significatio. de Leg. 181 a, Hostia autem maxima parentare, pietatis adiunctum putabat.

¶ *Dialectica vox: unde locus, dicas accidens, contingens.* Top. 222 a, & 224 b, & 225 a, Consequendum locus ab adiunctis longè diuersus est. Nam adiuncta non semper eueniunt, consequentia autem semper. de In. 66 b, Deinde videndū est, quid adiunctum sit negotio: hoc est, quid maius, quid minus, quid æquè magnum sit, quid simile, ex quibus coniectura quædam ducitur.

¶ *Adiuuatio.* pro Cor. 62 b, Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus.

**ADIVNCTVS**, a, um. *continens, propinquus.* pro Pom. 13 a, Fuit quibusdam summis viris quædam diuinitus adiuncta fortuna. pro Cec. 287 a, Huic fundò continentia quædam prædia & adiuncta mercatur. pro Clu. 23 b, Quæ propria huic causæ & adiunctiora sunt. pro Clu. 38 b, Ut aliquis metus adiunctus sit ad gratiam. de Cl. 174 a, Eiq; proximè adiunctus Drusus fuit. Attic. 208 a, Scito te ei dialogo adiunctum esse. de Nat. 53 a, Aspera arteria ostium habet adiunctum linguæ radicibus. \* Top. 231 b, Verba ad nomen adiuncta & duplicata. de Offic. 58 b, Turpitudinem videas adiunctam ei rei. ad Oct. 331 a, Nullæ bello subactæ & ad imperium adiunctæ prouinciæ.

**ADIVNGENDVS**, a, um. pro Cl. 18 b, In altera parte causæ, diligentia vestra nobis adiungenda est.

**ADIVNGO**, gis. *adnecto, applico, aggrego, adhibeo, adscribo, accedo, complector, atexo.* Epist. 63 b, Si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, respub. nos inter nos conciliatura coniuncturaque est. Epistol. Ego me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Epist. 12 a, Ad eorum causam me adiungerem. Attic. 9 a, Hic dies valde me Crasso adiunxit. de Am. 105 b, Cum autem contrahat virtus amicitiam (ut supra dixi) si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet & adiungat: id cum contingit, amor ibi exoritur necesse est. de Cl. 188 a, Ita q; ad hanc elegantiam verborum adiungit illa oratoria ornamenta. pro S. R. 32 b, Crimen & suspicionem potius ad prædam adiungerem, quam ad egestatem. Qu. fr. 397 a, Ad summum imperium etiam acerbiter naturæ adiungere. pro Pom. 19 b, Qui vndequinquagesimo die totam ad imperium pop. Rom. Ciliciam adiunxit. pro S. R. 37 b, Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. Epist. 75 a, Tu ei M. Mindium fratrem tuum adiunxisti. contra Rul. 63 a, Hi vestigalia, quæ Cn. Pompeius adiunxit, vendere cogitant. pro Qu. 2 b, Adiungere sibi aliquem socium. de Fin. 92 b, Non equidem recuso, sed te adiungo socium. Epistol. 194 b, Tu licet mihi pollicitus es, adiunges me quam primum ad tuos sermones. de Vn. 202 b, Et singulos animos adiunxit ad singula sidera. Att. 144 b, Quare eius fugæ comitem me adiungerem. Orat. 214 b, Isocrates verbis solutus numeros primus adiunxit. de Fin. 73 b, Qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem, vel vacuitatē doloris. pro Mur. 134 a, Qua in sorte sapiens prætor benevolentiam adiungit lenitate audiendi: id est, acquirit. Qu. de Pet. 205 b, Adiungere sibi aliquem: id est, conciliare. de Orat. 105 b, Iuris scientiam eloquentiam tanquam ancillulam adiunxisti. de Diu. 132 a, Autoritatem nullam debemus nec fidem commentitijs rebus adiungere. Parad. 123 b, Quid enim adiungit nisi nobis vniuersis? Qu. de Pet. 208 a, Quocumque velis adiungere ad amicitiam. Offic. 28 a, Hanc Scæurus demolitus accessionem ædibus adiunxit. de Orator. 122 b, Nam illud tertium, quod Aristoteles adiunxit,

minus est necessarium. \* Ep. 144 b, Mihi non ignotam in consuetudine & familiaritate suauitatem tuam adiunxit.

**ADIVNGOR**, ris. *addor. vide actuum.* pro Ar. 190 a, Magnus honos rebus populi Rom. adiungitur. Epistol. 13 a, Cum etiam Cæsar ad autoritatem eius ordinis adiungeretur. Atti. 129 b, Alter consulum in Siliciam proficisceretur, Domitius eodem cum suis cohortibus adiungeretur. de Inu. 58 a, Eius artificij cognitio huiusmodi est, ut non ad huius artis partem aliquam adiungi possit. de Or. 178 a, Præsertim cum adiungatur ad Africam etiam Hispania. pro Pom. 13 b, Cum ad cæteras summas utilitates, hæc quoque oportunitas adiungeretur.

¶ *Syntaxis. Animi adiunctio. Amicitia cum adiunctione: id est non absolute. Sine virtute nulla hominis ad hominem adiunctio. Cæsar Galliarum adiunctor. Pietatis hoc est adiunctum: id est, augmentum, adiumentum, accessio. Adiuncta non semper consequentia perpetuò eueniunt. Continentia & adiuncta prædia suo fundo mercari. Propiora causæ & adiunctiora. Aspera arteria linguæ radicibus adiuncta. Hoc illi me adiunget: id est, conciliabit. Ad alicuius rationes se adiungere, & ad causam. Ad imperium P. R. Asiam adiungere. Adiungo aliquem socium. Aliquem ad suos adiungere sermones. Adiungit benevolentiam comitate: id est, sibi conciliat. Adibus accessionem adiungere. Ad autoritatem Senatus Cas. adiunctus.*

**ADIVRATVS**, a, um. *qui iuravit.* Epist. 138 b, At ille adiuratus nusquam se vnquam libentius.

**ADIVRO**, as. *iuro.* Quint. frat. 310 b, Adiurat Procilius hoc nemini accidisse. I. A. 162 b, Adiurasq; id te me inuito non esse facturum. Attic. 35 a, Pompeius affirmat non esse periculum, adiurat. Qu. fr. 326 a, Qui omnia adiurant debere tibi, valde renuntiant.

**ADIVRO**, pro *Adiuuro.* de Sen. 77 a,

O Tite, si quid ego adiuro, curamve leuassio, &c. Ennij. \* Alij *Adiuo legunt.*

**ADIVTO**, Vide **ADIVRO**.

**ADIVTOR**, oris. *administer.* Attic. 145 b, Huius igitur belli ego particeps, & socius, & adiutor esse cogor. pro Sest. 11 b, Autor in consilijs capiendis, adiutor in rebus agendis. pro Flac. 146 a, Sperabam iudices honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quam miseriarum deprecatorum. de Nat. 5 b, Quanquam non mihi, sed tibi hic venit adiutor. & ibidem, Nolo existimes me adiutorem huic venisse. Off. 75 b, Epicurus eiusdem adiutor autorque sententiæ. Attic. 120 a, Ille absentis in omnibus adiutor contra Rull. 68 b, Vt autor eius legis atque adiutor essem. Postq. 199 a, Adiutores, autores, hortatores ad me restituendum multi fuerunt. pro Dom. 219 a, Adiutor ad agendum aliquid Offic. 44 a, Eò plures ad benignè faciendum adiutores habebunt. pro S. R. 19 b, Vt ad hanc prædam tam nefariam adiutores vos profiteamini. Epistol. 246 b, Huic meæ voluntati ut faueas, adiutorque sis, vehementer te rogo. Tusc. 154 a, Adiutor in prælio. de Orat. 107 a, Oratori pragmaticum adiutorem dare, & alibi, Præbere se adiutorem scelorum alicuius. de Am. 104 a, His adiutor contra patriam inuentus est nemo. \* pro Flac. 146 a, Socio atq; adiutore consiliorum periculorumque meorum L. Flacco, eadem à vobis, coniugibus liberisque vestris, vastitatem à templis, delubris, vrbe, Italia, depellebam.

† *Syntaxis. Belli particeps, socius, adiutor. Autor in consilijs, adiutor in rebus gerendis. Adiutor & autor sententiæ. Adiutor, autor, hortator. Faueas, adiutorque sis. In re adiutor. Se præbere adiutorem scelorum.*

\* **ADIVTORIVM**, ij. *Oecon. 1, Vt ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis præpararentur.*

**ADIVTRIX**, cis. *quæ adiurat.* de N. 63 b, Qua in re adiutricem coniugem cepit sibi. pro Dom. 242 b, Tuq; Minerua, quæ semper adiutrix consiliorum meorum extitisti. I. V. 203 b, Messana tuorum adiutrix scelorum. pro Plan. 259 a, Quæ res Cn. Plancio in petitione fuit adiutrix. Off. 59 b, Ea q; adiutrice regem interemit. Top. 229 a, Danda est igitur opera, vt legem adiutricem adhibeamus. \* Frag. ep. Felicitas est fortuna adiutrix consiliorum bonorum.

**ADIVTVS**, a, um. *vide proxima.* Epist. 10 b, Neq; de monimentis meis ab ijs es adiutus, à quibus debuisti. Alter ab altero adiutus. (Impedijs. Brut. 165 a, Non mihi tam mea salus chara fuit, in qua præcipue sum ab illo adiutus, quam, &c.

**ADIVVANDVS**, a, um. *cui ferendū auxiliū.* At. 201 a, Ferendus tibi in hoc meus dolor. ferendus: imò verò adiuuandus.

**ADIVVANS**, tis. *quod adiuuat.* de Orat. 125 b, Omnia dicenda excitanda sunt, nihil adiuuante natura.

**ADIVVO**, as. *adiumento sum, adiumentū assero, suffragor, subleuo, auxilior, opitulor, præsidium assero, præsidio sum, adiutor sum alicui contra aliquem.* Or. 189 a, Palæstra multū adiuuat histrionem. Offic. 44 b, Adiuuare aliquem in collocazione filiarum. Att. 111 b, Me Pompeius Capuam venire noluit & adiuuare delectū. pro Quint. 13 b, Non ad mendacium obtinendum,



dum, sed ad verum probandum autoritas adiuuat. Attic. 99 b, Et in eo ego te adiuuabo. de Orat. 126 b, Cùm Caius Marius morerem orationis meae praesens ac sedens multum lachrymis suis adiuuaret. Epistol. 7 b, Vt auxilijs eum tuis & copijs adiuuares. Epistol. 152 b, Si nos mediocrius modò fortuna reip. adiuuerit. Epistol. 149 b, Subueni patriae, opitulare collegae, omnium gentium consensum & incredibilem conspirationem adiuua. Offic. 15 b, Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Arcopagum adiuuerit, & ille adiuuit Themistoclem. \* Attic. 264 b, Adiuuabis igitur mi Capito. Offic. 35 b, Qui denique ex bestijs fructus, aut quae commoditas, nisi homines adiuuant, percipi possent? Offic. 39 a, Gloria in rebus maioribus administrandis adiuuat plurimum. Off. 66 b, Qui non modò non repellit, sed etiam adiuuat iniuriam?

**ADIVVOR**, aris. *vis aperta ex actiuo.* de N. 53 a, Quae confectio etiam à lingua adiuuari videtur. de Or. 95 a, Aliquem in dicendo non multum à magistro adiuuari. \* pro Arch. 188 b, Si nihil ad percipiendam colendamque virtutem literis adiuuantur. Offic. 46 a, Qui se adiuuari volent, non solum vt ne affligantur, sed etiam vt ad altiore gradum ascendant.

† Syntaxis. *De hac re ab illo sum adiuuus, & in hac re. Adiuuandus tibi meus dolor. Adiuuare delectum: pro in, & ad delectum. Adiuuare mororem alicuius, fletu. Adiuuare consilio. In dicendo ab aliquo adiuuari.*

**ADLABORO**, as. *valde laboro, elaboro.* de Cl. 181 a, An tu, inquit, adlaborasse huic modò Bruto probaturus es? *Alij legunt, id laboras si huic.*

**ADMETIOR**, ris. *metior.* I. V. 163 b, Frumentum, quod illi ex area, si vellet, admetiri licebat.

**ADMINICVLOR**, aris. *fulcio, adiuuo.* de Fin. 134 a, Quae sit scientia, atque ars agrorum, quae circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.

**ADMINICVLVM**, li. *auxilium.* de Nat. 50 a, Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. de Sen. 88 a, Adminiculorum ordines, capitum coniugatio & religatio, & propagatio vitium. Offic. 58 b, Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, sed, vt dicitur, Marte nostro. de Amic. 112 b, Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquid tanquam adminiculum adnititur.

† Syntaxis. *Vites adminicula clauiculis apprehendunt. Adminiculorum ordines (de vinea.) Nullis adminiculis, & suo Marte facere. Adminiculus ad adminiculum natura.*

**ADMINISTER**, stri. *minister.* I. V. 122 b, Timarchides omnium rerum transactor & administer. I. V. 135 b, Timarchides erat administer cupiditatum Verris. pro S. R. 31 a, Vnus puer victus quotidiani administer relictus non est. pro Qu. 14 b, Administri & satellites Sex. Neuij. de Leg. 192 b, Augurem Ioui Optimo Maximo consiliarium & administrum esse datum.

**ADMINISTRA**, æ. pro Pomp. 11 a, Multae sunt artes eximiae huius administræ, comitesque virtutis.

† Syntaxis. *Ille rerum transactor, & administer. Cupiditatum alicuius administer. Administer, & satellites. Consiliarius, & administer. Artes administræ, & comites virtutis.*

**ADMINISTRANDVS**, a, um. *curandus.* de Inuent. 50 b, Locus consideratur in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam videatur habuisse ad negotium administrandum. Quin. frat. 293 b, Ac mihi quidem videtur non sanè magna varietas esse negotiorum in administranda Asia. I. A. 200 b, Rem administrandam arbitror sine vlla mora, & confestim gerendam censeo.

**ADMINISTRATIO**, onis. *curatio, procuratio, gubernatio.* de Nat. 1 a, An dijab omni curatione & administratione rerum vacent. Epistol. 10 b, In omni actione atque administratione Reipub. floruisse. Offic. 35 a, Ea ipsa, quae inanimata diximus, pleraque sunt hominum effecta operis, quae nec haberemus, nisi manus & ars accessissent, nec his sine hominum administratione vteremur. neque enim valetudinis curatio, neque agricultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio sine opera hominum vlla esse potuisset. \* Epistol. 240 b, Administratio huius libelli mihi cum Bibulo penè est communis.

† Syntaxis. *Ab omni curatione, & administratione rerum vacare. Actio & administratio. Reip.*

**ADMINISTRATOR**, oris. *praefectus, gubernator, moderator, rector, minister, curator, procurator.* de Or. 102 b, Imperator est administrator belli gerendi. Tusc. 249 a, Itaque nec pulchros illos administratores aspiciat. *id est, ministros.*

† Syntaxis. *Imperator, belli gerendi administrator.*

**ADMINISTRATVS**, a, um. *gubernatus.* I. V. 261 a, A nobis omnia populo Rom. semper & belli adiumenta & pacis ornamenta administrata sunt.

**ADMINISTRO**, as. *gero, procuro, guberno, obo.* Ep. 139 b, Quod

opus erit prouideas atque administres. de Inuent. 50 b, Administare rem familiarem. de Or. 102 b, Administare bellum.

**ADMINISTROR**, ris. *gubernor.* de Fin. 71 b, Optimè verò Epicurus, quod exigua dicit fortunam interuenire sapienti, maximasque ab eo & grauissimas res consilio ipsius & ratione administrari. Offic. 18 a, Sine seueritate administrari ciuitas non potest. de Nat. 1 b, Deorum mente ac ratione mundum administrari ac regi. Epistol. 208 b, Operamque des vt per te quam commodissimè negotium municipij administretur, quam primumque conficiatur. \* I. V. 65 b, Per homines honestissimos virosque fortissimos, non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores, leges iudiciaque administrentur.

† Syntaxis. *Administrata adiumenta & ornamenta. Quod est opus prouide, & administra. Rem familiarem, iudicia, leges, bellum, ciuitatem, consilio & ratione administrare. Administare, ac regere quam commodissimè. Negotium de pace administrare.*

**ADMIRABILIS**, le. *admirandus, admiratione dignus, mirandus, admiratione affectus, nimius, habens admirationem.* de Orat. 85 b, Vir admirabilis in dicendo, atque in omnibus artibus. de Diu. 120 b, Res noua & admirabilis. de Fat. 147 b, O admirabilem licentiam. pro Mur. 129 a, Ars militaris admirabilem dignitatem habet. Epistol. 6 b, Sapientia tua non iucunda solum, sed admirabilis etiam visa est. Orat. 200 a, Admirabilis fama virtutum incredibilium alicuius. Attic. 147 b, Pro tua admirabili ac singulari sapientia. de N. 122 a, & 45 b, & 64 a, Deum versari circum axem caeli admirabili celeritate. de Inuent. 46 b, Admirabile genus causae. de Diu. 101 a, Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquae facta deductio. \* Hortens. Caeli signorum admirabilis ordo. I. A. 265 a, Admirabilis incredibilisque virtus.

† Syntaxis. *In dicendo admirabilis. Nouum & admirabile. Admirabile ac singulare.*

**ADMIRABILITAS**, tis. *admiratio.* de Nat. 44 a, Quanta sit admirabilitas celestium rerum. Offic. 40 b, Haec animi despicientia admirabilitatem magnam facit. de Nat. 46 a, In quo cum admirabilitate maximae igneae formae cursus ordinatos definiunt.

† Syntaxis. *Admirabilitatem facere, id est, praeberè, inferre.*

**ADMIRABILITER**, mirifice, mirum in modum. Attic. 75 b, Nos Asia accepit admirabiliter. de Op. 244 a, Isocratem Plato admirabiliter laudari in Phaedro fecit à Socrate. Tuscul. 216 a, Quod idem cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter, nimisque magnificè dicere videntur. de Nat. 52 b, Mundum consilio admirabiliter administrari.

**ADMIRANDO**, de Cla. 186 a, Admirando irridere.

**ADMIRANDVS**, da, dum. de Natu. 50 b, In quo admirandum est, congressum aliquo inter se, &c. de Diu. 139 a, Aeternam naturam esse suspiciendam, admirandumque hominum generi. \* Hortens. Omnis solertia admiranda est.

**ADMIRANS**, tis. *qui miratur.* de Orat. 92 b, Quibus dicere Carneades solebat ingenium tuum Crasse vehementer admirans.

**ADMIRATIO**, nis. *miratio, admirabilitas.* de Nat. 50 b, Est etiam admiratio nonnulla in bestijs aquatilibus de Oratore 132 a, Hoc admirationem magis, quam risum mouet. I. A. 224 b, Hoc mihi maximam admirationem mouet. pro Deior. 150 a, Homines admiratione obstupescunt. Offic. 43 a, Magna est admiratio, copiosè sapienterque dicentis. Epistol. 68 a, Varij casus habent admirationem. de Orat. 97 a, Haec sunt quae clamores, & admirationes in bonis oratoribus efficiunt. de Cl. 192 a, Crebrae assensiones, multae admirationes sunt. Orat. 197 b, Haec ingressio mea reprehensionis aliquid, aut certè admirationis habitura est. Off. 40 a, b, Admiratione verò quadam afficiuntur ij, qui antequam ceteros virtute putantur. Epistol. 95 a, Quae popularem admirationem habuerunt. Orat. 216 a, Traducere eos, qui audiunt, ad magnam admirationem. \* Frag. ep. Eloquentiam, quae admirationem non habet, nullam iudico. de Clar. 182 a, Eam admirationem assensionemque commouit.

† Syntaxis. *Admiratio est in hoc: id est, hoc mirabile est. Admirationem mouere. Is admiratione obstupescit. Id habet admirationem: id est, mirificum est. Admiratione affici. Aliquem in admirationem traducere.*

**ADMIROR**, aris. *suscipio, admiratione afficio.* Epistol. 8 a, Magnitudinem animi tui semper sum admiratus, semperque amaui. de Op. 244 a, Thucydidis quidam eloquentiam admirantur. Offic. 40 a, Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quae, &c. Tusculan. 156 a, Plato, quem tu quanti facias, scio, & quem ex ore tuo admiror. de Diu. 109 b, Nec adularus, nec admiratus fortunam sum hominis. Attic. 169 b, De diplomate admiraris, quasi, &c. Attic. 97 a, Admiratus sum, quod nihilominus ad me tua manu scripsisses.



scripsisses. de Nat. 3 a, Partim admirantur, vn de hoc philosophandi nobis subito studium exiterit. Offic. 13 b, Nihil hominem admirari, aut optare oportet, nisi quod sit honestum. de Orat. 152 a, Aspicere, admirari, stupefcere. de Fin. 40 b, In quibus hoc primum est, in quo admirer, cur, &c. de Senec. 88 b, Cuius quidem villam ego contemplanus, admirari satis non possum. de Orat. 103 b, Quorum magnitudinem cognitionis atque artis, non modo non contemno, sed etiam admiror. Attic. 101 a, Nam de illo altero minus sum admiratus. I. C. 98 b, Quid tu admirere de multitudine indocta? Attic. 148 a, De Dionysio sum admiratus. de Or. 98 a, In hoc maxime admiro Platonem, quod d, &c. de Orat. 106 a, Admirari ingenium alicuius *εὐνοῦνός*. de Cl. 195 b, Admirari res gestas alicuius. Attic. 97 a, Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. de Ora. 120 a, Ego in vobis hoc maxime admirari soleo, quod d, &c.

† Syntaxis. *In hoc admirandum est, an. Suscipiendus & admirandus homini Deus. Admirans est ille te. Ex ore tuo illum admiror. De hoc non admiror, quasi, &c. Aspicere, admirari, stupefcere. Hoc primum est, in quo admirer. In hoc te admiror.*

ADMISCEO, sces. misceo. Tusc. 180 b, Admiscere versus orationi. de Orat. 127 a, Tunc admiscere huic generi orationis illud alterum cepi. de Vn. 196 a, Deus bonis omnibus mundum expleuit, mali nihil admiscuit. Qu. fr. 319 b, Trebatium meum, quod isti (*al. i. fo: fori i. fo*) admisceas, nihil est. \* Hortens. Quo minus se admiscuerint atque implicuerint animi hominum vitij atque errorib.

ADMISCEOR, tis, misceor. I. A. 242 b, Ego ad id cōsiliū admiscere? in hac legatione sim? Attic. 99 a, Sed hoc tamen quicquid est Precianū, cum his rationibus quas ille meas tractat, admiscen volo.

ADMISARIUS, rij. equus qui ad prolem seruat, translatum vero pro libidinoso capitur. I. P. 94 b, Itaque admisarius iste, simul atque audiuit, à philosopho voluptatem tantopere laudari: nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptarios omnes incitauit: sic ad illius hanc orationem adhinnij: vt non magistrum virtutis, sed autorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur.

ADMISVS, a, um. incitatus. de Finib. 77 b, Et equo admissio, in mediam aciem Latinorum iruebat.

¶ Malum admissum, & paratum. de Finib. 49 b, Qui autem volunt, &c. difficilem quandam temperantiam postulant in eo quod semel admissum coerceri, reprimique non potest. Epistol. 49 b, Si quid à me prætermisum fuerit, commissum facinus, & admissum dedecus, confitebor. pro Cl. 44 a, Si à multis esset flagitium rei militaris admissum.

ADMISTIO, nis. concretio. de Senectut. 93 b, Cum animus omnium admistione corporis liberatus, purus, & integer esse cepit.

ÆEDIFICANDVS, a, um. *construendus.* Off. 28 a, Ad domum ædificandi descriptio est accommodanda. Epist. 127 a, Si quis adhibere volet nō modò vt architectos, verum etiam vt fabros ad ædificandum reimpub.

ÆEDIFICATIO, onis. *constructio.* Qu. fr. 310 a, Aedificationem Arcani ad tuum aduentum sustentari placebat. I. P. 90 a, Immensa & intolerabilis ædificatio.

ÆEDIFICATIUNCVLA, læ. *Quint. frat. 319 a, Quæsiuq; ab eo, quid ei de illa ædificatiuncula Laterij, de qua mecum locutus es, mandauisses.*

ÆEDIFICATOR, oris. *qui ædificat, fabricator.* de Vn. 196 a,

Neque mundo quicquam pulchrius, neque eius ædificatore præstantius. \* de Nat. 5 b, Audite, &c. non opificem ædificatoremque mundi Platonis de Timæo Deum. & 6 a, Cur mundi ædificatores repente extiterint? innumerabilia ante secula dormierint.

\* ÆEDIFICATORVS, a, um. 3. de Nat. D. Faber cùm quid ædificaturus est.

ÆEDIFICATVS, a, um. *constructus, exædificatus.* I. V. 240 a, Cur carcer ædificatus? pro Syl. 180 b, Ad illius pœnæ carcer ædificatus. in Ver. 228 a, Vrbs quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur. Off. 63 a, Domus bene & ratione ædificata. *(malè materata, riuinosâ.* Attic. 252 a, Prædiola nostra bellè ædificata, & satis amœna. de Leg. 169 a, Villa lautius ædificata.

ÆEDIFICIUM, cij. *structura.* Quint. frat. 318 b, Quid si cæmentum non haberem, deturbem ædificium? pro Mil. 115 b, Extruere ædificium in alieno.

ÆEDIFICIO, as. *extruo, exædifico, constructio, pono, colloco, facio, cōstruo, perietem duco.* pro Pom. 5 a, Qui maximas ædificasset ornassetque classes. I. V. 244 b, Vetres nauim ædificauit. Attic. 150 a, Aedificare hortos. pro Dom. 236 a, Aedificare porticum. Quin. fra. 311 a, Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. Tusc. 161 a, Qui in Timæo mundum ædificauit Platonis Deus.

ÆEDIFICOR, ris. *construo.* Off. 35 b, Vrbes sine hominum cœtu non potuissent ædificari, nec frequentari. Qu. fr. 209 b, Domus vtriusque nostrum ædificatur strenuè.

† Syntaxis. *Aedificare Rempub. Carcer ad pœnam ædificatus: Domus bene & ratione ædificata. Prædiola bellè, & villa lautius ædificata. Aedificare & ornare classes, nauim, hortos. Tribus locis ædifico, cætera reconcinno. Deus mundum ædificauit. Domus ædificatur strenuè.*

ÆEDILIS, le. de Cla. 190 a, M. Cælius ædilis curulis factus est. de Leg. 185 a, Sunt ædiles curatores vrbis, annonæ ludorumque solennium: ollis quæ ad honoris amplioris gradum, is primus ascensus esto. pro Mur. 133 a, Ego, qui trinos ludos ædilis feceram. I. P. 97 b, Me ædilem priorem populum Rom fecit. Attic. 148 b, Prætores ius dicunt, ædiles ludos parant. \* I. V. 243 a, Nuncium designatus ædilis: habeo rationem quid à populo Rom. acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum cerimonia Cereri, Libero Liberæq; faciendos: mihi Floram matrem populo plebiq; Ro. ludorū celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineræque esse faciendos: mihi sacrarum ædium procurationem: mihi totam urbem tuendam esse commissam. Ob earum rerum laborè & sollicitudinem fructus illos datos: antiquorè in Senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, ius imaginis ad memoriam posteritatemq; prodendâ. Ex his ego rebus, &c. tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum sollicitudinis & laboris. ad Q. fr. 327 b. Ludos apparat magnificentissimos, sic inquæ, vt nemo sumptuosiores. Stulte, bis terque, non postulatus, &c. quia poterat magistrum se, non ædilem, putare.

ÆEDILITAS, tis. *Aedilitiū munus.* de Off. 45 a, L. Crassus cū Qu. Mutio magnificentissima ædilitate functus est. Qu. fr. 407 a, Furiosa ædilitas. pro Dom. 235 b, Hoc simulachrum quidam homo nobilis, &c. ad ornatum ædilitatis suæ deportauit. Off. 45 a, Splendor ædilitatis ab optimis viris postulabatur. pro Clu. 31 b, Aedilitatem se petere cum hominibus nobilibus dicebat. de Ar. 250 a, Curulis ædilitas. Atte. 22 a, Qui Romæ tribunatum pleb. peteret, cùm in Sicilia ædilitatem se petere dictitasset. \* I. V. 243 a, Vt hæc ipsa ædilitas, non quia necesse fuerit, alicui candidato data: sed, quia sic oportuerit, rectè collata (al. collocata) & iudicio populi digno in loco posita esse videatur.

† Syntaxis. *Fungi ædilitate. Curulis ædilitas magnificentissima. Aedilitatem dicere.*

ÆEDILITVS, a, um. *quod spectat ad ædilitatē, qui ædilis est.* de Cla. 174 b, Sed omnia is summa sperans ædilitiis est mortuus. de Off. 45 a, Crassus functus est ædilitio maximo munere. in Vat. 32 a, Vir ædilitius. pro Plan. 269 b, Aedilitia repulsa. Qu. frat. 294 b, Iniquo & prauo ædilitiorum vengali Asiæ liberafti. pro Cl. 34 a, Homo ædilitius. \* pra Chent. 43 b, Scriba ædilitius.

† Syntaxis. *Ille mortuus est ædilitiis. Aedilitia repulsa. Homo ædilitius.*

ÆEDITIVS, mi. *ædium sacrarum curator, & custos, ædituus.* \* Top. 223 b, In quo postliminio Seruius noster nihil putat esse norandum, nisi post & liminium illud productionem esse verbi vult, vt in finitimo, legitimo, æditimo, non plus inesse timum, quàm in medittullo tullium.

ÆEDITVVS, tui. *ædituus.* I. V. 222 b, Illi fores ædis effragunt, æditui custodesq; mature sentiunt, alius, æditui, & foris rectius, vt Cælius probat.



**ÆD O**, dis. L. Ed o. de Clar. 166 b, Quare si tibi est commodum, æde illa quæ cæperas, & Bruto, & mihi.

**ÆE T A**, æ. de Nat. 70 b, Solem Colchis Acetam & Circem procreasse.

**ÆG E R**, a, um. *agrotus*. (V. *alens*. de Nat. 28 b, Ne ægri quidẽ omnes conualescunt. in Cat. 102 b, Homo æger morbo graui. de Cl. 180 b, Is semper infirma atq; etiam ægra valetudine fuit. pro Cæl. 41 a, Medea animo ægra. Tusc. 195 a, Corpus etiam si mediocriter ægrum est, sanum non est. Off. 35 b, Quis ægris subuenisset? quæ esset oblectatio valentium? Postq. 198 b, Qui nunquam ægro corpore fuerunt. Att. 257 a, Familia ægra est. Att. 89 a, Pinnarium, quem mihi commendas, diligentissimè Deiotarus curat, grauius ægrum. de Diuin. 91 b, In eo igitur oppido, ita grauius æger fuit, vt omnes medici diffideret. Att. 96 b, Tyro ad te dedisset literas, nisi eum grauius ægrum Esecæ reliquisset. de Diu. 200 b, Ad ægros non vates, sed medicos solemus adducere.

¶ *Mærens, afflicus*. in Verr. 77 a, Aegra & propè deposita reipub. pars. pro Mil. 114 b, Omnes tibi reipub. partes egras & labentes, vt eas his armis sanares & confirmares esse commissas. Epist. 235 a, Mulier ægra, & corpore, & animo confecta.

† *Syntaxis. Aeger morbo graui. Infirma, atq; etiam ægra esse valetudine. Animo æger. Mediocriter ægrum corpus. Grauius æger. Aegra & planè deposita Respub. Aegra, & labans ciuitas. Aeger, & corpore & animo confectus.*

**ÆG E V M**, gei. *Mare in quo Cyclades*. de Leg. 191 b, Aegeum mare. & pro Pomp. 14 b.

**ÆG I N A**, æ. Offic. 61 a, Nimis enim imminet propter propinquitatem Aegina Piræo. Ep. 50, Post me erat Aegina, ante Megara.

**ÆG I N E T A E**, *populi*. Offic. 61, Aeginetis qui classe valebant, Athenienses sciuerunt, vt pollices præciderentur.

**ÆG I S T H Y S**, sthi. de Nat. lib. 3, Aegisthi libidinem aut Paridis videmus.

**ÆG R E**, *grauiter, molestè, vix, difficulter*. (facile. de Diu. 95 b, Quem cum non potuisset extrahere, discessit ægrè ferens. Tusc. 222 a, Vt si quis ægrè ferat, se pauperem esse. Att. 258 a, Ab hasta ea ægrè me tenui, itaque perstringam sine vlla contumelia. de Sen. 92 a, Omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facile dissoluitur. Tusc. 227 a, Inueterata vitia ægrius depellantur. de Pro. 70 b, Byzantij totum pontum efferuecentem in Asiam ægrè repulsam sustinuerunt. I. V. 234 a, Nihil ægrius factum est multo labore meo, quam vt manus ab illo abstinerentur. pro Pomp. 6 a, Eum propè esse vident, quo etiam carent ægrius. Attic. 100 a, Nihil eo vidi melius, itaq; careo ægrè.

† *Syntaxis. Ab hasta ea ægrè me tenui. Nihil ægrius factum est multo labore meo, quam vt. Illo ægrè careo.*

**ÆG R I M O N I A**, æ. *ægritudo animi, dolor, mæror, sollicitudo, cura*. Att. 199 a, Ferrem grauius, si nouæ ægrimonie locus esset.

**ÆG R I T V D O**, inis. *ægrimonia*. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo perturbatio est animi. Tusc. q. lib. 4, Aegritudo est animi, aduersante ratione, contractio. Tusc. 212 a, Stulti autem ægritudo est ea, qua afficiuntur in malis opinatis, animosque demittunt, & cõtrahunt, rationi non obtemperantes. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo est in opinione mali recentis. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo est opinio magni mali præsentis, & quidè recens opinio talis mali, vt in eo rectum esse videatur angustia. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo est opinio mali præsentis, in qua opinione illud inest, vt ægritudinè suscipere oporteat. Tusc. 212 a, Aegritudo est opinio recens mali præsentis, in quo demitti contrahi que animo rectum esse videatur. Tusc. q. lib. 4, Aegritudo, vna res maximè detestabilis. Tusc. q. lib. 3, Quum omnis perturbatio miseria est, tum carnisca est ægritudo. Tusc. q. lib. 3, Aberit igitur à sapiente ægritudo. 3. Tusc. Manat longius ægritudo. 4. Tusc. Amplificata ægritudo. 4. Tusc. Premens ægritudo est angor. de Nat. 1, Aegritudo animi, fortunæ magna & graui commota iniuria. Tusc. q. 3, Aegritudo animi similia est ægris corporibus. Tusc. q. 3, Acta ætas honestè, tantam affert consolationè, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor. 4. Tusc. Aegritudo cõmunis pœna stultitiæ est: omnibus enim quorum mens abhorret à ratione, semper aliquis alijs dolor, alijs terror impendet. pro Rosc. Comœdo, Criminis ægritudo. 4. Tusc. Crucians ægritudo vocatur dolor. 4. Tusc. Flebilis ægritudo, est mæror. 4. Tusc. Laboriosa ægritudo vocatur ærumna. 3. Tusc. Mœrens ægritudo. 4. Tusc. Nata esset ægritudo noua, sed ea modica. 4. Tusc. Permanens ægritudo, vocatur molestia. 3. Tusc. Sublata ægritudo. 3. Tusc. Aegritudo & metus in malis opinatis versantur. Tusc. q. lib. 4, Aegritudo & metus tabifica mentis perturbationes sunt. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo non cadit in sapientem. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo non cadit in virum fortem. Tusc. q. lib. 3, In quæ cadit ægri-

tudo, in eundem timor. 9. ad Attic. Aegritudo me somno priuaret. 3. Tusc. Ergo ista nec inopinata non habent tantam vim, vt ægritudo ex his omnis oriatur. 3. Tusc. Aegritudo fortitudini repugnat. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo habet tabes, cruciatum, afflictionem, fœditatè. Tusc. q. lib. 3, Vt ægrotaatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet non se iunctum à dolore. Tusc. q. lib. 4, Aegritudo si perturbare animum sapientis non potest, nulla poterit. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo tetra res est, misera, detestabilis, omni cõtentione, velis, vt ita dicam, remisq; fugienda. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo tum existit, quum quid ita visum est, vt magnè quoddam malum adesse & vrgere videatur. Tusc. q. lib. 3, Quod ægritudo vetustate tollitur, id non est in die: *in est, in longinquitate temporis positum, sed in cogitatione diuturna*. Tusc. q. lib. 4, Nam neq; omnis ægritudo vna ratione sedatur: alia est enim lugenti, alia miseranti, alia inuidenti adhibenda medicina. Tusc. q. lib. 3, Dum ægritudinis nomen absit, graue, tetrum, funestum, quod cum sapientia esse, atq; vt ita dicam, habitare nullo modo possit. Tusc. q. lib. 3, Leuationè autem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocationè à cogitanda molestia & reuocatione ad contemplandas voluptates. 3. Tusc. Aegritudinis causa nulla alia est, nisi opinio & iudicium magni præsentis atq; vrgentis mali. Tusc. lib. 4, Aegritudinis effectus, quasi morsus aliquis doloris. Tusc. q. lib. 3, Tum deniq; efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio. 4. Tusc. Sedatio ægritudinis. 3. Tusc. Atqui si res sunt ægritudinis quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipso trunco euerso omnes elidendæ sunt, &c. Tusc. q. lib. 4, Et ægritudinis & reliquorum animi morborum vna sanatio est, omnis opinabile esse & voluntarios, eaq; re suscipi, quæ ita rectum esse videatur. Tusc. 5. Vacuitas ægritudinis. Tusc. q. lib. 3, Aegritudinis verbo Græci omnè animi perturbationem appellat. Tusc. q. lib. 4, At eos qui se ægritudinè dederunt, miseros, afflictos, ærumnolos, calamitosos (*appellamus*.) ad Att. lib. 9. Sed tamè ne me totum ægritudinè dedam, sumpsit mihi, &c. 3. & 4. Tusc. Aegritudini se solent dederè. Tusc. 212 b, Aegritudini subiunguntur inuidentiæ, æmulatio, obrectatio, misericordia, angor, luctus, mæror, ærumna, dolor, lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictatio, desperatio, & si qua sunt de genere eodè. Tusc. q. lib. 3, Aegritudinem omnè procul abesse à sapiente, quod inanis sit, quod frustra suscipiatur, quod non natura exoriatur: sed iudicio, sed opinione, sed inuitatione quadam ad dolendum, quum id decreuimus, ita fieri oportere. Tusc. 203 b, Chrysiippus ipsam ægritudinè *λύπη* quasi *λύπη* id est, solutionè totius hominis appellatam putat. Tusc. 3, Detrahère ægritudinè. 3. Tusc. Culpa contractum malum, ægritudinè acriorem facit. Tusc. q. lib. 3, Aegritudinè non omni malo effici censent Cyrenaici, sed in sperato, nec opinato malo. Tusc. q. lib. 3, Aegritudinè Zeno definit opinionè mali præsentis recentem. Tusc. lib. 3, Depellere ægritudinè. 3. Tusc. Efficit hæc res maximam ægritudinè. 4. Tusc. Quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinè instantia. 4. Tusc. Aegritudinè quàm Stoici vt tetram & inanè bellum fugiendam esse dicunt, Peripatetici non sine magna vilitate à natura dicunt constitutã, vt homines castigationibus, reprehensionibus, ignominijs affici se in delicto dolerent. Tusc. q. lib. 3, Eleuare ægritudinè. 3. Tusc. Eripiamus huic ægritudinè. 3. Tusc. Extenuare ægritudinem. 3. Tusc. Aegritudinem nisi exuimus, sic vt abiciamus, miseria carere non possumus. Tusc. q. lib. 3, Etenim si sapiens in ægritudinè incidere posset, posset eam in misericordiã, posset in inuidentiã. Tusc. q. lib. 4, Vt ipsam ægritudinè leniri videmus, quum obijcimus mœrentibus imbecillitatè animi effeminati: quumq; eorū grauitatè constãtiamq; laudamus, qui non turbulenti humana patientur. ad Att. lib. 13, Id mihi erat satis ad leniendam ægritudinè firmum. 4. Tusc. Si nec mala sint illa, quæ metum ægritudinè me, nec bona quæ cupiditatem latitiã me moueant, tamen sit vitiosa ipsa commotio. Tusc. q. lib. 3, Aegritudinè paruis rebus moueri ait Lycon, fortunæ & corporis in commodis, non animi malis. Tusc. q. lib. 3, Nihil est quod tam obtunda elueatq; ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse, quod accideri non possit, quàm meditatio conditionis humanæ, quàm vitæ lex, cõmentatioq; parèdi. Tusc. q. lib. 3, Repellere ægritudinè ab aliquo. 3. Tusc. Sedare ægritudinem. 3. Tusc. Aegritudinè ex turpitudine, quam Cleanthes summum malum fatetur, suscipi posse. Tusc. q. lib. 3, Voluntate igitur & iudicio suscipi ægritudinè confitendum est. 3. Tusc. 139 a, Sustulit vniuersam ægritudinè philosophia. Tusc. q. lib. 3, Ex quo intelligitur, non in natura, sed in opinione esse ægritudinè. 3. Tusc. q. lib. 4, Tolerare ægritudinè. 3. Tusc. Tollere ægritudinem. 3. Tusc. Cũ cõstet ægritudinè vetustate tolli. Tusc. li. 4, Sublata igitur ægritudine, sublatus est metus. Tusc. lib. 3, Aegritudine affici. Tusc. q. lib. 3, Num in illa re, quæ ægritudine Alcibiadem afficiebat, mali nihil fuisse? Tusc. q. lib. 4, Quid est



autem non miserius solum, sed fœdius etiam & deformius, quam ægritudine quis afflictus debilitatusq; iacens: 3. Tusc. Cōfici ægritudine. 4. Tusc. Debilitatus ægritudine. Tusc. q. lib. 3, Detraçto ab ægritudine hoc, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mœrens: morsus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquuntur. Tusc. q. lib. 3, In ægritudine lenienda, quam quisq; curatio nem recipere possit, videndum est ad Attic. lib. 9, I. ongior verò epistola non me solum, sed meos omnes ægritudine leuauit. Ep. 70 a, Quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine voluisti, earum etiam commemoratio nem lenimus. 3. Tusc. Opprimi ægritudine. 3. Tusc. Neq; tamẽ quum se in media stulticia, qua nihil est peius, hæere intelligant, ægritudine premuntur. \* Tusc. 192 b, Quod ægritudine quasi tempestate quatiatur. Tuscul. 211 b, Ex malis metum & ægritudinem nasci censent: metum futuris, ægritudinem præsentibus. Quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. Tusc. 212 a, Hæc prima definitio est, vt ægritudo sit animi aduersante ratione contractio. ibid. Aegritudini nulla constantia opponitur. ibid. Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat. & b, Inuidiam esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas.

† Syntaxis. *Ægritudo vna res maximè, &c. Manat longius ægritudo. Commota animi ægritudo. Illum non tangit ægritudo. Versatur ægritudo in malis. In sapientem non cadit ægritudo. Aegritudo virtute tollitur. Aegritudinis lenatio vacuitas. Aegritudini se dedere. Aegritudinem detrahere, nasci, effici, depellere, eleuare, extenuare, alicui eripere, exuere, lenire. Aegritudine moueri. Obtundere, & eleuare ægritudinem, repellere, sedare, suscipere, tollere, soluere. Confici, debilitari, opprimi, premi ægritudine. Aegritudinem Cic. dicit longiorem, terram, miseram, detestabilem, fugiendã, permanentem, nouam, mœrentem, flebilem, laboriosam, cruciantem.*

**ÆGROTATIO**, nis. corporis mala cōstitutio functiones corrumpens, ἀρρώστια, morbus. Animaduerte discrimen morbi, vitij, ægrotationis. Tuscul. 195 a, Sed proprie vt ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. Tusc. 214 b, Quomodo autem in corpore est morbus, ægrotatio & vitium, sic in animo. Morbum appellat totius corporis corruptionem, ægrotationem, morbum cum imbecillitate. Vitium, cum partes corporis inter se dissident: ex quo prauitas, membrorum distortio, deformitas. item ibid. Aegrotationes autem & morbi animorũ difficiliter euelli posse putatur, &c. \* Tusc. 214 a, Existit & morbus & ægrotatio, & offensionis hæ, quæ sunt eis morbis ægrotationibusq; contrariæ. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt, reuera copulata sunt: eaq; oriuntur ex libidine & lætitia. ibid. Existitque morbus & ægrotatio: quæ auelli inueterata non possunt. ibid. Similiter ceteri morbi ægrotationesq; nascuntur. ibid. Quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu nascuntur earum rerum quas fugiunt & oderunt. Definiunt autem animi ægrotationem opinatiõem, &c. Tusc. 214 b, Aegrotationi talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguricio, vinolætia, cupidia, & si qua sunt similia. ibid. Hæc igitur procliuas ad suum quodque genus similitudine corporis ægrotatio dicitur: dum ea intelligatur ad ægrotandum procliuas. Sed hæc in bonis rebus facilis nominetur, in malis procliuas, vt significet lapsonem: in neutris habeat superius nomẽ. ibid. Morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis cōquassatione & perturbatione gignuntur. ibid. In animo tantummodo cogitatione possunt morbum ab ægrotatione se iungere. ibid. Ita fit vt in altera corruptione opinionũ morbus efficiatur & ægrotatio. ibid. Morbi & ægrotationes partes sunt vitiositatis.

**ÆGROTAS**, agro corpore sum, morbo sum affectus. pro Cluen. 54 b, Is ibi in morbum incidit, ac satis vehementer diuque ægrotauit. de Sen. 91 a, Adolecentes facilius in morbos incidunt, grauius ægrotant, tristiùs curantur. de Fin. 73 b, Grauius ægrotare. (optimè valere. Attic. 119 a, Homo quotannis periculose ægrotans. Tusc. 226 b, Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Offic. 7 a, Si grauius ægrotare filius cœperit. Tuscul. 166 b, Pompeio nostro familiari, cum grauius ægrotaret, Neapoli melius est factum.

† Syntaxis. *Vehementer, grauius, grauius, periculose ægrotare. Aegrotanti melius est factum.*

**ÆGROTIVS**, a, um. æger. Ep. 133 a, Cum ad L. Cæsare ægrotum Neapolim venissem, quanquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen, &c. Item, Vt si medicus, cum ægrotus alij medico traditus sit, irasci velit, &c. I. V. 66 a, Hoc remedium est ægrotæ ac prope desperatę Reipub. de Nat. 75 b, Vt si medicus sciat, eum ægrotum, qui iussus sit vinũ sumere, meracius sumpturum, statimq; periturum, &c.

† Syntaxis. *Verè ægrotus corpore est: per translationem statim vt, Aegrotata Respublica.*

**ÆGYPTA**, tē. vini nomen. ad Attic. lib. 12. & 13. & Ep. fam. li. 16.

**ÆGYPTIVS**, a, um. de Nat. 10 b, Portenta magorum, Aegyptiorumq; dementia. I. P. 90 a, Rex Aegyptus. de Nat. 67 a, Omne ferè bestiarum genus Aegyptij consecratur. Tusc. 243 b, Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus, quamuis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut aspidem, aut selem, aut canem, aut crocodilum violēt. Tusc. 243 b, De Aegyptiorũ superstitionibus. \* Hortens. Alterius ingenium sic dulce, vt acetum Aegyptium dicimus.

**ÆGYPTVS**, ti. regio ab Oriente prima in Africa. contra Rul. 74 a, Alexandria, cunctaq; Aegyptus. L. NILVS, & IBS.

**ÆLIANVS**, ab Aelio equite Romano & Stoico. de Clar. 183 a, Cottam aut miror summũ ipsum oratorem, minimeq; inceptũ, Aelianas leuicis oratiunculis, voluisse existimare suas.

**ÆELIVS**, lij. scriptoris nomen. in Bruto, Aelius scriptitauit orationes multas, orator ipse nunquam fuit. pro Cluen. C. Aelius Stalenus. ibid. Aeliorum familia.

**ÆELIVS**, a, um. Aelia lex. vide LEGES VARIÆ.

**ÆEMILIVS**, a, um. Att. 30 b, Tribus Aemilia.

**ÆEMONENSIS**, ciuitas. pro Flac. 153 a. Hinc Aemonensis, & Aemonense. ibidem, Citat præco voce maxima legatos Aemonenses.

\* **ÆEMVLA**, læ. imitatrix. p. Cæl. 44 b, Nonne te, si nostræ imagines viriles non commouebant, ne progenies quidem mea Q. illa Claudia æmulam domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat.

**ÆEMVLATIO**, o, nis. virtutis imitatio, inuidia. Tusc. 212 b, Aemulatio dupliciter dicitur, vt & in laude & in vitio nomen hoc sit. nã & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo, si eo, quod cōcupierit, alius potiatur, ipse careat. Tusc. 221 b, Illa vitiosa æmulatio, quæ rivalitati similis est.

**ÆEMVLATOR**, toris. imitator, æmulus, rivalis. Att. 23 a, Scruilius æmulator Catonis.

**ÆEMVLIOR**, aris. imitor, inuideo. pro Fla. 159 b, Omnes eius vrbis instituta laudare facilius possunt, quam æmulari. Tusc. 157 b, His æmulatur, qui ea habent, quæ nos habere cupimus. Itẽ, Obtrectare alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ rivalitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? cum sit æmulantis, angere alieno bono, quod ipse non habeat: obtrectantis autem, alieno bono, quod id etiam alius habeat.

† Syntaxis. *Æmulari bona, Alicui æmulari.*

**ÆEMVLVS**, a. imitator. pro Mar. 131 a, Ille æmulus atq; imitator studiorum meorum. Attic. 93 b, Licet Brutum solum ames, me æmulum non habebis. de In. 51 b, Rei alicuius cōprobatores atq; æmuli. pro Cæl. 44 b, Quin illa Claudia æmula domesticæ laudis. I. A. 66 a, Is me potissimum testatus est, se æmulum mearum laudum exitisse. I. V. 252 b, Si non tanquam virum, at tanquam æmulum remouisset. pro Mur. 138 b, Stoici æmuli inuentorum Zenonis. \* ad Heren. 14 a, Virtute æmulus, pœtæ.

† Syntaxis. *Æmulus ac imitator. Comprobator ac æmulus.*

**ÆEMVS** vel Hæmus. Thraciæ promontorium. pro Flac. 152 b, Hac classe M. Crassus vir amplissimus ab Hæmo in Asiam, his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit.

**ÆENARIA**, insula Italiæ proxima. Att. 167.

**ÆENEAS**, æ. I. V. 216 b, Aeneas fugiens à Troia, &c.

**ÆENEVS**, a, um. quod ex ære est. de N. 65 b, & I. V. 213 b, Lecti ærati, candelabra ænea. Offic. 59 b, Equus æneus. I. A. 223 a, Aenea statua. de In. 71 a, Aeneum trophæum. I. V. 200 a, Signum æneum, marmoreum, eburneum.

**ÆENIGMA**, tis. scrupus Latine dicitur, teste Gellio. de Orat. 158 a, Ex hoc genere sunt ea, quæ vocantur ænigmata. non est autem in verbo modus hic, sed in oratione. in continuatione verborum. Att. 110 b, Aenigma Oppiorum ex Velia planè non intellexi. & ibid. Iam intellexi tuum ænigma. de D. 135 b, Iam verò, quod pertinent obscuritates & ænigmata somniorum? Attic. 96 a, Literæ Græcæ eĩ ἀνιγμωσι. Attic. 34 a, b, Cætera erunt eĩ ἀνιγμωσι.

**ÆEOLS**, pro Flac. 159 b, Tria Græcorum genera sint verè: quorum vni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habetur: Aeoles alteri: Dores tertij nominabantur.

**ÆEQUABILIS**, le. æquus, par, similis. de In. 70 b, Par, quod inter omnes æquabile est. de Fin. 133 a, Moderati æquabilesque habitus. Offic. 1 b, Aequabile & temperatum orationis genus. de Orat. 113 b, Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. pro Cec. 298 b, Quod æquabile inter omnes & vnum omnibus esse possit. Offic. 41 a, Aequabilis prædæ partitio. pro Fl. 152 b, Prætoris diligentiã requirenda in numero nauium, & in descriptione æquabili sumptus. Qu. fr. 296 a, Iuris æquabilem tenere rationem. de N. 12 a, Vt omnia omnibus, paria partibus respondeant: hanc *ισοροπία* appellat Epicurus: id est, æquabilem distributionem. de Nat. 30 b, Motus certus & æquabilis.

† Syntaxis. *Habitus æquabiles, ac moderati. Temperatum ac æquabile genus orationis. Leuis, & æquabilis orationis tractus. Prædæ æquabilis partitio. Iuris æquabilem tenere rationem. Motus certus, & æquabilis.*



**ÆQUABILITAS**, constantia, tenor vnus. Moderatio, leuopula. de Orat. 128 a, Quidam intollerantiùs se iactant, & æquabilitate cõmunis iuris, præstantia dignitatibus aut fortuna suæ transcunt de Nat. 23 a, & 28 b, Aequabilitas motus. *aliàs æquilibrium*. de Or. 140 b, In laude iustitiæ explicandũ erit, quid cũ fide, quid cũ æquabilitate factum sit. Or. 201 b, Lenitas & æquabilitas orationis. Offic. 22 a, Aequabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionũ maximè decora est. Offic. 18 a, In liberis populis, & iuris æquabilitate, exercenda etiam est facilitas. Att. 286 b, Fortis animus sine constantia & æquabilitate nihil est. Offic. 18 b, Præclara est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus eademq; frons. \* Incert. Illa æquabilitas vitæ non tantum habet sensum. † Syntaxis. *Lenitas & æquabilitas orationis. Vniuersæ vitæ æquabilitas. Iuris æquabilitas.*

**ÆQUABILITER**, cõ æquabilitate. de Or. 128 b, Genus faciatum æquabiliter in omni sermone fufum. Offic. 41 a, Aequabiliter prædã dispartiri. de Or. 114 a, Oratio cũ lenitate quadam æquabiliter profluens. \* Quint. fr. 293 b, Parui referat abs te ipso ius dici æquabiliter & diligenter, nisi, &c.

**ÆQUALIS**, le. par. similis. (impar. de Or. 91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. Orat. 215 b, Partem pedis æqualem esse alteri parti. Orat. 208 a, Oratio par & æqualis rebus ipsis. de Leg. 171 a, Quæ vis non modò senior est, quàm ætas populorũ, sed æqualis Dei. de Cl. 187 a, Sed ordinè sequens, in memoriam notam & æqualè necessariò incurro. Parad. 119 b, Peccata esse æqualia. Orat. 206 a, Demosthenes successit magnis, & maximos oratores habuit æquales. de Diu. 88 b, Philisthius æqualis temporũ illorũ. de Leg. 157 b, Ipse autè æqualem ætatis suæ memoriã deposcit. Orat. 218 a, Et cretici æqualis pæan, qui spacio par est, syllaba longior. de Orat. 160 a, Quod metiri possumus interuallis æqualibus. de Ar. 252 a, Hoc sacrificium, quod à regibus æquale huic vrbi accepimus. de Cl. 171 a, Liuius Ennio æqualis fuit. L. A. 237 b, Deioratus cuius beneuolentia in populum Romanũ est ipsius æqualis ætati. Or. 217 a, Imparibus an æqualibus? de Leg. 174 b, Paupertatè diuitijs etiam inter homines æqualem esse volumus. Brut. 165 a, Memoria proditum est, poetas nobiles poetarum æqualium morte doluisse in Sal. 272 a, Aequalem & parem verbis vitam agere. \* de Sen. 78 a, Sæpe interfui querelis meorum æqualium, quas C. Salinator, &c. nostri ferè æquales, deplorare solebant. & 86 b, Ego verò propter sermonis delectationem tempestiuus conuicijs delector: nec cũ æqualibus solũ, qui pauci admodum restant: sed cum vestra etiam ætate atque vobiscum.

¶ *Coenæ, eiusdem ætatis, amicus.* \* de Clar. 180 b, P. Orbis meus ferè æqualis.

† Syntaxis. *Hi sum inter se æquales. Oratio par, & æqualis rebus ipsis. Aequalis illius: pro, illi. Habere multos æquales. Ille fuit æqualis temporũ illorum. Aequalem & parem verbis vitam agere.*

**ÆQUALITAS**, tis. æqualium & parium conditio, paritas, similitudo. de Leg. 193 b, Quidam virtutibus exceptis atq; vitijs, cætera in summa æqualitate posuerunt. de Cl. 178 b, Aequalitas vestra & pares honorum gradus. pro Lig. 142 b, Quis est, qui horum consensum conspiciant, & penè cõstant in hac propè æqualitate fraterna non nouerit? pro Mur. 134 a, Prætor offensionem vitæ æqualitate decernendi. de Orat. 100 b, In rebus causisq; ciuium æqualitatis cõseruatio. Part. 231 b, Similitudo æqualitasq; verborum. † Syntaxis. *Æqualitas, & paritas honorum. Conflatus consensus in fraterna æqualitate. Decernendi æqualitas offensionem vitæ. Similitudo, æqualitasq; verborum.*

**ÆQUALITER**, æquè, æqualiter, æqua parte, æqua conditione, vno tenore, constantè. de Am. 106 b, Vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiã pariter, æqualiterq; respõdeat. & de Nat. 49 a. L. N. I. T. O. R. & de Vn. 201 a, & ad Heren. 27 b, pro Mil. 116 b, Clodius æqualiter in alienos & in suos irruerat. Qu. fr. 296 b, Quod Græcis æqualiter Sylla deseriberet. Epist. 177 a, Aequaliter aut sorte a gros legionibus assignari puto oportere. I. V. 184 b, Frumentum, quod ciuitatibus æqualiter esset distributũ. pro Fl. 163 a, Communis hæreditas, quæ æquabiliter ad vtrunque lege veniebat.

† Syntaxis. *Pariter, æqualiterque respondens beneuolentia. Aequaliter res omnes irruere. Aequaliter, aut sorte distribuere, assignare. Aequaliter ad vtrumq; venit lege hæreditas.*

**ÆQUATIO**, onis. adæquatio, ὀμολογία. p. Mur. 135 b, Aequatio gratiæ & dignitatis. Offic. 48 b, Aequatio bonorum.

**ÆQUATVS**, a, um. adæquatus, cõparatus, assimilatus, par factus. I. P. 62 a, Productus in concionè ab eo cui sic æquatũ præbeas consulatum tuum. de Clar. 177 a, Existimo in his primũ cum Græcorum gloria Latine dicendi copiam fuisse æquatam. I. V. 223 a, Aequata agri planities.

**ÆQUE**, iam. pariter, similiter, æqualiter, per æquè. de Orat. 128 a, Afferendũ est aliquid, quod sit grauius, aut æquè graue.

de Orat. 160 b, Nam versus æquè prima, & media, & extrema pars acceditur. pro Quint. 16 a, Procurator æquè vtriusque necessarius. Ep. 211 b, Id vtrique nostrum æquè gratum est. Offic. 39 a, Beneuolentia ciuium non æquè omnes egent pro Cluen. 59 a, Quos tamen ipsos æquè, & eos qui, &c. hæc cura sollicitat. pro Dom. 219 a, Cn. Pompeius æquè vt vnusquisq; vestrum pro salute mea laborauit. de Arusp. 247 b, Qui æquè atq; ego non sunt occupati. de In. 51 a, b, Maius, minus, æquè magnum. de Fin. 63 a, Neq; ipsam amicitiam tueri possumus, nisi æquè amicos & nosmetipsos diligamus. de Fin. 63 a, Nam & lætamur amicorum lætitiã æquè ac nostra, & pariter dolemus. I. V. 135 b, Verũm etiam sui meminerat æquè. id est, pariter. Att. 277 a, Hoc ad officium meũ æquè atq; ad vllã aliam rem pertinet. de Diu. 80 b, Hebes æquè ac pecus. de Nat. 68 b, Hi coluntur æquè atq; illi. pro S. R. 37 b, Hoc æquè turpe est atq; illud. I. V. 56 a, Nihil æquè cupio atq; bonam famam. Offic. 47 b, Diuites cùm magnum aliquid ab aliquo acceperint, æquè à se aut postulari, aut expectari aliquid arbitrantur.

¶ *Adeo multum.* de Or. 147 a, Nõ æquè quid dicant attendo. † Syntaxis. *Æquè primi, medi, vltimi, mali. Amicus æquè vtriusq; fidelis. Quos ipsius æquè ac te cura sollicitat. Ego æquè vt vnusquisque vestrum amo. Aequè ac nostra amicorum lætamur lætitiã. Hoc pertinet ad officium meum æquè atque ad tuum.*

**ÆQUILIBRITAS**, aliàs Aequabilitas, vel Aequalitas. de N. 23 a, Confugis ad æquilibratatem: sic enim ἰσορρομια, si placeat, appellemus.

**ÆQUIMELIUM**, lij. pro Dom. 233 b, Sp. Melij regnũ appetentis domus est cõplanata. Et quid aliquid æquũ accidisse Melio populus Rom. iudicauit: nomine ipso Aequimelij, stultitia pœna comprobata est. & de D. 116 b.

**ÆQUINOCTIUM**, ctij. Attic. 169 b, Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Attic. 195 b, Publius si æquinoctium expectat, nauigaturus videtur.

**ÆQUIPARO**, as. æquo, comparo. Tusc. 238 a, Nemo est qui factis me æquiparare queat.

**ÆQUITAS**, tis. æquum & bonum, æquum, iudiciale. Par. 241 b, Aequitatis vis est duplex, cuius altera directi & veri, & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur: altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet: quod in beneficio gratia, in iniuria vltio nominatur. Offic. 13 b, Difficile est, cum præstare omnibus concupieris, seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maximè propria. Attic. 67 b, Perspice æquitatem animi mei. pro Mur. 134 a, Aequitatis largitio. de Cl. 177 b, In explicanda æquitate nihil erat Crasfo copiosius. pro Pl. 267 b, Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem reiecasti. de Orat. 105 b, Pro æquitate contra ius dicere. I. P. 85 b, Quo in spectaculo mira Reip. æquitas erat, vter eorum perisset tanquam lanista. de Orat. 99 a, Iudicia in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate & iure certetur. de Orat. 106 a, Nõne arripuisti pauocinium æquitatis, & defensionem testamentorum ac voluntatis mortuorum? Offic. 50 a, Hoc nullam habet æquitatem. Att. 263 a, Summa bonitas & æquitas causæ. pro Cecin. 292 a, Omnino iam bene agis: à verbis enim recedis, & æquitate vteris. Top. Aequitas paribus in causis, paria iura desiderat. \* pro Cecin. 292 a, Vt tantum facinus non in æquitate defensionis, sed in vna litera latuisse videatur. de Leg. 185 b, Aequitatem quicumque regat. Alij Equitem legunt.

¶ *Candor, probitas priuata, tranquillitas.* Epist. 17 b, Aequitatem tuam non potui non probare. de Orat. 118 a, Tres personas vnus sustinco summa animi æquitate: meam, aduersarij, iudicis. de Sen. 77 a, Noui enim moderationem animi tui & æquitatem. \* pro Cor. 64 a, Quæris aliquem grauiorem? constantiorem? præstantiorem virtute, prudentia, religione, æquitate? pro Marc. 135 a, Hic tu modum vitæ tuæ non salute Reipub. sed æquitate animi definies. pro Marc. 136 a, Omnis fracta dissensus est armis, & extincta æquitate victoris. Tusc. 169 a, Quis hanc animi maximam æquitatem in ipsa morte laudaret?

† Syntaxis. *Æquitatem seruare. Pro æquitate contra ius dicere. In iudicio de æquitate queritur.*

**ÆQVO**, as. ex æquo, assessor, gradus tollo, parè facio, nec maius, nec minus fieri. Offic. 1 b, Hi libri iam se illis ferè æquarunt. \* de Vniu. 202 b, Superioris permissionis reliquias fundens æquabat eodem modo. de Amic. 109 b, Qui sunt superiores, se æquare cum inferioribus debent.

**ÆQUOR**, atis. conferor, comparo. I. V. 80 a, Vix eum huius parua parte æquari cõferriq; posse. de Leg. 189 a, Inuentũ est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarent. de In. 42 b, Aequari cum aliquo. \* pro C. Cornel. 1, Dum æquantur sortes. I. V. 80 a, Omnium scelera, furta, flagitia, vix cum huius parua parte æquari cõferriq; posse.



† Syntaxis. *Cum Græcorum gloria Latinorum copia æquata est. Aequata agrî planities. Hic liber illi se æquat. Tennes cum principibus æquantur temperamento Tribunorum. Cum aliquo æquari.*  
**Æ Q V O R**, oris, terræ planities, de Diu. 99 b, Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes. \* 2. Acad. Quid tam planum videtur quàm mare? Ex quo etiam æquor illud poetæ vocant.

**Æ Q V S**, a, um. *habens æquitatem, non iniquus, verus, directus, iustus.* I. V. 23 a, Prætor æquus & sapiens. Att. 130 a, Aequum est me à te impetrare, vt, &c. de Cl. 177 b, Cùm de iure ciuili, cū de æquo & bono disputatur. ibid. Crassus multa contra scriptum pro æquo & bono dixit. & ibi. Scæuola peracutus ad excogitandum quod in iure aut in æquo, verum aut esset, aut nō esset. Part. 241 b, Directū, & verum, & iustum, & vt dicitur æquum & bonum. pro S. R. 19 b, Aequa atq; honesta postulatio. Att. 262 a, Cæsar rescripsit Attico, æqua cum postulare. Ep. 179 b, Vt æquum erat, vt par erat. pro Qu. 2 a, Magistratus æquus reperiri hodie non potest. de In. 48 a, Præter æquum & bonum durus. Poët. pro Qu. 8 a, Quis nobis ista iura tam æqua describit? Top. 226 b, & Offic. 64 a, Aequum bonum, & æquius melius in arbitrio rei vxoriæ. pro Quin. 8 a, Quis hoc statuit, quod æquum sit in Quintium, id iniquum esse in Næuium? de Fat. 141 b, Sed Possidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. pro Cor. 67 b, Et erat æqua lex, & omnibus utilis. pro R. P. 129 b, Satis multa hominibus non iniquis hæc esse debent, nimis etiam multa vobis, quos æquissimos esse confidimus. I. V. 210 b, Par, æqua proportio. Offic. 25 a, Priuatum oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere. Epist. 18 a, Quare si iniquus es in me iudex, &c. sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. Qu. fr. 308 b, Populo à se alienato, nobilitate inimica, non æquo senatu, iuuentute inproba. pro Cl. 18 b, Animis aut libentibus aut æquis remittatis. I. V. 267 a, Vide quàm me sis vsurus æquo. pro Syl. 177 b, Vtinā hæc nō modò iniquorū inuidiæ, sed & æquorū expectationi satisfacere possit. Aequo animo facere aliquid. **IN I Q V S**, pro S. R. 42 a, Concedo, & quod animus æquus est & quia necesse est. Qu. fr. 317 a, Ab æquis verò, etiā à propensis in hæc partē diligimur. Ep. 35 a, Vt me tibi amicissimum esse, & æqui & iniqui intelligant. \* Epist. 109 b, Quoad tibi æquum & rectum videbitur. pro Cecin. 297 b, Cùm se in causa putat habere æquū & bonū, quod defendant. Heren. 8 a, Id, &c. non lege, non more, nō natura, non bono & æquo posse fieri. & b, Hæc legibus & moribus, æquo & bono reperientur. ibid. Constatigitur ius ex his paribus, &c. æquo & bono, pacto. Heren. 10 a, Qui æquum censeant, rem perniciosam vtili præponi. pro Cor. 64 a, Fœdus sanctissimum atque æquissimum.

¶ *Æqualis condicione.* ad Heren. 36 b, In æquos & pares fastidiosus.

¶ *Amicus.* Attic. 199 b, Consequeris tamen, vt eos ipsos, quos contrā statuas, æquos placabilesque dimittas. Qu. de Pet. 212 a, Tamen hi possunt abs te placati æquique discedere. Attic. 275 a, Aequo animo te moueri patieris. de Pro. 72 b, Quæ animo æquo videre non possimus. Attic. 97 a, Esse animo æquo de aliqua re. Att. 103 b, Tranquillissimus autem animus meus, qui totum illud æqui boni facit.

¶ *Planus, æqualis situ.* pro Cecin. 294 b, Aequus & planus locus.

† Syntaxis. *Aequum est me, &c. De æquo & bono disputare. Directum, verū, iustum, æquū & bonū. Aequa & honesta postulatio. Aequum est, par est. Aequum bonum, & æquius melius in arbitrio rei vxorie. Par, æqua proportio. Aequo & pari cum ciuibus iure sui, viuere. Parum æquo vti iudice. In æquos & pares fastidiosus. Aequos & placabiles omnes dimittere. Aequo animo videre, ferre. Locus æquus & planus. Aequi boni facere.*

**Æ R**, æris, vnum ex iniuriis & elementis mundi. Calum, anima, spiritus, æther, Iupiter. 3. de Nat. d. Ex aqua oritur aër. 2. de Nat. Aër oritur ex respiratione aquarum: earum enim quasi vapor quidam habendus est. de Nat. d. 2, Motu eius caloris qui a aquis cōtinetur, aër alitur, & æther expirationibus terræ. de Nat. d. 46 a, Aër annuus frigori & calorū facit varietates. 2. de Nat. d. Aër cœli tenuitatis & calore temperatus, vitalem & salutarem spiritum præbet animantibus. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Sic nobis aër crassus offunditur. de Nat. d. 2, Aër crassissimus circumfundit terram. de Nat. d. 46 a, Exin mari finitum aër die & nocte distinguitur. Isq; tum fufus & extenuatus in sublime fertur, tum aut concretus, in nubes cogitur. Tusc. q. lib. 1, Aër & ignis nihil habent proni. Tusc. q. lib. 1, Aër & ignis sursum rectis lineis, in cœlestē locū subuolant. Tusc. q. lib. 1. 35, Aër & ignis supera semper petunt. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Aër, ignis, aqua & terra prima sunt initia & elementa rerum. 2. de Nat. d. Aër fertur leuitate sublimi. 2. de N. d. Ipse verò aër, q. natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris. de Nat. d. 46 a, Aër tum fufus &

extenuatus in sublime fertur, tum concretus in nubem cogitur, humoremq; colligens, terram auget imbribus; tum effluens huc & illuc ventos efficit. 2. de Nat. deor. Aër interiectus inter mare & cœlum. 2. de Nat. deor. Aër Iunonis nomine consecratur. 2. de Nat. deor. Ipseq; aër nobiscū videt, nobiscū audit, nobiscū sonat. 2. de N. d. Aër purus ac tenuis: cui opponitur Cœlū crassum ac concretū. Tusc. q. lib. 1, Aër, qui est terræ proximus, crassus est & cōcretus. de N. deor. 2, Aër quem spiritu ducimus. de Nat. deor. 2, Aër spiritū ductus, alit & sustentat animantes. 2. de Diu. Non verisimile solum, sed etiam verū esse censent, perinde vt cunq; temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atq; formari, ex eoq; ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitæ, casus cuiusq; euentusq; fingi. in Arato:

*Namq; est ales auis lato sub tegmine cali,*

*Que volat, & serpens geminis secat aëra pennis.* de Nat. d. 1, Aëra deum statuit Anaximenes. de Nat. deor. 1, Aëre q. per maria manaret, Neptunum esse disputat Chrysippus. \* de Nat. 44 a, Terra sita in media parte Mundi circūfusa vndiq; est hac animali spirabilisq; natura, cui nomē est aër, Græcū illud quidē, sed receptum iam tamē vsu à nostris: tritum est enim pro Latino. Hunc rursus amplectitur immensus æther. ibid. Dicaturq; tam æther Latine quàm dicitur aër. † Syntaxis. *Aër alitur expirationibus terræ. Oritur ex respiratione aquarum. Aërem spiritu ducimus. Dicitur temperatus, crassus, fufus, extenuatus, nil proni habens, maximè frigidus, concretus, effluens huc illuc, purus, tenuis, crassus aër.*

**Æ R A R I V M**, rij, pecunia publica, locus vbi ea pecunia afferuabatur. Att. 85 a, Ariobarzanes nullum ærarium, nullum vestigal habet. Offic. 69 b, Cato nimis præfractè ærarium, vestigaliaq; defendebat. pro Flac. 155 a, Hi etiam ærarij nostri tabulas falsas esse voluerunt. I. P. 92 b, Rationes ad ærarium retuli. de Ar. 247 a, Meam domum senatus ex ærario ædificandam putauit. Quin. frat. 317 a, Drusus à Tribunis ærarij de præuaricatione est absolutus. I. V. 67 a, Depeculator ærarij. I. V. 132 b, Primum mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt. Attic. 13 a, Hirudo ærarij, contra Rull. 80 b, Pecunia referre in ærarium lex vetat, exigi prohibet. Att. 99 a, Referre in ærarium ad H. S. mille. Attic. 99 a, Vt ego amicior inueniret Phrygum & Cilicum ærarijs, quàm nostrum. \* Octa. 329 b, Aærarium exhauriebat. con. Rull. 63 b, Effundamus ærarium. de Arusp. 257 a, Claudi ærarium. & b, Consoles sceleris sui socios ærario, prouincijs, exercitu armauit. & 258 a, Aærarium nullū est. de Leg. 185 a, Cenfores, &c. ærarium, vestigalia tuentor. & 186 a, Promulgata, proposita, in ærario cognita agunt. Att. 109 b, Nec ærarium clausum tardabit. † Syntaxis. *Ad ærarium referre rationes. Domus ex ærario ædificata. Aærarij depeculator. Aærarium sanctius. Hirudo ærarij. In ærarium referre pecuniam. Aærario amicior.*

**Æ R A R I V S**, a, um. *quod ad ærarium pertinet.* pro Qu. 3 a, Hoc eò per te agebatur, quod propter ærariam rationē non satis erat in tabulis inspexisse quantū deberetur, nisi, &c. de Orat. 133 b, Is qui te ex ærarijs exemit, lustrum cōdidit. Att. 11 a, Milites nō tam ærarij, quàm, vt appellatur, ærati. pro Cl. 42 b, In ærarios referri & tribu moueri. Qu. fr. 311 b, Senatorum vna copiosè absoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt. \* pro Cluen. 43 b, Quem iisdem isti cenfores ærarium reliquissent.

† Syntaxis. *Ratio æraria. Ex ærarijs aliquem eximere. Milites nō tam ærarij, quàm ærati. Referri in ærarijs. Tribuni ærarij.*

**Æ R A T V S**, a, um. *quod ære tectum est.* in Verr. 213 b, Lecti ærati, candelabra ænea.

¶ *Obstrictus alieno ære.* Attic. 11 a, Milites ærati: id est, ære alieno obstricti.

**Æ R I V S**, a, um: vel **Æ R E V S**, a, um. *ex aëre, & in aëre: animalis, spirabilis, flabilis.* de Vn. 201 a, Erant animantium genera quatuor: quorum vnum diuinum atque cœleste, alterum pennigerum, aërium, &c. Top. 227 b, Aërij volatus auium.

**Æ R V G O**, ginis. *quasi æris quadam scabies ipsum corrupens.* Tusc. 215 b, Aes Corinthium in æruginem incidit.

**Æ R V M N A**, calamitas, labor. Tusc. q. lib. 4, Est ægritudo laboriosa. 5. de Fin. Vt vbi virtus sit, ibi esse miseria & ærumna non possit. Tusc. q. lib. 3, Qui aliorum ærumnam didis aleuans, &c. post Redit. in Sen. Quod si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitraret, morte me ipse potius, quàm sempiterno dolore multassem. Parad. 119 b, Te miseriam, te ærumnæ premunt omnes. pro Sylla 176 b, Tu ornatus ærumnis, venis ad eum lacerandum, quem interemisti: ego iacentem & spoliatum defendo ac protego: hoc est, ornatus ærumnis & velus spolijs Syllæ. \* Hortens. Ex quibus humanæ vitæ erroribus & ærumnis fit, vt. de Fin. 89 b, Vel Herulanis perpeti ærumnas. Sic enim maiores nostri labores non fugiendos, tristissimo maiore verbo Aærumnas etiam in Deo nominauerunt,



† Syntaxis. *Miserus, & ærumnis premi. Perpeti ærumnas. Ærumnis alicuius ornari.*

**ÆRUMNOSVS**, calamitosus. Part. M. Regulus infelix, nec ærumnosus. 7. Verr. Crux infelici & ærumnoso comparatur. 4. Tusc. At eos, qui se ægritudine dederunt, miseris, afflictis, ærumnosos, calamitosos. Att. lib. 3. & 9. pro Cluen. Acrumnosissimus.

¶ *Discrimine plenus.* Tusc. 205 a, Nectam ærumnoso nauigasse salo: id est, per mare, in quo tot labores tolerandi fuerunt.

† Syntaxis. *Miser & ærumnosus. Infelix & ærumnosus. Miser, afflictus, ærumnosus, calamitosus. Salum ærumnosum. Acrumnosissimus.*

**ÆS**, æris metalli genus. de Nat. 65 b, Nihil esset æneum, quod commutari non posset, si commutabilis esset natura æris. I. A. 189 a, Antonius falsas leges in æs incidendas, & in Capitolio figendas curauit. I. A. 223 b, Statua pedestris ex ære. \* Tusc. 215 b, Ingeniosi, ut æs Corinthium in æruginem, sic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocius. I. V. 216 b, Fuit apud Segestanos ex ære simulachrum Dianæ.

¶ *Debitum, cum adiunctione, ut ex Tullio patet, pecunia debita.* Epist. 251 a, Multi anni sunt, cum ille in meo ære est in Ver. 202 a, Non modò ipsum in ære alieno nullo, sed in suis nummis multos esse, semperq; fuisse. I. A. 233 a, O ridiculū hominem, qui se exire ære alieno putavit posse, cum venderet aliena. Offic. 44 b, Suscipere æs alienum amicorum causa. Ep. 172 b, Meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxit. Att. 23 a, Tusculanum & Pompeianum me valde delectant, nisi quòd me illum ipsum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. Att. 277 a, Dyrrachini sibi donatum æs alienum à Cæsare dicunt. Att. 23 a, Multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde leuatæ sunt, pro Font. 276 a, Galliam ære alieno esse oppressam. I. V. 205 b, Metuisti ne æs alienum tibi crederet. in Cat. 108 b, In magnum æs alienum incidi. I. V. 202 a, Habes æs alienum. Et alibi, Magnum & graue æs alienum. Qu. frat. 294 b, Contrahere nouum æs alienum. At. 220 a, Quanto delegabo, si quid æri meo alieno superabit & emptionibus; ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. I. C. 109 a, Partim etiam sumptibus in vetere ære alieno vacillant. pro Syl. 177 b, Prædijs venditis, æs alienum eiusdem dissolutum est. I. C. 105 a, Alicuius æs alienum contractum in popinam. pro Syll. 178 a, Cuius æs alienum non libidine, sed negocij gerendi studio contractum est.

\* Hortens. Si æra singula probasti. I. V. 242 b, Aere dirutus est: id est, euersus, victus, ære alieno obstrictus. Att. 90 b, Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde leuatæ sunt. ibid. His ego duobus generibus facultatem ad se ære alieno liberandas aut leuandas dedi. Att. 233 b, Præsertim cum se maximo ære alieno Faberij manu liberarit. I. C. 105 a, Quorum æs alienum contractum in popinam nullum reipub. motum afferre poterat Reliquit quos viros, quanto alieno ære, quam valentes, quam nobiles, vos videtis. I. A. 177 b, Quæ res egestati & æri alieno tuo, præter mortem Cæsaris, subuenire potuisset? de Leg. 180 b, Is per æs & libram hæredem testamenti soluat.

¶ *Leges in æs incisæ.* Epist. 183 b, Cuius æra refigere debebam, eius etiam chirographa defendimus.

† Syntaxis. *Natura æris commutabilis. Leges in æs incidere. In ære alicuius esse. In ære alieno nullo esse. Alienum æs suscipere. Alieno ære amicos obstringere, seq; Obui, opprimi, alieno ære. Donatū æs alienum alicui. Alieno ære liberari. Liberare se ære alieno. Crescis illi alienum æs. Faciendum est alienum æs. In alienum æs incidere. Æs alienum dissolueri. Contractum æs alienum.*

**ÆSCHINES**, nis. *Demosthenis emulus.* 1. de Orat. 24, Aeschines Academicus. Orat. Aeschines Demosthenis orationē ut putidam reprehendit. Brut. Aeschines Demostheni proximus. Tusc. lib. 3, Itaque & Aeschines in Demosthenem inuehitur, quòd is septimo die post filia mortem hostias immolasset. vide orationem Aeschinis inuectiuam in Demosthenem. Brut. Aeschines & Hyperides inter se dissimulim. 2. de Orat. Aeschines orator, Isocrates discipulus 3. de Orat. Aeschines Rhodi, quòd propter ignominiam iudicij se contulerat, suam & Demosthenis orationem recitauit. de Opt. genere, Conuertit ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Aeschinis, Demosthenisq; Brut. Aeschines Milesij genus dicendi. 3. de Orat. Aeschinis oratio sonitum plimum habuit. 3. de Orat. Aeschinis testimonium de Demosthenis actione. Orat. 14 Aeschini, ne Demosthenes quidem videtur Atticè dicere. Orat. 148, Inter Aeschinē & Demosthenē causæ inimicitiarum.

**ÆSCHYLVS**, li. *Poeta.* de Orat. 145 a.

**ÆSCVLAPIVS**, pij. de Nat. 70 b, 71 a, Aesculapij multi fuerunt.

**ÆSERNI**, æ. *oppidum.* Att. 126.

**ÆSERNINVS**, ni. de Opt. 244 b, Aeschines tanquam Aescer-

ninus, ut ait Lucilius, cum Pacideiano hic componitur. Qu. fr. 327 a, Si cum Aescerino Samnite Pacideianus comparandus videretur.

**ÆSOPVS**, pi. de Orat. 108 a, Aesopus histrio.

**ÆSTAS**, tis. *anni pars feruentior, æstuum tempus.* de Diu. 99 b, Arabes campos & montes hyeme & æstate peragrantes, &c. de Senect. 86 b, Refrigeratio in æstate & vicissim hyeme aut sol, aut ignis hybernus. \* Oecon. 3, Cum verò affecta iam propè æstate uas à Sole mitescere tempus est. de Prouinc. 76 a, Vna atq; altera æstas vel metu, vel spe, vel poena, vel præmijs, vel armis, vel legibus, potest totam Galliam sempiternis vinculis astringere.

**ÆSTIFERA**, a, um. *ex æstu incendens, ardens.* in Arat.

*Æstiferos validis erupit flatib; ignes.* & ibi Aestifer cæcer, **ÆSTIMABILIS**, le. de Fin. 94 a, Aestimabile est quòd pondus aliquod habeat dignum æstimatione. (Inaestimabile.

**ÆSTIMANDVS**, a, um. Offic. 50 b, Præficere aliquem æstimandis possessionibus.

**ÆSTIMATIO**, nis. *precij iudicium, impositio precij.* in Verr. 135 a, In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ Censori permittitur. & 191 a, item Parad. 125 b, Non æstimatione census, sed victu atque cultu terminatur pecuniæ modus. Epist. 207 a, A. M. Laberio C. Albinus prædia in æstimationem accepit. Quin. frat. 298 b, Non est tibi his folis vtendum æstimationibus ac iudicijs pro Cl. 41 b, Aestimatio litis non est iudicium. de Fin. 97 b, Nam cum æstimatio, quæ æstia dicitur, neque in bonis numerata sit, & ibidem: Dignum æstimatione, quam ille æstia vocat. \* Attic. 194 b, Mihi & res & conditio placet, sed ita, vt numerato malim, quam æstimatione, sc. emere. de Fin. 99 b, Ijdē census, nullam esse tantam æstimationem, vt ea virtuti a teponatur. ibid. Omnis ista rerum in corpore harum æstimatione splendore virtutis & magnitudine obscuretur & obruat atq; intereat, necesse est.

† Syntaxis. *Æstimationem habere. Æstimatio census. Prædia in æstimationem accipere. Litis æstimatio non est iudicium.*

**ÆSTIMATOR**, oris. *index.* I. P. 98 a, Vnus tu dominus, vnus æstimator frumenti omnis per triennium fuisti. Parad. 125 b, Callidi rerum æstimatores, prata & areas quasdam magno æstimant pro Mar. 133 a, Nemo erit tam iniustus rerū æstimator, qui dubitet, &c. Orat. 210 a, Quis tandem id iustus rerum æstimator reprehenderit.

**ÆSTIMATVS**, a, um. I. V. 240 a, Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, æstimata harum rerum omnium pretia. I. V. 96 b, Illarum rationum ex ra face legationis illa sunt omnia, quæ Dolabella necessariò sunt æstimata. \* I. V. 262 a, Lites æstimatæ.

**ÆSTIMO**, as. *æstimationem habeo.*

¶ *De re venali, aut bonis.* I. V. 190 b, Senatus quaternis H-S. tritici modium æstimauit. pro Cl. 41 a, Aestimare litem, pro Dom. 236 b, Is domum emit propè dimidio carius, quam æstimabat. de Fin. 76 a, Magni æstimabat pecuniam. Epist. 145 b, Aestimare aliquam rem carius. I. V. 196 b, Eodem tempore Antonius tribus denarijs æstimauit post messem. Epist. 39 a, Quanti me illud æstimare putas? I. V. 204 a, Deinde hæc expendite & æstimate pecunia. & ibid.

Hæc pecunia æstimari non queunt. \* pro M. Scäu. Domum pluris quam te, quam fortunas tuas æstimasti.

¶ *Iudico, existimo, magni vel parui facio.* pro Quint. Rosc. 49 b, Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. Postq. 207 a, Expendunt atque æstimant voluptates. Attic. 286 a, Br. Valde carè æstimas tot annos, quos ista ætas recipit, si, &c. Tusc. 233 a, Tantisper hoc magni æstimabo. Epist. 50 a, Animus callere iam debet, atque omnia minoris æstimare. Attic. 4 b, Hoc si quanti æstimes sciam, tum quid mihi elaborandum sit, scire possim. de Fin. 92 b, Næ ego istam gloriosam virtutem non magno æstimandam putem. Attic. 112 a, Is autoritatē suam quam magni æstimat. Par. 126 a, Si callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magni æstimant, quòd ei generi possessionum minimè quasi noceri potest: quanti est æstimanda virtus? Tusc. 151 b, Me esse mortuum nihil æstimo. de Fin. 120 b, Valetudinem, quia sit, non nihilo æstimandam. de Fin. 83 b, Nisi voluptatem tanti æstimaretis. in Sal. 273 b, Tanti me fugacem hi æstimauerunt. Attic. 54 a, Superficiem Coss. ex S. C. æstimabunt. pro Qu. Rosc. 50 a, Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. de Vn. 203 b, Aestimant vel existimant. de Leg. lib. 1, Sienna omnes adhuc scriptores, nisi qui fortè nondum ediderunt, de quibus æstimare non possumus, facile superauit.

**ÆSTIMOR**, aris. *iam aperta potestas.* Par. 123 b, Quæ seruitus est, si hæc libertas æstimari potest. \* al. existimari. Ep. 145 b, Etsi à te propter amorem carius sunt æstimata bona.

† Syntaxis.



† Syntaxis. *Æstimandis possessionibus præfectus. Frumenti æstimator iustus. Æstimare liem, magni pecuniam. Quanti æstimas pecunia æstimare. Expendere, ac æstimare voluptates. Carè, valde carè æstimare annos. Magnò, & magni æstimare. Se esse mortuum nihil æstimat. Ex veritate, non ex opinione æstimare. De alienis æstimare: id est, ferre iudicium.*

**ÆSTIVA, orum.** loca sunt, in quibus æstatis ardorem vitantes, bestias aut milites continent. (Hyberna. Epist. 26 a, Mihi erat in animo cum prima æstiva attingissem, militaremque rem collocassem, decedere ex Senatusconf. Epist. 102 a, Sin æstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita. Attic. 77 a, Cicerones nostros Deiotarus filius secum in regnum, dum in æstivis nos essemus. I. V. 255 a, Ac primò ad illa æstiva prætoris accedunt. I. P. 100 b, Nulla trinis æstivis gratulatio.

† Syntaxis. *Attingere æstiva. In æstivis esse.*

**ÆSTIVVS, a, um.** quod ad æstatem pertinet. Attic. 75 b, Erat mihi in animo rectà proficisci ad exercitum, æstivus mens reliquos rei militari dare. I. V. 252 a, Hic dies æstivus sexaginta prætor populi Rom. sic vixit, vt, &c. Quint. frat. 318 a, Locus æstivus bonus. Quint. frat. 184 a, Vnus æstivus dies.

† Syntaxis. *Dare dies æstivus rei militari.*

**ÆSTVANDO.** Tusc. lib. 182 a, Esuricendo, sitiendo, algendo, æstvando.

**ÆSTVANS, tis. furens.** de Am. 243 b, Ille exanguis atque æstvans, se è cutia repente proripuit. pro Flac. 156 a, Hunc æstvantem & tergiuersantem iudicio ille prosequitur. \* de Fat. Chrylippus æstvans laboransque, quonam pacto explicet.

**ÆSTV O, as. ardeo, ferueo, angor, irascor, tangor, vexor.** (Algeo. in Ver. 124 a, Itaq; æstvabat dubitatione, versabat se in vtramque partem. Epist. 103 b, Sed magis vt desiderio nostri te æstvare putarem. Acad. 18 a, Sic ille cum æstvaret, vmbra secutus est. I. V. 120 a, Quod vbi auditum est, æstvare illi qui dederant pecuniam.

† Syntaxis. *Æstvare corpore, absolubè. Æstvare dubitatione, aliquid desiderio. Exanguis, ac æstvans. Æstvans qui dederunt pecuniam.*

**ÆSTV O SV, a, um. æstus, caloreq; plenus.** Att. 75 b, Nunc iter conficiebam æstvosa & puluerulenta via.

**ÆSTV S, tus. propriè feruor, agitatio fluctuum.** de Nat. 30 a, Æstus maritimos ortu aut obitu lunæ commoueri. de D. 115 a, Quid de fretis & æstibus marinis plura dicam? de Nat. 52 b, Æstus maritimi multum accedentes & recedentes. I. C. 103 b, Cum æstus febriq; iactantur. de Orat. 157 a, Feruet æstus pelagus.

¶ *Translatione, vis, vehementia.* de Leg. 171 a, Ne æstus nos consuetudinis absorbeat, & ad sermonis morem vsitati trahat. de Cl. 191 a, Sed hunc quoq; absorbit æstus quidam gloriæ. de Orat. 156 a, Repente te quasi quidam æstus ingenij tui, procul à terra abripuit, atq; in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

† Syntaxis. *Via puluerulenta, & æstvosa. Æstus maritimi commouentur, accedentes, ac recedentes. Æstus ac febri iactari. Pelagus æstus feruens. Consuetudinis æstus absorbet aliquos. Sic æstus gloriæ. Ingenij æstus.*

**ÆT A S, tis. vniuersale, vel antiquum, vel præsens tempus.** de Clar. 171 a, Atticus me inflammavit studio illustrium hominum ætates & tempora persequendi. 5. Tusc. Heroicis etiam ætatibus Vlysses & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapientes. 14. ad Attic. Ætatibus nostris aliena res. de Nat. de or. 26 b, Vnà cum seculis, ætatibusq; hominum. \* Hortens. Recens hæc quidem ætas. de Orat. 142 a, An ætatem afferret? id est, causabitur?

¶ *Particulare, ac certum humane vitæ tempus: quod varium est.* Offic. 1. Ætas iniens maximè à libidinibus arcenda est, exercendaq; in labore, patientiâq; & animi & corporis. Tusc. q. lib. 3, Ætas acta honestè & splendide tantam affert consolationem, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor. de Senect. Non cani, non rugæ repente auctoritatem arripere possunt: sed honestè acta superior ætas fructus capit auctoritatis extremos. ad Brut. epist. 274 a, De me possum idem quod Plautinus pater in Trinummo,

*Mibi quidem ætas acta feruè est, tua isthuc refert maximè.*

pro Quin. 18 b, Propè iam acta ætas decursaq; ad Brut. epist. Videtur enim esse indoles: sed flexibilis ætas, multiq; ad deprauandum parati. 7. Fam. Ætas & ambitio hortantur. pro C. Rab. Huic quidem afferret aliquam deprecationem periculi ætas illa, quæ tum fuit. Tusc. q. lib. 5, Ætas improvida, cuiusmodi est adolescentia. Orat. 200 b, Quorum ætas in eorum tempora, quos nominavi, incidit. de Fin. lib. 5, Ætas infirma. Epist. 18 b, Quare hoc animo in nos esse debebis, vt ætas nostra iam ingrauescens, in amorem atq; in adolescentia tua conuiescat. ad Heren. 29 b, Ætas maturissima. de Senect. Ætas media, & ætas extrema.

pro Planc. Ætas non est ad præcepta. 10. Fam. Ætas optima. Epist. 180 b, Ætas præcipitata de Sen. Præterita enim ætas, quamuis longa, cum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Tusc. q. lib. 1, Ætas prouecta & decrepita. de Senect. Ita sensim sine sensu ætas senescit: nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. post Reditum ad Quirites, Ætas spectata 11. Phil. Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati. Tusc. q. lib. 1, Ætas volat. Cat. Ætatis quietè & purè & eleganter actæ placida ac lenis est senectus. de Senect. Vt enim infirmitas puerorum & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. pro Ros. Comædo, Quum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum, quem meruerunt, retribuam. de Senect. Cursus est certus ætatis, & via vna naturæ, eaq; simplex: suaq; cuiq; parti ætatis tempestiuitas est data. Epist. 264 b, Ciceronis filij, Ætatis meæ errata. de Sen. 90 b, Quæ sunt igitur voluptates corporum cum auctoritatis præmijs comparandæ? quibus qui splendide vsi sunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam in exercitati histriones in extremo actu corruisse. de Senect. 86 b, Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè, sed erat tamè quidam feruor ætatis: qua progrediente, omnia fiunt etiam indies mitiora. 1. de Orat. Si infinitus rerum forensium labor, ætatis flexu constitisset. 7. Ver. Si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formæ, ætatis, artificijq; habebant, abducit omnes. 3. Ver. Homo qui & summa grauitate, & iam id ætatis, & patens esset, obstupuit hominis improbi dicto. 4. Ver. Author est, vt quamprimùm agere incipiant, hominemq; id ætatis minimè litigiosum quam tumultuosissimè adorian-tur. 1. de Orat. Quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris ab horum adolescentium studijs imponitur, & c. ad Attic. Si hominem id ætatis in tam longo sermone retinisset. I. V. 89 b, Homo qui iam id ætatis esset. ad Thorianum, lib. 6. Ep. Ita viximus, & id ætatis iam sumus, vt omnia quæ non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. de Cl. 88 b, Ætatis illius ista fuit laus. 2. de Di. Anchialum & Cassandrum summos astrologos illius ætatis, qua erat ipse ad Brutum, Ætatis imbecillitas non potuerit grauitatem rerum sustinere. 4. Acad. de Democrito, Quis hunc philosophum non anteposit Cleanthi, Chrylippo, reliquisq; inferioris ætatis? 16. ad Att. Ætatis infirmitas. Offic. 1. Ineuntis ætatis incitiam, senum constituenda & regenda est prudentia. 6. Fam. Ætatis maturitas abest. 2. in Ver. Ætatis nerui. de Sen. Senectus autem peractio ætatis est, tanquam fabulæ. 1. de Orat. Solet idem Roscius dicere, se quod plus sibi ætatis accederet, eò tardioris tibi cinis modos & cantus remissiores esse facturum. pro Ros. Comædo, Quis iam satis ætatis atq; roboris haberet, ipse pro Roscio diceret. de Sen. de Valerio Coruino, Itaq; quantum spacio ætatis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. de Sen. Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. de Sen. Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honesteq; viuendum. in Vat. Atq; illud tenebrosissimum tempus ineuntis ætatis tuè patiar latere. ad Qu. fr. lib. 3, Angor, mi suauius frater, angor, nullam esse temp. nulla iudicia: nostrumq; hoc tempus gratis, quod in illa auctoritate Senatoria florere debet, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari. pro ætas hæc nostra. de Sen. Nunquam satis laudari dignè poterit philosophia: cui qui pareat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere. 2. de Fin. Neque expectat vltimum tempus ætatis. 2. de Fin. Cum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore ætatis voluptatem fieri maiorem, quam finito atque modico. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Ætatis tempore infirmissimo. pro Cl. Collegi me aliquando, & ita constitui, fortiter esse agendum: illi ætati, qua tum eram, solere laudi dari, etiam si in minus firmis causis hominum periculis non defuissem. 5. Tusc. in India, qui sapientes habentur, nudi etatem agunt. 2. de Leg. Hic ferè ætatem egit in literis. in Brut. de Theophr. Tulisse eum molestè, se non effugere hospitis speciem, cum ætatem ageret Athenis: optimeq; loqueretur. Ep. 50 b, Agere ætatem cum aliquo. Offic. 1. Quoniam in eo studio ætatem consumpsi. I. A. 203 b, Legibus annalibus cum grandiore ætate ad Consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur. 2. de Leg. Vt nolent ætatem in litibus contere. 2. de Fin. Degere omnem ætatem sine dolore. Seruius Ciceroni, Ep. 50 a, Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad viuendum magno perè inuitare posset? quæ res? quæ spes? quod animi solatium? vt cum aliquo adolescentente primario coniuncta, ætatem ageret? ad Planc. lib. 13, Vt primùm per ætatem iudicium facere potueris: id est, ætatis progressu, & astate permittente. de Sen. Quibus facillimè rationibus ingrauescentem ætatem ferre possumus.



ad Treb. lib. 7, Imperatorem liberalissimum, ætatem oportunitissimam, commendationem certè singularem habes: hoc est, commodissimam, & quæ munus publicis adhuc probe vacare possit. 16. ad Att. Sed hanc ætatem abesse longè à sepulchro negant oportere. de Sen. Nónne melius multò fuisset, ociósam ætatè & quietà sine vlllo aut labore aut cõdõtione traducere? de Sen. 83 a, de Nestore dictũ, qui secũdũm poetã, trecentos annos vixit. Tertiam iam enim ætatem hominũ vivebat. pro Qu. Quam honestatè in iudiciũ tuum propè acta iam ætate decursãq; attulit. 6. Ver. Affecta iam ætate Mutius. de Sen. Multa in nostro collegio præclara sunt: sed hoc in primis, quòd vt quisq; ætate antecellit, ita sententiã principatum tenet. 1. Tusc. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Nam Galbam, Africam, Lælium, doctos fuisse traditum est: studiosum autè, qui ijs ætate anteibat, Catonẽ. in Catil. Tertium genus est ætate iam confectũ. de Sen. 87 a, Bene Sophocles, cũ ex eo quidam iam confectã ætate quereretur, vtereturne rebus Venereis, Dij meliora, inquit. ad O. Ætate & vulneribus cõfecti. Ep. 144 b, Ego Plance necessitudinẽ constitutã habui cũ domo vestra, ante aliquãtũ quã tu natus es, amorè autem erga te ab ineunte pueritia tua, confirmata iam ætate familiaritatem cũ studio meo, tum iudiciõ tuo constitutã. 8. Fam. Cælij, Cætera ætate iam sunt decursa. de Sen. M. quidè Valerium Coruinum accepimus ad centesimum annum vitã produxisse, cũ esset exacta iam ætate in agris, eosq; coleret. 7. Verr. Hic iam grandis natu Eubulida, tantũ, exacta ætate, laboris itinerisq; suscepit, &c. pro Cæli. Ac multi, & nostra & patrum maioriũq; memoria, summi homines & clarissimi ciues fuerunt quorũ cũm adolescentiã cupiditates deferbuissent, eximie virtutes firmata iam ætate extiterunt. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Aetate ineunte. 5. Phil. C. Cæsar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiaq; virtute, progressum ætatis expectari nõ oportere. in Brut. Nam & ijdẽ exercitationibus ineunte ætate fuimus. 1. de Or. Qui ab ineunte ætate incensus essem studio vtriusq; vestrum. in Ant. 203 b, Maior ætate. 11. Fam. Matij, Aetate præcipitata commutem, quod adolescens præstiti. 1. ad Qu. fr. Dignitate & ætate præstat ille. de Sen. 87 b, Liuius vsq; ad adolescentiam meam processit ætate. de Sen. Themistocles omnium ciuiũ nomina perceperat. Num igitur censetis eum, cũ ætate processisset, qui Aristides esset, Lyfimachũ salutare solitũ? in Orat. Horũ vterq; Isocratẽm ætate præcurrit: hoc est, Isocrate maior natus fuit. de Sen. Nisi fortè adolescentis pueritiam, paulũ ætate progressi, adolescentiam debeat requirere. in Brut. Fimbria tẽporibus ijdẽm ferè, sed longiũs ætate prouectus, habitus est sanè luculentus patronus. Tusc. q. lib. 1, Aetate prouectã mori. 1. de Diu. Equidem ex his eũm fructum capio laboris mei, qui iam ætate prouecti in nostris libris acquiescunt. de Inu. 50 b, Aetate puer. in Ant. 203 b, Is adolescens subuenit Reipub. sed ætate multò robustior. de Fin. lib. 5, Aetates confirmatã. Cato, Omnium ætatum certus est terminus, senectutis autem nullus est. de Senect. Vt superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis. 5. de Fin. Vt eos in rebus quærendis explicandisq; naturis, ætates contere videamus. 1. de Orat. Quo in studio hominum quoq; ingeniosissimorum ociosissimorumq; totas ætates videmus esse contritas. \* de Clar. 165 b, Quo tempore ætas nostra perfuncta rebus amplissimis tanquam in portum confugere deberet. pro Qu. Gall. Quorum ætates non annis, sed seculis scimus esse disiunctas. pro M. Cœli. 46 b, Vitium ventris & gutturis non modò nõ minuit ætas hominibus, sed etiam auget. de Orat. 120 b, Qui est versatus in rebus vel vsu, quem ætas deniq; affert: vel audiente & cogitatione, quã studio & diligentia præcurrit ætatem. de Clar. 167 b, Succus ille & sanguis incorruptus vsq; ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, nõ fucatus, nitore. de Clar. 171 a, Qui me inflammavit studio illustrium hominum ætates & tempora persequendi. ibid. Quod instituiti oratorũ genera distinguere ætatibus. pro Sex. Rosc. 18 b, Qui neq; ætate, neq; ingenio, neq; autoritate sim cũ his, qui sedent, comparandus. pro S. Rosc. 19 a, Quod cæterorum, &c. neq; temerè dicto concedi potest propter ætatem & prudentiam. pro Deiotaro 144 b, Cuius omnem ætatem in populi Rom. bellis consumptam esse meminisset. I. A. 160 a, Mihi ferè satis est qd' vixi, vel ad ætatem, vel ad gloriam. I. A. 263 a, Aetas eius certè ab hac sententia neminem deterrebit: quandoquidem virtute superavit ætatem. Ac mihi semper eò maiora beneficia Cæsaris visa sunt, quò minus erant ab ætate illa postulanda. I. A. 264 b, Eodẽ monumento declarari & virtutem suorum & ætatem. de Sen. 91 a, Quarta restat causa, quã maximè angere atq; sollicitam habere nostram ætatè videtur, appropinquo mortis. ibid. Qui mortè contemendam esse in tam longa ætate non viderit. ibid. Aetas illa multò plures, quàm nostra, mortis casus habet. ibid. Omni

ætati mortem esse communem. Orat. 208 a, Quid est ætas hominis? nisi cum ea memoria rerum veterum cũ superiorum ætate contextitur? pro Rab. 95 b, Quod tu si audisses, aut si per ætatè scire potuisses. ibid. Quia in causa tute profectò fuisses, si per ætatem esse potuisses. & 97 a, Quorum tu ex ætate coniecturam facere potes quid tum fecerint.

† Syntaxis. *Ætates ac tempora. Ætates ac secula hominum. Iniens ætas. Ætatem agere. Ætas incidit in hæc tempora. Ætatis omne tempus. Ætatem consumere, contere, gerere, degere. Ætate præstare, antecellere. Confectus ætate. Præcurrere, progredi, prouehi. Ætate puer. Procedere vsque ad nos ætate aliquem. Ætas heroica. Ætas honestè, purè, quietè, eleganter acta. Item infirma, ingravescens, maturissima, media, extrema, optima, præcipitata, prouecta, decrepita, spectata, florens, ociosa, quieta, opportunissima, affecta, firmata, confirmata. Ætatis inscitia, infirmitas, maturitas, nerui. Homo id ætatis: id est, hac ætate.*

ÆTATVL A, æ tenera ætas. de Ar. 253 b, Qui primã illam suã ætatulam ad scurrarum locupletum libidines detulit. de Finib. 138 a, In primis puerorum ætatulis.

ÆTERNITAS, itis, tempus sine carens, immortalitas. de Diu. 112 a, Nihil fieri, quod non ab omni æternitate certum fuerit esse futurum rato tempore. de Nat. 6 a, Aeternitas, quam nulla temporis circumscripcio metiebatur. de Inuen. 52 a, Tempus est pars æternitatis. de Nat. deor. 23 b, Deum in omni æternitate nihil aliud cogitantem, nisi, &c. de Nat. deor. 62 b, Quod semper ex omni æternitate verum fuerit, id esse fatum. de Diu. 106 b, Animus vixit ab omni æternitate. de Diu. 85 b, Diuinao est ab omni æternitate repetita. de Diu. 104 a, Ea est ex omni æternitate fluens veritas. de Diu. 112 a, Quæ fiant ex omni æternitate, definita esse fataliter. Topic. 225 b, Causæ ex æternitate pendentes. de Vni. 196 a, Quod immutabili æternitate continetur. de Fat. 144 b, Si alterutrum ex æternitate verum sit. de Fin. 83 a, Cur ita semper Deum appellet Epicurus beatũ & æternum? dempta enim æternitate, nihilo beatorum Iupiter quàm Epicurus. de Nat. 6 a, Fuit quædam ab infinito tempore æternitas. I. P. 80 b, Mihi pop. Rom. non vnus diei gratulationem, sed æternitatem, immortalitatemq; donauit. in Ant. 264 b, Ea extructio, quæ sit ad memoriam æternitatis, ara Virtutis. \* pro Marc. 135 b, Quam vitam ipsa æternitas semper intuebitur. Huic tu inseruias, huic te ostentes oportet.

† Syntaxis. *Ab omni æternitate. Tempus pars æternitatis. In omni æternitate Deus. Ex omni æternitate verum. Pendentes causæ ex æternitate. Immutabili æternitate veritas continetur. Ab infinito tẽpore æternitas. Ad memoriam æternitatis: id est, æternam.*

ÆTERNVS, a, um, sempiternus, immortalis, perpetuus, quod toto tempore vitæ durat, quod immutabili æternitate continetur. de Nat. deor. 6 a, Nihil quod ortum sit, æternum esse potest. de Finib. 83 a, Deus beatus & æternus. de Nat. deor. 10 a, Legis perpetuæ & æternæ vis. de Som. 128 b, Supra lunam sunt omnia æterna. de Fat. 145 b, Causæ immutabiles & æternæ. de Fin. 52 a, Motum atomorum nullo à principio, sed ex æterno tempore intelligi conuenire. Postq. 211 b, Si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitrarer, morte me ipse potius quàm sempiterno dolore multastem. de Vni. 177 a, Mundum simulachrum æternum esse alicuius æterni.

† Syntaxis. *Ex æterno tempore id fuit. Aeterna illi proposita est ærumna. Mundus æternum simulachrum alicuius æterni.*

ÆTHERIS, elementum ignis. 3. de Nat. deor. Aether & Dies, parentes Cæli, Cælum verò Saturni. 2. de Nat. deor. Et quã quatuor genera sint corporum, vicissitudine eorum mundi natura est continuata. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aër, ex aère æther: deinde retrosum, vicissim ex æthere aër: inde aqua, ex aqua terra infima. 1. de Nat. deor. Aether nominatur ardor vltimus & certissimus, vndique circumfus, &c. in Arat.

*At propter se aquila ardenti cum corpore portat, Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis.*  
2. de Nat. deor. Ex æthere innumerabiles flammæ siderum existunt. 2. de Nat. deor. In æthere astra gignuntur. 2. de Nat. deor. In æthere autè astra voluntur. \* de Nat. 44 a, Hunc ætherem rursus amplectitur immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus. Mutuemur hoc quoq; verbũ: dicaturq; tam æther Latine q̄ dicitur aër, est interpretatur Pacuius:

*Hoc quod memoro, nostri calis, Graij perhibent æthera.* & b, Ex æthere innumerabiles flammæ siderum existunt.

¶ Calum. 2. de Nat. deor. Restat vltimus, & à domicilijs nostris altissimus, omnia cingens & coercens cœli complexus, qui idem æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi. 2. de Nat. deor. Non est enim ætheris ea natura, vt vi sua stellas complexa contorqueat. Nam tenuis ac perlucens, & æquabili calore suffusus æther, non satis aptus ad stellas continendas videtur. 2. de Nat. deor. Quod astro- rum ignis & ætheris flamma consumat. 2. de Nat. deor. Ex  
d nobilissi-



nobilissima puraq; ætheris parte gignuntur sidera. de Nat. deor. 1, Aethera Chryſippus esse disputat, quem homines Iouem appellant.

¶ *Deus* 1 de Nat. De Lenone loquitur. Atq; hic (Strabo) idē alio loco æthera deum dicit esse. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Aether Zenoni & reliquis ferē Stoicis videtur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur.

† Syntaxis. *Ex aëre æther. Aërem amplectitur æther. Aether ardor vltimus. Aether ignifer. Calum, qui idem æther. Ex æthere, vel æthera spectare.*

ÆTHEREVS, a, um. de Diu. 86 b, Aethereus ignis. de Diuin. 37 a, Sphæra ab æthera coniunctio secreta & libera.

ÆTHIOPS, pis. Postq. 207 a, Cum homine, aut cum stipite Aethiope, si in foro constituisſes, nihil crederes interesse.

ÆTHRA, æ. idem quod æther. de Nat. 49 a, Summa pars cœli qua æthra dicitur.

ÆTNA, æ. mons Vulcani sacer, & vrbs Siciliae. de D. 117 a, Non enim te puto esse eum, qui Ioui fulmen fabricatos esse Cyclopas in Aetna putes. de Sen. 77 b, Onus Aetna grauius sustinere. \* I. V. 170 a, Apronium venisse Aetnam.

\* ÆTNEVS, s, e. I. V. 170 a, Duarum mihi ciuitatum reliquos feci agros iudices, ferē optimos ac nobilissimos, Aetnensium & Leontinorum. ibid. Agri Aetnensis & Leontini decumas agemus. ibid. Artemidorus Aetnensis. Verr. 5, Aetnensis ager in Sicilia cultissimus.

ÆTNEVS, a, um. de Natur. 45 a, Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Aetneorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur, &c.

ÆTOLIA, æ. I. P. 99 a, Actolia medio ferē Græciæ gremio continetur.

ÆTOLVS, a, um. pro Arc. 191 a, Fuluius, qui cum Aetolis Ennio comite bellauit.

ÆVITAS, tis. ætas. de L. 185 a, Censores populi æuitates, soboles, familias, pecuniasq; censento. ibid. Aeuitatem annuali lege seruant.

ÆVVM, æui. ætas duratura. de Somn. 127 b, His est definitus in cœlo locus, vbi beati æuo sempiterno fruuntur. Tusc. 154 a,

*Romulus in calo cum dijs agit æuvm.*

Rectius hic vcrsus sic legitur:

*Romulus in calo cum dijs genitalibus æuvm Degit.*

\* Hortens. Immortale æuvm degere.

ÆFER, a, um. de Nat. 17 b, Alia est nobis, alia Afris Ammonis Iouis species. & 158 a. Item pro Cor. 63 a.

AFFABILIS, le. comis, mitis, placidus, præcipuè in sermone. Off. 23 a, Cùm & mulieribus inseruiret, & in omni sermone omnibus affabilem se esse vellet.

AFFABILITAS, tis. facilitas alloquendi, audiendi, lenitas, facilitas in audiendo, comitas sermonis. de Offic. 42, Difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum, comitas, affabilitasq; sermonis.

AFFABRE, fabre, pulchre, & artificiosè. I. V. 69 a, Deus paulo magis affabrè, atq; antiquo artificio factus.

AFFARI, s, re, tur. alloqueri & re. Brut. 166 a, Liber, quo me hic affatus quasi iacèrem excitauit. de Diuin. 119 a, Et eum affatus est, qui arabat. de Clar. 188 a, Nam scripsit his verbis, cùm hunc nomine esset affatus. de Senect. 77 a, Licet verbis istis mihi affari te Attice, &c. I. A. 167 a, Qui loquens est tam inhumanus, qui illos cùm accesserint, non affari atq; appetere videatur?

† Syntaxis. *Affari aliquem nomine.*

AFFATI, m. abundè. Att. 32 a, Puto me Dicæarcho affatim satis fecisse. & 331 b, Tum iccore optimo facta & satiata affatim clangorem fundit vastum. de Nat. 51 b, istis demque seminibus homines affatim vescuntur. Att. 251 a, H-S. LXXII. satis esse affatim prorsus.

† Syntaxis. *Affatim satis facere. Affatim satiatus. Affatim vesci paubus.*

AFFECTIO, nis. perturbatio, commotio, concitatio animi, affectus, motus animi, sensus, impetus, & animi quidam dolor, studium, cupiditas. de Vn. 203 a, Cùm perturbationem ratione depulerint, & ad primam & optimam affectionem animi peruenerint. de In. 64 a, Impulsio est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ægritudo, vinolentia, &c. de Inuent. 64 a, Ergo accusator eum aliquid impulsione factum esse dicit, illum impetum, & quandam commotionem animi affectionemque verbis & sententijs amplificare debet. de Inuen. 50 b, Affectio est animi & corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: vt lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & alia, &c. de Inuent. 64 a, Impetus & quædam commotio animi affectioque. Tusc. 215 a, Vitia enim affectiones sunt manentes, perturbationes autem mouentes, vt non possint affectionum manentium partes esse. de Finib. 103 b, 104 a, Ex hac animorum affectione testamenta, commendationesque

morientium natæ sunt. Offic. 58 a, Animi talis affectio, neminem vt violam commodi mei causa. de Inuent. 65 b, Affectio nis ratio perspicuum solet præ se gerere coniecturam, vt amor, iracundia, molestia. & 66 b, Sin autem in antea vita aliquæ turpitudines erunt, &c. aut alicui non malitiosæ animi affectioni attribuentur. de Inuent. 83 b, Vt de ijs rebus, quas his attributas esse dicebamus, necessitudine & affectione perscribamus.

¶ *Status, vis, constitutio.* de Inuent. 84 a, Affectio est quædam ex tempore, aut ex negotiorum euentu aut administratione, aut studio hominum, commutatio rerū, vt, &c. de Fat. 141 b, Affectio astrorum ad quasdam res valet. de Diuin. 129 a, In puero refert, &c. qua affectione cœli primum spiritum duxerit.

† Syntaxis. *Animum ad affectionem optimam peruenire. Impetus animi, commotio & affectio. Vitium affectio manens. Animi affectio mei talis est, neminem vt violam.*

AFFECTO, as. appeto, quasi arcesso, nimis exquiro. pro Qu. R. 42 a, Nunc verò quam viam muniret, quod iter affectet, videtis. Att. 269 a, Omni diligentia mundiciam non affluentem affectabat. ad Her. 31 a, Nam hic in quibusdam verbis quædam similitudo non tam affectanda quam illæ superiores, sed tamen adhibenda nonnunquam.

† Syntaxis. *Affectare iur. Affectanda res non est, sed aliquando adhibenda.*

AFFECTVS, a, um. paratus, comparatus, constitutus animo, non corpore. de Fin. 63 a, & de Am. 106 b, Vt eodem modo erga amicum affecti sumus, quo erga nosmetipsos. Epist. 257 b, Non queo ad te scribere, quo animo sim affectus. Offic. 13 b, Cùm ita sis affectus animo, &c. Par. 122 b, Nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem. de Leg. 61 a, Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur. pro Mur. 137 a, In his tantis periculis ita sum animo affectus, vt non queam satis communem omnium nostrorum fortunam miserari. de Diuin. 93 b, Iubet igitur Plato, sic ad somnum proficisci corporibus affectis. vt nihil sit, quod animis errorem afferat. de Fin. 130 a, Aliquem ita affectum esse, vt optimè secundum naturam affectus esse possit. Attic. 211 b, Et mehercule, nunc cùm ita sumus affecti, vt non possimus planè simul viuere. Offic. 56 a, Si enim sic erimus affecti, vt propter suum quisque commodum, &c. necesse est, &c. Par. 136 b, Atque si sunt quidem ferè quasi quidam habitus animi. sic affecti & constituti, vt sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti.

¶ *Commotus.* Orat. 202 a, Orator vt queque se affectum videri, & animum audientis moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum. de Fin. 56 b, Qui enim sentit quemadmodum sit affectus, eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore. Epist. 258 a, Variè sum affectus tuis literis. I. A. 323 a, Est enim ita affectus, vt nemo vnici filij mortem magis doluerit, quàm ille mœret patris. Tusc. 192 a, Eos sanos intelligi necesse est, quorum mens motu, quasi morbo perturbata nullo sit: qui contra affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. de Inuen. 64 a, Animus ita videtur affectus fuisse, vt rem cum consilio perspicere non posset. Attic. 200 b, Auidè sum affectus. de Fano. de Orat. 92 a, Sic magis affectis animis iudicium, quam, &c. de Offic. 46 a, Non vno modo in disparibus casibus affecti esse debemus.

¶ *Præditus, cumulatus.* I. P. 86 b, Cùm tãtis à vobis P. C. affectus sum beneficijs, tantis honoribus. Offic. 30 a, & pro Mur. 124 b, Homines aliquo honore aut imperio affecti. I. P. 99 b, Qui erant affecti præmijs, &c. de Nat. 73 a, Magnodeorum munere affecti. Epist. 205 b, Affectus magno alicuius beneficio. & 15 b, Affectus magna molestia, &c. de Diuin. 94 a, Qui sunt morbo graui & mortifero affecti, Attic. 275 a, Magna sum lætitia affectus. & 234 a, Magna desperatione affectus sum. pro Qujn. 2 a, Tot tantisq; difficultatibus affectus, &c. Epist. 206 a, Affectus summis difficultatibus. de Orat. 149 a, Q. Metellus iam affectus senectute. Tusc. 227 a, Affectus optima valetudine. Epist. 50 a, Vir clariss. ab homine terribimo acerbissima morte affectus est. I. A. 259 b, His vitijs affectos &, &c. Part. 233 a, Animi autem, aut quemadmodum affecti sunt virtutibus, vitijs, artibus, inertijs, &c. aut quemadmodum commoti, &c. spectantur. \* de Fin. 59 a, Mortem contemnit, qua quæ affecti sunt, in eadem causa sunt, qua antequam nati.

¶ *Vexatus, afflictus, tractatus, & acceptus malè.* I. V. 235 a, Syracusanam quidem ciuitatem, vt abs te affecta sit, ita in te esse animatam videmus. Oct. 330 a, Affectam ac prostratam rempub. tuis opibus extulisti. Epist. 228 b, Respub. malè affecta. \* Hort. Simili nos affectos esse supplicio.

¶ *Gravis.* vt Affecta ætas, essera, infirma, senectus ipsa. in Verr. 222 b, de Orat. 101 b.

¶ *Aegrotans.* Att. 232 a, L. Cæsarem Neapoli affectum grauius videram. in Ant. 221 a, Qui cùm ita affectus esset, vt si



ad grauem valetudinem labor viæ accessisset, sibi ipsi diffideret, non recusauit.

¶ *Inchoatus.* de Pro. 73 a, Bellum affectum videmus, & verè vt dicam, penè confectum. & 74 b, Vt ea quæ per ipsum affecta sunt, perfectæ Reip. tradantur.

¶ *Apus.* Tuscul. 192 a, & 93 b, Oculi conturbatus, non est probè affectus ad suum munus fungendum. de Diuin. 138 b, Ad rem pertinet, quomodo cælo affecto, compositisque sideribus quodq; animal oriatur. de Fin. 57 a, Nunquidnam manus tua sic affecta, quemadmodum affecta est, desiderat?

¶ *Cognatus, affinis, quod rem attingit, quod refertur ad aliquid.* Topic. 221 b, & Part. 230 a, Ducuntur etiam argumenta ex iis rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo queritur.

¶ *Ad finem vergens.* Oecon. 3, Affecta iam propè cõtate vvas à Sole, mitescere tempus est.

**AFFECTVS,** cõtus. affectio, *πρόσ*, studium, cupiditas, perturbatio. pro Flac. 150 b, Tusc. 237 b, Qualis cuiusque animi affectus est, talis est homo. & ibid. Affectus animi in bono viro laudabilis, de Orat. 127 b, Amor, odium, iracundia, inuidia, misericordia, spes, lætitia, timor, molestia.

† *Syntaxis.* Erga aliquem malè affectum, bene, pessimè esse. Quò animo es affectus? Corpore sic affecto cubitum proficiscere, vt. *Affectus, cõtus, constitutus.* Orator affectus vt est, ita voce vtatur. Variè sum affectus tuis literis. Auide sum affectus. Afficere iudicium animos. In disparibus casibus non vno modo affectus. Honore imperio affectus, numerè, morbo, desperatione, difficultatibus, senectute, optima valetudine, vitio, virtute. Affecta vrbs à terrore est, vexata. Affectam cõtus prostratam reipub. efferre. Affecta ætas: id est, infirma. Affectus: id est, egrotus. Bellum affectum, non confectum. Oculi affectus prohibet: id est, apus. Affectum: id est, ad illud: id est, affine. Qualis animi affectus, talis homo.

**AFFERENDVS,** a, um. 5. de Finib. Rationes quodq; cur hoc ita sit, afferendas puto. 1. Offic. a, Et semper aliquid ad cõmunem vtilitatem afferendum. 2. de Orat. Aut si ita non refellas, afferendum est in contrariam partem, quod sit aut grauius, aut æquè graue.

**AFFER O,** fers. dico, nuncio, profero, induco, in medium affero, adfero, defero, infero, deporto, nuncio, apporto, adhibeo. pro S. R. 19 b, Ego contra breuem postulationem affero. ad Att. lib. 9. Vix enim spero mihi hunc veniam daturum, cõtis multa affero iusta ad impetrandum. Attic. lib. 11, Quoniam iustas causas affers, quòd te hoc tempore videre non possim. 10. ad Att. Affer satis bella: id est, nunciat. 2. de Orat. 198 a, An ætatem afferret? quadrienni minor est: id est, in causam vel excusationem adducerent. \* I. A. 260 a, Grauius si quis attulerit nomen, libenter assentiar.

¶ *Præbeo, do, exhibeo.* de Petit. consul. Afferre plurimum dignitatis. Tuscul. quæst. lib. 1, Afferre rationem. Cato, Afferre res multum & diu cogitatas. 3. de Leg. Afferre salutem Carboni à bonis, redditus ad bonos non potuit. Sulpitio lib. 4. Epist. Vt ea mihi salutem afferre videantur. 2. Philipp. Afferre domo scelus mediatum. Tuscul. quæst. lib. 3, Afferre sedationem mœrendi. 5. de Finib. Suam quisque videri voluit afferre sententiam. Læ. Afferre magnum solatium. 9. Famil. Afferre sollicitudinem. ad Attic. Afferre somnum. Tuscul. quæst. lib. 1, Afferre spem. pro Sylla, Afferre spiritum. 12. Philip. Afferre suspicionem. de Pet. consul. Afferre alicui maximum metum iudicij ac periculi. ad Quint. frat. Afferre misericordiam alicui. 1. de Finib. Attic. lib. 1, Tam illud quidem perspicuum est, maximam animi aut voluptatem, aut molestiam plus aut ad beatam, aut ad miseram vitam afferre momenti, quàm eorum vtrumuis, si æquè diu sit in corpore. pro Sestio. pro Cluent. 19 a, Moram alicui rei afferre. 7. Verr. 2. de Diuin. Afferre mortem vno ictu. in Partit. Motum animis afferre. de Finib. lib. 2, Afferre dulcem motum sensibus. 2. de Diuin. Quod enim munus Reipublicæ afferre maius meliusve possumus, quàm si docemus atq; erudimus iuuentutem? in Vatin. de Arusp. respon. Is confessus est, se Cneio Pompeio suis manibus necem afferre voluisse. 10. Philip. Afferre necessitatem. pro Sylla, Afferre neruus & industriam. 7. Verr. Afferre nuntium. pro Sylla, Mihi maiorem hæc res dolorem quàm Quinto Hortensio, mihi maius odium afferre debet? de Finib. 58 b, Pacem animis affert *temperantia*. 1. Offic. Afferre periculum patriæ. 2. Offic. Afferre perniciem. pro Sylla, Afferre dignitatem vel inuidiam. 2. Tuscul. Afferre dolorem. Offic. 3, Afferre dubitationem. pro Rosc. Amer. 20 b, Cui non modò luctum mors patris attulit, verum etiam egestatem. de Diuin. lib. 1, Afferre errorem animis & perturbationem. in Epist. Afferre excusationem. pro Quint. 18 b, Vt quam existimationem, quam honestatem in iudicij attulit, ei liceat ex hoc loco efferre. 3. ad Attic. Afferre expectationem. pro Deiot. Afferre familiaritatem. pro Murena, Fastidium alicui afferre. 3. Verr. Si finem edicto Præ-

toris afferunt Calendæ Ianuarij. Cato, Afferre mirificos fructus. pro Archia, Vt nihil possint ex his neque ad cõmunem afferre fructum, neque in aspectum lucemq; proferrè. 1. de Finib. Afferre hilaritatem, vel iucunditatem, aut lætitiã. de Fin. lib. 2, Negat enim summo bono afferre incrementum diem. de Fin. lib. 3, Quæ res interitum videntur afferre. Attic. lib. 12, Afferre lacrymas alicui. Tuscul. quæst. lib. 4, Afferre lætitiã socijs, terrorem hostibus. ibid. Afferre laudem alicui. pro Milone, Me ad eius causam, parem animi magnitudinem afferre non posse. pro Rosc. Comædo, Si quam coniecturam afferret hominibus tacita corporis figura. de Finib. lib. 1, Vt enim cum cibo potioneque fames sitisque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis: sic in omni re doloris amotio successiõnem efficit voluptatis. 1. Offic. Quæ affert tum constantiam, tum etiam dignitatem. in Orat. Hoc auctoritatem orationis affert & fidem. 1. de Orat. Qui à scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc affert facultatem, vt etiam subitò si dicat, tamen illa quæ dicantur, similia scriptorum esse videantur. ad Attic. lib. 11, Qui mihi laborem affert in dolore. Quint. frat. 110 b, Præterea magnam affert laudem & summam dignitatem. de Orat. 141 b, Ordo est, qui memoriæ lumen affert. in Verr. 3, Manus pro se quique affert. ad Attic. 183 b, Pharnaces quoquo modo agit, affert moram. de Somn. 230 b, Quod motum affert alicui. 1. Tuscul. Nihil necessitatis affert, cur nascatur animi similitudo. ad Attic. lib. 9. & 6, Per Magnum pondus affert beneuolentiã erga illum. in Orat. Si enim semper vtare, fatietatem affert. de Diuin. lib. 1, Afferet autem vetustas omnibus in rebus longinqua obseruatione incredibilem scientiam. de Offic. 3, Afferre multam vtilitatem reipublicæ atque hominum societati. Offic. 1, In hoc naturam ducem debemus sequi, & communes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum, dandò, accipiendò. ad Gallum lib. 7, Hæc enim duo signa putarem mihi æs alienum attulisse. ad Attic. 111 b, Aliquantum animi mihi videtur attulisse Labienus. pro Cecinna, Idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensionis retulisse. App. lib. 3, Collegij quoque coniunctio non medioerè vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluptates nostras copulandas. Attic. 106 b, Taciturnitas tua mihi suspicionem affert. 2. de Nat. deor. Efficitur etiam domitu nostro quadrupedum vectores, quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim & celeritatem. ad Quint. frat. lib. 1, Atque huic tuæ voluntati ac diligentia difficultatem magnam afferunt publicani. Offic. 29 b, Non alienum ad ea deligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere homines doctos. in Verr. 98 b, Si finem Prætoris edicto afferunt. 3. Offic. Ita duæ res, quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, ocium & solitudo. 3. de Fin. Cuius etiam illi hortuli propinqui non memoriã solùm mihi afferunt, sed ipsum videntur in conspectu meo ponere. in Verr. 248 b, Naues, quæ prædam Prætori, non quæ prædonibus metum afferunt. 2. Offic. Opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum: hoc est, in eam opinionem inducunt populum. 4. Acad. Quòd si geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in docendo: id est, credere quodammodo cogunt ea, quæ aut incredibilia videntur, aut impossibilia. Quint. frat. lib. 1, Tibi spem maturæ decessiõnis afferebant. Quint. frat. 315 b, Hominum dignitas aliquantum orationis ponderis afferebat. de Orat. 105 b, Galba autem similitudines afferebat. Epist. 57 b, Reliquum est vt consolere, & afferam rationes, quibus coner. 3. de Fin. Quum virorum ista vis nõ sit, vt causam afferat mortis voluntaria: id est, præbeat causam. Offic. 14 b, Vt tranquillitas animi adsit, quæ afferat tum constantiam, tum etiam benignitatẽ. 3. de Or. Vt oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat. pro Mur. Eaque res vobis populoq; Rom. pacem, tranquillitatem, otium, concordiamq; afferat. pro Muren. 138 b, Nolo accusator in iudicium potentiam afferat. 2. de Nat. deor. Offic. lib. 1, Ad ea eligenda, quæ dubitationem afferant, adhibere doctos homines. pro Cl. 135 a, pro Rab. Posth. Vt ne cui innocenti mœror tuus calamitatem & falsum crimen afferret. Attic. 265 b, Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret. Epist. 56 b, Inuentus est amicus, qui ei mortem afferret. Att. lib. 1, Quisnam accidisset quod afferret. Qu. fratri meo aut offensionem tam grauem, aut commutationem tantam voluntatis. Attic. 122 b, Lepidus Pompeij literarum ad Cos. exemplum attulit. de Orat. 136 b, Vterque enim istorum non mihi attulit aliquam, sed suam significauit facultatem. Orat. 215 b, Numerus quasi quandam palæstram & lineamenta extrema oratori attulit. 10. Phil. Sed mihi Patres Conscripti, necessitatem attulit paulò plura dicendi, &c. Epist. 172 b, Magnam perturbationem rerum vrbicularum



attulit obitus consulum. 6. Verr. Tibi illa Diana in pace atque in ocio religionem nullam attulit? *id est, non iniecit tibi religionis scrupulum?* 2. Offic. Nam Mamercio homini ditissimo prætermisso ædilitatis consulatus repulsam attulit. pro Cæli. 48 b, Atque ita Cælius ad illam attulisse. Attic. Batonius autem miros terrores ad me attulit: *id est, nunciavit mihi.* 2. de Leg. Sext. Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filix attulit: *hoc est, inuisit stuprauit.* 1. Offic. Quæ quidæ ad rem, nos, ut videmur, magnum attulimus adiumentum hominibus nostris. Tusc. quæst. lib. 1, Aliquid oratorix laudi nostra attulimus industria. pro Pomp. 8 b, Quæ calamitas tanta fuit, ut eam ad aures L. Luculli non ex prælio nunciis, sed ex sermone rumor afferret. Attic. lib. 9, Rerum nouarum cupidi victores, præsertim & armati, vim & manus afferrent. de Fat. Quum attulisset nullam causam, quæ istam declinationem efficeret. pro C. Rabir. Quod tu si audisses, aut si per ætatem scire potuisses, nunquam profecto istam imaginem, quæ domi posita pestem atque exitium Sext. Titio attulisset, in rostra atque in concionem attulisses. de Offic. 49 b, Ut vnus Imperatoris præda finem attulerit tributorum. de Orat. 97, Si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid. Offic. 1. Afferre, *ἄγειν ποσὸν εἶναι.* Tusc. Cur credam, afferre possum. Attic. Afferre acerbitatem. 1. Offic. Afferre aliquid ad Rempub. 2. de Fin. Negat Epicurus diurnitatem quidem temporis ad beatè viuendum aliquid afferre. Tusc. q. lib. 2, Afferre aliquid leuationis. At. lib. 2, Afferre aliquid lucis rebus. pro Cæli. 41 a, Afferre ad aliquem: *id est, alicui nunciare.* Tusc. 203 b, Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt. ibid. Authoritatem in iudicium afferre. 3. de Nat. deor. Authoritatem peccandi afferre. de Sen. Non cani, non rugæ, repente autoritatem afferre possunt. ad Att. lib. 14, Consilium alicui afferre. ad Attic. 157 a, Huic tu malo affer consolationes. 2. Philip. Afferre consuetudinem. pro Mur. Afferre consulatum in familiam. 3. de Orat. Cumulum artibus aliorum afferre. de Offic. 1. Afferre ancipitem curam cogitandi. Attic. lib. 7, Et Piliam in idem genus morbi delapiam curam tibi afferre maiorem sentio. Lælius, Afferre curas & molestias. Mario lib. 7. epist. 7 a, Afferre delectationem. Attic. lib. 8, Caius Missius familiaris tuus, alijque complures attulerunt, Cæsarem iter habere Capuam. de Vniuer. Attulerunt nobis oculi rerum optimarum cognitiones. pro Deiot. Tuæ res gestæ cæterorum laudibus obscuritatem attulerunt. in Pisonem, Sic odium, quod in ipsum attulerat, id in eius imaginem ac simulachrum profuderunt. in Orat. Nam etiam poëta quæstionem attulerunt, quid nam esset illud, in quo ipsi differrent ab oratoribus, 2. Philip. Attulerat iam liberæ ciuitati, partim metu, partim patientia consuetudinem seruiendi. Attic. lib. 12, Me, siue ita leuatus sim, ut animum vacuum ad res difficiles scribendas afferam, reprehendendum non esse. Attic. lib. 7, & 12, Nequeo mihi temperare, quo minus vnum antiquitatis exemplum afferam: *id est, in medium adducam.* ad Corn. lib. 12, Quod si, ut es, cessabis, lacessam: nec tua ignauia mihi etiam inertiam afferet. pro Marcel. Quantum operibus tuis diurnitas detrahet, tantum afferet laudibus. pro Marcel. 2. de Nat. deor. Qui nisi classe deuicta multas ipsi Claudio lacrymas, magnam popul. Rom. cladem attulit. \* Epist. 137 b, Sed cum explorati nihil haberem, nec tibi sollicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui. con. C. Ant. Quod non aduentus tuus crimen afferret, Hortens. Vereor, ne tantum videatur attulisse *disputatio* negotijs hominum quam oblectationem otij. ibid. Voluptates nulla ad res necessarias inuitamenta afferunt senibus. de Fin. 85 b, Temperantia pacem animis affert.

¶ *Infero.* Attic. 46 b, Afferre manum suis vulneribus. 2.

Officior. Quum enim dando egere cœperint, alienis bonis manum afferre coguntur. Officior. 1, Afferre manus socio. 6. Verr. Hisne rebus manus afferre non dubitasti, à quibus etiam oculis cohibere te religionum iura cogebant? Octau. 330 b, Ego ipse Senatam sibi manus afferre cœgi. Attic. lib. 3, Sed non faciam, ut aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus sæpius manus afferam. pro Cecinna, Sed perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, ut vim vitæ aut corpori potuerint afferre. de Finib. lib. 2, Afferre vim sentibus. \* I. A. 221 b, Qui primus in eam familiam attulit consulatum.

¶ *Adhibeo.* Att. lib. 2, Afferre medicinam.

¶ *Probo.* Cato, Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda versari feneclutem negant: *id est, frustra hoc dicunt, frustra garrunt.*

AFFEROR, ris. *adhibeor.* Att. 35 b, Tamen medicina nulla affertur. ad Brut. Afferretur nihil, quo minus, &c. Att. lib. 1, Nimum rarò nobis abs te literæ afferuntur. pro Lege Man. Equitibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia

quotidie literæ, quorum magnæ, &c. Bithyniæ, quæ nunc vestra prouincia est, vicos exustos esse complures: *id est, quotidie nunciatur per literas.* Cic. filius Tironi, lib. 16, Gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores afferuntur, non dubito. Att. lib. 3, Si accipero literas, quas exspecto: si spes erit ea, quæ rumoribus afferrebantur, ad te me conferam. pro Cecin. Eum detrudi, cui manus afferantur. in Verr. 89 b, Ut filix suæ vis afferretur. Attic. lib. 3, Accessit, cum Dyrhachij essemus, ut duo nuntii afferrentur: vnus, &c. pro Milon. Infidiatori verò & latroni quæ potest afferri iniusta nec. Seru. Sulpit. lib. 4 a, Maior mihi leuatio afferri nulla potest. Att. 14 b, Et plus à vobis præsidij, quàm à cæteris opis ad salutem potest afferri.

† Syntaxis. *Afferre postulationem, iusta ad impetrandum. Bella afferre, coniecturam, constantiam, dignitatem, auctoritatem, fidem, laborem in dolore, lumen dictis, moram, pondus, satietatem, suspicionem, vim, difficultatem, dubitationem, memoriam: Alicui metum. Nihil afferre, scilicet solidi. Opiniones populo afferre, seditiones, inuidiam, dolorem, egestatem, lacrymas, luctum, animis errorem, perturbationem, existimationem, fastidium, hilaritatem, iucunditatem, interitum, laudem. Manum vulneribus afferre. Misericordiam afferre. Motum animi: nervos, industriam. Munus: id est, donum afferre. Salutem alicui à bonis afferre. Moredi sedationem afferre. In medium vilitates afferre mutatione officiorum. Spiritus, animum, aliquantum animi afferre. Vinculum afferre ad copulandas voluntates. Tua ignauia non mihi afferet inertiam. Ex sermone rumor id attulit ad aures nostras. Vim & manus afferre: id est, vii vi. Cani auctoritatē afferunt. Is attulit: id est, nunciavit. Afferre consuetudinem seruiendi. Afferunt oculi multarum rerum cognitiones. Afferre quæstionem: id est, proponere. Ad studia vacuum animum afferre. Is ad scortum se attulit. Terrorem & errorem ad aliquem afferre. Virgini vim afferre. Ad hoc tibi attulit adiumentum. Multum, si quid oratorix laudi tua industria attulisti. Allatum est ad nos, & nobis, de, &c.*

AFFICIO, cis. commoueo, permoueo, dispono, absoluo. Attic. 229 a, Literæ tuæ sic me affecerunt, vt non dare tibi beneficii videerem, sed accipere, &c. pro Milon. 117 a, Quoniam modo ille vos viuus affecerat, q mortuus inani cogitatione percussit? ¶ *Coniumscim, bene vel male afficio.* pro Milon. 116 b, Milo populum Romanum maxima lætitia affecit. Attic. 284 b, Studium tuum curaque de salute mea nulla me noua voluptate affecit. Attic. 237 a, O factum malè de Alexione, incredibile est, quanta me molestia affecerit. Attic. 92 b, Magna igitur, ut vides, sollicitudine afficior magni inopia consilij de Clar. 296 b, Ex te duplex non afficit sollicitudo, quod & ipse republica careas, & illa te. Epist. 19 a, Afficere aliquid plurimis maximisque muneribus. Topic. 229 a, Nam aut negari potest, id factum esse quod laudetur, aut non eo nomine afficiendū, quo laudator affecerit. pro Sex. Rosc. 37 a, Qui ignominia mortuum affecerit. de Nat. 9 b, Res soldidæ deorum honore afficere. \* Tusc. lib. 178 b, Ut dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem. con. Rull. 66 b, Quod hoc honore ex nouis hominibus primum me multis pothabitis affecistis: quod prima petitione: quod anno meo.

AFFICIOR, ris. iam potestas ex actiua cognita. de Fin. 98 a, Quis est, qui Africanorum facta, dicta, cōsilia cognoscens, nullo animo afficiatur voluptate? Br. 91 b, Res, quæ ne laude quidem satis idonea affici possit. Orat. 209 a, Satiatate affici. pro Sex. Rosc. 43 a, Magno honore filius ex patris dignitate afficitur. Par. 121 b, Exilio affici. de Inuent. 50 b, Affici turpi morte. Epist. 67 b, Affici à gratia & à voluptate. *aliis allici: aliis flesti.* Epistol. 92 b, Affici doloribus pedum. pro Sext. Rosc. 37 a, Quæ is tandem pœna afficitur? & ibid. Macula affici. Attic. 80 a, Ego in vita mea nulla vnquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate. de Orat. 92 a, Et uti qui audirent, sic afficerentur animis, ut eos affici vellet orator. \* pro Cluen. 24 a, Isque graui morbo affectus esset. Tusc. lib. 218 b, Vt homines castigationibus, reprehensionibus, ignominij affici se in delicto dolerent.

† Syntaxis. *Sic me tu afficis, vt. Afficere aliquem lætitia, voluptate, molestia, muneribus, ignominia, honore deorum. Nullo animo afficitur is voluptate. Affici laude, satietate, exilio, morte. Affici à gratia, à voluptate. Pana, macula affici. Animis affici.*

AFFIGO, gis, xi, xum. ad aliquid figo, infero, addo. de Nat. deor. 71 b. Minerua, cui pinnarum talaria affigunt. de Vniuer. 198 a, Ita que nec ei manus affixit, quia nec capiendum quicquam erat. pro Sext. Rosc. 27 b, Literam illam ita vehementer ad caput affigunt, vt, &c.

† Syntaxis. *Minerue talaria affigunt. Affigere manus simulachro: id est, fingere, formare.*

AFFINGO, gis. *fingo non vera, adorno.* in Ant. 154 a, Qui boni aliquid voluit afferre, affingunt aliquid, quo faciant id quod nunciant lætius. pro Pompeio 5 b, Ne illi vera laus detracta oratione nostra, nec falsa afficta esse videatur. Tusc.



Tusc. 208 a, Sapiens, qui nihil opinione affingat, assumatque ad ægritudinem.

¶ *Ado, adungo.* de Orat. 146 a, Sed tantum alteri affinxit, de altero limaui. de Diu. 105 a, Paruis enim momentis natura multa aut affingit, aut detrahit, aut mutat. Orat. 203 b, Poëta peccat, cum probam orationem affingit improbo, stultoq; sapientis, pro Cluent. 18 b, Faciamq; vt intelligatis in tota illa causa, quod res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflaret.

¶ *Formo.* de Orat. 159 b, Nulla pars corporis sine aliqua necessitate afficta est.

† Syntaxis. *Orator affingit multa. Falsa affingere. Alicui rei affingere: id est, addere. Alicui male affingere: id est, tribuere.*

**AFFINIS**, ne, proprie viri & uxoris cognati inter se, quod duæ cognationes inter se diuersæ per nuptias coniunguntur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, coniunctus. Postq. 207 b, item alibi, Tu me affinem tuum constructum inimicis reip. tradidisti. Postq. 200 a, Alter mihi affinis erat, alter, &c. Postq. 208 a, Tu affine tuam, filiam meam, à genibus repulisti. de Orat. 90 b, Marius affinis noster. Ep. 184 a, Alter item affinis nouis commentarijs Cæsaris delinitus est.

¶ *Particeps, consors, cognatus, conscius, consentiens.* I. C. 119 a, Huic facinori si paucos putatis affines esse, vehemèter erratis. pro Syl. 170 a, Homines huius affines suspicionis. in Ver. 127 b, Affinis rei capitalis. de Inuen. 65 b, Si nulli vicio affinis ostenditur pro S. R. 21 b, Affinis alicui culpæ. de Inuen. 78 b, Affinis alicuius culpæ. ad Heren. 26 b, Huius sceleris affines. pro Cl. 44 a, Duos solos video autoritate censorum affines ei turpitudini iudicari.

† Syntaxis. *Affinis tua. Facinori affinis, & suspicionis. Rei capitalis affinis, culpæ, alicuius culpæ. Affinis turpitudini iudicatus.*

**AFFINITAS**, tis, coniunctio affinitatis, necessitudo, cognatio. de Clar. 193 a, P. Crassus cum summo illo oratore Ser. Galba, cuius C. filio filiam suam collocauerat, affinitate sese deuinxit. de Fin. 140 b, Serpit sensim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus. deinde amicitijs, post vicinibus, &c. & de Orat. 118 a, Cognationes, affinitates, vita cognoscenda est. pro Cluent. 58 a, Affinitatū dissidia. ibid. Nouis affinitatibus adducti & Ep. 45 a, Affinitatis coniunctio. \* Offic. 11 b, Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. pro Quint. 4 b, Affinitas liberis itium viuis diuelli nullo modo poterat.

**AFFIRMATE**, affeueranter. Offic. 73 a, Quod affirmatè, quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est.

**AFFIRMATIO**, nis. Offic. 73 a, Iurandum est affirmatio religiosa. Epist. 155 b, Credidi chirographis eius, & affirmationi præsentis Laterensis. Epist. 147 a, Quo magis iudicares omnia me Reipub. causa præstitisse, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi. \* Epist. 137 b, Sed cū explorati nihil haberem, nec tibi sollicitudinè ex dubitatione mea, nec spè ex affirmatione, afferre volui.

† Syntaxis. *Affirmatio religiosa. Recipere alicui sua affirmatione.*

**AFFIRMO**, as, confirmo, assero, asseuero, aio, annuo, comprobo. de Orat. 122 a, Nihil enim aliud affirmare possum, nisi sententiam & opinionem meam. Att. 189 b, Affirmo tibi nullam consolationem esse talem. de Diu. 106 b, Nam id quidem difficile est affirmare. pro Mar. 131 b, Tamen hoc affirmo, & hoc pace dicam tua, nullam, &c. Attic. 212 a, Omni tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas velim. de Diu. 110 a, Dicam igitur ad ea quæ sunt à te dicta, sed ita, nihil vt affirmem, quæram omnia. Attic. 106 b, Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? de Inu. 55 a, Approbatio, per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum probabilis & aperius sit. Att. 273 a, Non soleo temerè affirmare de altero. I. V. 239 a, Apollonius affirmat, seruum se omnino illo nomine habere neminem.

† Syntaxis. *Affirmatè promittere. Omni asseueratione affirmare. Tam valde affirmas? Rationibus affirmas: id est, comprobas. De altero affirmare.*

**AFFIXVS**, a, um, adiunctus, annexus, continuatus, connexus, coherens, adherens, infixus. de Inu. 50 b, Continentia cum negotio sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. Tuscul. 229 b, Prometheus affixus Caucaſo. in Verr. 264 a, Causa in animo sensuque meo penitus affixa & insita. de Orat. 101 a, Ithaca in asperimis saxulis affixa. de Orat. 138 b, Vt non tanquam citharædi proœcium affixum aliquod, sed coherens cum omni corpore membrum esse videatur. Qu. fr. 321 b, Iubes illum mihi esse affixum tanquam magistro. Epist. 6 b, Habere aliquem sibi affixum Item, Quæ semper affixa sunt ad aliquam rem. \* 2. Acad. Opera affixa.

† Syntaxis. *Continentia cum negotio sunt semper affixa. Affixum saxo. In sensu affixum ac insitum. Proœcium affixum. Affixus alicui tanquam magistro. Aliquem sibi affixum habere. Ad hoc illud affixum: id est, adiunctum.*

**AFFLATVS**, tus, animi inflammatio, quasi furor, inflatus, instinctus, impetus, anhelitus, concitatio, incitatio, & promotio mentis. de Nat. deor. 59 b, Nemo vir magnus sine aliquo afflatu diuino vnquam fuit. Item, Poëta nemo sine inflammatione animi, & sine quodam afflatu, quasi furoris, esse potest. de Diu. 87 b, Oracula, quæ in instinctu diuino afflatuq; funduntur. de Diu. 132 b, Quid tam diuinum, quam afflatus ex terra? mentem ita mouens, vt eam prouidam rerum futurarum efficiat. de Diu. 88 b, Potest autem vis illa terræ, quæ mentem Pythiæ diuino afflatu concitabat, euauisse veritate.

† Syntaxis. *Diuinus afflatus. In instinctu afflatuque diuino fusa oracula.*

**AFFLICTATIO**, onis, ægritudo cum vexatione corporis. Tusc. 212 b, \* Ægritudo subiicitur afflictatio. Tusc. 213 a, Afflictatio ægritudo cum vexatione corporis.

**AFFLICTIO**, onis, angor. Tusc. 196 b, Habet ardorem libido, &c. Sed ægritudo maiora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem, sceditatem, aliàs afflictationem.

**AFFLICTO**, as, conficio, crucio, iactō. Att. 44 a, Hic tu me accusas, quod me afflictum. \* Tusc. 207 b, Cùm se Alcibiades afflictaret.

**AFFLICTOR**, aris, angor, vexor, affligor. Tusc. 207 b, itè Attic. 170 b, Ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor. in Cat. 103 b, Deinde multè grauius vehementiusq; afflictatur. pro Mil. 105 a, Squalent municipia, afflictantur coloniæ de Ar. 253 a, Hoc etiã turpius afflictatur reipub. quod d, &c.

† Syntaxis. *Ille se afflictat. Afflictari acerbè de aliqua re. Afflictari, squalere. Turpius afflictari.*

**AFFLICTORIS**, otis, qui affligit ac vexat. I. P. 93 b, \* Senatus odit te, afflictorem & proditorem non modò dignitatis & autoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui.

**AFFLICTVS**, tus, afflictatio. Tusc. 179 b, Effœminata virtus afflictu occidit. Poëta.

**AFFLICTVS**, a, um, prostratus, iacens, dissectus, fractus. (florès, pro Quint. 13 b, Aliquis afflictus & euerfus. Attic. 193 b, Afflictus & fractus animus. 6. Famil. Afflictus, & iam omni spe salutis orbatus. Tuscul. quæst. lib. 4, Afflictus debilitatusq; ægritudine. pro Syll. 169 b, Fractus & afflictus calamitate. 9. Famil. Afflictus grauius alio casu. Attic. lib. 1, Magnis clamoribus afflictus conticuit & concidit. 3. ad Quin. frat. Afflictus concutit & odio populi in Pison. 9. Philip. in Catil. Tuscul. quæst. lib. 3, Afflictus luctu aut mœrore. pro Flac. 149 a, Itaque vt hanc Græciam, quæ iam diu suis consilijs percussa & afflictata est, omittam: illa vetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc vno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum. pro Sylla, Si nobilitas hominis, si afflictata fortuna, si reliquæ pristinae dignitatis non tam illustres fuissent, ad Lentulum lib. 1, Afflicta salus. 2. de Orat. Afflicta virtus maximè luctuosa. ad Attic. lib. 12, Quod certe afflictus & fracti animi non fuit. Post reditum in Senatu, Qui primus mihi afflictus & iacenti dextram porrexit. pro Sylla. Hic se ita fractum illa calamitate atque afflictum putauit, vt nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitretur. pro Legge Manilia, Hunc in illo timore & fuga Tygranes rex Armenius excepit, dissidentemque rebus suis confirmauit, & afflictum erexit, perditumque recreauit. in Catilin. Quanto tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis? de Arusp. resp. Videtis igitur hominem per seipsum iam pridem afflictum ac iacentem, perniciosis opum discordijs excitari. pro Quint. Vt per se afflictum atque euersum propinquum suum modò non honestè partis bonis, verum etiam communi luce priuaret. ad Attic. lib. 12 b, & Famil. 1, Senatum abiecit & afflictum excitauit. 12. Philip. Auxerat autem meam quidem spem, quod domum Antonij afflictam mœsticia audiebam, lamentari vxorem. pro C. Rab. Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titij afflictam nauem videres. 5. Ver. Alia sunt sua facta atq; consilia, summa laude digna, quibus illam tu prouinciam afflictam & perditam erexisti atq; recreasti. pro Quint. Faretur se non bellè dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab afflictata amicitia transfugere, atq; ad florentem aliam deuolare. pro Dom. sua ad Pontif. Qui me animo minus fracto esse atq; afflictato loquebantur. Tusc. q. lib. 2, Atq; ita afflictati & exanimati iacent pro Leg. Man. Hoc iam ferè sic fieri solere accepimus, vt regum afflictæ fortunæ facillè multorum opes alliciant ad misericordiam. 3. ad Attic. Afflictæ luctu miseræ. 2. de Leg. Afflictæ, prostratæ æquè religiones. Att. lib. 1, Ego recreauit afflictos animos bonorum, vnumquemq; confirmans, excitans. 1. de Orat. Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis? de Orat. Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici potest, quam



cum, qui hanc personam susceperit, ut amicorum controuersias causasque tueatur, laboratibus succurrat, ægris medeatur, afflictos excitet, hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut alijs miserandus, alijs irridendus esse videatur. Fam. Afflictior conditio. \* Epist. 79 b, Nemo est tam afflictus, qui non possit.

† Syntaxis. *Afflictus & euersus. Afflictus, ac debilitatus. Fractus & afflictus. Grauisimè casu aliquo afflictus. Luctus marore, ægritudine afflictus. Gracia percussa, & afflictæ. Afflictus homo, fortuna, salus, virtus, animus. Afflictus, & iacens. Diffidens & afflictus. Marore afflictus, & profligatus. Per seipsum afflictus. Afflictus, & euersus. Abiectum & afflictum excitare. Mæstitia afflictæ domus. Afflictæ nauis ad scopulos. Afflictæ, & perditæ provincia. Ab afflictæ amicitia: id est, afflictorum transfugere. Afflictum & exanimatum iacere.*

**AFFELIGO**, gis, *revo, perturbo, perdo, pessundo, prosterno, depri- mo.* (erigo, recreo. Attic. 203 a, Ut me leuârat tuus aduentus, sic discessus afflixit. de Cl. 168 b, Rem laudando augere.) (vituperando turfus affligere. contra Rul. 83 b, Non solum afflixerunt, sed etiam ne quando recreata exurgere & erigere se possent, funditus sustulerunt. Tusc. 216 b, Curæ animos affligunt. pro Mur. 145 a, Si hunc vestris sententijs afflixeritis. de Senect. 83 b, Senectus eneruât & affligit homines. pro Dom. 234 b, Alicuius domum non solum affligere, sed etiam religione sempiterna obligare. pro Cæl. 54 b, Adolescentiam plenam spei statimè percussisse atque afflixisse videamini. I. P. 96 b, Illi statum istius deturbant, affligunt, comminuunt, dissipât. pro Cæl. 54 a, Qui Catuli monumentum afflixit. de Vniû. 197 b, Nullus morbus mundum potest, aut senectus affligere. p. S. R. 24 a, Mors Qu. Scæuolæ omnes ciues suos perdidit & afflixit. p. Clu. 60 a, Quod si qua calamitas hunc in hoc iudicio afflixerit innocetem.

**AFFLO**, as, *spiro, expiro, respiro, exhalo.* ad Her. 39 b, Si quæ repe- riat, cui aliquid mali faucibus afflare possit. Att. lib. 16, Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat, &c.

**AFFLOR**, ris, *fundor, spiro, efflor, audior.* I. V. 83 a, Sperat sibi auram post aliquam afflari in hoc crimine. de Sen. 89 b, Sua- uitates odorum, qui afflantur è floribus.

† Syntaxis. *Afflare alicui malum. Rumor afflat: id est, audior. In hoc tibi afflabitur aura aliqua. Odor è floribus afflatur.*

**AFFLUENS**, tis, *abundans, referus, plenus.* pro Arch. 186 a, Vrbs eruditissimis hominibus, liberalissimisque studijs affluens. de Finib. 83 b, Vita affluens voluptatibus. de Amic. 106 a, Homo diuitijs affluens. contra Rul. 82 b, Opibus & copijs affluens. Offic. 31 b, Omnium rerum affluentibus copijs ditari. pro Qu. Rosc. 49 b, Homo bonitate affluens. de Nat. 12 a, Affluens bonis omnibus. pro Sest. 6 b, Consul vnguentis affluens. I. V. 265 a, Homo affluens omni lepore & venustate. pro Clu. 157 b, Domus scelere omni affluens. de Orat. 148 a, Homines ocio nimio, & ingenijs vberissimis affluentes.

**AFFLUENTIA**, æ, *vbertas.* contra Rull. 85 b, Ex hac copia atque affluentia rerum omnium nata est arrogantia.

**AFFLUENTIVS**, *cumulatiuus.* Tusc. 231 b, Quo affluentius voluptates vndiq; hauriat.

**AFFLVO**, is, *accedo, audior, afferor.* de Fin. 57 a, Si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum sua uitate afflueret & illaberetur. Quin. frat. 323 a, Iam diu nihil à te ex istis locis non modò literarum, sed ne rumoris quidem affluxit.

† Syntaxis. *Vrbs affluens hominibus, & studijs. Voluptatibus affluens vicia. Diuitijs affluens copijs. Opibus & copijs affluens. Ditari rerum omnium affluentibus copijs. Homo bonitate affluens. Vnguentis affluens. Lepore, ac venustate affluens. Domus omni scelere affluens. Ocio & vberissimis ingenijs affluere. Copia & affluentia omnium rerum. Affluentius voluptates haurire. Ad malos affluit, & illabitur voluptas. Rumor inde ad nos affluxit.*

**AFFORE**, Epist. 52 a, Maior mihi ratio affore nulla potest, quam, &c. aliàs, *Leuatio afferri: & quidem melius.* Epist. 143 a, Non mehercule suspicatus sum illam affore.

**AFRANIVS**, a, um, pro Cæl. 52 b, Ut illa vetus Afrania fabula refricaretur.

**AFRICA**, cæ, *pars orbis tertia meridionalis.* pro Sext. Rosc. 35 b, Africa tertia pars orbis terrarum. Postq. 202 b, Marius cum parua nauicula traiecit in Africam. contra Rull. 76 a, Carthago vetus in Africa. in Sall. 275 a, Sallustius Africam interioriorem obtinens. de Nat. deor. 18 a, Vulcanus in Africa. \* I. V. 109 b, Itaque maioribus in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus est.

**AFRICANVS**, a, um, *id quod ex Africa, vel ad Africam spectat.* 6. Famil. Africanæ causæ irator Cæsar. pro Deiot. Secutum est bellum Africanum. ibid. At eo tempore ipso Nicenam Ephesumque mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent.

**AFRICANVS**, *Scipionis cognomen.* 4. in Verr. Africanus, homo existimationis retinendæ cupidissimus, quomodo cuidam familiari responderit. de Orat. Africanus Aemilianus *ægeu.* I. de Inuent. Africanus, Catonis & Lælij discipulus. 1. ad Quint. frat. Africanus libros Xenophontis de Cyro, ponere de manibus non solebat. 2. de Legibus: Africanus in libris de Republ. Ciceronis persuadere conatus rerum publicarum omnium veterem fuisse optimam. Tusc. 4. quæst. lib. 4, Africanus M. Alienum Pelignum scuto protexit, gladiumque hosti in pectus infixit. 2. de Natur. deor. Africanus secundo bello Punico. Tusc. 4. quæst. lib. 2, Africanus Socraticum Xenophontem semper in manibus habuit. Tusc. 4. quæst. lib. 2, Africanus Socratici Xenophontis in primis laudabat illud, quod diceret eodem labore non esse æquè graues imperatori & militi, quod ipse honos laborem leuiorem faceret Imperatorum. pro Mur. 138 a, P. Africanus maior Senatui primum locum ludis assignauit. de Arusp. respon. P. Africanus duos terrores imperij Romani, Carthaginem, Numantiamque deleuerat. in Rull. P. Africanus veterem Carthaginem consecrauit. 1. in Verr. P. Africanus L. Cottam in iudicium vocauit. pro Mil. P. Africanus qui de Tiberij Gracchi morte senserit. 4. in Verr. P. Africanus, Carthagine deleta, Siculorum vrbes monumentis pulcherrimis exornauit. pro Mil. P. Africanus, domi suæ quiescens, interfectus. de Nat. 2, P. Africanus, sol alter, eo anno extinctus, quo sol geminatus apparuit. Tusc. 4. quæst. lib. 1, Africani fratris nepos omnium perditorum ita similis fuit, ut esset facilè deterrimus. 1. de In. Africani laus. 7. in Verr. Africani superioris celeritas in re gerenda. 7. in Verr. Africani minoris singularis consilium. pro Rosc. Amer. Africani cognomen declarat tertiam orbis partem eum subegisse. 10. ad Att. Nox Africano acerba. de Clar. 172 b, Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. 2. ad Qu. frat. Africanum C. Carbo interemit. 3. de Nat. deor. Cur Africanum domesticis parietes non texerunt? 5. Famil. Africano multò maior Cn. Pompeius. Acad. q. ed. 1. lib. 2, In Africano dissimulatione, quam Græci *ægeu* vocant, fuisse, ait Fannius. ad Octau. Africani, Maximi, Pauli, Scipiones.

\* **AFRICVS**, a, um, de Orat. 158 a.

*Africa terribili tremis horrida terra tumultu.* Ennij. **AFRICVS**, i, *venti genus, qui Libis etiam dicitur.* de Nat. deor. 21 b, Cum volucres angues ex vastitate Libyæ, vento Africo inuectas interficiunt.

\* **AFFVTVRVS**, a, um, Att. 296 b, Neque discordiarum domesticarum calamitas affutura est. *Alij abfutura legunt.*

**AGE**, *interiectio hortantis, roboris ad vñ.* Att. 98 b, Age hoc malum quod mihi commune est cum omnibus, nihil tibi mando, ut de eo cogites. pro S. R. 26 a, Age nunc refer animum, &c. de Finib. 83, Age, inquit, &c. I. A. 199 b, Age si paruerit, possumus, &c. de Orat. 113 a, Age verò, inquit. pro Fon. 285 a, Age verò nunc inferre oculos, &c. de Inuent. 42 b, Age verò vrbes constituit. Ep. 85 b, Age verò laudo aliquid, num offendo? de Finib. 326 a, Et ille ridens, Age age, inquit, &c. de Finib. 89 b, Age sanè, inquam. de Inuent. 79 a, Age porò, quid si nec. in Verr. 247 a, Age porò tu, &c. de Nat. 17 b, Age, & his vocabulis deos esse facimus, &c. pro Clu. 34 b, Age quoniam, &c.

**AGEDVM**, pro Syl. 180 b, Agedum, cõferte nunc cum illius, vitam P. Sylla.

**AGELVS**, li, de Natur. 77 a, Dij nec agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. \* & in Verr. 166 b, Qui tot annis agellos suos ante te prætorem redimere à piratis solebant.

\* **AGENDVS**, a, um, *procurandus, curandus, sentendus.* ad Attic. 197 b, Tuam in agendis rebus nostris diligentiam amo. pro Dom. 315 a, Nonne id agendum nobis fuit, ut materiam subtraheremus furori tuo? in Anton. 190 a, Quod agendum & faciendum est, non recuso.

**AGENS**, tis, *efficax, proprius, vim habens.* de Orat. 141 b, Vtendum est imaginibus agentibus, acribus, insignitis.

**AGER**, gri, *territorium, solum, campus, salus.* 5. Philip. Cognoscerent, qui ager colonus esset, quo milites veterani deducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur: ut is militibus veteranis diuideretur: id est, in quæ colonis deducti essent, & qui colonis esset assignatus. Tusc. 4. quæst. lib. 1, Ut ager, quamuis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest: sic sine doctrina animus. Tusc. 4. quæst. lib. 2, Ager frugifer. p. Qu. R. 50 b, Tum erat ager incultus sine recto, nunc est cultissimus cum optima villa. contra Rul. 88 b, Fundus Irpinus, siue ager Irpinus: totum enim possidet. p. Qu. R. 50 b, Qui ager neque villam habuit, neque vlla ex parte fuit cultus. de Senect. Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agriculture oblectabatur. Vat. 218 b, Fines agri. 2. de Diuin. Ita aqua Albana deducta ad vilitatem agri suburbani, non ad arcem vrbeque retinendam. de Nat. d. 2, Ut agro à Senatu & vacatione donatus est. Cato,



est. Cato, Agro bene culto nil potest esse nec vsu vberius, nec specie ornatus. 2. de Leg. Ex agro culto, vel qui coli possit, vllam partem sepulchro sumi vetat Plato, sed quæ natura agri tantummodo efficere possit, vt mortuorū corpora sine detrimento viuorum recipiat, ea potissimum vt compleatur. Quæ autem terra fruges ferre, & vt mater cibos suppeditare possit, eam ne quis minuat, néve viuus, néve mortuus. de Nat. deor. 1. Vite atque agro exterminatus. 3. ad Att. Ex agro tuo tantum mihi assignes, quantum meo corpore occupari potest. pro Qu. 4 b, Quintius de saltu agro que communi vi detruatur. Ep. 104 b, Is habet in Volaterrano possessionem: id est, in agro Volaterr. Offi. 10 b, Imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt, quã acceperunt. 8. Fam. in Ep. Cælij, Agri fructuarij, de Leg. Agri non consecratur, Platoni assentior. Tusc. quæst. lib. 2, Vt agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur, sic animi non omnes culti fructum ferunt. 3. de Nat. deor. Quum essent agri deorum immortalium excepti lege Censoria. de Lege Agr. 76 a, Adscribit idem auctori Corinthios agros optimos & fertiles. 4. Verr. Quid, qui agros immunes liberosq; arant, cur oderunt? pro Flac. 161 b, Agros habent & natura per bonos, & diligentia culturaq; meliores. Ep. 177 a, Quatuor legionibus ijs, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Syllanis, & agro Campano. ibid. Acqualiter aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. 13. Fam. De agris eorum legem iniquissimam promulgassent. \* In Pison. 80 a, Ego agrum Campanum, si diuidi non oportuit, conseruau: si oportuit, melioribus auctoribus reseruau. pro M. Tull. Fundum habet in agro Tigrino paternum. pro L. Varen. Cum iter per agros & loca sola faceret cum Populeno. de Confolat. Eorum in vrbibus atq; agris augustissima templa veneremur. I. V. 157 b, Vt ager ipse cultorem desiderare, ac lugere dominum videretur. ibid. Herbitensis ager & Ennensis, Murgentinus, Allorinus, Macharensis, Agynensis ita relictus erat ex maxima parte, &c. Aetnensis verò ager, qui solebat esse cultissimus, &c. Sic erat deformis atque horridus. I. V. 169 a, Quantus numerus frumenti cogatur ex omni agro decumano. I. V. 169 b, Vt aliquando ex eorum agris atque vrbibus expleti atque saturati cum hoc cumulo quæstus decederent. ibid. Theomastus Syracusanus in agrū Muticensem cur abs te immisus est? I. V. 170 a, Catinensium, &c. agros vexatos ab Apronio cognoscetis. ibid. Omnes agros decumanos per triennium populo Rom. ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo vestigales fuisse. ibid. Duarum mihi ciuitatum reliquos feci agros, iudices, ferè optimos ac nobilissimos, Aetnensium & Leontinorum. Horum agrorum ego missos faciam quæstus triennij. ibid. Agri sunt feraces. I. V. 170, Tantum de quæstu ac lucro dicam vnus agri, & vnus anni. ibid. Vnus ager vno anno c c c. millia modium tritici, & præterea l. millia luci dat Apronio. I. V. 171 a, Vno aduentu, ex vno agro, Q. Aproniū præter eam, quam dixi, pecuniam numeratam, c c c. millia mod. tritici, luci nomine sustulisse? ibid. Pensum magis in Leontino agro est exigendum, propter hanc causam. ibid. In agro Leontino præter vnam Mnasistrati familiã, glebam Leontinorum possidet nemo. I. V. 171 b, Quibus non modò Apronius in agris, sed ne tempestas quidem vlla nocere potuit. con Rull. 63 b, Quæ erit in istos agros deductio? Offic. 5 a, Ex quo fit, vt ager Arpinas, Arpinatum dicatur, Tusculanus Tusculanorum. Incer. In Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre puluerem. Att. 263 b, Sc, cum agrarij mare transiissent, literas missurū, quem in agrum deducerentur. † Syntaxis. *Ager colonus: id est, in quem colonia deducitur, vel colonia assignandus. Ager fertilis, fructuosus, frugifer: incultus, non habens villam. Agricultura se oblectare. Agro donatus, exterminatus. Ex agro tuo tantum illi assignes. De saltu, agroque communi trudi. In agro Romano possessio. Ager fertilis, fructuarius. Ager optimus, immunis, liber, natura per bonus.*

**AGERENSIS** ager. contra Rul. 76.

**AGESIS**: id est, ager si vis. hortansius vox. \* Part. 233 b, Agesis ergo, quoniam, &c. expone nunc de reprehendendo. Tuscul. 184 a, Agesis nunc de ratione videamus.

**AGGER**, nis. terre aut cuiusvis rei coaceruatio ad loca munienda, nec non oppugnanda. in Ant. 196 a, Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur. Attic. 79 b, Oppidum ciniximus vallo & fossa, aggere maximo. in Ant. 226 a, Græcia esset vel receptaculū pulso Antonio, vel agger oppugnada Italia. \* Ep. 245 b, Aggere, vineis, muribus oppugnau oppidū.

\* **AGGERO**, is. congero, cumulo. Frag. ep. Lutum & linum aggerabant.

**AGGLUTINO**, as. adnecto. Att. 255 a, Tu proccemium descabis, & hoc agglutinabis.

**AGGREDIOR**, nis. inuado, adiorior. I. A. 244 b, Quis audeat bene comitatam aggredi?

‡ *Alloquor, me coneris ad.* pro Cc. 298 b, Quid agat quo mo-

do aggrediar iudicem, non habet.

‡ *Suscipio.* de Or. 125 b, Cum aggredior ancipitem causam, ‡ *Conuenio.* Attic. 197 b, Si & Silius is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se præbuerit, Damasippum velim aggrediare.

‡ *Accedo, incipio.* de N. 13 a, Antequam aggrediar ad ea quæ à te disputata sunt, de teipso dicam aliquid. *aliis, Aggrediar* et. de Nat. 61 a, Sic aggredior ad hanc disputationem, quasi, &c. Qu. fr. 3 14 b, Aggredi ad historiam. Off. 5 b, Quidam aggrediuntur ad iniuriam faciendam, vt, &c. de Or. 109 b, Quod hoc etiam spe aggredior maiore ad probandum, quia, &c. de Cl. 177 a, Antonius imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur. pro C. 19 a, Sed ne diuùs vos teneam, aggrediar ad crimen. pro Mur. 127 a, His rebus fretum ad consulatus petitionem aggredi par est. Off. 15 a, In omnibus negotijs priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. de Orat. 148 b, Non repelletur inde, quò aggredi cupiet.

\* *Inuador, afficior.* Frag. ep. Vt à te fictis aggredere donis, † *Syntaxis.* *Bene comitatum aggredi. Non habeo quomodo illum aggrediar. Aggredi causam, ad causam, ad historiam, ad iniuriam faciendam, ad probandum.*

**AGGREGO**, as. adicio, coniungo, congrego, addo, cogo. Epistol. 12 a, Si meam voluntatem ad dignitatem alterius aggregassem. I. C. 103 b, Si secum suos eduxerit, eodemque cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit. pro Muren. 127 a, Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare solco. in Vatin. 34 a, Huius filium eodem crimine ad patris interitum aggregare voluisti.

† *Syntaxis.* *Studium suum ad voluntatem, ac dignitatem alicuius aggregare. Aliquem in numerum aggregare. Aliquem aggregare eodem crimine ad interitum alicuius.*

**AGGRESSIO**, onis. principium, exordium. Orat. 201 b, Cumq; animos prima aggressione occupauerit, infirmabit excludetq; contraria.

**AGGRINAE**, populū. in Pis. 99 a.

**AGILITAS**, tis. agendis dexteritas, habitas. Attic. 14 b, Esse hanc agilitatem, vt ita dicam, mollitiemque naturæ, ple-runque bonitati.

**AGITANS**, tis. percurrrens, agnoscens, persequens. de Nat. 65 a, Natura omnia ciens & agitans motibus suis. \* de Finib. 74 a, Mens celerrimè multa simul agitans. de Diuin. 138 a, Auis insectans alias aues & agitans.

**AGITATIO**, onis. commotio & corporis & animi. de Diuin. 135 a, Nunquam animus agitatione & motu vacuus esse potest. de Nat. 53 a, Agitatione & motibus linguæ cibus depellitur. Offic. 4 b, Ad quod adhibenda est quædam actio, non solum mentis agitatio. de Senect. 81 b, In omnibus his studiorum agitatio vitæ æqualis fuit. de Orat. 152 a, Ita fit vt agitatione rerum sit infinita cognitio. de Nat. 11 a, Actio mentis & agitatio in Deo. \* pro Mur. 132 b, Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas tam varias habere putatis agitationes fluctuum?

† *Syntaxis.* *Animus agitatione & metu vacuus. Agitatione & motibus linguæ cibus depellitur. Mentis agitatio. Mens, & agitatio fluctuum. Actio mentis & agitatio in Deo.*

**AGITATOR**, otis. auriga, qui equos currumq; agit. Attic. 210 b, Nec est melius quicquam, quam vt Lucullus sustineat currum equosque, vt bonus sæpe agitator. Academic. 23 b, Ego enim vt agitator callidus, priusquam ad finem veniam, equos sustinebo.

**AGITATVS**, a, um. tractatus, iactatus, versatus, sepius actus, agnitus, & perspectus. pro Cluen. 18 b, Res agitata in concionibus, iactata in iudicijs, commemorata in senatu. de Som. 131 a, Agitatus & exercitatus in optimis curis. pro Quint. 2 a, Vt æquitas multis iniurijs iactata atque agitata in hoc tandem iudicio consistere & confirmari possit. de Orat. 147 b, Quæ omnia oratori tractata atque agitata esse debent. de Vn. 196 b, Immoderatè agitatus & fluctuans. (quietus & tranquillus. Offic. 16 b, Est viri magnanimi, rebus agitatis punire fontes, multitudinem conseruare. pro Cl. 35 a, Omnia quæ ad eam rem pertinent, ex huius & aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquisitis. Tuscul. 245 a, Mens agitandis exquirendisque rationibus alitur. pro Corn. 67 a, Adoptio Theophanis agitata est. pro Dom. 214 b, Sententia, quæ erat superioribus diebus agitata in Senatu.

† *Syntaxis.* *Agitatus & exercitatus in optimis curis. Agitatus immoderatè, & fluctuans. Rebus agitatis: id est, perspectis.*

**AGITARE**. de Oratore 142 b, Agite verò, ille inquit, vt vultis. Tusculan. 184.

**AGITO**, as. vexo, disturbo. de Leg. 163 b, Furia agitans & insectantur impios. pro S. R. 29 a, Tamen eos agitant furia, nec vsquam consistere patiuntur. de Diuin. 138 a, Aquila insectatur & agit alias aues. Offic. 65 b, Excitare & agitare feras,



**AGITO** *ris. vexor.* pro S.R. 29 a, Agitari & perire furia-  
rum tēdis ardentibus. de Nat. 24 a, Cūm Deus pulsetur a-  
gitereturque in curfione atomorum.

¶ *Tractor.* Attic. 18 a, Agraria lex à Flauio Trib. pleb. vehemēter agitabatur, auctore Pompeio.

¶ *Perfor.* concitor. de Nat. 23 a, Atomos pellere seipfos, & agitari inter se concursu fortuito. \* de Senect. 93 b, Animus semper agitatur.

† Syntaxis. *Natura omnia ciens & agitans motibus suis. Mens agnandis & exquirendis rationibus alitur. Agitati in Senatu sententia. Furij: agitari. Excitare & agitare feras. Agitari cuncta, & pulsari atomis.*

**AGMEN**, nis. *copiarum ordo incedens.* I. P. 90 b, A' Brundisio vsque Romam agmen perpetuum totius Italiae vidi. Attic. 243 b, Nec duces simus, nec agmen cogamus I. A. 180 a, b, & 189 a, Agmine quadrato cum gladijs sequuntur scutati milites. I. A. 197 b, Ad hanc pestem agmen armorum sequebatur. & ibid. Certum agminis locum tenebant bari bari sagittarij.

¶ *Disceptatio literaria & forensis.* I. A. 197 b, Educere dictionē ex vmbatili exercitatione in medium agmen & puluerē.

† Syntaxis. *Agmen perpetuum. Cogere agmen. Dictionem educere in medium agmen & puluerem.*

**AGNASCENDO**, iuxta, vel post, vel mox nascendo. de Or. 106 a, Nemo hereditatem petit eo testamento, quod pater fecit, antequam ei filius natus est. nam constat agnascendo rumpi testamentum.

**AGNASCOR**, sceris. post, vel iuxta nascor, vt frater fratri agnascitur, quod si ad patrem referas, agnasci dicitur, qui post factum testamentum patri nascitur. pro Cecin. 298 b, Cui filius agnatus sit, eius testamentum esse ruptum.

**AGNATIO**, nis sanguinis cognatio & familiarum. ad Her. 5 a, Lex agnationis. de Or. 99 a, Gentilitatum & agnationum iura. de Leg. 160 b, In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status.

¶ *Communio, & affinitas naturae, siue societas & propinquitas.* de Legibus 160 b, Ex quo verē vel agnatio nobis cum celestibus, vel gentis, v' el stirpis appellari potest. & ibid. Homines, deorum agnatione & gente teneri.

**AGNATVS**, a. *Agnati qui dicantur, ex ijs quae in verbo Agnascor dicta sunt, intelligi potest.* Dicuntur enim qui per virilis sexus personas, cognatione coniuncti sunt, quasi à patre cognati (vt Caius ait) vel iij frater eodem patre natus, filius fratris, nepos ve ex eo. Inter agnatos autem & cognatos hoc interest, quod inter genus & speciem. Nam qui est agnatus & cognatus est: nō vtiq; qui cognatus est, & agnatus est. Cognationis enim nomē, naturale est: agnationis verō, ciuile. Propriē enim ciuilis cognatio, agnatio vocat: videlicet, quae per mares coniungit. de Vn. 20 b, Iupiter, Iuno, & reliqui, quos fratres inter se & agnatos vsurpare atque appellare videmus. de Inuention. 80 b, Agnati & gentiles. ad Heren. 5 a, Lex, si furiosus est, agnatorum gentiliumque in copecuniaque eius, potestas esto.

† Syntaxis. *Agnascendo rumpitur testamentum: hic vsus est absolutus. Cui filius agnatus est, eius rumpitur testamentum? Gentilitatum & agnationum iura. Nobis cum celestibus agnatio est. Nos tenemur Deorum agnatione, & gente.*

**AGNITIO**, onis. *cognitio.* de Nat. I a, Quæstio, quæ ad agnitionem animi pulcherrima est.

**AGNOMEN**, nis. *idem quod cognom.* de Inuent. 65 a, Nomen autem cūm dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet.

**AGNOSCENDO**, noscendo, intelligendo. Ac. 21 a, Ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio?

**AGNOSCO**, is. *intelligo, nosco, sentio, audio, reperiō, percipio, assequor, perspicio.* de N. 11 b, Hæc sunt dicta subtilius, quàm vt quiuvis ea possit agnoscere. de Am. 115 a, Aspiceret & agnoscere aliquid. pro Fl. 156 a, Sext. Schola, qui rem agnoscit, neq; hominem ignorat. I. P. 82 a, Ipse certe agnosceret & recordabitur. pro Pl. 266, Agnosco enim ex me. id est, conijcio. de Am. 109 b, Tantum cuique tribuere debemus, quantum is cui tribuimus, possit agnoscere & sustinere. Ep. 8 b, Quod mihi de filia gratularis, agnosco humanitatem tuam. Ep. 47 a, Quod te esse sollicitum, & dolore angere, meum quodammodo agnosco. Or. 213 b, Et apud Græcos quidē iam anni propē quadringenti sunt: cūm hoc probatur, nos nuper agnouimus. Tusc. 163 a, Vt deū agnosceris ex operibus eius, sic ex memoria rerum & inuentione & celeritate motus, omniq; pulchritudine virtutis vim diuinam mentis agnosce. Att. 260 b, In tuis quoque epistolis Alexim vilius agnosce. pro Mar. 109 a, Cūm tota Italia facti illius gloriā libenter agnosceret. pro Pl. 268 a, Sequēstrē mne Plancium respuerunt aures, agnosceret nemo, repudiaretur. pro Pl. 265 a, Iacis adulteria, quæ nemo non modō nomine, sed ne suspicione quidem possit agnoscere. de Amic. 97 a, Tu autem Fanni, quod tantum mihi tribuisti, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amicē. Epistol. 48 b, Quod

dicis, &c. nec nosco, nec probō: quod autem scribis, &c. illud quidem agnosco. de Orat. 142 a, Humanitatem & facilitatem agnoscimus tuam. de N. 19 a, b, Deorum cognationem libenter agnoscerem. Epist. 134 b, Moriar si præter te quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquæ & vernaculæ festiuitatis agnoscere. de Som. 127 a, Quod vt agnouī, equidem cohorrui. Epist. 75 b, Id ego agnouī meo iussu esse factum pro Ra. 93 b, Ego, si mihi esset integrum susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. Att. 174 b, Causam tuam nosco. id est, agnosco, vel accipio. Att. 255 a, Agnouī erratum meum. de Fin. 71 b, Leuiter agnosceret aliquid.

¶ *Laudo.* de Diu. 108 a, Nec psychomantiam agnosco: id est, probō.

**AGNOSCO** *ris. ex affino pondus habetur.* Acad. 21 b, Simul inflauit tibicen, à perito carmen agnoscitur. Or. 218 a, Primum enim numerus agnosceatur, deinde fatiat, postea cognita facilitate contemnitur.

**AGNVS**, gni. *one natus, ouium grex.* de Nat. 73 b, Agnus inter pecudes aurea clarus coma. Poët. & de Diu. 116 b, bis. de Sen. 89 a, Villa abundet porco, hædo, agno.

**AGO**, gis. *facio, tracto, curo, procuro, tento, molior, gero, agito, contendo, transigo, aggredior.* de Of. 6 b, Sunt qui studio rei familiaris tuendæ suum se negotium agere dicant. Offic. 70 a, Quid si pater sana expilet, cuniculos agat ad æriarium. de D. 100 a, Nostri nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspicijs domi habent. Attic. 130 b, Te animo magno & forti rem istam agere existimo. Att. 288 a, Cicero eō tendit, id agit, ad eum exitum properat, vt sit illi Octauius propitius, &c. pro Lig. 140 a, Tua quid aliud arma voluerunt, quid egit ille tuus inuictus exercitus, nisi vt, &c. Ep. 35 b, Quam vellem Romæ mansisses: quod egisses profectē. si, &c. pro Mur. 143 b, Id mihi crede, & agunt & moliantur. Qu. fr. 324 b, Ego mihi ipsi ista per quem agam non habeo. nam confici nisi per hominem peritum non possunt. de Nat. d. 34 b, Mihi enim, qui nihil agit, esse omnino non videtur. de N. 37 b, Non cessans deus: nec quæ agit moliens cum labore opeoso ac molesto. de N. 16 b, Agere & moliri aliquid. Att. 51 a, Cum Egnatio de re tua vehementer egis grauior se acturum cum Aquilio confirmavit. Off. 1 b, Neq; si tecum agas. neque si cum altero contrahas. de Orat. 93 a, Cūm & per meipsum egissem, & per Brutum sæpe tentassem. Att. 254 a, Is agit mecum accuratē multis verbis, vt tibi responderem. Att. 36 b, & 37 a, Cūm hoc Pompeius egit, & vehementer egit, cūm diceret, &c. Att. 53 b, Agere cum aliquo, vt aliquam rem suscipiat. Ep. 25 b, Agere accuratē & prudenter de aliqua re. Att. 1 b, & Epist. 230 b, Agere cum aliquo de aliqua re. Attic. 264 b, Cum aliquo de eadem re agere sapius. de Clar. 191 a, Quæ ego cum Crasso sæpe egi, cūm eum vehementer hortarer, &c. Ep. 46 b, Vt ad te scriberem, mecum egerunt. de Am. 96 a, Cūm sæpe mecum egisses, Attice, vt de amicitia aliquid scriberem. Qu. fr. 298 a, Non hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternis ago. de Orat. 124 a, Neque enim nunc id agimus, vt explicemus, &c. Att. 125 a, Dominatio quæ sita ab vtroque est, nō id actum, beata ciuitas vt esset. de Orat. 126 a, Magna vis est earum sententiarum, atque eorum locorum, quos agas tractesque dicendo. I. V. 210 b, Hic nolite expectare, dum ego hoc crimē agam hostiatim. Off. 9 a, Qui tum cūm maximē fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. Tusc. 166 a, Sed quid necesse est, cūm id agam, nec post mortem miserōs nos putemus fore, vitam etiam efficiere deplorando miseriosem? At 139 b, Ego enim non iam id ago, vt prosperos exitus consequar. Ep. 52 b, Ego id semper egi, ne bellis interessem. \* de Fin. 140 b, Quicquid aget quæq; virtus.

¶ *Discepto, litigo, contendo, decerto, præsertim iudicio.* pro Cecin. 292 a, Omnino iam bene agis: à verbis enim recedis, & æquitate vteris. Quint. frat. 306 b, Non gladijs mecum, sed litibus agetur. pro Cecin. 291 a, Quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio non habes. pro Muren. 132 a, Agere cum aliquo ex syngrapha. pro Quint. 5 b, Agere ex sponso I. A. 263 b, Sed facile est bene agere cum ijs, à quibus etiam ta-centibus flagitari videamur.

¶ *Tracto, me gero.* pro Sest. 14 a, Præclarē cū ijs agimus, quos pacatos esse patimur. \* 2. de Glor. Apud eundem poëtā Aiax agit vt sepeliatur. Incer. Non se id egisse, vt diceret. At. 264 b, Quod tecum de eadem re agam sapius.

¶ *Promiscua: vbi adagia, inanis opera, aliud curandi & negligendi. Sunt formulæ certæ ætatis, viuendi, impellendi, & stimulandi: gratias agendi, tollendi, vexandi. Frustra conor frustra operam vtro, ludor.* de Amic. 112 a, Præposterus enim vtimur consilijs, & acta agimus, quæ vetamur veteri prouerbio. Attic. 136 a, Sed acta ne agamus, reliqua paremus. Attic. 153 a, Tu malle, inquit, actum, ne agas. Epistol. 254 a, Ita que facio me alias res agere, ne conitium Platonis audiam. pro S.R. 28 a, Vsq; eō animaduerti iudicēs cum iocari atque alias



alias res agere. Orat. 205 b, Ridiculum, cuius genera plura sunt, sed nunc aliud agimus. pro Cl. 55 b, Oppius aliud agens, & nihil huiusmodi cogitans. pro Flac. 154 b, Quiescant tigitur & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. de Orat. 147 b, Atqui, vides, inquit Antonius, cum alias res agamus, quam te inuiti audiamus, qui, &c. Tusc. 168 a, Virtutem necessariò gloria, etiam si id non agas, consequitur. Orat. 214, Quae sua sponte, etiam si id non agas, cadunt. de Clar. 186 a, Miror tam alias res agere populum, ut sit infans inter desertos locus. Tusc. 152 a, Nam & agere animam, & efflare dicimus. pro Quint. Rofc. 48 b, Eodem tempore & gestum, & animam ageres. Epist. 123 a, Quint. Hortensius, cum has literas scripsi, animam agebat. de Orat. 107 a, Agere vocem. pro Cec. 294 b, Neminem statu detrusum, qui non adhibita vi, manu demotis, & actus preceptis intelligatur. in Verr. 225 a, Agere diem festum: id est, celebrare. pro Archia 188 b, Hec studia adolescentiam agunt, id est, ducunt. de Senectut. 78 b, Si octuagesimum annum agerent. Tusc. 154 a, Agere ævum in cælo: id est, vivere. de Orat. 132 a, Afellum agas: id est, ducas. in Verr. 77 a, Agunt cum præcipitem poenæ: id est, impellunt. de Senectut. 78 b, Moderati senes tolerabilem agunt senectutem: id est, traducunt. Tusc. 229 a, Agere vinum diem bene vel malè ex præceptis sapientum: id est, vivere & traducere. in Verr. 270 a, & de Finib. 146 b, Agi in cruce: id est, tolli. Attic. 13 b, Agere gratias alicui nomine alicuius. Epist. 226 b, Nero meus mihi gratias apud me tibi gratias egit. \* Epist. 22 b, Egi omnes illos adolescentes, quos ille iactat.

**AGORIS**, ex affino variae vires agnoscuntur: transigor, procurator, curator. ad Heren. 21 a, Vires ex animo agi videatur. pro Sex. Rofc. 19 b, Aliud agitur nihil, nisi ut, & cæt. Epistol. 5 a, Hic quæ agantur, quæque acta sunt, ea te literis multorum cognoscere arbitror. de Or. 138 a, Sic omnia quæ fiunt, quæque aguntur accerrimè, lenioribus principiis natura ipsa prætexuit. Epist. 244 a, Marco Manneio imperavi, ut coacto in vnum locum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconium faceret: quod cum ab illo diligenter esset actum, ego in castra ad septimum calendarum Septembris veni. Epist. 1 a, Res agitur per eosdem creditores, per quos cum tu aderas, agebatur. \* Attic. 264 b, Permagna res agitur Attici. de Clar. 190 a, Qua de re agitur illud, quod multis locis in iurisconsultorum includitur formulis. pro Quint. 9 b, Si dupondius tuus ageretur. I. A. 261 b, Si principatus ageretur. de Fin. 64 b, Oratio præscribere primum debet, ut quibusdam in formulis, qua de re agatur ad Heren. 9 b, M. Drusus prætor vrbano quod cum hæredè mandati ageretur, iudicium reddit. de Amic. 107 b, In quibus amicorum voluntariis eorum aut caput agatur, aut fama.

¶ **TRACTOR**, habeor, accipior bene vel malè. de Am. 98 a, Cum illo quidem actum optimè est, mecum autem incommodius. in Verr. 162 b, Hæc cōditio fuit aratorum, ut secum præclare agi putarent, si vacuos agros Apronio tradere liceret. de Am. 79 b, Cum illo quis neget actum esse præclare? Epist. 50 a, Hæc temporibus non pessimè cum ijs esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare. Epist. 73 b, Ut optimè actum cum eo videatur esse, qui quàm leuissima poena ab hac repub. discesserit. in Verr. 174 a, & 173 b, Cum senserit populus istum, &c. intelliget secum actum esse pessimè. in Ant. 161 a, Secum malè actum putet. item, Malè enim mecum ageretur, si, &c. in Verrem 77 b, Qui hoc non perspicit, præclare nobiscum actum iri.

¶ **SYNTAXIS**. Id nobis agendum, vt. Agendum, ac faciendum. Suum negocium agere. In erarium agere cuniculos. Nihil agunt nisi extis: id est, nihil aggrediuntur. Animo forti rem agere. Agere & moliari. Quæ agit, moliatur cum labore. Ego mihi ipsi ista per quem agam, non habeo. Vehementer de re agere, grauiusque. Per se ipsum agere. Agere accuratè, diligenter. Nunc id ago, vt. Agere, tractareque dicendo. Hoffratim agere crimen. Non gladijs, sed litibus agere, ex iure ciuili, cum aliquo ex syngrapha, ex sponso. Præclare cū aliquo agere. Actum & acta agere. Alias res, aliud agere. Agere annum trigessimum, ætatem, ævum, iumentum. Agi præcipitem. Agere vinum diem bene. Agere & agi in cruce. Agere gratias. Ex animo agere. Quæ sunt, quæque aguntur accerrimè. Per creditores acta res. Cum illo optimè actum, incommodius, præclare, pessimè. Agere diem festum, animam.

\* **AGRAGIANVS**, a, um. Tusc. 241 a, Est ad portas Agragianas magna frequentia sepulchrorum.

**AGRARIVS**, a, um. ad agros pertinens. 2. ad Attic. Agraria facultas. 8. Fam. Cælij, Agraria lex Rullii. Attic. lib. 1, Agraria lex à Flauio Tribuno plebis vehementer agitabatur. ad Attic. lib. 1, Huic toti rationi agrariae Senatus obuersione. Offic. 2, Ob eamque causam aut agrariam rem tentant.

† **SYNTAXIS**. Agraria lex, ratio, res.

**AGRARIVS**, ij, agripeta. Agrarij, pro ijs, qui agros cupiebant, vt subuenirent sua inopia. in Catil. Qui agrarios concitare co-

natus est. 7. Phil. Non sollicitabit rursus agrarios \* Att. 18 a, Ego magna cum agrariorum gratia confirmabam omnium priuatorum possessiones. Attic. 263 b, Se, cum agrariorum mare transissent, literas missurum, quem in agrum deducerentur.

**SYNTAXIS**. Agrarios sollicitare, concitare.

**AGRESTIS**, ste. quod ad agros pertinet, rusticansum, incultum, asperum, syluestre: per translationem, durum, acerbum, inhumanum. Tusc. 243 b, Quæ barbaria India vastior, aut agrestior? contra R. 85 a, Ligures montani, duri & agrestes. in Ver. 253 b, Palmarum agrestium multitudo in Sicilia. pro Mur. 138 b, Aut in aliquo conuentu agrestium. de Orat. 87 b, Fera agrestis que vita. Part. 237 b, Genus hominum indotum & agreste. de Offic. 26, Agrestis & inhumana negligentia. de Orat. 87 b, Rustica vox & agrestis. pro Mil. 108 a, Scruui agrestes & barbari. de Sen. 87 a, Agrestis & furiosus dominus. de Orat. 94 b, Quidam vultu motuque corporis vasti atque agrestes. Attic. 202 a, Exulto enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est. de Orat. 64 a, A principio clamare, agreste quiddam est. \* de Leg. 177 a, Quibus mysterijs, ex agresti immani que vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus.

† **SYNTAXIS**. Durus, & agrestis. Fera, & agrestis vita. Indotus, & agrestis. Agrestis, & inhumana negligentia. Rustica vox, & agrestis. Homo agrestis, & furiosus. Vultu, motuque corporis vastus, & agrestis. Clamare, agreste quiddam est.

**AGRICOLA**, æ, agri cultor. pro Deiot. 184 b, Deiotarus diligentissimus agricola, & pecuarius habebatur. de Orat. 112 a, Si de rusticis rebus agricola quispiam disertè dixerit. pro S. R. 25 b, Qui suos filios agricolas assiduos esse cupiunt. pro S. R. 34 a, At ego agricola & rusticus, &c. \* Hort. Segetes agricolæ subigunt aratris multò antè quàm serant.

† **SYNTAXIS**. Assiduus agricola. Agricola, & rusticus.

**AGRICULTURA**, æ, cultura agri, cultio agri. de Or. 109 b, Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit. Off. 30 b, Omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. de Or. 106 b, Libri Magonis Carthaginensis de agricultura. de Fin. 90 b, Quinetiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus versatur, nominibus notauit nouis.

\* **AGRIGENTINVS**, a, um. I. V. 133 b.

\* **AGRIGENTVM**, i, vrbs Sicilia. I. V. 121 b.

**AGRIPETA**, æ, agri competitor, agrarius. de N. 15 b, In Samum pater Epicuri Neocles agripeta venerat. Attic. 250 b, Agripetas cictos à Buthrotijs. ibid. Agripetas Buthroti concisos audio.

\* **AGYRINENSIS**, e. I. V. 157 b, Agyrinensis agr. I. V. 162 a, Agyrinensis populus, Agyrinensis ciuitas.

\* **AGYRIVM**, ij, oppidum Sicilia. I. V. 162 a.

**AH**, exclamantis inmeritio. de Orat. 135 a, Ah inquit, patres conscripti, non ego mihi illum iniquum ciro, verum omnibus.

\* **AIAIX**, cis, tragœdia de Aiace. Offic. 23 a, Non sæpe Aesopos Aiacem.

**AIN**. Attic. 88 a, Ain tu? & 91 b, Ain tandem? de Legibus 186 b, Ain tan dem etiam à Stoicis ista tractata sunt? Or. 211 a, Ain, pro ais' ne.

**AIO**, ais, affirmo, dico, loquor. (nego. de Diuinat. 123 a, Quid ergò, Aius iste quando cum nemo nòrat, aiebat & loquebatur, &c. posteaquam & sedem, & aram inuenit, obmutuit. de D. 132 b,

Aio te Aecida Romanos vincere posse.

ta, & exaggerata oratio. Magnus & altus vir. Alta præditus men-  
te. Altus & excellens. Altus & excelsus.*

ALTVS, a, um. *educatus.* de Nat. 49 b, Vapores, quibus altæ  
renouatæque stellæ, atque omnis æther, refundunt eosdē.  
pro Planc. 276 b, Locus ille mutus, vbi quisque altus aut  
doctus est. de Clar. 168 a, Vrbs in qua nata & alta est elo-  
quentia. Epist. 79 a, In ea vrbe es, vbi nata & alta est ratio &  
vitæ moderatio.

ALVEARIVM, rij. *apum cubile.* Oecon. 3, Apes in aluearium  
concesserunt.

ALVEOLVS, li. *tabula in qua tesseri & talis luditur.* de Fin. 138  
a, Et cum re nulla impediatur necessaria, aut alueolum  
poscere, aut quærere quæmpiam ludum.

ALVEVS, uci. *vas amplū, quo in balneis utebantur.* pro Cæl. 52  
a, Ex quibus requiram quonam modo latuerint, alucūs-  
ne ille, an equus Troianus fuerit qui tot viros tulerit ac  
texit, ad Heren. 27 a, Deinde vbi visum, in alueum de-  
scendit.

ALVMNVS, a, um. *qui alit, quique alitur: fautor, procurator, disci-  
pulus.* de Cla. 168 a, Eloquentia bene constitutæ ciuitatis,  
quasi alumna quædam. I. A. 210 b, Ego itaque pacis, vt ita  
dicam, alumnus, &c. de Fin. 122 b, Arist. cæteri que Platonis  
alumni. Epist. 133 a, Aliquis quasi alumnus disciplinæ alicuius,  
qui quantuscunque sum, sine pace ciuili certè non  
fuissem. de Diu. 83 a,

*Vos quoque signa videtis aquæ dulcis alumnae,*  
de Fin. 112 a, Quid ait Aristoteles, reliquique Platonis alum-  
ni? se omnia, quæ secundum naturam sint, bona appellare,  
quæ autem cõtrà, mala. Vidēsne igitur Zenonem, &c. cum  
Aristotele & illis re consentire, verbis discrepare? Ep. 133 a,  
Te iuuenem Consulem florere laudibus quasi alumnus  
disciplinæ meæ.

† *Syntaxis.* *Eloquentia ciuitatis alumna. Pacis vir alumnus. Pla-  
tonis alumnus: id est, discipuli. Disciplinæ alicuius alumnus. Aqua  
dulcis alumna.*

ALVVS, ui. *venter, intestina, vterus.* de Nat. 53 b, & 21 a, Aluus  
subiecta stomacho, cibi & potionis est receptaculum: est  
autem multiplex & tortuosa. pro Clu. 24 b, Spes illa quam  
mulier in aluo commendatam à viro continebat. de D. 88  
b, Cum mater prægnans Dionysium aluo contineret. de  
N. 71 a, Aesculapius primus purgationem alui, dentisque  
euulsionem inuenit. de N. 51 a, Vomitione canis purgare  
aluos ibes Aegyptiæ curant.

† *Syntaxis.* *Aluus multiplex, ac tortuosa. In aluo mulier spem ha-  
bet. Mater aluo filium continet. Alui purgatio.*

ALYZI, æ. *vrbs.* Epist. 257.

AMABILIS, le. *quod dignum est amari, dulce, suauē.* Attic. 78 b,  
Filiolam tuam amo, & amabilem esse certò scio. Ep. 175 a,  
Mihî autem nihil amabilius officio tuo. de Nat. 25 a, Nihil  
est virtute amabilius. Att. 261 b. & 188 b, & 252 b, Nihil iu-  
cundius literis Sexti, nihil amabilius. Part. 231 b, Oratio  
quæ significat oratoris ipsius amabiles mores. \* Ep. 104 b,  
amabilior mihi Velia fuit, quòd te ab ea sensu amari. Epist.  
133 b, Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil ama-  
bilius. Ep. 150 a, Placi. Amabilius certè nihil facere potuisses.

AMABILITER, animo amico, suauiter, humaniter. Attic. 228 b,  
Sed mehercle si humaniter & sapienter & amabiliter in me  
cogitare vis, facilem te procedè præbebis, M. Antonij.

† *Syntaxis.* *In aliquo homine cogitare amabiliter, sapienter, hu-  
maniter.*

AMABO, si me amas, rogantis est. Att. 23 b, Cura, amabo te, Ci-  
ceronem nostrum. At. 24 b, & 27 a, Cura, amabo te, vt cum  
Ticinio transigas. Epist. 110 a, Vrbanitatis possessionem, a-  
mabo, quibusuis interdictis defendamus. Attic. 47. Nostra  
autem negocia, quoniam Romæ commoraris, amabo te,  
explica. Att. 98 b, & Qujn. fr. 305 a, Expecta, amabo te, dum

Atticum conueniam. Epist. 21 b, Sed amabo te, cura ac co-  
gita nihil noui. Ep. 116 a, & 354 a, Amabo te, si quid, quod  
opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. Attic. 77 a,  
Amabo te, incumbe in eam rem.

† *Syntaxis.* *Cura, amabo te. Amabo absolute. Amabo te, si, &c. In  
principio.*

AMALTHEA, vel Amalthion, vocat Cic. Attici bibliothecæ, pro-  
pter variam & magnam bonorum librorum copiam: quasi dicat  
copie cornu. nam præterquam quòd Amalthea Ionem nutrisse fer-  
tur, Amaltheam cornu habuisse tradunt miræ naturæ, vt quem  
quis siue potum expetisset, siue cibum, sine vlllo omnino labore eius  
compos fieret. non mirum igitur, si Cicero Attici sui bibliothecam  
tam variè copiosèq; instructam, Amaltheam appellauit. Att. 22 a,  
Amalthea mea te expectat, & indiget tui. & 13 b, Velim ad  
me scribas cuiusmodi sit ἀμαλθηῶν tuum, quo ornatum, qua  
τοπεθεσία, & quæ poemata, quasque historias de ἀμαλθηῶν  
habes, ad me mittas. \* Att. 7 a, Cæsis apud Amaltheam tuam  
victimis. & 27 a, De Amalthea quod me admones, non ne-  
gigemus.

AMANDATIO, onis. *reiectio, relegatio.* pro Sex. Rosc. 25 b, Ta-  
men ne hæc vita rusticana relegatio atque amandatio ap-  
pellabitur?

AMANDATVS, a, um. *reiectus.* pro Dom. 226 a, Tullio expul-  
so, Catone amandato. Postquam 200 b, Re quidem infra  
omnes mortuos amandatus esset.

AMANDOS, as. *ablego, remoueo, relego, dimitto, mando.* I. V. 249 b,  
Amandat hominem quòd Lilybeum. de Nat. 54 b, Sic natu-  
ra res similes procul amandauit à sensibus. pro Sex. Rosc.  
25 a, An amandarat hunc sic, vt esset in agro, ac tantum-  
modo aleretur ad villam?

† *Syntaxis.* *Vita rusticana non est relegatio, nec amandatio. A-  
mandato Catone, Tullio expulso. Quòd amandus hominem? Aman-  
dare procul à sensibus.*

AMANDVS, a, um. *colendus.* pro Dom. 226 a, Hunc modò a-  
mandum esse. \* Ep. 134 a, Quòd tu ipse tam amandus es,  
tamque dulcis, tamque in omni genere iucundus,

AMANIENSIS, Amani accola. Ep. 23 b, Cum meis copijs  
omnibus vexauî Amanienfes, hostes sempiternos.

AMANS, amantior, amantissimus. *diligens, obseruans, cupidus,  
studiosus, gratus, fautor.* pro R. P. 129 b, Equitem Romanū  
veterem amicum suum, studiosum, amantem, obseruantem  
sui, labentem excepit. Ep. 71 a, Me, lenissimis & aman-  
tissimis verbis vtens, re grauitur accusas. Attic. 118 a, Gallus  
Fabius amantissimus vtriusque nostrum. I. C. 118 b, Frater  
carissimus atque amantissimus. Quint. frat. 292 b, Si quem  
fortè tu cognouisti amantiorem quàm temporis. Attic.  
354 a, Cuius amans patriæ. Epist. 257 a, Ad nos tui amantis-  
simos veni. Tusc. 214 b, Aliud est, esse amatorem: aliud,  
amantem. pro Clu. 20 a, Quo enim fuit ipsum nomen a-  
mantius, indulgentiusque maternum, hoc, &c. \* Ep. 5 a, Ne-  
que prudentiorem quenquam ex tuis, neque fide maiore  
esse iudico, neque amantiorem tui. Epist. 8 b, Neque vllum  
officium erga te hominis amantissimi, prudentissimi, dili-  
gentissimi, prætermisit. Ep. 18 a, Nisi meis puer olim fidelis-  
simus atque amantissimis consilijs paruissis. Ep. 55 a, Fra-  
ter amantissimus mei. Ep. 66 b, Hoc existimas, neminem  
te tui amantiore habere. Ep. 128 b, Homines, vt cognouit,  
amantes tui. Ep. 141 b, Monco te, vt cum viris bonis, iucun-  
dis, amantibus tui, viuas. Ep. 179 a, Habes amantissimum  
Seruiliū. Ep. 180 b, Maij. Qui me parū patriæ amantem  
esse existimant. At. 3 b, Omni virtute officioque ornatis-  
simum, tuique & sua sponte, & meo sermone amantem, af-  
finem, amicumque amiferis. Att. 43 a, Vt illum Q. fratrem  
amantissimum mei mollissimo animo, tanto in incertore  
aspicerem.

† *Syntaxis.* *Studiosus, amicus, amans, obseruans. Verba lenissima,  
& amantissima. Charissimus & amantissimus.*

AMANTER, per amantem, studiosè. Attic. 24 b, Valde hoc velim  
amanter diligenterque, conficias. Epist. 74 a, Literæ tuæ, qui-  
bus expectatum meum aduentum abs te amanter vide-  
bam. Quint. frat. 327 b, Nihil fuit faciendum istorum, quæ  
amantissimè cogitata sunt. Att. 88 b, Dein de me obsecras  
amantissimè, ne, &c. de Am. 95 b, Coniunctissimè & aman-  
tissimè viuere cum aliquo.

† *Syntaxis.* *Amanter aliquid diligenterque, conficere. Expectare a-  
mici aduentum amanter. Maternum nomen amantius, indulgen-  
tiusque. Amanter obsecrare, cogitare. Vinere cum aliquo coniunctis-  
simè, & amantissimè.*

AMANTIATIA, vrbs. I. A. 236 a.

AMANVS, ni. *mons.* At. 79 a, Amanus Syriam è Cilicia aqua-  
rū diuortio diuidit. Ep. 23 a, \* Ad Amanū exercitū adduxi,  
ibid. Cum venissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bi-  
bulo communis est, diuisus aquarum diuortijs.

AMARVS, a, um. *amarior proprie sapore præditū dulci aduer-  
so: translatio morosum, calamitosum, insuauē.* de N. 65 b, Ani-  
mal sentit calida & frigida, dulcia & amara. de Finib. 72 b,



Sensus iudicat dulce, amarum, &c. pro Cluent. 32. Itaq; minime amarum is visus est. Att. 236 a, Amariorem me senectus facit, stomacho omnia. ad Her. 28 b, Amari iucundum est, si curetur ne quid insit amari.

† Syntaxis. *Amarum facit senectus hominem.*

**A M A T O R**, oris. cultor, observator, amicus. I. V. 181 a, Alba tuus non solum amicus, sed etiam amator. Tuf. 214 b, Aliud est, esse amatorem: aliud, amantem. Postquam 206 b, Aliter à me Catilinam amatorem suum reposcebat. de N. 71 a, Amatores puerorum. Q. Catulus, & Alcæus poeta. pro Cæl. 47 b, Vtrum hic tibi aduler et amator videtur? de Vn. 204 a, Qui sapientiæ amatorem se profitetur. de Clar. 170 a, Amatores Catoni desunt sicuti multis iam antè seculis Thucydidi. Attic. 20 b, L. Papyrius Pætus vir bonus, & amator noster \* Ep. 134 b, Senatusconsulta scribuntur apud amatorem tuum, familiarem meum.

† Syntaxis. *Non solum amicus, sed amator: in malam partem. Sapientia amator: in optimam partem. Vir bonus, & amator noster, in bonam partem. Vox ergo anceps.*

**A M A T O R I E**, amatorum more. I. A. 165 a, Ep. amatorie scripta.

**A M A T O R I V S**, a, um. quod ad amorem pertinet, quod ad amorem allicit. Tufcul. 225 a, Anacreontis tota poësis est amatoria. & 225 a, Amatoria voluptas. & 206 a, Amatorius sermo. Att. 144 b, *ὅς τις ἐρωτικός.* \* de Fin. 61 b, Amatorijs leuitatibus dediti.

† Syntaxis. *Amatorie scribere. Poësis amatoria, voluptas, sermo.*

**A M B I G E N D I**, dubitandi, vel dubium faciendi. de Or. 153. Omnis res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri & disceptari solet, siue, &c.

**A M B I G O**, is. dubio, cõtendo, discepto. de Inu. 567 b, Ambigunt agnati cum eo qui est secundus hæres. de Inuent. 70 a, Si plures ambigent, &c. Top. 224 a, Ambigere de aliqua re. de Fin. 64 b, Vt inter eos qui ambigunt, conueniat quid sit id, de quo agatur.

**A M B I G O R**, ris. in controuersiam venio, adducor, expendor. de Or. 118 b, Quæ causæ propter scriptum ambiguntur. I. V. 100 a, Si de hæreditate ambigitur. pro Cec. 288 b, Fundus de quo ambigitur, &c. de Or. 106 a, In eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos, non est difficile, &c. de Orat. 118 a, Nihil est enim quod inter homines ambigatur, in quo, &c. Or. 208 a, Nihil ambigi potest, in quo non, &c. Orat. 208 b, Nisi cum de vero ambigitur, quod quæri coniectura solet. de Or. 118 b, Ex contrarijs scriptis, si quid ambigitur.

† Syntaxis. *Ambigere cum aliquo. Id naturam habet ambigendi. De hoc ambigo. Hoc inter nos ambigitur. Hoc non ambigi potest: id est, non trahi in dubium.*

**A M B I G V E**, dubie. Or. 207 a, Ambiguè dicta diuidere & explanare oportet. de N. 18 a, Ambiguè loqui. de Orat. 96 b, Ambiguè scriptum aut contrariè. pro Cec. 300 b, Verbum ambiguè positum.

**A M B I G V I T A S**, tis. amphibologia, anceps, dubia, incerta, multiplex verborum potestas. Part. 231 b, Obscurum autem aut longitudine, aut contractione orationis, aut ambiguitate, aut inflexione atque immutatione verborum de Inu. 56 b, Sed nobis ambiguitate nominis videtur errare. L. A M P H I B O L O G I A.

**A M B I G V V S**, a, um. anceps, dubius, incertus, multiplex. de Orat. 118 b, Ambiguorum complura sunt genera, quæ, &c. de Orat. 118 a, Statim occurrit animo quæ sit causa ambigui. Top. 227 a, Ambiguum est, cum duæ differentes sententiæ accipi possunt. Orat. 208 a, Nam si quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis, genus est quoddam ambigui, quod ex præterito verbo fieri solet: in quo, quod est ambiguorum proprium, res duas significari videmus. Ep. 175 a, Ego tamen non habui ambiguum, & statim. &c. id est, non dubitavi. de Cla. 178 a, Rem ambiguam distinguere. de Orat. 132 a, Ex ambiguo dicta vel argutissima putantur. de Or. 206 a, Verba ambigua distinguere. de D. 104 b, Oraculis, quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt. Tuf. 194 b, Vt effugiam nomen ambiguum inuidiæ. de Diu. 132 a, Oracula partim flexiliosa & obscura, partim ambigua, & quæ ad dialecticum referenda sint. ad Her. 41 a, Ambigua quemadmodum vitanda sunt, quæ obscuram reddunt orationem: ita hæc consequenda, quæ consueverunt huiusmodi significationem: ea reperientur, si nouerimus verborum accipere aut multiplices significationes. Top. 229 a, Id autem contingit, cum scriptum ambiguum est, & duæ differentes sententiæ accipi possunt.

† Syntaxis. *Non habeo ambiguum: id est, non dubito. Rem ambiguam distinguere. Ex ambiguo dicta argutissima. Obscurum, ambiguum oraculum. Inuidia nomen ambiguum.*

**A M B I O**, bis. circumueo, prensor. Att. 56 a, Clodius vicatim ambire, seruis aperte spem libertatis ostendere. de Vn. 200 a, Vt terram lunæ cursus proximè ambiret. I. A. 234 b, Quod si comitia placet in senatu haberi, petamus, ambiamus: ta-

bula modò noua detur nobis, sicut populo data est.

**A M B I O R**, ris. prensor circumuentus. pro Planc. 260 b, Populus facit eos, à quibus est maximè ambitus.

† Syntaxis. *Ambire vicatim. Lunæ cursus terram ambit. Populus ab illo ambitus.*

**A M B I T I O**, nis. ambitus, studium cupiditatisq; honorum, conciliatio gratiæ & amicorum. I. V. 135 a, Vt studia cupiditatesque honorum ambitionesq; ex omnibus ciuitatibus tolleret. de Cla. 187 a, Non puto existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis. Tusc. 188 b, Quid de nostris ambitionibus? quid de cupiditate honorum loquar? Offic. 17 b, Miserrima est omnino ambitio, honorumq; cõtentio, de qua præclare apud eundem est Platonem. pro Mur. 141 a, Hæc siue ambitio est, siue liberalitas, &c. I. A. 234 b, L. Cæsar comitia & ambitionem introduxit in senatū. pro Mil. 109 b, Scio enim quàm timida sit ambitio, quantaq; & quàm sollicita cupiditas consulatus. in Sal. 273 a, Non dico hæc popularem ambitionem, sed illam perniciosam contra leges. At. 14 b, Me ambitio quædam ad honorum studium duxit. Att. 1 b, Domitius, in quo vno maximè ambitio nostra nititur. Qu. fr. 291 b, Præsertim cum ij mores ad nimiam ambitionem incubuerint. \* Ep. 218 a, Neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam veritate.

† Syntaxis. *Ambitione labi. Ambitio, honorum contentio. Timida ambitio, popularis, contra leges, perniciofa. In illo nititur nostra ambitio. Hi mores ad nimiam incumbunt ambitionem.*

**A M B I T I O S U S**, & ambitiosus, cum ambitione. Epist. 35 b, Cum in isto genere multo etiam ambitiosus facere soleat, quàm honos meus & dignitas postulat. Att. 238 a, Petiuit à me, vt eius orationem ne ambitiosè corrigere.

† Syntaxis. *Ambitiosè facere in aliqua re.*

**A M B I T I O S V S**, a, um. ambitionis plenus. Att. 16 a, Illæ ambitiosæ nostræ fucosæq; amicitia sunt in quodam splendore fonsis. in Sal. 273 a, In honoribus petendis nimis ambitiosus. pro Mur. 128 b, Ambitiosus imperator. Quint. fr. 300 a, Ne forte me in Græcos tam ambitiosum factum esse mirère. pro Fla. 155 a, Qui ita ambitiosus, vt omnes nos quotidie persalutat.

† Syntaxis. *Ambitiosa, fucosaque amicitia. Ambitiosus quotidie persalutat.*

**A M B I T V S**, tus. conuersio, circumsis, orbis. Top. 222 b, Qu. Scæuola id solum esse ambitus ædium dixit, quantum parietis communis tegendi causa rectum proiiceretur. de Vn. 200 b, Cum se octo ambitus cõfessis suis cursibus ad idem caput retulerint. de Nat. 35 b, Stellarum rotundi ambitus. de Vn. 200 a, Secundus supra terram ambitus. de Vn. 199 b, Sic animus extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circumuecit. \* de Vniu. 203 a, Itemq; in eo influente atque effluente animo diuino ambitus illigabant.

† Syntaxis. *Domus ambitus. Rotundi stellarum ambitus. Circumuecit animus cælum rotundo ambitu.*

**A M B I T I O**, ambitio, ambitionis crimen. pro Mur. 124 b, M. Cicero legis ambitus lator. Quint. frat. 312 a, S. C. factum est de ambitu in Afranij sententiam. pro Clu. 41 a, Iudicium ambitus. de Or. 118 a, Raro illud datur, vt possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione seiuungere. Epist. 175 b, Sed is ambitus extat, vt omnia pertimescam, & totam Lamia petitionem mihi sustinendam putem. Quint. fr. 316 b, Ambitus redit immanis, nunquam fuit par. \* Ep. 43 a, De ambitu verò quid interest, inquires, an de maiestate? Ad rē nihil. Alterum enim non atigisti, alterū auxisti. ib. Ambitus verò ita apertam vim habet, vt aut accusetur improbè, aut defendatur. pro C. Cor. 1. Cum ambitum populus Rom. videret. pro Mur. 140 a, Ambitum accusas. Non defendo. ibid. Puniri ambitum.

**A M B I T I O**, circumsis orationis seu verborum. de Or. 160 a, Ille quasi verborum ambitus: sic enim has orationis conuersiones Græci vocant. de Clar. 179 a, Comprehensio & ambitus ille verborum, si sic periodū appellari placet, erat apud illum contractus & breuis. Or. 200 a, Arguti certiq; & circumscripti verborum ambitus Or. 213 a, Meæ aures perfectò completoq; verborū ambitu gaudent. \* de Or. 217 a, Circumsis orationis, quem Græci περιόδου, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus.

† Syntaxis. *Periodus, comprehensio, & ambitus verborum. Arguti, certi, circumscripti verborum ambitus: insuper completus, perfectus.*

**A M B O**, orum. vterque, duo. de D. 95 a, Quorum amborum generum vna ratio est. Att. 89 b, Sumus enim ambio curiosi. de Cl. 171 b, De ipsius Scipionis & Lælij ingenio ea iam est laus, vt plurimum tribuatur ambobus. Att. 131 b, Epistolæ duæ prid. Cal. ambæ datæ. de N. 61 b, Idè obtutus amborum oculorum. Epist. 132 a, Hos igitur ambos tibi commendo. Epist. 64 b, Quos ego ambos vnicè diligo. ad Heren. 35 b



Horum amborum generum exempla subiiciemus. Orat. 198 b, Vicinus amborum, in neutro excellens, vtriusque particeps.

† Syntaxis. *Epistola duæ Cal. ambæ datæ.*

AMBRACIA, vrbs in Epyro ad mare. I. P. 99 a, Ambraciæ sedens. & ad Brutum: Ambraciam ducere equites per Thefaliam Bruti.

AMBRACIOTA, qui ex vrbe Ambracia. Tusculan. 166 a, Calimachi quidem epigramma, in Ambraciotam Cleombrotum est.

AMBROSIA, siz. herba & cibus deorum. de Orat. 130 b, Præsertim cum ita dicat ipse, vt ambrosia alendus esse videatur. Tuscul. 161 b, Non enim ambrosia aut nectare deos lætari arbor.

AMBVLANS, tis. deambulans. de Cl. 182 a, Adolescens delicatus in littore ambulans. de Or. 155 a, M. Manlium nos etiã vidimus tranuerso ambulante foro.

AMBVLATIO, onis. Ipsa ambulandi actio. de Orat. 87 a, Postero autem die cum illi maiores natu satis quiescent, in ambulationem ventum esse dicebat, tum Scæuolam duobus spacijs tribusve factis dixisse, &c. de Finib. 114 a, Constituimus inter nos, vt ambulationem in Academia conficeremus. Attic. 24 b, Sed hæc ambulationibus compatiitij referemus. \* de Orat. 154 a, Non est paucorum libellorum hoc munus, &c. neque Tusculani, atque huius anteaambulationis antemeridianæ, aut nostræ pomeridianæ sessionis.

¶ Locus ipse, & ambulacrum. pro Dom. 237 b, Ibi enim postis est, vbi aditus templi est, & valvæ ambulationis. Attic. 60 b, & 61 a, Nosstram ambulationem velim, cum poteris, inuisas. Quin. fr. 3 18 a, Nihil ei restabat præter balnearia & ambulationem & auarium. Quin. fr. 3 19 a, Edera conuestiuit quã basim villæ, quã intercolumnia ambulationis.

AMBVLATIVCVLA, læ. At. 214 a, \* Tecta igitur ambulatiuncula addenda est, quam vt tantam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, propè dimidio minoris constabit isto loco. Epist. 24 b, Cum vna mehercule ambulatiuncula atque vno sermone nostro omnes fructus prouinciæ non confero.

† Syntaxis. *Venire in ambulationem. Conficere ambulationem. Compitalitiæ ambulationes.*

AMBULO, as. vado, eo, iter facio, deambulo, inambulo, contendo, decurro, pedibus peragro, vel oboeo. Att. 137 a, Si enim rectè ambulauit qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit de Fin. 88 a, Xerxes tantis classibus Hellestonto iuncto Atho quæ perfosso mari ambulauit, terramque nauigauit. Acad. 13 b, Ambulare cum aliquo. de Orat. 114 a, Ambulare in Sole. Attic. 98 a, Sed vt philosophi ambulant, has tibi reddidit iri putabam prius. Attic. 132 a, Eo autem modo ambulat Cæsar, & ijs diarijs militum celeritatem incitat, vt timeam ne citius ad Brundisium, quàm opus sit, accesserit. pro Quint. 14 b, Triduo septingenta millia passuum ambulare.

† Syntaxis. *Reffè tabellarius ambulauit. Maria ambulare. In Sole ambulare. Cæsar ambulat eo modo, vt id est, contendit. Tranuerso foro ambulare.*

AMBURORIS, circumuro, pro Mil. 118 b, Vt Clodius sine exquiris ambureretur.

AMBUSTVS, a, um. circumustus, adustus. I. V. 90, Hic fociorum ambustus incendio tamen ex illa flamma periculo quæ euolauit. pro Dom. 236 a, & de Ar. 224 a, Qui ambustas fortunarum mearum reliquias domos suas cõportarent. pro Sest. Hercules corpus ambustum, pro Mil. 103 b, Huius ambusti Tribuni pl. illæ intermortuæ conciones.

† Syntaxis. *Ambustæ fortunarum reliquie.*

AMENS, tis. & sismus. mente motus, perturbatus. pro Sex. Rosc. 25 a, Pater igitur amens, qui odisset filium sine causa. Orat. 219 a, Incurristi amens in colūnas. I. A. 201 b, Homo amentissimus, atque omnibus consilij præceps ac deuius. I. P. 83 b, Cum tu õ vecors atque amens complexus es illud functum animal, &c. pro Flac. 166 a, Quem posthac tam amentem fore putatis? qui, &c.

† Syntaxis. *Homo amens, & consilio præceps, ac deuius. Vecors, & amens.*

AMENTVS, a, um. amentis: id est, loris ligatum, ad acrius iaculandum & feriendum. de Orat. 102 a, Amentatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratoris lacertis viribus quæ torque. de Cla. 189 b, Vt hastæ velicibus amentatæ traduntur, sic argumenta, &c.

† Syntaxis. *In epibeto. Hastas amentatas accipere, tradere.*

AMENTIA, tiæ. insania. Tusc. 192 a, Amentia est animi affectio, lumine mentis carens. I. C. 109 b, Mens sana configit cum amentia. Antequã 195 b, Ego inimicorũ ametiæ paucorum omnium salutis causa decedam. de Arusp. 254 a, Hanc ob amentiam arreptus est vnus ex patricijs, cui, &c. \* con. C. Anton. Qua amentia inductus sit.

† Syntaxis. *Amentia alicuius decedere.*

AMERIA, æ. municipium. pro S. Rosc. 21 b.

AMERINVS, a, um. pro S. Rosc. 20 b.

AMICA, cæ. impudica, amata mulier. I. A. 171 b, Mater amicam filij tanquam nurum sequebatur. Attic. 164 b, Hic tamen Citherida secum lætica aperta portat, altera vxorem, septem præterea coniunctæ læticae amicarum. de Di. 138 a, Alcibiades amicae amictus amiculo.

AMICE, beneuolè. Offic. 19 a, Viuere simpliciter, fideliter, vitæque; hominum amicè. I. V. 59 b, Familiarissimè & amicissimè viuere cum aliquo. de Finib. 59 b, Amicè & beneuolè fecisti. de Amic. 97 a, & pro Planc. 274 b, Tu autem, quod mihi tantum tribuis, &c. facis amicè. Part. 232 a, Vt amicè, vt intelligenter, vt attentè audiamus. \* Ep. 84 b, Me amicissimè quotidie magis Cæsar amplectitur. & 248 a, Quod amicissimè scribis. Attic. 159 a, Quod dein me mones, & amicè & prudenter me mones.

† Syntaxis. *Vitæ hominum amicè viuere. Simpliciter, fideliter, amicè, & beneuolè facere. Amicè, familiariterque; Amicè, intelligenter & attentè audire.*

AMICITIA, tiæ. beneuolentiæ coniunctio, familiaritas, necessitudo, charitas, amor, beneuolentiæ magnitudo, beneuolentiæ charitas. de Inuent. 83 a, Amicitia, voluntas erga aliquem, rerum bonarum illius ipsius causa, quem diligit, cum eius pari voluntate. I. de Finib. Amicitia claudicare videtur. pro Qu. Si amicitia veritate colitur, qui amicum prodit, vanus sit necesse est. I. de Leg. Amicitia per se colenda est. I. de Fin. Amicitia cum voluptate connectitur. Pro Domo sua, Amicitia Consularis. pro Cluent. Mihi cum viris fortibus, qui Censores proximè fuerunt, ambobus est amicitia. pro Planc. Amicitia inter ingratos esse non potest. 2. de Inuent. Expectanda amicitia. de Pet. Consulat. Amicitia firma & perpetua. I. de Nat. d. Charitas & amicitia hominum gratuita est. Offic. I. Estque ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit. 2. de Finib. Pyledæa amicitia. ibid. Quæ sita amicitia vtilitatis causa. 2. de Inuent. Amicitia finis quid sit. 15. Fam. Amicitia fores aperiantur. I. de Finib. Institutionem amicitia omnino non posse reperiri. pro Planc. Vetus est lex illa iustæ veræque amicitia, quæ mihi iamdiu cum illo est, vt idem amici semper velint: nec est vllum certius amicitia vinculum, quàm consensus & societas consiliorum & voluntatum. de Amic. 104 b, Hæc igitur prima lex amicitia fanciatur, vt ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus. 2. de Finib. Amicitia locus vbi esse potest, vt quis amicus esse cuiquam, quem non ipsum amet propter ipsum? I. de N. Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitia nomen est ductum: quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quædam vtilitatum suarum. pro Domo sua, Quod enim par amicitia Consularis fuit vnquam in hac ciuitate coniunctus, quàm fuimus inter nos. ego & Cn. Pompeius. I. de Finib. Amicitia præsidium firmissimum. ibid. Amicitia rationem impediri, si summum bonum in voluptate ponatur. I. de Finib. Vacillat stabilitas amicitia. I. de Leg. Amicitia ea est vis, vt simulatque sibi aliquid quàm alteri maluerit, nulla sit. 3. Offic. Admiratus eorum fidem tyrannus petiuit vt se ad amicitiam tertium adseriberent in Brut. Quum Crassus initio ætatis ad amicitiam se meam contulisset. 7. Fam. Amicitia alicuius confirmare. 2. de Finib. 126 a, Si vtilitas amicitiam constituet, tollet eadem. 2. de Finib. Amicitiam diuelli à voluptate non posse. ibid. Amicitiam euertere funditus. 3. Fam. Amicitiam gerere. pro Deiot. Iungere consuetudinem & amicitiam cum aliquo. 2. de Finib. Amicitiam si metiare sua charitate, nihil est præstantius. pro Planc. Officiosam amicitiam nomine inquinans criminoso. 2. de Inuent. Amicitiam petere propter vtilitatem. I. de Finib. Tueri amicitiam. in Læl. Vocare amicitiam ad calculos. pro Quint. Ab amicitia afflictæ transfugere. Ep. 38 a, Sunt de amicitia gerenda præclarissimè scripti libri. pro Mur. 125 b, Cum graue est verè accusari in amicitia, tum etiam si falsò accuseris non est negligendum, de Leg. 162 b, In amicitia illud efficitur, quod quibusdam incredibile videtur: est autem necessarium, vt nihil sese plus, quàm alterum diligit. Tusc. q. lib. 3. Ne optandum quidem est in amicitia, vt me ille plus quàm se amet, ego illum plus quàm me: perturbatio vitæ, si ita sit, atque officiorum omnium consequatur. Offic. I. In amicitia vult Pythagoras, vt vnus fiat ex pluribus. de Vniu. 197 b, Mundus ipse concordia quadam amicitia & charitate complectitur. de Finib. 62 b, Omnium rerum, quas ad beatè viuendum sapientia comparauerit, nihil est maius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius, &c. pro Rosc. Amer. Amicitia cur comparatæ. Partit. 237 b, Amicitia amore & charitate cernuntur. & de Finib. Tantum abest vt amicitia propter indigentiam colantur.



de Finib. lib. 1. Amicitia non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis, quam sibi, iuxta Epicureos. pro Cluent. Amicitia similitudine facile iunguntur. 2. de Finib. Mediocres amicitia. 2. de Inuen. Amicitia profecta ab nostro beneficio. 1. de Finib. Instituendarum amicitiarum consuetudo. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. Amicitiarum proditiones. 1. de Finib. 102 a, Ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus. 7. ad Attic. Tu soles conglutinare amicitias testimonijs tuis. pro Cluent. Ad coniungendas amicitias quantam vim habeat studiorum ac naturæ similitudo, scitis omnes. Offic. 1. Amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissiuere, quam repente præcidere. pro. R. P. 126 b, Nec me pœniteat mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. pro Deiot. Iungere amicitias & consuetudines cum aliquo. pro Planc. Repudiare amicitias gratiosorum. 2. de Finib. In amicitijs tuendis quamuis comis fuerit Epicurus, non satis acutus fuit. ibid. In amicitijs fideles. 1. ad Attic. Amicitijs nouis implicati. pro Planc. 266 b, Quæ potest esse vitæ iucunditas, sublatis amicitijs: quæ porro amicitia potest esse inter ingratos? \* pro A. Gabin. Cùm omnes amicitias tuendas semper putauis, tum eas maximè, quæ essent ex inimicitijs reuocatae in gratiã, propterea quòd integris amicitijs, &c. Postquam 198 b, Amicitia, consuetudines, &c. quid habent voluptatis, carendo magis intellexi quam fruendo. de Amic. 95 b, Exposuit nobis sermonem Lælij de amicitia. & 96 a, Vt de amicitia scriberem aliquid. ibid. C. Lælij persona visa est idonea, quæ de amicitia ea ipsa differeret, quæ disputata ab eo meminisset magister meus Scæuola. ibidem, Sic hoc libro ad amicam amicissimam de amicitia scripsi. ibidem, Lælius & sapiens & amicitia gloria excellens de amicitia loquitur. & b, Cuius tota disputatio est de amicitia. de Amic. 98 b, Recordatione nostræ amicitia sic fruor, ibidem, In quo est omnis vis amicitia. ibidem, Amicitia nostræ memoriam spero sempiternam fore. ibidem, Scipionis amicitiam & Lælij notam posteritati fore. ibidem, Quoniam amicitia mentionem fecisti, &c. Sic de amicitia disputabis quid sentias, qualem existimes, quæ præcepta des. ibidem, Quæ disputari de amicitia possunt. de Amic. 99 a, Vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponas. Nihil est enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel secundas vel aduersas, ibidem, Nisi in bonis amicitiam esse non posse. ibidem, Cum his propinquis amicitiam natura ipsa peperit. & b, Hoc præstat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest. Sublata enim beneuolentia, amicitia nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem vis amicitia sit. ibidem, Est amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beneuolentia & charitate, summa consensio. Qua quidem haud scio an, excepta sapientia, quicquam melius homini sit à Dijs immortalibus datum. Diuitias alij præponunt: bonam alij valetudinem: alij potentiam, alij honores: multi etiam voluptates. ibidem, Hæc ipsa virtus amicitiam & gignit & continet. Nec sine virtute amicitia esse vllò pacto potest. ibidem, Tales inter viros amicitia tantas opportunitates habet. ibidem, Qui non in amici mutua beneuolentia conuiescat. de Amic. 100 a, Amicitia plurimas res continet: quoquò te verteris, præstò est. nullo loco excluditur: nunquam intempestiua, nunquam molesta est. Itaque non aqua, non igni, vt aiunt, pluribus locis vitmur, quàm amicitia. Neque ago nunc de vulgari neque de mediocri, (quæ tamen ipsa delectat & prodest) sed de vera & perfecta loquor: qualis eorum, qui pauci nominantur, fuit. Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiens communicansque, leuiores. Cumque plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus, quod bona spe præluet in posterum, nec debilitari animos, aut cadere patitur. & b, Quantum boni sit in amicitia. ibidem, Ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. ibid. Hactenus mihi videri de amicitia quod sentirem potuisse dicere. de Amic. 101 a, Quid amicitiam? nonne facile erit ei defendere qui ob eam summa fide, constantia, iustitiaque seruatum, maximam ceperit gloriam? ibidem, Sæpissimè mihi de amicitia cogitanti, maximè illud considerandum videri solet, num propter imbecillitatem atque inopiam desideranda sit amicitia, &c. An esset hoc quidem proprium amicitia: sed antiquior & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia causa esset. Amor enim, ex quo amicitia est nominata, &c. ibidem, Qui simulatione amicitia coluntur & obseruantur temporis causa. In amicitia autem nihil fictum, nihil simulatum: & quicquid in ea est, idem verum & voluntarium est. Quapropter à natura mihi videtur potius, quàm ab indigentia orta amicitia, & ap-

plicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa vtilitatis esset habitura. & b, Humilem sanè relinquunt & minimè generosum (vt ita dicam) ortum amicitia: quam ex inopia & indigentia nasci volunt. de Amic. 102 a, Ita ad amicitiam esset aptissimus. ibid. Ita in amicitijs expetendis colendisque maximè excellit. ibid. Sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quòd omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. & b, Sic & vtilitates ex amicitia maximè capiuntur, & erit eius ortus à natura, quàm ab imbecillitate, & grauior & verior. Nam si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret ibidem, Veræ amicitia sempiternæ sunt. Ortum quidam amicitia videtis. ibidem, Quæ sapissimè inter me & Scipionem de amicitia differebantur. Quoniam ille quidem nihil difficilius esse dicebat, quàm amicitiam vsque ad extremum vitæ diem permanere. ibid. Quod si qui longius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionem incidissent. Pestem enim maiorem nullam esse in amicitijs. de Amic. 103 a, Ius amicitia deferere arguerentur ab ijs. ibid. Hæc ita multa quasi fato impendere amicitijs. ibid. Quatenus amor in amicitia progredi debeat. & b, Cùm conciliatrix amicitia virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defeceris. ibid. Hæc prima lex in amicitia santiatur. de Amic. 104 a, Si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo incidierint. & b, Talis improborum consensio excusatione amicitia tegenda non est. ibid. Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas. ibid. Fugiendas esse nimias amicitias. ibid. Quam laxissimas habenas habere amicitia, quas vel adducas, cū velis, vel remittas. de Amic. 105 a, Præsidij adiumentique causa, non beneuolentia, neque charitatis, amicitias esse expetendas. ibid. Ita amicitias appetere maximè. Ex eo fieri, vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm viri. ibid. Solem è mundo tollere videntur: qui amicitiam è mundo tollunt, quia nihil à Dijs immortalibus melius habemus, nihil iucundius. ibid. Quæ causa est, vt amicitiam funditus tollamus è vita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias? ibid. Quæ quidem virtus est tum multis in rebus, tum in amicitia, tenera atque tractabilis. de Amic. 105 b, Angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet, vt tollat è vita amicitiam. ibid. Cùm cõtrahat virtus amicitiam. ibid. Nihil esse quod ad se rem vllam tam allicit, tam attrahat, quàm ad amicitiam similitudo. ibid. Beneuolentia est amicitia fons à natura constitutus. ibid. Atque etiam mihi quidem videntur, qui vtilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitia tollere. de Amic. 106 a, Tantum abest vt amicitia propter indigentiam colantur. ibid. Non igitur vtilitatem amicitia, sed vtilitas amicitiam consecuta est. ibid. Si quando de amicitia, quam nec vsu nec ratione habent cognitam, disputabunt. ibid. In qua vita, &c. nullus locus est amicitia. ibid. Coluntur tamè simulatione amicitie, duntaxat ad tempus. de Amic. 106 b, Multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles. ibid. Sperni ab ijs veteres amicitias, indulgeri nouis. ibid. Amicitiarum sua cuique permanet stabilis & certa possessio. ibid. Constituendi sunt qui sint in amicitia fines & quasi termini diligendi. de Amic. 107 a, Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officijs ac voluntatibus. Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum. Ditiormi mihi & affluentior videtur esse vera amicitia, nec obseruare restrictè, nec plus reddat quàm acceperit. Neque enim verendum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur. ibid. Alius finis veræ amicitia constituendus est. ibid. Negabat vllam vocem inimiciorè amicitia potuisse reperiri. de Amic. 107 b, Hoc præceptum, cuiuscunque est, ad tollendam amicitiam valet. ibid. Vt eam diligentiam adhiberemus in amicitijs comparandis, vt ne. ibid. Est enim quatenus amicitia dari venia possit. ibid. Cuius omnis sermo erat de amicitia. de Amic. 108 a, Qui ad amicitiam essent idonei. ibid. Experiendum autem est in ipsa amicitia. Ita præcurrit amicitia iudicium, tollitque, experiendi potestatem. Est igitur prudētis, sustinere vt currum, (al. *cursum nauis*) sic impetum beneuolentia, quo vtamur quasi aquis tentatis, sic amicitijs, aliqua parte periclitatis moribus amicorum. ibid. Qui pecuniam præferre amicitia sordidum existimēt: vbi eos inueniamus, qui honores, magistratus, imperia potestates, opes, amicitia non anteponant: vt cùm ex altera parte proposita hæc sint, ex altera vis amicitia: non multò illa malint? ibid. Quam potentiam etiam si neglecta amicitia consecuti sunt. ibid. Quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. Itaque veræ amicitia difficilimè reperiuntur in ijs. de Amic. 108 b, Qui igitur vtraque, in re grauem, constantem, stabilem se in amicitia



zia præstitit. *ibid.* Firmamentum stabilitatis constantiæq; est eius, quã in amicitia quærimus, fides. *ibid.* Amicitiam, nisi inter bonos, esse non posse. *ibid.* Est boni viri, &c. hæc duo tenere in amicitia. *ibid.* Accedat huc suauitas quædã oportet sermonis atq; morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitia. Tristitia autem & in omni re seueritas absit. *ibid.* Amicitia remissior esse debet, & liberior & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemq; procliuor. de Am. 109 a, Num quando amici noui, non indigni amicitia, veteribus sint anteponebantur. Nõ enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, fatietates. *ibid.* Vt amicitia munus expletum sit. *ibid.* Maximum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori. Sæpe enim excellentiæ quedam sunt. & b, Qui sunt in amicitia coniunctionisq; necessitudine superiores. *ibid.* Vt hi, qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia: sic quodammodo inferiores extollere. *ibid.* Qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se cõtemni putant. de Amic. 111 a, Omnino amicitia corroboratis iam confirmatisque & ingenijs & ætatibus iudicandæ sunt. *ibid.* Aliter amicitia stabiles permanere non possunt. *ibid.* Quorum studiiorum dissimilitudo dissociat amicitias. *ibid.* Rectè etiã præcipi potest in amicitijs. *ibid.* Is & infirmus est mollisq; natura, & ob eam ipsam causam in amicitia parũ iustus. & b, Est etiã quasi quedã calamitas in amicitijs dimittenda nonnunquam necessaria. Iam enim à sapientium familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. *ibid.* Tales amicitie sunt remissione vsus eleuandæ, & (vt Catonem dicere audiui) discendæ magis quàm discendæ sunt. *ibid.* Loquor, &c. non de sapientum, sed de communibus amicitijs. Cauendum erit, ne nõ solum amicitia deposita, sed inimicitia etiam suscepta videantur. *ibid.* Ab amicitia Q. Pompeij meo nomine se remouerat Scipio. *ibid.* Vt extinetã potius amicitia, quàm oppressa esse videantur. *ibid.* Ne etiam in graues inimicitias conuertant se amicitia. de Amic. 111 a, Hic honos veteri amicitia tribuendus est. *ibid.* Digni sunt amicitia. *ibid.* Pulcherrima illa & maximè naturali carent amicitia, per se & propter se expetenda: nec ipsi sibi exemplo sunt, hæc vis amicitia qualis & quanta sit. *ibid.* Quod nisi idem in amicitiam transferatur. de Amic. 111 b, In talibus ea stabilitas amicitia confirmari potest. *ibid.* Maximum ornamentum amicitia tollit, qui ex ea tollit verecundiam. *ibid.* Libidinum peccatorumq; omnium patere in amicitia licentiam. Virtutum enim amicitia adiutrix à natura data est, non vitiorum comes. *ibid.* Sine qua virtute neq; amicitiam, neq; vllam rem expetendam consequi possumus. de Amic. 112 a, Repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione dirumpimus. *ibid.* Vna est amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate omnes vno ore consentiunt. *ibid.* de amicitia omnes ad vnum idẽ sentiunt. *ibid.* Sine amicitia vitam esse nullam sentiunt. *ibid.* Serpit enim nescio quo modo per omnium vitam amicitia: nec vllam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. & b, Est varius & multiplex vsus amicitia. *ibid.* Vt & utilitas in amicitia & fides retineatur. de Amic. 113 a, Odium est venenum amicitia. *ibid.* Monere & moneri proprium est veræ amicitie. *ibid.* Nullam in amicitijs pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditijs, assentionem. & b, Amicitia repugnat maximè simulationi. Delet enim veritatem, sine qua nomen amicitia valere non potest. Nam cum amicitia vis sit in eo, vt. de Amic. 114 a, Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur. In qua, nisi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuumq; ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas. *ibid.* Nulla est igitur hæc amicitia, cum. & b, Sed nescio quo pacto ab amicitijs perfectõrum hominũ, &c. ad leues amicitias defluxit oratio. Quã obrem ad illam primam redeamus, eamq; ipsam concludamus aliquando. Virtus, &c. & conciliat amicitias & conseruat. *ibid.* Ex quo eorum exardescit siue amor siue amicitia. Vtrunq; enim dictum est ab amando. Quæ tamen ipsa utilitas efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis. de Amic. 115 a, Quod cum amicitia Scipionis possit comparari. & b, In hac mihi de Repub. fuit consensus: in hac rerum priuatarum consilium: in eadem requies plena oblectationis fuit. *ibid.* Hæc habui de amicitia quæ dicere. Vos autem hortor vt ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest, vt, & excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis. Ep. 12 b, Hic multum valuit vni virtus amicitia, quam tu non ignoras mihi & Q. fratri cum Cæsare fuisse. & 18 b, Spero nostram amicitiam non egere testibus. Ep. 31 b, Si aut, &c. id fieri nostra amicitia pateretur. & 37 b, Genus sermonis inducis in amicitiam minimè liberale. & 38 a, Mea ratio in tota amicitia nostra constans & grauis reperietur. Ep. 39 b, Illud, quod polliceris, velim pro tua fide diligentiaque, & pro nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia, cutes, enitare, vt. Epist. 40 b, Cuius

mihî amicitia nõ solum ampla, sed etiam iucunda est. & 41 b, Nihil in me nõ non modò perfidiosum & insidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidem aut iciumum, & debet agnoscere. Ep. 42 a, Quæ tamen ego omnia in expetenda amicitia tua, non astutia quadam, sed aliqua potius sapientia secutus sum. *ibid.* In quò collegio non modò amicitiam violari apud maiores nostros fas non erat. Epist. 45 a, Itaq; mihi propono fructum amicitia nostræ ipsam amicitiam, qua nihil est vberius, præsertim in ijs studijs. Ep. 52 a, Tamen & amicitia nostræ vetustas, & tua summa erga me beneuolentia, &c. me hortata est, vt. Epist. 60 a, Quid tu existimes esse in amicitia mutuam, nescio. & 63 b, Scribam apertè, sicut & mea natura, & nostra amicitia postulat. Ep. 64 a, Ciceronis F. Vt tibi multò maiori quàm Africanus fuit, me non multò minorem quàm Lælius, facillè & in Repub. & in amicitia adiunctum esse patiæ. *ibid.* Vt florentissimis tuis rebus mea perspicere possit & memoria nostræ voluntatis, & amicitia fides. & b, Coniunctionem amicitiamque nostram vtriq; nostrũ laudi spero fore. Ep. 65 a, In ea defensione iam ego non solum amicitia nostræ, sed etiam constantia mea causa permaneo. Ep. 72 a, Non obliuione amicitia nostræ, &c. superioribus temporibus ad te nullas literas misi. & 73 a, Omnibus officijs amicitia diligenter à me sanctèq; seruatis. & b, Ego & memoria nostræ veteris amicitia, &c. monitus, nullo loco deero. Ep. 86 a, Nisi forte aut in miseria nimis nullè, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. & 87 a, Viuebat mecum coniunctissimè, non solum officijs amicitia, sed etiam studijs communibus. Ep. 90 a, Etsi tali tuo tempore me aut consolandi aut iuuandi tui causa scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat. & 91 a, Si mihi non tecum & multæ & iustæ causæ amicitia priuatim essent, repeterem initia amicitia ex parentibus nostris. Quod faciendum ijs existimò, qui paternam amicitiam nullis ipsi officijs persecuti sunt. Itaq; contentus ero nostra ipsorum amicitia. Cuius fiducia peto à te. Ep. 103 a, Sed cum te ex adolescentia tua in amicitiam & fidem meam contulisses. Ep. 144 a, Ita facillimè, &c. amicitia nostræ, quàm sanctissimè nobis colendã puto, me intelligo satisfacturum. Ep. 150 a, Planci. Vt Reipub. me ciuem dignum tuis laudibus præstem, in amicitia tua memorem atq; gratum. & 158 a, Planci. Omnes gratas amicitias, atq; etiam pias propinquitates, in tui obseruantia, indulgentia, assiduitate vincam. Ep. 159 a, Planci. Quod ex tam insigni amicitia mea atq; Cæsaris, hunc filij loco & illius & vestro iudicio substitutum nõ perinde habere mihi turpe videtur. Epist. 165 b, Pollionis. Verebar ne, &c. pium meum consilium raperent in contrariam partem obtretractores mei, propter amicitiam, quæ mihi cum Antonio nõ maior tamen quàm Planco, fuit. Ep. 169 b, Bruti. Pluris nostram libertatem quàm tuam amicitiam æstimemus. Epist. 179 b, Marij. Respondebo criminibus, quibus tu pro me, vt par erat, tua singulari bonitate, & amicitia nostra sæpe restitisti. *ibid.* Patriam amicitia præponendam esse. Ep. 181 b, Quod esset alienum nostra amicitia. *ibid.* Omnia me tua delectant, sed maximè maxima cum fides in amicitia, consilium, grauitas, constantia, tum lepos, humanitas, literæ. Epist. 182 b, Cum post mortem Cæsaris totum te ad amicitiam meam contulisti. & 188 b, Hæc à te peto, &c. amicitia nostræ nomine, quam confido apud te plurimum posse. Ep. 207 b, Ad amicitiam se meam contulit. & 208, Causa communis ordinis mihi commendatissimi fecit amicitiam nostram firmiorem. Ep. 209 b, Quare & vt meum amicum, & tua dignum amicitia tibi commendo. Epist. 210 b, Post mortem Crassi eò mihi etiam dignior visus est, quem in fidem atque amicitiam meam reciperem, quod est. Epist. 211 b, Vt eum & amicitia tua, &c. dignum sis existimaturus. & 213 b, Si eum in amicitiam tuam receperis. Ep. 221 b, Vt & mihi cum illo causam amicitia scires esse. & 222 b, Si vllam in amicitia mea spem habes. & 223 a, Ex mea amicitia & ex tuo in me officio maximum te fructum summamque voluptatem esse capturum. *ibid.* Peto à te & pro nostra & pro paterna amicitia, vt. *ibid.* Virum bonum, tuaque amicitia dignum tibi adiunxeris. Ep. 225 b, Sentiatque meam sibi amicitiam, etiam cum longissimè absim, prædesse imprimis apud te. & 231 a, Non existimaui, me saluo iure nostræ veteris amicitia multorumque inter nos officiorum, facere posse, vt. & b, Promitto tibi, te ex eius amicitia magnam voluptatem esse capturum. Præterea à te peto maiorem in modum pro nostra amicitia, &c. vt. *ibid.* Cognitum per te ipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia atque hospitio iudicabis. Ep. 232 a, Fore dignum eum tua amicitia hospitioq;. Ep. 235 a, Quo minus hospitij & amicitia ius officiumq; præstaret. Ep. 247 b, Quod & Respub. me & nostra amicitia hortatur, libenter facio. Ep. 248 a, Te libenter amicitia dedisse, quod liquido veritati dares. & 251 b, Vt amicitia nostra, quæ summis officijs ab vtroque



culta est, sed longis interuallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius. & 252 a, Confirmatio nostræ amicitiae: de qua pluribus verbis nihil opus est. Epist. 266 a, Ego tamen Antonij inueteratam sine vlla offensione amicitiam retinere sanè volo. Att. 9 b, Neq; id magis amicitia adductus Clodij fecit, quàm studio perditarum rerum atq; partium. & 16 a, Illæ ambiciose nostræ fucosæq; amicitiae sunt in quodam splendore forensi: fructum domesticum non habent. Attic. 37 b, Numerium Numestium libenter accepi in amicitiam. Att. 162 a, *Cæsaris*. Nam & amicitiae grauiorem iniuriam feceris. & b, Quod nefacias, pro iure nostræ amicitiae à te peto. *ibid.* Tu explorato & vitæ meæ testimonio & amicitia, &c. Att. 163 a, *Cælij* Deos hominesq; amicitiamq; nostram testificor, me tibi prædixisse. & 164 a, Cum præsertim te amicitiae nostræ rationem habiturum esse pollicearis. Att. 171 b, Quare vt alia, sic hoc vel maximè, tuæ amicitiae beneuolentiaeque permitto. & 176 b, Eum studiosè propter amicitiam nostram inuitauit. & 177 b, Quantū humanitas tua, amicitiaq; vestra postulat. Att. 264 a, Quod parum confidā liberalitati tuæ, aut nostræ amicitiae. *Qu.* fr. 293 a, Optimū quemq; hospitio amicitiaq; cōiungi dico oportere. & 301 b, Se apud te neq; amicitia neq; iure valuisse. de Inu. 83 a, Quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. *ibid.* Hic, quia de ciuilibus causis loquimur, fructus ad amicitiam adiungimus: vt eorum quoque causa petenda videatur: ne fortè qui nos de omni amicitia dicere existimant, reprehendere incipiant. Quanquam sunt qui propter utilitatem modò petendam putant amicitiam: sunt qui propter se solum: sunt qui propter se & utilitatem. *ibid.* Vtranq; propter rem amicitiam esse expectandam. *ibid.* Amicitiarum autem ratio, quoniam partim sunt religionibus iunctæ, partim non sunt, & quia partim veteres sunt, partim nouæ, partim ab illorum, partim ab nostro beneficio profectæ, partim utiliores, partim minus viles: ex causarum dignitatibus, ex temporum opportunitatibus, ex officijs, ex religionibus, ex vetustatibus habebitur. *ibid.* Amicitiarum ac societatum multitudo. Part. 236 b, In commune autē quæ posita pars est, iustitia dicitur, eaq; & c. amicitia in beneuolentia nominatur. & 237 b, Est etiam quasi quædam materies subiecta honestati, quæ maximè spectatur in amicitijs: amicitiae autem charitate & amore cernuntur.

† Syntaxis. *Amicitiam claudicare, colere per se, exardescere, serpere per omnium vitam. Ius amicitiae deferre. Eiusdem tollere nodū. Amicitiae simulatio, stabilitas, venenum. Ad amicitiam adhibere, allicere, attrahere, se conferre. Eandem tollere, contrahere, diuellere, euertere, gerere. Accipere, recipere in amicitiam. Cum aliquo iungere amicitiam. Prosequi suorum patrum amicitiam. Ad calculos hanc vocare. In amicitia adiungi, prolehi. Aliquem amicitia complecti. Amicitias infuturare. Amicitijs indulgere. Appetere, comparare, coniliare, conseruare, conglutinare, dissoluere, coniungere, dimittere, dirumpere, discindere, dissociare, probare, delectare, dissuere, repenitè præcidere, eleuare, excludere, fringere, habere, iungere cū aliquo amicitiam. In amicitiam incidere. Implicari amicitijs. Amicitiae summa consensio, virtutum est adiutrix, diuor, affluentiore, firma, perpetua, gratuita, iucundiss. Pyladæa, remissa, libera, infusa, officiosa, afflictæ, naturalis, concors, communis, deposita, extracta, fauoris, & effeëtrix voluptatum, mediocris, oppressa, stabilis, sempiterna, vulgaris, noua, fidelis, molestæ, vetus.*

AMICTVS, a, um, *vestitus, indutus*, de Cla. 169 b, M. Popilius, vt erat lana amictus, ita venit in concionem. I. A. 176 a, Cæsar amictus toga purpurea. de Orat. 154 b, Hippas gloriatus est pallium quo amictus, saccos quibus indutus esset, se manu sua confecisse. I. C. 109 a, Velis amicti, non togis. I. P. 193 a, Hæc toga qua sum amictus. de D. 218 a, Alcibiades paulo ante interitum visus est in somnis amicæ amictus amiculo.

† Syntaxis. *Amictus lana, toga, pallio, succis, velis, amiculo.*

AMICTVS, ctus, *pallij genus*. Tuscul. 246 a, Mihi amictui est Scythicum tegmen. Attic. 88 a, Statua quam esse eiusdem status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. de Or. 117 a, Imitari alcius amictus, aut statum, aut motum.

AMICULA, æ, *amica*. de Orat. 131 a, Cū esset cum eo Taracinae de amacula rixatus.

AMICVLVM, li, *palliolum vestis*. de Nat. 76 b, Dionysius aureum loui detraxit amiculum grandi pondere, cique lanæum pallium iniecit. de D. 158 a, Alcibiades amicæ amictus amiculo.

† Syntaxis. *Amiculum inycere, detrudere.*

AMICVLVS, li, *amicus*. \* I. V. 165 a, Quid de hordeo, inquit, & Docimo amiculo meo?

AMICVS, a, um, *amicior, amicissimus, beneuolus, necessarius, beneuolentia coniunctus, cupidus, studiosus*. de Fin. 62 b, Amici maxima amoris conspiratione consentientes. Attic. 162 b, Mihi nemo est amicior, nec iucundior, nec charior Attico. Att. 280 b, Chantas liberorum amiciores parentes/ Reip.

reddit de Am. 160 b, Vita inculta & deserta ab amicis, non potest esse iucunda. Offic. 11 a, Vt in Græcorum proverbio est, Amicorum omnia esse communia. de Leg. 162 b, Vnde enim illa Pythagorea vox, *τὸ πᾶν φίλων κοινόν, ἢ φίλων ἰσότητι*. *Qu.* fr. 303 a, Tribuni pl. designati sunt nobis amici, consules se optimè ostendunt, prætores habemus amicissimos. Epist. 32 a, Vt omnes intelligant, nec me beneuolentiori cuiquam succedere, nec amiciori potuisse prouinciā tradere. I. A. 237 b, Deiotarus vnus in toto orbe terrarum ex animo amicus, vereq; beneuolus, vnus fidelis pop. Ro. pro *Qu.* 10 b, Amicos obseruantia retinere. de Am. 135 a, Acquirere amicos. de Am. 111 a, Est enim is amicus quidē, qui tanquam alter idem. Offic. 13 a, Vir bonus & simplicis veritatis amicus. pro Cl. 36 a, Amicus necessariusq; communis. pro Flac. 149 a, Amicus & pernecessarius meus. Offic. 11 a, Illud enim honestū nos mouet, atq; illi in quo est, amicos facit. Tuscul. 240 b, Vtinam ego vobis tertius amicus adscriberer. Att. 190 a, Nihil est mihi amicum solitudine. Attic. 99 a, Vt ego amicior inuenier Cilicum ærarijs, quàm nostrō. Att. 4 b, Ille noster amicus. de Orat. 115 a, Vbi iudex amicus aduersario, & inimicus tibi est. Att. 36 a, Ille noster amicus semper in laude versatur. \* I. V. 181 b, Cū omnes eius comites iste sibi suo illo panchresto medicamento amicos redemisset. Ep. 126 a, Scito me redisse cum veteribus amicis: id est, cum libris nostris in gratiam, Hortens. Amicos iucundiss. quantum libuit, & abundauit, & illis omnibus apertissimè ad salutem corporis vnus vsus est. de Amic. 96 a, Hoc libro ad amicum amicissimum de amicitia scripsi. & 97 a, Moueor tali amico orbatus, qualis (vt arbitror) nemo vnquam erit, & (vt confirmare possum) nemo centè fuit. *ibid.* Quo errore amicorum discessu pleriq; angust solent. *ibid.* Suis incommodis grauius angust, non amicum, sed se ipsum amantis est. de Am. 98 a, Mœrere hoc eius euentu, vereor ne inuidi magis quàm amici sit. & b, Ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur, paria amicorum. & 100 a, Amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt, & egenes abundant, & imbecilles valent, & (quod difficilior dictu est) mortui viuunt. Tantus eos honor, memoria, desiderium prosequitur amicorū. Ex quo illorum beata mors videtur, & horum vita laudabilis. & b, Si quando aliquod officium extitit amici in periculis aut obeundis, aut communicandis. *ibid.* Hospes & amicus. de Am. 102 b, Ex quo inimicitias maximas sæpè inter amicissimos extitisse. & 103 a, Cūm aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur, vt aut libidinis minitri, aut adiutores ad iniuriam. Quod qui recusarent, quamuis honestè id facerent, ius tamen amicitie deferere arguerentur ab ijs, quibus obsequi nollent. Illos autem qui quidvis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos. *ibid.* Num si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuere? Num Becellinum amici, &c. iuuare debuerunt? Tiberium quidē Gracchum, Rempub. vexantem, à Q. Tubero, ne æqualibusq; amicis derelictū videbamus. de Am. 103 b, Vel concedere amicis quicquid velint, vel impetrare ab amicis quicquid velimus. *ibid.* Sed loquimur de ijs amicis, qui ante oculos sunt, quos videmus, aut de quibus memoriæ accepimus, aut quos nouit vita communis. Ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt, & eorum quidem maximè, qui ad sapientiam proximè accedunt. *ibid.* Quenquam horum ab amico quippiam contendisse. de Amic. 104 a, Hunc etiam post mortem secuti amici & propinqui. Quid in P. Scipionem effecerint. *ibid.* Vt ab amicis in magna re aliqua in Rempub. peccantibus non discedant. & b, Amicū bellum patriæ inferentem, sequi. *ibid.* Vt ab amicis honesta petamus: amicorum causa honesta faciamus. Nec expectemus quidem dum rogemur, &c. consilium verum dare gaudeamus liberè. Plurimum in amicitia amicorum benè suadentium valeat authoritas. de Amic. 105 b, Vt è bonis amici quasi diffundatur, & incommodis contrahatur *virtus*. Quamobrem angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, &c. de Amic. 106 a, Non tam utilitas parva per amicum, quàm amici amor ipse delectat. Tumq; illud fit, quod ab amico est profectum, iucundum. *ibid.* Nihil vnquam deesse amicis. *ibid.* Quam fuerint inopes amicorum. Quod Tarquinius dixisse ferunt, tum cū exul esset, se intellexisse, quos fidos animos habuisset, quosq; infidos, cum iam neutris gratiam referre posset. Quāquam minor in illa superbia & importunitate si quenquam habere potuit. Atq; vt huius mores, veros amicos parare non potuerit. de Amic. 106 b, Amicos nō parare, optimā & pulcherrimam vitæ (vt ita dicam) supellestem. *ibid.* Vita inculta & deserta ab amicis, non potest esse iucunda. *ibid.* Vt eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmet ipsos. Alteram vt nostra in amicos beneuolentia illorum



erga nos benevolentiae pariter aequaliterque respondeat. Tertiam, ut quanti quisque seipsum facit, tanti fiat ab amicis. de Amic. 107 a, Ut quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Quam multa enim quae nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum? Precari amicis ab indigno, supplicare. Quae in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissimae. ibid. Vt ijs commodis amici potius quam ipsi fruantur. ibid. Non est amici, talem esse in eum, qualis ille in se est. Sed potius debet eniti ut efficiere, ut amici iacentem animum excitet, inducatque in spem cogitationemque meliorem. Epist. 4 a, Caeterorum amicorum commendatio. ibid. Eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustriorem, penè etiam amicum. & 5 b, Amicum ex Consularibus neminem tibi esse video, praeter Hortensium & Lucullum. ibid. Consilij tuorum amicorum. Epist. 6 b, Praeterea quidem de Consularibus nemini possum aut studij erga te, aut officij, aut amici animi esse testis. & 7 b, Si rex amicis tuis, qui per prouinciam imperij tui pecunias ei credidissent, fidem suam praestitisset. Epist. 9 b, Pompeium tibi valde amicum esse cognoui. & 10 a, Autor amicissimus ac sapientissimus. ibid. Ille perennis inimicus amicorum suorum. Epist. 11 a, Me fortuna & felicitate Caesaris commotum, illi amicum esse cepisse. & 14 a, Ut neque amicis, neque etiam alienioribus, opera, consilio, labore desim. Epist. 16 a, Noui animum tum mihi amicissimum, &c. Epist. 19 a, Plurimos maximisque muneribus & nos amicos, & ciues tuos vniuersos, & Rempublicam afficies. & 25 a, Nam & honorificus in me Consul fuit, & suavis amicus, & studiosus studiorum etiam meorum. Ep. 26 a, Quod & bonus ciuis & bonus amicus es. & 25 a, Ne amicis molestus sim. Ep. 29 a, Quod semper amicissimus Bibulo fui. & 30 a, Hominum amicissimorum diligens commendatio. Ep. 31 a, Quod neque tibi amicior, quam ego sum, quisquam possit succedere. & b, Successor coniunctissimus & amicissimus, & 34 a, Homo coniunctissimus & amicissimus. Ep. 36 a, Me tibi non amicū modò, verū etiam amicissimum existimes velim. & b, Nisi me vultu & taciturnitate significasse, tibi non esse amicū. Ep. 44 a, Quod genus querelae mihi quidē videbatur esse amici. & 55 b, In summa paucitate amicorum, propinquorum ac necessariorum. Ep. 56 a, Sulpitij. Cui inimici propter dignitatē pepercant, inuentus est amicus, qui ei morte afferret. & 62 b, T. Pomponius nostri amicissimus. Ep. 63 b, Ciceronis F. Tuos veteres hostes, nouos amicos, vehementer literis percussos atque ex magna spe deturbatos iacere. Ep. 71 a, Quid enim ad amicōne confugiam? Quae multi sunt? Habuimus enim serē cōmunes: quorū alij occiderunt, alij nescio quo pacto obdurerūt. & 73 a, Inimici non solū tui, verū etiam amicorū tuorū. & 74 b, Quicquid staueris, te mihi amicū: sin id quod opto, etiā amicissimū iudicabo. Ep. 86 a, Pro amicis laborare. & 88 a, Tali tēpore aut consolari amicorū est, aut polliceri. & b, Ea *pradicatione* te vti facile patior, cum apud alios, tum mehercule apud Syronem nostrum amicum. Ep. 91 a, Neque Caesarī solū, sed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amicissimos esse cognoui, pro te, sicut adhuc feci, libentissimè supplicabo. Ep. 128 b, Vidi, &c. nostros amicos cupere bellum. & 130 b, Aliquando tibi potius, quam cuius sis amicus. Ep. 136 b, Etiam haec leuior est plaga ab amico, quam à debitore. & 139 b, De hoc amico meo Rubrij filio nihil dico. Ep. 141 a, Rufum istum amicum tuum, de quo iterum iam ad me scribis, adiuuarem quantum possem, etiam si ab eo laesus essem. ibid. Magne curae ei salutē meam fuisse: non possum ei nō amicus esse: neque solū tua cōmendatione, &c. sed etiā voluntate ac iudicio meo. & b, Ille tuus amicus apud me cōmendatione nō eget. Ep. 143 a, Ne amicis nihil tribuamus. & 146 a, Sic hortor, ut & pro patria, & amicissimū. & 149 b, Omnibus in rebus tibi amicissimum fidelissimūque cognoscas. Epist. 151 b, Senatus grauior, constantior, amicior tuis laudibus esse non potuit, quam tum fuit. Nec verò tibi Senatus amicior quam cuncta ciuitas. & 153 b, Amicū eum Reipub. cognoscere videor. & 179 b, *Maij*. Neque enim Caesarem in dissensione ciuili sum secutus, sed amicū, quā re offēdebar, tamē nō deserui. & 180 b, Qui mihi amicū eripuerunt. ibid. Quod tuum erga me animum simplicem atque amicū aperuit. Ep. 181 a, Nemo est mihi te amicus antiquior. & b, Quē porro omnes mei & mihi & sibi te amicōrem iudicauerūt? & 182 a, Qui amicū etiam mortuū diligas. & b, Cū aliud malle amicissimū tuum putares. Ep. 184 b, Auger tuus amicus furorē in dies. Primum in statua, quam posuit in Rostris, inscripsit, Parenti opt. mer. Ep. 198 a, Cui cū propter omnes virtutes, tum etiā propter studia cōmunia sum amicissimus. & 209 b, Quare & ut meū amicum & tua dignū amicitia tibi commendo. Ep. 240 b, Tarchondimotus fidelissimus socius trans Taurum, amicissimusque populi Rom. existimatur. ibid. Iambicum homines

opinantur bene sentite, amicumque esse Reip. nostrae. ibid. Amiciorum populo Rom. esse factos. & 241 b, Deioratū fidelissimū regem, atque amicissimū Reipub. nostrae maximè coniunctū habere. Ep. 242 a, Cū paternis amicis maioribus natu ad me in castra veniri: perturbatūque & flens, cū idem & frater faceret, & amici, meam fidē & vestram cōmendationem implorare cepit. & 246 b, Ut ex alienissimis socijs amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderet. Ep. 248 a, Haec Senatusconsulta nō ignoro ab amicissimis redderē. Ep. 248 a, Neque salutē meae: neque honorī amicior quisquam dici potest. Ep. 251 a, M. Fabium quod mihi amicum tua cōmendatione das. & 253 a, Ut dicunt amici tui noui. Ep. 255 a, Olim solebant qui Romae erant ad prouinciales amicos de Reipub. scribere. & 262 b, Cū cum indignum illa fortuna, nobis amicū quam seruū esse maluisti. Att. 1 a, Plurimos nostros amicos inueniri. ibid. Qui sic inopes & ab amicis & estimatione sunt. & 2 b, Quod ad me scripsisti de nostro amico placādo, &c. sed mirandū in modum est animo abalienato. Attic. 4 b, Ille noster amicus, & me hercule vir optimus, & mihi amicissimus, sanè tibi iratus est. & 16 a, Cū ad forum stipatis gregibus amicorū descendimus. & 52 a, Iam his, ad quos relatu est, amicis placuisse, nō mirum sit. Att. 55 b, Amicorū benignitas exhausta est in ea re. & 57 a, Subsidijs amicorū respondemus. & 63 a, Amicis careat. & 66 a, Ut Domitius valeat amicis. Att. 160 a, Scribunt ad me amici eius. Q. de Petit. 207 a, b, Amicorū studia beneficijs & officijs, & vetustate, & facilitate ac iucunditate naturae parta esse oportet. Sed hoc nomē amicorū in petitione latius patet quā in cetera vita. Quisq. est enim qui ostendat aliquid in te voluntatis: qui colat: qui domum ventitet: is in amicorū numero est habendus. Sed tamē qui sunt amici ex causa honestiore, cognationis, aut affinitatis, aut sodalitatis, aut alicuius necessitudinis, his charū & iucundū esse, maximè prodest ibid. Instituetū sunt ciuiscunq. generis amici ad speciem hominis illustri honore ac nomine: quae etiā suffragandi studia nō nauant: tamen afferunt petitori aliquid dignitatis ad iustitiam obtinendam. † Syntaxis. *Amici cōspiratione consentientes. Amiciorum iucundior, charior. Reddere aliquē alicui amicorē. Vt inculta. & deserta ab amicis. Habere aliquem amicū: Ex animo amicus. Amicorū paria. Reuocandi sunt obseruantia amici. Amicus, necessariusque. Amicus & per necessarius. Adscribe me tibi tertium amicum. Nihil mihi solitudine amicus. Illi amici animi erga te sum testis.*

AMISSIO, nis. detrimentum in amittendo. Epist. 47 b, Amissio omnium rerum, desperatio recuperandi. I. P. 88 b, Amissio dignitatis accidit nocenti. \* I. P. 88 a, Quid tandē erat actū aut gestū in illa prouincia: de quo ad Senatū cum gratulatione aliqua scribi abs te oporteret? Vexatio Macedoniae? An oppidorū turpis amissio? de Fin. 101 b, Satis habere causae quam obrem reijcerentur, ut dolorem, morbum, sensū amissionem. Tusc. 177 a, Fore aliquando finem huius lucis, & amissionem omnium vitae commodorum. & 217 b, Si bonorum amissio, &c. accederet. Ep. 47 b, Tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi.

AMISSVS, a, um. *perditus, elapsus*. Att. 137 b, Causam reip. amissam puto. & 242 b, Occasio amissa. p. Mur. 134 b, Amisso iam tempore. (*Re integrat.* I. V. 68 b, Classes amissae ac perditae. & pro Mur. 134 b, Hoc tempore amisso, annus est integer expectandus. Postq. 212 b, Praesertim cū illa amissa recuperauerim, virtutem & fidem nunquam amiserim. de Nat. 66 b, Corpora intereunt humore aut spiritu amisso. & 77 b, Quasi ego non sim questus de amissa salute. I. V. 209 b, Præda de manibus amissa: *id est, elapsa*. \* de Am. 98 a, Sensu amisso fit idem, quasi natus non esset omnino.

AMITTA, ta. *foror patris*, pro Cluent. 23 b, Cluentia, quae amicta Habiti fuit.

AMITTO, tis. *dimitto, offendo, iacturam facio, perdo*. I. A. 224 b, Omne ius imperij & exercitus amissisti pro S. R. 37 b, Omne honestatē amittere. de Or. 100 b, Amittere ciuitatem, *id est, perdere ius ciuitatis*. pro Cec. 287 b, Amittere occasionē pro Deiot. 145 b, Amittere receptum Amittere memoriam alicuius: *id est, obliuisci*. de Ar. 251 a, Amittere mentem: *id est, insanire*. pro Mil. 108 b, Amittere vitā. pro Mar. 133 b, Quos amissimus ciues: *id est, propter mortem*. pro Ccl. 51 a, Cur Licinium de manibus amiserunt? pro Qu. R. 46 b, Totam litem aut obtinere, aut amittere. pro S. R. 23 b, Per summū dedecus vitam amittere. Ep. 51 b, Amittere ornamenta. Ep. 51 b, Qui filium consularē magnis rebus gestis amissit. Tusc. 250 a, Amittere lumina. Off. 79 a, Mea opera, Qu. Fabi. Tarentū recepisti. Certē, inquit, ridens: nam nisi tu amississes, nunquā recepissem. ad Her. 38 a, Decius amissit vitam, at non perdidit, accepit patriam, amissit animam. Tusc. 163 b, Cum acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent. Ep. 107 b, Cogito commorari, quoad me reficiam. nam & vires & corpus amissū. \* pro Marc. 134 a, Qui sua pertinacia vitam amiserunt.



¶ *Dimitto. de Nat. 51 b, Amittere aliquem captum.*

¶ *Abjicio. pro S. R. 44 b, Assiduitate malorum sensum omnem humanitatis ex animo amissimus.*

**AMITTO**, ris, *pe. dor. de Orat. 118 a, Quarum rerum negligentia plerisque; causas videmus amitti.*

† *Syntaxis. Amissa occasio, tempus. Classis amissa, & perdita. Præda de manibus amissa. Amittere dignitatem, civitatem, ius imperii, memoriam, mentem, vitam, litem. Per dedecus vitam amittere. Vitam amittit bonus, non perdit. Aspectum amittere. Amisse vires & corpus aegritudine. Amittere captivum: id est, dimittere. Ex animo sensum humanitatis amittere: id est, obducere callum. Amissa causa.*

**AMMON**, onis. *Iupiter, qui in arenosa Libya templum haberet. de D. 80 b, Ammonis oraculum. & 100 a, & de Nat. lib. 1.*

**AMNIS**, nis, *fluvius. de Nat. 45 b, Liqueores per lucidi amniū, riparum vestitus viridissimi. Orat. 200 b, Alter sine vllis falebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitator fertur. de D. 88 b, Quosdam exaruisse amnes, aut in alium cursum contortos & deflexos videmus. \* de Nat. de or. 30 a, Profluens amnis aut vit, aut nullo modo corruptitur.*

† *Syntaxis. Amnium liquor per lucidus. Fluit sedatus. Fertur incitator, contortus, & deflexus in alium cursum amnis.*

**AMO**, as, *diligo, charum habeo, studio prosequor, benevolentia complector, magno amore vel studio in aliquem sum vel existo, faueo, in delicijs habeo, in oculis sero, amore captus sum. Att. 35 a, Pompeius amat nos, charosq; habet. Epist. 133 b, Mihi denique nunc amare videor, antè dilexisse. ad Brut. Epist. 1. Clodius valde me diligit, vel vt ἐμφορῶν τρεῖς dicā, valde me amat. Ex his apparet, aliquanto plus esse amare, quàm diligere: verum hoc non semper observatur. Att. 28 b, Volo ames constantiam meam. Offic. 14 a, Amare diuitias. Quint. frat. 293 b, Amare ex animo. Att. 86 b, Cicerones pueri amant inter se, discūt. L. A. MARV. S. Att. 8 a, Diligere, amplecti, amare, apertè laudare aliquē. de Amic. 115 a, Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vilitate quæ sita. Epist. 8 a, Magnitudinem animi tui semper sum admiratus, semperq; amaui. Ep. 135 a, Delectauerunt me literarum, in quibus primū amaui amorem tuum. Att. 100 a, Nam Alexidis manum amabam, quòd, &c. I. C. 113 a, Aulus tuus clarissimus vir, amaui vnicè patriam & ciues suos. I. A. 187 a, Quem ego & frater meus certatim amamus, omnibus horis, oculis, auribus, complexu tenemus. de Ar. 248 a, Quam volumus P. C. licet ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos superamus. Att. lib. 5. 8 a, Brutum abiectum quantum potui excitaui, quem non minus amo quàm tu, penè dixi, quàm te. Offic. 6 b, Facile quod cuiusq; temporis officium sit, poterimus, nisi nosmetipsos valde amabimus, iudicare. Topic. 255 a, Nimium se amare. Att. 65 a, Et in eo me valde amo. Att. 83 b, Habes meam causam, quæ si Bruto non probatur, nescio cur illum amemus. Qu. fr. 313 a, Adhuc (si me amas) Marium. Att. 77 a, Si quicquam me amas, hunc locū ama. I. C. 106 a, Qui alios ipse amabat turpissimè, aliorum amori flagitiosissimè seruebat. Quint. fr. 327 b, Pompeius quàm se ipse amans sine rivali. Att. 189 b, Perierunt ea quæ amabas. Att. 191 a, De Raudufculo multum te amo. Att. 2 b, Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita: te multum amamus, quòd ea abs te diligenter paruoq; curata sunt. Epist. Sensi ex literis tuis valde te laborasse, amo igitur voluntatem. Ep. 126 b, Et in Attilij negotio te amaui. \* pro Sest. 24 a, Horum homines nomē, orationem, vultū, incessum, amabant. Frag. ep. Me aut amabis, aut, quo contentus sum, diliges.*

† *Syntaxis. Amo, charumque habeo. Iam dilexi, nunc amo. Amare ex animo. Amo in tuis literis amorem tuum. Vnicè amo, certatim. In hoc me valde amo. Si quicquam me amas. De Cæs. multum te amo. Quòd ita dicas, te amo. Amo voluntatem: id est, de studio gratias ago. In hoc negotio te amo.*

**AMOENITAS**, tis, *suauitas locorum. de Nat. 46 a, Amœnitates orarum & littorum. Qu. fr. 250 b, Domus supeditat hortorum amœnitatem. de Pro. 74 b, Amœnitas locorum nō retinet. Epist. 94 b, Ocio tibi perfrui mirificè licuit, cum esses in ista amœnitate penè solus relictus. pro Pom. 11 b, Non illum amœnitas ad delectationem reuocauit. Quint. frat. 317 b, Summa cum amœnitate fluminis reficio me ludorum diebus. Parad. 117 b, Cogitationem amœnitatum ad delectationem habeo. \* Hortens. Amœnitate summa perfructus est.*

**AMOENVS**, a, um, *voluptarius, iucundus. I. V. 252 a, Amœnus sanè & arbitris semotus locus. de Orat. 135 b, Nec amœnum nec salubrem locum cenfer. de Diuin. 89 a, Per amœna salicta. Att. 252 a, Prædiola nostra bellè ædificata, & facta amœna.*

† *Syntaxis. Amœnitas in litoribus, hortis. Locorum, & fluminis amœnitas. Locus amœnus, & semotus arbitris. Salictum per amœna. Prædiola bellè ædificata, & amœna.*

**AMO**, ris, *diligo. I. V. 211 b, Homo qui & amari & diligere vellet. I. A. 159 a, Amari & charum esse.*

† *Syntaxis. Amari, & diligere. Amari, & charum esse.*

**AMO**, ris, *benevolentia, gratia, studium, charitas, pietas. Tusc. q. lib. 4, Amor est conatus amicitiae faciendæ ex pulchritudinis specie, iuxta Stoicos. de Amic. 101 b, Amor, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad benevolentiam cōiungendam. Hic agnoscat amorem principium esse & benevolentiae, & amicitiae. Tusc. q. lib. 4: Amor flagitij & leuitatis author. Tusc. 226 a, Amor si naturalis esset, & amarent omnes, & amarentur, & semper amarent, & idem amarent: neque alium pudor, alium cogitatio, alium fatietas deterret. 13. Fam. Noster in te amor ab his inijs profectus. 4. Tusc. Amor amicitiae: id est, præstantia illa benevolentia. de Nat. 8 b, Canum amor in dominos, odium in externos. de Fin. lib. 4. Amor cognitionis institus menti. Studium intelligas. pro Syll. Amor consularis. cupiditas. Læ. Amor confirmatur & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta. 6. Fam. Amor cultus ab aliquo diligentissimè. 13. Fam. Amoreius, actiue. 9. Att. Amor nunc emergit, nunc desiderium ferre non possum. 2. ad Heren. Amor peccatum non excusat. pro Archia poeta, Amor gloriæ nimis acer. pro Flac. Pietas & amor in patriam. Hic vides amoris gratitatem, cum à pietate ponatur. Curioni, lib. 2. Epist. incredibilis amor in te meus cogit, me, &c. 10. Fam. Amor meus, actiue. de Vniuer. Amor voluptate & molestia mixtus. 4. Tusc. Muliebris amor. Offic. 2. Amor multitudinis vehementer commouetur: id est, augetur, & confirmatur. ipsa fama & opinione libertatis, beneficentiae, iusticiae, fidei, omniumque eorum virtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem eorum ac facilitatem. 4. ad Att. Si amor noster ac tuorum in te est. 12. Fam. Amor ex eo inter nos natus. de Fin. lib. 1. Amor patrius: id est, erga patriam. Læ. 103 a, Amor quatenus in amicitia progredi debeat. Hic amicitiam quasi virtutis habitum intellige, amorem affectum. 3. ad Quint. frat. Amor quem ad me scribit. Ep. 131 b, Nam & oratio prudens & amor erga me singularis, multum leuaret. 2. ad Attic. Amor omnis sollicitus atque anxius. 2. ad Att. Amor tantus fuit, vt exhauriri nulla possit iniuria. 14. Fam. Amor tantus, vt nihil supra possit. 5. Fam. Amor tuus se ostendit. 9. Fam. Amor verus & fictus non facillè diiudicatur. 1. Fam. Amoris abundantia, pro singulari numero. 15. Fam. Amoris declarationem habet liber iste. Tusc. 225 b, Omnibus ex animi perturbationibus est profectus nulla vehementior amoris furor. de libidinosis intelligendum. Epist. 143 b, Illud autem erat amoris mei, quem à tua pueritia susceptum non seruaui solum, sed auxi, &c. 4. ad Art. Amoris iter interrompere. 1. ad Attic. Amoris notis insignes epistolæ. 1. ad Qu. frat. Amoris plenissima obuiationes. 1. ad Attic. Amoris primas alicui deferre. 5. Fam. Si quid residet in te amoris erga me. 1. de Orat. Studium & ardor quidam amoris. Hic animaduertas phrasim, studium amoris. 5. ad Att. Amoris tui οὐκ ἔστι. de Nat. de or. 1. Charū ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiae nomen est ductum. 7. Fam. Amoris tui vestigia, quoquòd me verto. 6. Fam. Amoris nostri vetustas. Curioni. lib. 2. Epist. Magnitudo & vis amoris mei efficeret, te vt consilio possem iuuare. Att. lib. 6. De isto haec tunc dixerim, me vel plurima vincula tecum summæ coniunctionis optare, etsi sunt amoris arctissima. 5. Famil. Amoris nostro plusculum etiam, quàm concedit veritas, largiare. lib. 1. de Fin. Amor patrio & ipsi naturæ præferre ius maiestatis atque imperij. 15. Fam. Cui amoris, vtinam cæteris rebus possem, amore certè respondebo. in Cat. Seruire amori aliorum flagitiosissimè. Epistol. 156 b, Planci. Tantum te rogo, in Hircij locum me subdas, & ad tuum amorem & ad meam obseruantiam. Tuscul. 225 b, Mundum totum se ad amorem suum subleuandum conuersurum putat. ad Dolabell. lib. 9. Epist. Quis erat qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Philipp. Omnem se amorem abiicisse illi: id est, abduxisse, auocasse. atq; in hanc transfudisse. 6. ad Att. Amorem erga aliquem cum hæreditate cernere. 7. ad Attic. Amorem tuum omnem, quo me es amplexus, omnemq; tuam prudentiam conuerto ad eam curam. 2. de Orat. Hæc res magis amorem conciliat, illa virtutis defensio charitatem. 2. de Orat. Amorem conciliari sentimus. 11. Fam. Amorem tuū conseruabis. 1. Fam. Amorè debere. Tusc. 225 a, Stoici amorem ipsum, conatum amicitiae faciendæ ex pulchritudinis specie definiunt: & ibi præclara multa de amore surpi fugiendo, & 225 b, Etiam nouo quodā amore veterem amorè tanquam clauo clauū eijciendum putant. Att. 263 b, Datū tempus in quo amorè tuū experire. Curioni. lib. 2. Ep. Perspectum mihi quidem, sed tamè dulcè & optatum amorè tuū præ te ferres. 1. ad Qu. fr. Quem certò scio ita laborare de existimatione sua, vt propter amorem in nos fraternum, etiam de nostra labore. 10. Fam. Amorè*



cum aliquo constitutum habere. 9. Fam. Amorem erga aliquid habere. pro Domo sua, Amorem habere in temp. de Inu. 58 b, Nemo potest vno aspectu, neq; præteriens, in amorem incidere. Tusc. q. lib. 4. Amorem stupri esse negant philosophi. ad Plan. lib. 10. Ep. Vt tibi ostenderem meum amorem. 14. ad Att. in Ep. ad Antonium, Amorem meum erga te ex vultu, & oculis, & fronte perspicere potuisses. 12. Fam. Cassij, Amorem tuum erga me recognoui in tuis literis. 30. Fam. Amorem suscipere. 9. Att. Ab amore auertere. 6. Att. Ex amore eo quo alitri sumus laxari aliquid velim. 15. Famil. Amore illo tuo singulari me ames. 4. Verr. Ardebat amore illius hospite. in Part. 47. Amicitia aut charitate & amore cernuntur. *Hic perpende, ipsius amicitia esse est, notatq; charitate esse, & amorem.* 5. Tusc. Habebam adolefcetes amore coniunctos more Græcia. ibid. Coniuges aut, & liberi, & fratres, & alij, quos vsus familiaritasq; coniunxit, quanquã etiam charitate ipsa, tamẽ amore maximẽ continentur. 9. ad Att. Amore omni enitere. Post reditũ ad Quirites: Exitit tanto in me amore frater, vt, & c. 4. Tusc. Flagrate amore. ad Plan. lib. 10. Epist. Amore impulsus hæc ad te scribenda putavi. 3. ad Qu. fr. In amore solemus ea, quẽ minimẽ volumus, cogitare. Tusc. 225 b, Perturbatio ipsa mētis in amore fœda per se est. 6. Verr. Vnde igitur potius incipiam, quã ab ea ciuitate, quã tibi vnã in amore atq; in delicijs fuit. ibid. & pro Flac. In amore esse. 10. Fam. In amore habere. ad Brut. Nihil mihi minus hominis videtur, quã non respõdere in amore ijs à quibus prouocẽre. 1. de Or. Amore infãmari esse debemus in patriam. Ep. 194 a, Trebonij, Pro amore nostro veterimo verissimoq;. Epist. 194 a, Cui nos & charitate & amore tuũ officium præstaturus nõ debes dubitare. ad Brut. Amore prouehor. Off. 8 b, Catois filius Tyro amore pugandi in exercitu remansit, 4. Tusc. Etiam nouo quodã amore veterem amorẽ tanquã clauo clauum eijciendum putant. pro Cælio, Sæuo amore faucia Medea. pro Cl. Amore generi sui capta fœcus. 5. Fam. Citijs amore tui fratrem tuum odisse desinam, quã illius odio quicquã de nostra benevolentia detrahatur. 7. Famil. Amore vti. pro Cæl. 47 b, Amores aut & hæc delicia, quæ vocãtur firmiore animo præditis diutius molestæ nõ solent esse. Diuin. lib. 1. Quid amores ac delitiæ tuæ Roscius? Tusc. q. lib. 4. Amores adolescentulorũ in Græcorum gymnasijs liberi & concessi. Tusc. q. lib. 4. Amores adolescentulorum vt sint pudici, solliciti tamẽ & anxij sunt, eoq; magis, quod se ipsi continet & coërcet. de Fin. lib. 2. Amores ardentes. 5. ad Att. Amores hominũ in te. Tusc. q. lib. 4. Amores libidinosi. 2. ad Att. Pompeius, nostri amores. pro Cæl. Amorum fœdera. 1. Offic. Quæ forma & honesti facies, si oculis cerneretur, vt ait Plato, mirabiles amores excitaret sapientiæ. Tusc. q. lib. 4. Atq; vt muliebres amores omittã, quibus maiorem licentiam natura cõcessit, quã adolescentulorum amoribus. 6. Philip. Sed redeo ad amores deliciasq; nostras L. Antonium. 7. Fam. in amoribus mihi est. 16. Att. 255 b, Pylia salutem dices & Atticæ, delicijs atq; amoribus meis. \*Frag. Ep. Eum amorẽ in consilium aduocabo. 2. de Leg. Græcia Cupidinum & amorũ simulacra in gymnasijs cõsecrauit. pro P. Oppio. O amorem mirum. ad Her. 10 b, Qui se propter vinũ aut amorẽ, aut iracundiam fugisse rationẽ dicit. pro Marc. 135 b, Semper immortalitatis amore flagrauit animus tuus. ibid. Sine amore iudicabit. Ep. 2 a, Summa testificatione amoris erga te sui. & 3 a, Nostrã fidẽ oēs, amorẽ tui absentis pñentes tui cognoscet. & 4 a, Hoc tẽpore propter tuũ in me amorẽ nostramq; necessitudinẽ vehementer confidit. Ep. 8 a, Amore incitatus meo. & 9 a, Tantũ animi inducto & mchercule amor erga Pompeiũ apud me valet, vt & 10 a, Facis tu quidẽ abundantia quãdã amoris, vt & b, Quoniã tibi incredibilem quendã amorem, & c. deberem. Ep. 18 a, Præ te ferres perspectũ mihi quidem, sed tamẽ dulcem & optatum amorem tuũ. & b, Quod me tibi præcipere meus incredibilis in te amor cogit. ibid. Vt ætas nostra iam ingrauefcens, in amore atq; in adolefcẽtia cõquiescat tua. ibid. Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei. Ep. 19 b, Et hoc, quicquid attigi, nõ feci inflammãdi tui causa, sed testificãdi amoris mei. & 21 b, Efficeret magnitudo & vis amoris mei, vt. Ep. 30 a, Literæ plene & amoris & officij. & 61 b, Citijsq; Amore tui fratrem tuũ odisse desinam, quã illius odio quicquã de nostra benevolentia detrahatur. & 62 b, Si quid refidet in te amoris erga me, id omne in Pomponij negotio ostẽdas. Ep. 71 a, Omnis amor tuus ex omnibus partibus vt ostendit in his literis, quas à te proximẽ accepi: non ille quidẽ mihi ignotus, sed tamen gratus & optatus: dicerem iucundus, nisi, & c. ibid. Vetus est amor, consuetudo, iudicia paria. & 72 a, Sin illa te res cruciat, q̄ magis amoris est. Ep. 76 b, Quæ tua est suauitas, quicquid in me amor. & 82 b, Id & vetustas nostri amoris, & c. postulant. Ep. 90 b, Fratrum tuorum & c. singularis pietas, amorq; fratrum nullum me patitur officij et-

ga te studijq; munus aut tempus prætermittere. & 104 b, Non amore te vinco. & 106 b, Amoris quidem tui, quoquo me verti, vestigia, vel proximẽ de Tigellio perspexi. Ep. 130 a; Teneri non potui, quin coniunctio nem studiorum amorisq; nostri, quo possem literarum genere declararem. & 133 b, Sic incensus sum, vt nihil vnquam in amore fuerit ardentius. ibid. Idibus Martijs tantum accessit ad amorẽ, vt. ibid. Quis erat qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, vt mihi nunc deniq; amare videar, antea dilexisse. Ep. 134 b, Ad hos lepõres cum amor erga me tantum accedat. & 135 a, In quibus literis primũ amaui amorem tuum, qui te ad scribendum incitauit & b, Non facillẽ dijudicatur amor verus & fictus. Ep. 143 b, Illud erat amoris mei, quẽ à tua pueritia susceptum non seruaui solum, sed etiam auxi, monere te atq; hortari. & 144 b, Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra, & c. amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua. Ep. 145 a, Hæc amore magis impulsus scribenda ad te putavi. ibid. Vt potius amorem tibi ostenderem meum. ibid. Planci. In quo tuendo habeo causas plurimas, & c. vel tui erga me mutui amoris, & b, Etsi à te propter amorem carius sunt æstimata bona. Ep. 146 a, Amoremne erga me tuum, an animum in Rempub. pluris æstimandum putarem. Est omnino patriæ charitas meo quidem iudicio maxima: sed amor voluntatisq; coniunctio plus certẽ suauitatis. & 148 b, Testimoniũ amoris. Ep. 149 b, Ad eas causas, quibus inter nos amore sumus, officijs, vetustate cõiuncti, patriæ charitas accessit. Ep. 156 b, Planci. Tantum te rogo, in Hircij locum me subdas, & ad tuum amorem, & ad meam obseruãtiã. & 159 a, Planci. Quod ad Cæsaris amorem attinet, societatem mihi esse tecum. Ep. 167 a, Lepidi. Quæ tuum animum magnopere mouerit pro tuo amore in Republicam. & 182 b, Tu mi Oppi conseruabis amorem tuum. Ep. 188 a, Casij. In quibus literis minificum tuũ erga me amorem recognoui. Att. 41 a, Eodem amore sis. & 46 a, Tu tantũ lachrymas præbuiisti dolori meo, quod erat amoris. & 48 a, Vt incolumes amore nostro perfruamur. Att. 49 a, Me totũ tuo amori fideique commendo. & 50 a, Velim pro tuo in me amore hanc inane meã diligentiam miserabilem potius quã ineptam putes. & 52 a, Nec enim, & c. tu pro tuo amore in me hoc tempore discessisses. Attic. 54 a, Nulla occupatio esse potest tanta, vt interrumpat iter amoris nostri & officij mei. & 62 b, Amorẽ in tuos, reditus celeritas declarabit. & 65 b, Si aut amor in te est nostri ac tuorũ. Att. 66 b, Ex fratris literis incredibilia quædam de Cæsaris in me amore cognoui. pro Arch. 189 a, Ergo ille corporis motu tantũ amorẽ sibi cõciliãt à nobis omnibus. & 191 a, De meo quodã amore gloriæ, nimis acri fortasse, veruntamen honesto, vobis cõfitebor. Ep. 194 a, Trebonij. Quã pro nostro veterimo verissimoq; amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono, gaudeam.

¶ Syntaxis. Amor est princeps ad benevolentia coniungendã. Amor amicitia. Canũ amor in dominos. Amorẽ colere. Pietas & amor, amor nos ferit est, quo nos amas, vel amare debes. Patrius amor. Amor tuus se offert. Amoris abundantia. Amoris iter interrumpere. Insignes epistole notis amoris. Studiũ, & ardor amoris. Amoris cupiditas. Charũ amoris verbũ. Amori amore respondere. Aliorum amori seruire. Nihil ad meũ erga te amorẽ accedere potest. Illinc amorẽ abijcere, & in hæc transfundere. Amplecti amore aliquẽ. Amorẽ conciliare, debere. Amorẽ cũ aliquo constitutũ habere, & amorẽ in & erga aliquẽ habere. Incidere in amorẽ. Ex vultu perspicere amorẽ, ex vultu, ex fronte. In literis amorem recognoscere, suscipere. Ab amore auertere. Alqd ex amore laxari. Amore amare singulari. Amore ardere: in malã partẽ. Cõiuges ac liberi, quanquã charitate ipsa, tamẽ etiã amore continentur. Amore sollicitus, anxius, singularis. Amorẽ exhaurire: id est, abolere. In amore, & in delicijs esse. Amore flagrare, inflamari in patriã. Amor veterimus, ac verissimus. Amore impelli, prouehi. Pugnãdi amor. Amore capi: in malam partẽ. Amore vii. Roscius amores, & c. deliciæ tue. Amores hominũ in te. Pompeius nostri amores. In amoribus esse alicui. Deliciæ, meiõ; amores: in bonã partẽ. Amor acer gloriæ. Amor tuus se offert. Dulcis & optatus, prospectusq; amor. Amore omni enitere. In amore habere, & respondere alicui. Amore sui illum odere.

A M O T I O, onis. remouio. de Finib. 61 b, Augendã voluptatis finis, est doloris omnis amotio. de Fin. 65 b, In omni re doloris amotio, successiõnem efficit voluptatis.

A M O V E O, ues. arceo, remoueo, prohibeo. Att. 6 b, Nebulonẽ illũ ex istis locis amoue. pro Clu. 51 b, Odium, inuidiã, metum, cupiditatesq; omnes amoue. pro Rab. 92 b, Portia lex virgas ab omnium ciuium Rom. corpore amouit. de Ar. 254 a, Senatus amouit Saturninũ quæstorem à sua frumetaria procuratione, eiq; rei M. Scaurum præfecit. de Pro. 69 b, Et proprium illum sensum doloris mei à sententia dicenda amouebo. de Leg. 173 a, Ferijs iurgia amouento. ad Her. 22 a, Procul amouere. (prop. admonere.



**AMPHIARAVS**, rai. de D. 98 b, Amphiarauum: sic honorauit fama. Græciæ deus vt haberetur, atq; vt ab eius solo, in quo est humatus, oracula peterentur. & de Nat. 69 a.

**AMPHIBOLOGIA**, vel amphilogia, aut rectius amphibolia, *ambiguas est*. de D. 132 b, Nam illa amphibolia quæ Cræsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere. & ibid. Tamen hanc amphiboliam versus intelligere potuisset. ad Her. 9 a, Cognitionem amphiboliarum eam, quæ à dialecticis profertur, non modò nullo adiumento esse, sed potius maximo impedimento: omnes enim illi amphibolias aucupantur, eas etiam quæ ex altera parte sententiam nullam possunt interpretari.

**AMPHICTYONES**, num. de Inuent. 71 a, Accusantur apud Amphictyonas: *id est*, apud commune Græciæ concilium.

**AMPHILOCHIA**. I. P. 100.

**AMPHILOCHVS** & Mopsius Argiuorum reges & augures. de Diu. 98 b.

**AMPHORA**, ræ. *vasis genus & mensura*. I. V. 145 b, Iam non quæro, vnde cccc. amphoras mellis habueris. pro Fon. 278 a, Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij nomine exegisse.

**AMPLE**, & amplissimè. *magnificè, honorificè, honestè*. (*abieffe, demisse, obscure, turpiter, miserè, humiliter*. de Cl. 182 b, Sublatè ampleq; dicere. pro Dom. 228 a, Omnia collegia amplissimè de salute mea decreuerunt. I. V. 214 a, Ample magnificèq; tricliniū exornare. I. V. 131 a, Honores amplissimè & magnificèssimè gessit. I. A. 205 a, Quibus militibus agri amplissimè dati assignati essent. I. A. 224 a, Aliquem supremo die suo quam amplissimè efferre. Tusc. 233 a, Elatè & amplè loqui. (*demisse & humiliter sentire*.)

† Syntaxis. *Sublatè, ampleque dicere. Senatus amplissimè decernens. Honores amplissimè & magnificèssimè gerere. Elatè & amplissimè loqui.*

**AMPECTOR**, ris. *amplexu circumplico, amplexor, comprehendo*. de Som. 127 b, Ille me amplexus atq; osculaus flere prohibebat. Epist. 63 b, Cæsar fauet ingenijs, nobilitatem & dignitatem hominum amplectitur. I. A. 213 a, An Antonius equites Rom. amplectetur? Attic. 8 a, Diligere, amare, amplecti, lau dare aliquem. pro Mil. 115 a, Quia nimis amplecti plebem putabatur. Ep. 85 a, Me amicissimè quoticid magis Cæsar amplectitur. pro Cecin. 292 b, Constituere actionem, quæ nequaquam satis verbis causam & rationē iuris amplectatur. pro Fon. 279 a, Quæ si iudex non amplectetur omnia consilio, non animo ac mente circumspiciat, profectò, &c. pro Qu. Rosc. 51 a, Quod ego pluribus verbis amplecter, si, &c. I. C. 118 b, Paruulus filius, qui mihi videtur amplecti remp. de Orat. 105 a, Nam quod ius ciuile tam vehementer amplexus es, video quid egeris. pro Syl. 178 a, Qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebāt, vt, &c. Epist. 74 b, Cùm verò ea tua sit voluntas erga me, libenter ampector talem animum. de Orat. 94 a, Assentior tibi, qui non ita amplecteris artem, vt alij solent. pro Rosc. Com. 46 a, Hæc aduersaria parui temporis memoriam, illæ tabule perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur. \* Oecon. 1, Simplex natura non omnes res cōmodas amplecti volebat. ad Heren. 21 b, Vt eos locos facili naturali memoria comprehendere & amplecti queamus, vt ædes, intercolumnium, angulum, fornix, & alia. de Inuent. 49 b, Absolutio est, pro quam omnia, quæ incidunt in causam, genera amplectimur partitione.

† Syntaxis. *Amplecti aliquem. i. amare. Ingenia amplecti. Diligere, amare, amplecti, lau dare. Pluribus verbis amplecti. Amplecti vehementer sciētias: id est, aggredi.*

**AMPLEXOR**, aris. *amplector, amo, amplexibus excipio, sinu foueo, in manibus habeo*. Epist. 12 a, Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsentè osculabantur, vt, &c. Ep. 15 a, Meq; inspectante sæpe inimicum meū modò in senatu seuerè seducunt, modò familiariter atq; hilarem amplexantur. Qu. fr. 353 b, Appius totum me amplexatur. Att. 280 a, Quo magis amplexetur ac tueatur iudicium suum. dicitur ergo de rebus non corporatis. de Fin. 114 b, Aut ipsius animi cognitionem amplexarentur, actionem relinquerēt. pro Sest. 23 a, Neq; nullum amplexari ocium, quod abhorreat à dignitate. Aca. 45 a, Species, quas Plato mirificè erat amplexatus. \* pro Cl. 43 a, Tum auctoritatem Censorum amplexator.

† Syntaxis. *Amplexari, in manibus habere, fouere, osculari aliquem. Amplexari iudicium, cognitionem, ocium. Plato species amplexatur: id est, docet, ac magni facit.*

**AMPLEXVS**, xus. de D. 97 a, Puer circumplatus serpentis amplexu.

**AMPLIFICANDVS**, da, dum. *augendus, locupletandus*. de Or. 96 b, Quæ pro nobis sunt, amplificanda atq; augenda: quæ pro aduersarijs, infirmanda atq; frangenda.

**AMPLIFICATIO**, onis. *exaggeratio, augmentum, accessio, cumulus*. Offic. 6 a, Nec verò amplificatio rei familiaris nemini

nocens vituperanda est. Part. 234 b, Est igitur amplificatio grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliat in dicendo fidem. ad Heren. 15 a, Amplificatio est res quæ per locum communem instigationis auditorum causa sumitur. ad Heren. 20 b, Amplificatio est oratio, quæ aut ad iracundiam inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum. de D. 115 a, Si extis pecuniæ mihi amplificatio ostenditur. Orat. 206 a, Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Heren. 15 a, Conclusiones, &c. constāt ex enumeratione, amplificatione & cōmiseratione. & 19 a, In ipsa causa crebras & breues amplificationes interponemus pro locos communes. Heren. 20 a, Eam *mollitudinē vocis* diuidimus in sermonem, contentionem, amplificationem. ibid. Amplificatio diuiditur in cohortationem & cōquestionem. ibid. Conquestio est oratio, quæ in commodorum amplificatione animum auditoris ad misericordiam perducit. Heren. 21 a, In amplificationibus cū cohortatione vtetur voce attenuatissima, clamore leni, sono æquabili, commutationibus crebris, maxima celeritate. ibid. Sin vtetur amplificatione per cohortationē. ibid. Sin vtetur amplificatione per conquestionem. de Orat. 152 b, Sed in hoc, &c. amplificatio potest plurimū, eaq; vna laus oratoris est, & propria maximè. Top. 229 b, Peroratio, &c. habet maximè amplificationē, cuius effectus hic debet esse. Partit. 232 a, Amplificatio quamquam habet proprium locum, sæpe etiam primū, postremum quidem ferè semper, tamen reliquo in cursu orationis adhibenda est, &c. Itaq; ad fidē quoq; vel plurimū valet. Est enim amplificatio vehemens quædam argumentatio: vt illa docendi causa sit, hæc commouendi. Part. 234 a, Est peroratio diuisa in duas partes, amplificationem & enumerationem. & b, Ea amplificatio & verborum genere conficitur, & rerum. ibid. Rerum amplificatio sumitur eisdē locis omnibus. ibid. Nec quicquā in amplificatione nimis enucleandū est. ad Her. 21 a, In amplificationibus vtetur clamore leni. de Offic. 41 b, Omni ratione colenda & retinenda iustitia est, tum ipsa propter se, tum propter amplificationem honoris & gloriæ.

† Syntaxis. *Rei familiaris amplificatio, pecuniæ, honoris, gloriæ.*  
**AMPLIFICATOR**, oris. *exaggerator, locupletator*. Tusc. 230 a, Pythagoras non solum nominis inuentor, sed etiam rerum ipsarum amplificador fuit. Epist. 151 b, Me tuæ dignitatis non modò fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces.

**AMPLIFICATVS**, a, um. *auctus*. I. C. 111 a, Qui hanc urbem conditam, amplificatamq; seruaui. de Nat. 27 b, Respublica amplificata. de Leg. 190 b, Pauci honore & gloria amplificati, vel corrumpere mores ciuitatis, vel corrigere possunt. pro Dom. 231 a, A populo semper sum defensum, amplificatum, & ornatum. Ep. 29 a, Dignitas tua, quæ quidem à te ipso integritate & clementia tua sic amplificata est, vt nihil addi posse videatur.

**AMPLIFICO**, as. *augeo, amplum facio, dilato, multiplico, verbis paruam rem magnificam facio, verbis maius facio, colloquoplo*. (*infirmo, extenuo, imminuo*. de Orat. 152 b, Amplificare rem ornando, quod valet non solum ad augendum & tollendū aliquid dicendo, sed etiam ad extenuandum atq; abiiciendum. pro Pom. 13 b, Conseruare atq; amplificare rem. Antequam 193 a, Alicuius amplitudinē ac gloriam lau de atque honoribus amplificare. de Nat. 59 b, Eamq; facultatē differendi, quā tibi à rhetoricis exercitationibus acceptā, amplificauit academia, huc potius conferas. de Orat. 104 a, Aliquid dicendo amplificare atq; ornare. de Am. 107 a, Amplificare fortunā. Tusc. 186 a, Nam attrētatu (*al. attrētū*) & quassu sæuum amplificatis dolorē. Orat. 208 a, Augere & amplificare res. Acad. 2 a, Ac vereor ne talium personarum cūm amplificare velim, imminuam gloriam.

**AMPLIFICOR**, ris. *ex actiō patet potestas*. de Fin. 57 a, Vt postea voluptas augeri amplificariq; non possit. de Nat. 55 a, His naturis relatus amplificatur sonus.

† Syntaxis. *Amplificare, & augere. Auctor & amplificador. Verbs amplificata. Honore & gloria amplificatus. Defensus, amplificatus, ornatus. Rem ornando amplificare. Amplificare Remp.*

**AMPLIO**, as. *cōperendino, amplius pronuncio, ampliandi facultatem cōcedo, rem profero*. pro Cecin. 290 a, Cū causam nō audisset, & potestas esset ampliādi, dixit sibi liquere. I. V. 81 a, Vt etiam si lex ampliandi faciāt potestatem, tamen isti sibi turpe existimant, non primò iudicare. ad Heren. 35 b, Quid fuit iudices, quare istum nefarium ampliaueritis.

† Syntaxis. *Ampliant iudices rem.*

**AMPLITVD**, onis. *gloria, dignitas, splendor, pondus, auctoritas, grauitas, claritudo, præstantia, maiestas, claritas*. de Inuent. 83 a, Amplitudo est potentia, aut maiestatis, aut aliquarū copiarum magna abundantia. de Or. 123 b, Maiestatem est amplitudo ac dignitas ciuitatis. ad Heren. 9 b, Maiestatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit. pro S. R. 19 a, Vir in quo summa auctoritas est atq; amplitudo.



tudo. pro Mur. 127 b, Pompeius posteris suis amplitudinem nominis, quam non acceperat, tradidit. de Clar. 191 a, Ad summam amplitudinem peruenire. pro Mur. 127 b, Quod virtute perfecisti, ut summa amplitudine dignus putaretis. Antequam 193 b, Amplitudinem & gloriam alicuius laude atque honoribus amplificare. Offic. 14 b, Horum sententia ad claritatem amplitudinemque aptior est. Offic. 14 a, Harum rerum duarum splendor omnium & amplitudo est in posterore. pro S. Rosc. 41 a, Humilitas cum dignitate de amplitudine contendit. I. V. 226 a, Simulachrum fuit quoddam ex ære modica amplitudine, singulari opere. Epistol. 17 a, b, Illud ad tuam amplitudinem & dignitatem pertinet, &c. I. V. 131 a, Ut omnes huius honores inter suos & amplitudinem possent cognoscere. Epist. 144 a, Ut omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. Epist. 4 b, Possim confirmare, te summo omnium studio amplitudinem tuam retenturam. Epist. 6 a, Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. \*Frag. ep. Amplitudinem gloriamque tuam magno mihi ornamento fore existimo. pro S. Rosc. 19 a, Quod cæterorum, neque dictum obscurum potest esse propter nobilitatem & amplitudinem. I. A. 139 a, Num huiusce fortunæ te? num amplitudinis? num claritatis? num gloriæ pœnitebat? Tusc. 188 b, Hoc tibi propone, amplitudinem animi, & quasi quædam exaggerationem quam altissimam animi, quæ maximè exinet in contemendis & despicendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam: eoque pulchriorem, si vacet populo: neque plausum captans se tantum ipsa delectet. Orat. 197 a, Nec verò Aristotelem in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis. Ep. 64 b, Non me repentina aliqua voluntate aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse. con. Rull. 69 b, In eo tamen propter amplitudinem sacerdotij voluerint maiores populo supplicari.

† Syntaxis. *Amplitudo nominis, potentie, maiestatis, copiarum. Amplitudo, ac dignitas. Autoritas, & amplitudo. Ad summam amplitudinem peruenire. Amplitudo & gloria. Claritas, & amplitudo. Splendor, & amplitudo. Amplitudo, ac dignitas. Honores, & amplitudo. Consilium omne ad pietatis amplitudinem conferre. Retinere suam amplitudinem. Iniuria hominum illustrata amplitudo.*

AMPLIAGVS. ad Heren. 22 a, Ampliagas imagines reddunt.

AMPLIVS, plus quam, iam, præterea, supra, magis, in super. de Or. 91 a, Non luctabor, inquit, tecum Crasse amplius: id enim, &c. Attic. 4 b, Ille satidari amplius abs te non petit. Tusc. 47 b, Eo contentæ non querunt amplius pro Sex. Rosc. 42 b, Quid vis amplius? & ibi. Quid quæris amplius? de In. 60 b, Quidnam amplius desideratis? Acad. 20 b, At amplius non desideramus. I. C. 98 b, Etenim quid est Catilina, quod iam amplius expectes? pro Plan. 273 b, Quæris quid pro liberis meis amplius quam pro Plancio facio, facere possem. de Nat. 32 b, Stipibus natura nihil tribuit amplius, quam ut eas alendo atque augendo tueretur: bestijs autem sensum & motum dedit, &c. homini hoc amplius, quod addidit rationem. Att. 276 a, Cui cum essem assensus, decreui hoc amplius, ut, &c. pro Cecin. 305 a, Habebis eum, ut nihil dicam amplius, qui se, &c. pro Mar. 133 a, Alterius verò partem, nihil amplius dicam, nisi quod, &c. in Ver. 261 b, Seipsum abs te repetit, nihil amplius. pro Cec. 290 a, Illi se suos armatos abdixisse dixerunt, etiam hoc amplius Cecinam, &c. pro Plan. 292 b, Nihil dico amplius, hoc tamen miror, cur, &c. de Fin. 126 b, Cum uterque eorum scripsisset, hoc amplius Theophrastus, quæ essent, &c. I. V. 73 b, Ego ero ædilis. hoc est, paulo amplius quam priuatus. & Epist. 142 a, Ita que obtemperare cogito præceptis tuis hoc amplius, nauicularum habere aliquid, &c. Attic. 136 b, Itaque non amplius xv. cohortes Luceriam coegi. I. V. 78 b, Cum enim amplius centum ciues Rom. cognoscerent. I. V. 133 b, Leges in quibus eadem illa sunt, & hoc amplius, cum, &c. de Cl. 170 a, Orationes amplius C. L. Ac. 20 a, Mathematici confirmant Solem amplius duodeviginti partibus maiorem esse, quam terram. Ep. 172 b, Mihi fuit sestertium quatuor millibus amplius. Attic. 31 b, Qui ager, &c. non amplius hominum quinque millia potest sustinere. Epist. 190 a, Interim cognoui in Cilicia esse classem Dolabellæ, amplius quæ centum naues onerarias. I. V. 124 b, Quibus ne reiiciendi quidem amplius, quam trium iudicum præclaræ leges Cornelie faciunt potestatem. I. V. 113 b, Amplius H. S. quadringentis accepisse te arguo. I. A. 168 a, Ego amplius H. S. ducentis acceptum hæreditatibus retuli. I. V. 222 b, Hora amplius iam in demolendo signo permulti homines molebantur. pro Qu. R. 46 b, Si amplius H. S. nummo petisti, quam tibi debitum est, causam perdidisti. Orat. 219 a, Sepe singulis utendum est, plerumque binis, non ferè ternis amplius. pro Flac. 156 a, Qui septingentos iam annos amplius

regnant. pro Qu. R. 46 a, Tu hoc nomen in aduersariis triennium amplius iacere pateris. & ibid. Hoc nomen triennio amplius in aduersariis relinquebas. & ibid. Amplius sunt sex menses. & ibid. Amplius triennium est. de Clar. 172 a, Consules re audita amplius de consilij sententiam pronunciant. de Ar. 256 a, Quid enim si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? in Verr. 123 a, Facies quodlibet, daturus non sum amplius. in Ver. 105 b, At erat & esset amplius, si velles populo cautum.

† Syntaxis. *Tibi hoc amplius dabo, quod literas mittam. Etiam hoc amplius id est, præterea. Hoc amplius Theophrastus: id est, supra cæteros, docuit, &c. Paulus amplius quam priuatus. Tuis præceptis hoc amplius obtempero. Non amplius decem nummos habeo. Amplius duabus partibus maius. Non amplius hominum millia habes. Habes classem amplius quam centum naues. Hora amplius iam laborare. Vire binis, non ferè ternis amplius. Triennium amplius ægrosare. & triennio amplius. Amplius sex menses. Amplius triennium est.*

AMPLVS, amplior, & amplissimus. magnus & patens. I. V. 217 a, Erat admodum amplum & excelsum signum cum stola. Qu. fr. 298 a, Theatrum celebritate referatissimum, magnitudine amplissimum. I. V. 239 a, Amplissimas fortunas amittere. Offic. 28 a, Ampla domus. I. V. 228 a, Amplissima curia & gymnasium amplissimum.

¶ Præclarus, ingens, præstans dignitate, illustris, honestus. pro Pomp. 4 a, Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus. pro Mar. 135 a, Quicquid est, quamuis amplum sit, id parum est tum, cum est aliquid amplius. ad Heren. 22 a, Loci prætermodum ampli. I. V. 235 b, Amplissimum collegium Decemvirale. I. V. 260 b, In amplissima ciuitate amplissimo loco natus. Attic. 110 b, Amplissimus ciuis pro Cec. 305 a, Homo virtute cognita, & spectata fide amplissimus. Orat. 199 b, Amplius & grandis orator. de Clar. 186 b, Pompeius erat oratione satis amplus. de Inu. 83 a, Ampla & potens ciuitas. Attic. 123 b, Pro tuis rebus gestis amplissimis amplioribusne quam suis, quam Africanis? pro S. R. 32 b, Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiore loco peruenit. Epist. 86 a, Quamquam id magnum & amplum est. de In. 43 a, Eius quædam magna & ampla pars est artificiosa eloquentia. Attic. 43 b, Quis unquam ex tam amplo statu concidit? I. V. 79 a, Nullum munus amplius aut gratius mihi esse poterat. Epist. 3 b, A. Trebonius qui in tua provincia magna negocia, & ampla, & expedita habet. de Orat. 86 a, Ac ne illud quidem verè dici potest, aut plures cæteris artibus inseruire, aut præmijs ad perdiscendum amplioribus commoueri. de Pro. 74 b, Ampliorem honorem alteri tribuebat, quam ipse erat consecutus. pro Murena 127 a, Ampla & honesta familia. contra Rull. 67 b, Omnia eius chara nobis atque ampla sunt. de Am. 109 a, Suosque omnes per se esse ampliores volebat. Attic. 124 b, Ut resp. opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. pro Mu. 112 a, Parum amplius præmijs afficere alicquem.

† Syntaxis. *Signum amplum, & excelsum cum stola. Theatrum amplissimum magnitudine. Fortune, domus ampla. Amplissimus locus ad dicendum. Collegium amplum, ciuitas, ciuis. Amplissimo natus loco. Vir spectata fide amplissimus. Amplius & grandis orator. Vir concione amplus. Id magnum & amplum est. Munera ampla, & grata. Negocia & ampla, & expedita. Ampla & honesta familia. Chara, & ampla sunt hæc nobis. Volo meos per me ampliores esse. Ampla sit gloria, Resp. b.*

\* AMP SANCTIVS AMP SANCTI, populi seu locus in Hirpinis, de Diuin. 97 a, Alij AN SANCTI legunt.

AMPVLLA, laticus vitreum, ventre amplo & inflato. de Fin. 113 a, Si ampulla aut strigil accedat

\* AMPVTANS, tis. de Senect. 88 a, Vitem amputans ferro coercet ars agricolarum.

AMPVTATIO, onis. de Sen. 88 a, Sarmenorum amputatio me delectat.

AMPVTATVS, a, um. circumcisus, mancus. Orat. 213 b, Infracta & amputata loqui. de Fin. 58 a, Amputata & circumcisa omninianitate & errore.

AMPVTO, s. circumcido, refeco, reijcio, refello. Orat. 119 b, Volo esse in adolescente, unde aliquid amputem. de Orat. 90 b, Licet hinc quantum cuique videbitur, circumcidat atque amputet. Att. 35 a, Chrysiippus testatur tres solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus bonorum, circumcidit & amputat multitudinem: id est, ablegat, & refellit. \* Tusc. 193 a, Ramos amputare miseriarum.

AMPVTO, ris. circumcisor. I. A. 217 a, Sic in reipub. corpore, ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum, amputetur. Offic. Membra quædam amputantur, si, &c.

† Syntaxis. *Amputata loqui, & infracta, Inanitas amputata. Multitudinem circumcidit & amputat. Amputare pestiferum: id est, morbidum, contagiosum, affectum.*



**AN. ne, vtrum, an' ne, an num, ecquid.** de Orat. 162 b. Refert etiam qui audiant, senatus, an populus, an iudices, frequentes an pauci, an singuli. Orat. 217 a. In quo questum est, in totone circuitu, an in principijs solum, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. Tusc. 151 a. An tu Dialecticisne imbutus quidem es? I. P. 80 a. Nam quid ego de consulari loquar, parto vis, an' ne gesto. Acad. 25 b. Tria pauca sunt, an' ne multa. Acad. 34 b. Nescio an' ne quinquevirum quidem quenquam. Orat. 217 a. Quærendumque, vtrum vna species, an' ne plures. pro Cor. 66 a. An' ne licet foederatis istis, vobis non licebit? Att. 189 b. Scire velim quomodo dicat spopondisse, pro patre, an' ne pro filio? de D. 85 b. An num imperatorum scientia nihil est? de Orat. 107 a. An verò si de re ipsa, &c. necessarid perdiscimus? Ep. 8 a. Multum interest, vtrum laus minuatur, an salus deferatur. Ep. 103 b. Id vtrum more Romano locutus sit, an quomodo Stoici dicunt, postea videro. Tusc. 291 a. Vtrum quod minus, &c. an quod corpora, &c. pro Qu. 14 b. Tamen ne vereris, vt, &c. de D. 98 b. Fiat necne fiat, id quæritur.

† Syntaxis. *Refert qui audiant, senatus, an populus. An tu pius ne quidem es? Tria pauca sunt, an' ne multa? Vtrum vna res, an' ne plures? An' ne licebit cunctis, tibi non licebit? An num providentia nihil est? Multum interest, vtrum, &c. an. Tamen ne vereris?*

**ANACTES, dij.** de Nat. 70 a. Sunt qui Anaces legant.

**ANACREON, tis, poeta.** Tusc. 225 a. Anacreontis tota poësis est amatoria.

**ANAGNIA, iæ, oppidum.** pro Dom. 229. item I. A. 180.

**ANAGNIVS, na.** pro Dom. 229. item I. A. 180.

**ANAGNOSTES, stæ, lektor, alicui seruiens.** Attic. 7 a. Puer festinus anagnostes noster Solitheus decesserat. Epistol. 65 b. Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus, Vardaci esse.

**ANALOGIA, giæ, proportio, comparatio.** Attic. 90 b. Phliasios dici sciebam, sed primò me *ἀναλογία* deceperat, *φλιάς, ὀπίθς, σπύς, ὀπωπίθς*. sed hoc continuo correximus. \* de Vniu. 197 a. Id optimè assequitur, quæ Græcè *ἀναλογία*, Latine (audendum est enim, quoniam hæc primùm à nobi nouantur) comparatio proportiõue dici potest. Vide Proportio.

**ANAPÆSTICVS, a, um.** Orat. 215 b. Anapæsticos versus ex libris Iseocratis elegit Hieronymus peripateticus.

**ANAPÆSTVM, sti.** & **ANAPÆSTVS, sti.** modò pedem in versu, modò versum anapæsticum significat. Tusc. 202 b. Nec siletur illud potentissimi regis anapæstus: qui laudat senem, quòd, &c. de Finib. 68 a. Omnes Danaï aut Mycenenses, Attica pubes, reliquique Græci, qui hoc anapæsto citantur. Tusc. 182 b. Nec adhibetur vlla sine anapæstis pedibus oratio. de Orat. 159 b. Quare primùm ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spondei pedem inuitat. de Orat. 160 a. Ex illis modis, quibus hic versus versus efficitur, post anapæstus procerior quidam numerus effloruit. Orat. 215 b. Ita factus est anapæstus, is qui Aristophaneus nominatur.

**ANAS, tis, avis aquatilis.** de Nat. 50 b. Anatum oua gallinis sæpe supponimus. *Anas est à nando dicta.*

**ANATICVLA, læ.** de Fin. 135 b. Nare anaticulas.

**ANATOCISMVS, mi, sanus quod ex fœnore capitur.** Attic. 83 b. Nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset. \* Att. 83 a. Centesimas me obseruaturum dixi cum anatocismi annuifario.

**ANAXAGORAS, ræ, Philosophus.** Orat. 198 a. Pericles Anaxagoræ physici auditor. Acad. 18 b. Anaxagoras niuem nigram dixit esse.

**ANCEPS, pitis, dubius, incertus, ambiguus.** pro Mar. 133 b. Incertus est exitus, & anceps fortuna belli. Orat. 205 b. Dicendi ancipites incertique casus. pro Pomp. 5 b. Vos ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis. Ep. 68 a. Ancipites varique casus habent admirationem. de Somn. 127 a. Ancipitem video quasi fatorum viam. Offic. 3 a. Fit vt distrahatur in deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. Orat. 125 a. Anceps causa & 153 b. Anceps disputatio. & Epistol. 187 a. Anceps cura. Heren. 41 a. In ambiguis ancipitem & multiplicem verborum potestatem esse.

¶ *Vtriusque, vel gemine nature.* de Nat. 22 a. Bestiæ quasi ancipites in vtraque sede viuentis.

† Syntaxis. *Belli exitus, & fortuna anceps. Anceps & incertus casus. Contentio anceps. Casus anceps ac varius. Anceps fatorum via, causa, disputatio, cura. Anceps & multiplex verborum potestas.*

\* **ANCHARIANVS, a, um.** pro L. Vareno: Familia Anchariana.

\* **ANCHISETES, ventus ab Anchise loco nominatus.** Attic. 100 a. Ita bellè nobis flauit ab Epiro lenissimus Anchisetes. Huc *ἄνεμος ἄνχισης*, si cui volēs *τὴν νεωτεργίαν*, pro tuo vendito. *Ἄλλοι λέγουσι lenissimus auster & mitis.*

**ANCHORA, ræ, ferrum aduincum ad sistendas naues.** I. V. 253 b,

Malum erigi, vela fieri, anchoras præcidi imperat. Attic. 7 a. Epistola, quam (vt scribis) anchoris solutis de Phaselo dedisti.

† Syntaxis. *Anchoras præcidere, ac soluere.*

**ANCILLA, læ, pedisequa, famula.** in Verr. 149 b. Hunc serui ancillæque amant. de Finib. 51 a. An partus ancillæ in fructu sit habendus. pro Mur. 106 b. Muliebris & delicatus ancillarum puerorumque comitatus. de Orat. 134 b. \* Eique ostio quarenti Ennium, ancilla dixisset, domi non esse: Nascia sensit illam domini iussu dixisse. *ibid.* Ancillæ tuæ credidi.

**ANCILLARI S, ræ, ancillarum proprium.** Tusc. 239 b. Itaque ancillari fordidoque artificio regiæ virgines, vt tonstriculæ tondebant barbam, &c.

**ANCILLOM, aris, seruius, adstringor.** in Sal. 273 b. Non enim vni priuatum ancillatus sum, neque me addixi, &c.

**ANCILLVLA, læ, de Orat. 105 b.** Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pedisequamque adiunxisti. & de Fin. 79 a.

**ANCONA, & ANCON, vrbs in Piceno.** I. A. 244 a. Epistol. 261. Attic. 108 b. Anconem amifimus. \* Frag. ep. Ancone deiectus est.

**ANDABATA, ræ, gladiatorum genus.** Epist. 100 a. Quem antea ne Anabatam quidem defraudare poteramus: id est, in tenebris agentem, vel oculos clausos tenentem, Andabatarum more: quæ gens in tenebris pugnare consueuerat. *Varro. Andabatis, apud Non. 127. 54.*

**ANDROGYNVS, ni, qui vtrumque sexum habet.** de D. 100 b. Quid ortus Androgyni? nonne fatale quoddam monstrum fuit?

**ANDROMEDA, dæ, signum caeleste.** de Nat. 48 a. *Hanc autem (Cassiopeam) illustri versatur corpore propter Andromeda, aufugiens a spectu maris parentis.*

**ANDROS, insula.** Attic. 143.

**ANELLYS, L. ANELLVS.**

**ANFRACTVS, stus, cuneus, flexus, ambitus.** de Nat. 35 a. Figura nihil habens incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil, &c. Part. 231 b. Oratio circumscripta longo anfractu. de Diuin. 134 b. Iam verò quid opus circuitione & anfractu? de Somn. 127 a. Cùm ætas tua septem noctes Solis anfractibus reditusque conuerterit. de Leg. 173 a. Itaque vt ita cadat, in annuis anfractibus descriptum esto.

† Syntaxis. *Oratio longo anfractu. Circuitio & anfractus. Aetas tua conuertit iam decem anfractibus reditusque. Solis. Annui anfractus.*

**ANGIPORTVS, & ANGIPORTVS, vicus, angusta via & compendiaria inter domos.** in Verr. 137 a. Vt omnibus in angiporis prædonis improbissimi statum ponantur. de Diuin. 95 a. Ex horreis effusum frumentum vias omnes angiportusque construat. ad Heren. 40 a. Ait eos angiporto (*al. angiportu*) toto decrasse. pro Milon. 113 b. Nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esse conducta domus.

**ANGOGIS, consfringo, crucio, premo, sollicito, vexo, torqueo, discrimio.** Att. 19 a. Multa sunt quæ me sollicitant anguntque. Qu. fr. 323 a. Me illa cura sollicitat angitque; vehementer. de Senect. 91 a. Hoc me maximè angit & sollicitum habet.

**ANGOR, eris, discrimio.** Att. 134 b. Tamen angebat singulorum horarum expectatione. Offic. 37 b. Dionysius maximum cruciatu timoris angit solutus. Att. 33 b. De Statio angor equidem. Attic. 115 b. Non possum sine dolore accusare eum, de quo angor & crucior. pro Arch. 191 a. Neque tot curis vigiliisque angere, si, &c. Att. 72 b. Angor intims sensibus. de Cl. 165 b. Equidem angor animo, temp. &c. Epist. 262 b. Audio te animo angere & medicum dicere ex eo te laborare. Ep. 47 a. Vehementer esse sollicitum, & in cõmuni bus miseris præcipuo quodam dolore angere. de Am. 97 a. Amicorum decessu angere. Att. 138 b. Antea sollicitus eram & angebar, quo vti consilio possem.

† Syntaxis. *Sollicitor & angor. Cura me angit, habetque; sollicitum. De amico angere. Angi & cruciari. Inimicis angere sensibus, animo, præcipuo dolore.*

**ANGOR, oris, vexans ægritudo, premens, ac discrimians sollicitudo.** Offic. 33 a. Nec me angoribus dedi, quibus essem cõfectus, nisi restitissimè, nec rursum indignis homine docto volupratibus. Tusc. 213 a. Angor est ægritudo premens. I. A. 197 b. Angoribus conficiat. Ep. 70 a. Me ab omnibus molestiis angoribusque abducam. Offic. 69 a. Angores, sollicitudines, nocturni diurnique metus. Att. 16 a. \* Curam & angorem animi sermone & consilio leuasti tuo. Læ. 105 b. Quamobrem angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet, vt tollat è vita amicitiam.

† Syntaxis. *Angoribus se dare, confici. Abducere se à molestiis & angoribus. Cura & angor animi.*

**ANGVICVLVS, li.** de Fin. 134 a. Serpere anguiculos.

**ANGVINVS, a, um, anguis peculiaris, & proprius.** de D. 136 a. Ceruix anguina. Pacuij.



**ANGUIS**, *guis. serpens.* de D. 88 a, item 121 a, Tib. Gracchus duobus anguibus domi comprehēsis, aruspices conuocauit. de Diuin. 95 b, Ab infima ara subito anguis emerit. de Inu. 48 a, Angues ingentes alites iuncti iugo. de Nat. deor. 21 b, \* Cum volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuēctas interficiunt atq; consumunt *ibes.* Ex quo fit, vt illæ nec morfu viuæ nec ceāt, nec odore mortuæ. de Diu. 121 a, Quod anguis domi vectē circumiectus fuisse. *ibid.* Si anguem vectis circumplicasset. *ibid.* Ego tamen miror, si emissio fœminæ anguis mortem afferebat Tib. Graccho: emissio autem maris anguis erat mortifera Cornelix, cur alterutram emisit. & 122 a, De angue illo, qui Syllæ apparuit immolanti, vtrunq; memini. *ibid.* Anguis ab ara exiit. \* de Nat. 47 b,

*Hic pressu duplici palmarum continet anguem,  
Atque ei ipse manet religatus corpore toto.*

de Diuin. 97 a, Nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. de Diuin. 122 a, Vt circumligatus fuerit anguis: sed vt in cunis fuerit anguis. *ibid.* Vbi apud focum angues nundinari solent.

† *Syntaxis. Anguis emerit. Angues alites, & aliæ, volucres.*

**ANGUITENENS**, *tis. Ophiuchus, signum celeste, quod tenet anguem.* de Nat. 47 b, Propter caput autem Anguitenens, *Quem clavo perhibent Ophiuchum nomine Graij,*  
*Hic pressu duplici palmarum continet anguem,  
Atque ei ipse manet religatus corpore toto.*

**ANGVLATVS**, *a, um.* de Nat. 14 b, Corporcula rotunda alia, partim angulata: *id est, angulis prædita.*

**ANGVLVS**, *li. figura est ex linearum adiunctione per se distinctarum.* de Nat. 35 a, Figura nihil habens incisum angulis, nihil anfractibus, nihil, &c. & de Vn. 198 b, Tusc. 156 b, Terrena & humida. suoapte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur. I. C. 106 a, Nemo non modò Romæ, sed ne vllò in angulo totius Italiae fuit, quem, &c. p. Cecin. 301 a, Et me ad omnes verborum angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas. \* ad Her. 21 b, Locos appellamus eos, qui breuiter, perfectè, insigniter, aut natura aut manu sunt absoluti, vt eos facillè naturali memoria comprehendere, & amplecti queamus: vt ædes, intercolumnium, angulum, fornicem, & alia quæ his similia sunt. † *Syntaxis. Ad pares angulos fertur in terram terrenum.*

**ANGVSTATVS**, *a, um. coarctatus.* de Som. 129 b, Terra angulata verticibus, lateribus latior.

**ANGVSTE**, *angustius. arctè, strictè, exiguè, exiliter, tenuiter, pressè, ieiunè.* (latè, fustus, vberius. Orat. 207 b, Pressè & angustè definire. de Nat. 30 a, Breuius, angustius. de Orat. 98 a, Quæ Crassus coarctauit, & perangustè referit in oratione sua. de Cl. 192 a, Angustè & exiliter dicere. de Part. 147 a. Hi enim vrgentur angustius. † *Syntaxis. Pressè, & angustè definire. Breuius & angustius. Coarctata, & perangustè referita in libro. Angustè & exiliter dicere. Hossem vrgere angustè.*

**ANGVSTIÆ**, *arum. fauces terræ, marisq;.* contra Rull. 83 b, Corinthus erat posita in angustijs atq; in faucibus Græciæ. de Nat. 30 a, Fretorum angustix ortu aut obitu Lunæ cōmouentur. \* Tusc. 157 b, Qui ostium Ponti viderunt: & eas angustias, per quos penetrauit Argo.

† *Paupertas.* Ep. 264 b, Ex meis angustijs illius sustento tenuitatem. Part. 240 a, Angustix rei familiaris. contra Rul. 73 b, & pro Cor. 67 b, Et multa alia, quæ senatus propter angustias ararij vendenda censuit. \* Epist. 201 b, Incredibiles angustix pecuniarum publicæ.

† *Difficultas.* Acad. 28 a, Cum sit campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus? de Orat. 154 a, Quantis ex angustijs oratorem educere ausus es. pro Planc. 270 b, Etenim verebantur credo angustias, quasi res, &c. pro Cecin. 301 a, Et me ex hoc (vt ita dicam) campo æquitatis ad istas verborum angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas.

† *Infirmitas.* I. P. 84 b, Non capiunt angustix pectoris tui, nō egestas animi recipit tantā personam. p. Mar. 135 a, b, Tuus animus nunquā his angustijs, quas natura nobis ad viuendum dedit, contentus fuit. \* de Nat. deor. 30 a, Angustia conclusæ orationis non facillè se ipsa tutatur.

† *Aerumna.* de Finib. 121 b, Quæ est igitur causa tantarum angustiarum? pro Qu. 3 b, Tum iste, qui hunc in summas angustias adductum putaret, negat, &c. Epist. 265 a, Excusationem angustiarum tui temporis accipio. de Orat. 164 b, Angustia temporis me coegerunt. de Orat. 85 a, In his vel asperitatibus rerum, vel angustijs temporis obsequar studijs nostris.

**ANGVSTVS**, *a, um. arctus, brevis loco præcipuè.* de Leg. 159 b, In paruum quendā & angustū locum cōcludi. de L. 191 b, Pontes etiam lex Maria fecit angustos. Orat. 215 a, Angusta quædam atq; concisa, & alia est collata, & diffusa oratio.

† *Numeri paucitate.* Offic. 11 b, Ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumq; concluditur societatis propinquorum. de Am. 99 b, Ex infinita societate generis humani ita contracta res est, & adducta in angustum, vt omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungatur. Acad. 46 b, Illi perturbationes animi ex homine non tollunt, sed eas contrahunt, in angustumque deducunt. Partit. 239 a, Rationum & firmamentorum contentio adducit in angustum disceptationem.

† *Abiectus.* Offic. 14 a, Nihil est tam angusti animi, tamque parui, quam amare diuitias. de Fin. 61 a, Ecce autem alij minuti & angusti, aut omnia semper desperantes.

† *Difficilis.* pro Rab. 92 a, Illam alteram partem nimis exiguam & angustam esse voluisti. pro Planc. 270 a, b, Nunc ab vtroq; eas tribus euulsas ais, ne in angustum venirent. Acad. 23 a, Latum. (*Angustum.*)

† *Syntaxis. Corinthus in angustijs, & in faucibus. Ex suis angustijs alicuius sustentare tenuitatem. Angustia pectoris, & animi egestas. Temporis angustia. Res in angustum contracta. Animus angustus, paruus. Angusti minuiq; id erat.*

**ANHELANS**, *tis.* de Nat. 48 a,

*Dum gelidum valido de pectore frigus anhelans,*

*Capricornus.* I. C. 104 a, Catilina furens audacia, scelus crudelitatē. ad Her. 34 b, Ita q; anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur.

† *Syntaxis. De pectore anhelans frigus gelidum. Ex infimo pectore scelus anhelare, crudelitatem. Ex imis pectoribus anhelans spiritus ducitur.*

**ANHELATVS**, *a, um.* de Orat. 146 b, Verba inflata & anhelata grauius.

**ANHELITVS**, *tus. spiritus, respiratio.* Offic. 26 b, Quæ cum sunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur. Postq. 270 b, Non te vnguentorum odor, non vini anhelitus, in eam cognitionem adducebat? vt, &c. I. A. 246 b, Quam vim anhelitus fore censebis.

† *Terræ vapor.* de D. 104 a, Credo etiam anhelitus quosdā fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent. de D. 117 a, Placet Stoicis eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cum fluere cœperint, ventos esse. de D. 132 b, Euanuifese aiunt vetustate vim loci eius, vnde anhelitus ille terræ fieret. \* de Diuin. 117 a, Cum anhelitus terræ se in nubem induerint, eiusque tenuissimam quamque partem cœperint diuidere atque disumpere, idque crebrius facere & vehementius: tum & fulgores & tonitrua existeret.

† *Syntaxis. Anhelitum moueri, & re. Vini anhelitus. Terrarum anhelitus inflabant mentes.*

\* **ANHELO**, vide **ANHELANS** & **ANHELATVS**.

\* **ANICIANVS**, *a, um.* de Clar. 191 b, Aniciana nota.

**ANICVLA**, *læ. anus, vetula mulier.* de Nat. 12 b, Cui tanquā aniculis, & quidem in doctis fato fieri omnia videtur. Tusc. 183 b, Aniculae sæpe incediam biduum aut triduum ferunt. de Diuin. lib. 2, Hæc, mihi iam crede, ne aniculae quidem existimant. de Nat. lib. 1, Vix digna sunt lucubratione anicularum. \* de Clar. 180 a, Cum percunctaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet? & respondisset illa, atque addidisset, Hospes non pote minoris.

**ANIENSIS** *tribus.* pro Pl. 275 a.

**ANIO**, *cnis, stuuus ad 111. ab vrbe miliarium.* de Clar. 169 a, Offic. 75 a.

**ANILIS**, *læ. quod aniculam potius quam virum decet.* Tusc. 168 a, Pellantur ergo ineptix istæ penè aniles. & de D. 134 b, Omnem superstitionem imbecilli animi atque anilis esse.

**ANILITER**, *anicularum inftar.* de Nat. 78 b, Superstitiosè atque aniliter dicere aliquid.

**ANIMA**, *æ. animus, vis, æ prima causa.* de Som. 131 a, Hæc est natura propria animæ atque vis, vt ipsa à se ipsa moueatur: quæ si est vna ex omnibus, quæ sese moueat, neque nata est certè, & æterna est. de Nat. 65 a, Quærit apud Xenophontem Socrates, vnde animam arripuerimus, si nullus fuerit in mundo deus. Tusc. 152 a, Animus anima continetur. pro Sex. Rosc. 45 a, Is tibi omnia sua præter animam tradidit. I. C. 122 b, Præterea de vestra vita, de cōiugum vestrarum ac liberorum anima, hodierno die iudicandum est. pro Sest. 21 a, Si P. Sestius animam, quam vix retinuit, edidisset. Epist. 238 a, Vos meæ charissimæ animæ, quam sapissimè ad me scribitis. Epist. 239 a, Considerandum vobis etiam atque etiam animæ meæ, diligenter puto, quid faciatis. in Arat.

*Hæc augere, anima vitali flamine mulcet.* Tusc. 152 a, Nam & agere animam, & efflare dicimus. Attic. 119 a, In vnus hominis quotannis periculosè ægrotantis anima, positas nostras omnes spes habemus. pro Quint. Rosc. 48 b, Eodem tempore & gestum & animam ageres. pro Mil.



111 a, *Amittere animam: id est, mori, ad Heren. 38 a, Efflare animam: id est, mori. Ep. 123 a, Agere animam: id est, mori. I. V. 264 a, Reliqua est causa, quæ non delata ad me, sed in anima sensuq; meo penitus affixa atq; insita est. Att. 145 a, Aegrotum dum anima est, spes esse dicitur. de Nat. 18 b, Anima consilij rationisq; particeps. in Verr. 178 a, Apronius, qui non modo animum integrum, sed ne animam quidē puram conservare potuisset. Tusc. 152 a, Animus ab anima dictus est. \* pro Marc. 136 a, Qui in causa animam profudit.*

¶ *Spiritus, vitæq; & anhelitus. pro S. R. 30 a, Ducere animam de cælo. Orat. 206 b, Ita viuunt dum possunt, vt ducere animam de cælo non queant. de Nat. 58 a: Sui, ne putrefeceret, anima pro sale data est. de Orat. 159 b, Incerclusio animæ & angustia spiritus.*

¶ *Aër. Acad. 31 a, Si simplex animus, vtrum sit ignis, an anima, an sanguis. de Vniu. 197 a, Inter ignem & terram, a quam Deus animam quæ posuit. de Nat. 53 a, & 54 a, Alpera arteria excipit animam meam, quæ ducta est spiritu, eamque à pulmonibus respirat, ac reddit. de Orat. 108 a, Anima quæ spiritu in pulmones ducitur. item, Continere animam.*

† *Syntaxis. Animam arripere. Animus anima continetur. Vos me animæ. Animam agere, amittere, efflare. In anima, sensuq; infusum. Animus ab anima dictus.*

**ANIMADVERSI O,** *onis. consideratio, attentio, notatio. de Orat. 122 a, Excitanda est animaduersionis & diligentia, vt ne, &c. id est, adhibenda, adyicienda. de Orat. 122 a, Atq; hoc totum est, siue artis, siue animaduersionis, siue consuetudinis, nosse regiones, &c. Orat. 215 a, Notatio naturæ atque animaduersionis peperit artem. pro Cecin. 291 b, Quid ad actoris notationem & animaduersionem ages. pro Ar. 188 b, Tamen hanc animaduersionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis.*

¶ *Reprehensio. Orat. 216 a, Nec enim effugere possemus animaduersionem, si semper ipsidem pedibus vteremur.*

¶ *Pæna, & castigatio. Offic. 74 b, Indicant hoc notationes animaduersionesq; censorum. Attic. 282 a, In animaduersione pœnaque esse duriores. Offic. 18 a, Omnis animaduersionis & castigatio contumeliam vacare debet: neq; ad eius, qui punit aliquem, aut verbis castigat, sed ad Reipub. vtilitatem referri. de Fin. 56 a, Continere aliquem metu animaduersionis. pro Cl. 44 a, Animaduersionis vitiorum. Ep. 66 a, Meam animaduersionem & supplicium, quo vrsurus etiã in eum quem cepissem, remitto tibi. I. A. 164 a, Comprehensio fontium mea, animaduersionis senatus fuit. pro S. R. 28 b, Animaduersionis paternæ metus. \* I. A. 153 b, Falsis animaduersionis fuit Dolobellæ cum in audaces sceleratosque feruos, tum in impuros & nefarios liberos.*

† *Syntaxis. Excitare animaduersionem, ac diligentiam. Notatio & animaduersionis parium artes. Animaduersionis humana, & liberalis. Notatio & animaduersionis censorum. Animaduersionis & castigatio. Animaduersionis & supplicium. Remittere alicui suam animaduersionem & supplicium, quo, &c. actiue. Vti animaduersione in aliquem. Animaduersionis senatus, actiue.*

**ANIMADVERSOR,** *oris. Offic. 19 b, Sic nos si acres & diligentes iudices esse volumus, animaduersoresq; vitiorum, magna intelligemus sæpe ex paruis.*

**ANIMADVERSVS,** *a, um. agnitus. de Orat. 94 a, Hæc ab hominibus callidis, à peritis animaduersa ac notata sunt. de Orat. 95 a, Oratoris peccatum, si quod est animaduersum, stultitiæ peccatum videtur.*

**ANIMADVERTENDVS,** *a, um. I. V. 77 b, Atq; ea sunt animaduertenda peccata, quæ difficillimè præcauentur.*

**ANIMADVERTO,** *& animum aduerto. noto, astendo, animum attendo, deprehendo, sentio, intelligo. de Nat. 2 b, Sin autem dii non possunt nos iuare, nec volunt, nec curant omnino, nec quod agamus animaduertunt, quid est, &c. I. C. 291 b, Quid est Catilina? quid attendis? quid animaduertis horum silentium? & 3 a, Animaduerti enim & didici ex tuis literis, te, &c. Attic. 88 b, Deinde me obsecras amantissimè, ne obliuiscar vigilare, & vt animaduertam quæ fiant. de Nat. 4 b, Quin ad sint, cognoscant, animaduertant. & 78 a, Nonne animaduertis? Att. 130 b, Etiam illud pro tua prudentia debes animaduertere, quot cohortes, &c. Quin. de Pet. 210 a, Cum vident vnum esse aliquem, qui hæc officia maximè animaduertat. Ep. 130 b, Quamobrem quid aut ille sperare possit, aut tu, animum aduerte pro tua prudentia. \* pro Q. Gall. Ego te certò scio, omnes logos, qui ludis dicti sunt, animaduertisse.*

¶ *Punio, castigo. I. C. 103 b, & Epistol. 60 b, Crudeliter animaduertere in aliquem. I. V. 85 a, Cum ille non daret, animaduertit genus animaduersionis videte. I. V. 120 b, Tu q; institueras in eos animaduertere, qui perperã iudicassent.*

**ANIMADVERTOR,** *ris. de Am. 101 a, Quod quidem quale sit, etiam in bestiis animaduerti potest. Epist. 182 a, Digni-*

*tas tua facit, vt animaduertatur quicquid facias.*

† *Syntaxis. Animaduersa & notata. Peccatum animaduertendū. Ades, agnosce, animaduerte. Pro tua prudentia animaduerte. Crudeliter animaduertere in aliquem. Animaduertere, absolute.*

**ANIMAL,** *lis. animans. (inanimatus, inanimus. de Som. 131 b, Inanimatum est omne, quod motu agitur exterius: quod autè animal est, id motu cietur interiore. de Diu. 120 b, Cū hoc animal tam sit canorū sua sponte: id est, gallus. de Fin. 73 b, Homo, diuinum animal. de Nat. deor. 2, Siue animal siue è terra editū. de Nat. 65 b, Mortale igitur omne animal & dissolubile, & diuiduum sit necesse est. ad Att. 87 b, Feci iter per eius possessionem, in qua animal nullum reliquum est. de Leg. 160 b, Ex tot generibus nullum est animal, præter hominē, quod habeat notitiam aliquã Dei. de Diu. lib. 1, Nullum animal, quod sanguinem habet, sine corde esse potest. de Nat. deor. 3, Animal nullū sempiternum. de Nat. deor. 65 a, Omne animal naturã patibilem habet. de Fin. 71 b, Omne animal simul vt ortū est, & seipsum, & omnes partes suas diligit. de Diu. 105 b, Omne animal vt vult, ita vitur motu sui corporis. 1. de Leg. Animal prouidum & sagax homo. de Vniu. Vt animal quod videmus, esset illi animali quod sentimus ad æternitatis imitationem similitimum. in Ant. 173 b, Charybdim dico, quæ si fuit, fuit animal viuum. Acad. 10 b, Quomodo non potest animal vllū non appetere id, quod accommodatum ad naturam appareat, sic non potest obiectam rem perspicuam non approbare. de Vniu. Animal vnum aspectabile, in quo alia omnia animalia continentur, mundus. de Vniu. Animal esse mundum hunc intelligens, & diuina prouidentia constitutum. de Nat. deor. 7 a, Si mentem istam quasi animal aliquod esse voluit: erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur. in Pison. 84 b, Cū tu complexus es illud funestum animal, ex nefarijs stupris concretum. de Nat. 51 b, Cū autem in locis semen insedit, rapit omnem ferè cibum ad sese, eoq; septum fingit animal. de Fin. lib. 5, Omni animali illud quod appetit, positum est in eo quod natura est accommodatum. in Pison. 83 b, Consul ille, quem ego in hoc animali inuenire non possem. 3. de Nat. d. In omni animali est appetitio & declinatio naturalis. de Fin. 114 b, Alij summum bonum in eo genere ponunt, quod sit extra nostram potestatem, tanquam de animali aliquo loquantur. de Nat. 50 b, Iam verò alia animalia gradiendo, alia serpendo, ad pastum accedunt. Offic. 35 b, Animalia habent suos impetus, & rerum appetitus. 2. de Nat. deor. Animalium alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt cibum. de Fin. lib. 5, Omnium animalium commune est, secundum naturam viuere. de Vniu. Animalium genera quatuor. ibid. Quot formas animalium mens in speciem rerum intuens poterat cernere, totidem & tales in hoc mundo secum cogitavit effingere. Tusc. quæst. lib. 1, Animalia & animantes frustra appellare censuit Dicæarchus. \* de Consolat. Si vllum animal consecrandum fuit. de Fin. 71 a, Simul atq; natum est animal, gaudet voluptate, & eam appetit vt bonum, aspernatur dolore vt malū. De malis autem & bonis, ab his animalibus, quæ nondum deprauata sint, ait optime iudicari. de Fin. 71 b, Et simul nõ proficiscitur animal illud modò natum à summa voluptate. Offic. 3 b, Vnum hoc animal sentit quid sit ordo. ibid. Nullum aliud animal pulchritudinem sentit. Incer. Animalia byturos vocari, qui vitis in Campania erodant. Acad. 10 b, Cū inter inanimus & animal hoc maximè intersit, quod inanimus nihil agit, animal agit aliquid: (nihil enim agens ne cogitari quidem potest quale sit) aut ei sensus adimendus est.*

† *Syntaxis. Animal voce canorum, dissolubile, diuiduum, natura patibili, prouidum, sagax, aspectabile: id est, practantissimum, & spectatu dignum, intelligens, functum, ex stupris concretum.*

**ANIMALIS,** *le. spirabilis, æreus. de N. 66 a, Natura animantis vel terrena, vel ignea, vel animalis, vel humida. Tusc. 156 b, Reliquæ duæ partes, vna ignea, altera animalis, &c. & ibid. Siue illi sint animales: id est, spirabiles, siue ignei, &c. de N. 44 a, Principio enim terra sita in media parte mundi, circumfusa vndiq; est hac animali spirabilisq; natura, cui nomen est ær. Sunt qui, animabili, hoc loco probent, pro eo vnde anima: vt spirabili, vnde spiritus ducitur.*

¶ *Animæ proprium, ab anima viuens, vitale, animam præbens. 4. Acad. Erit enim persuasum, etiam Solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse: quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet & transeat. de D. 136 a, Euiscerata inanima cum animalis sono. de Vniu. 20 a, Corpora colligata vinculis animalibus. de Inu. 62 b, Vt mutū in simulachrum ex animali exemplo veritas transferretur.*

† *Syntaxis. Natura animantis terrena, ignea, animalis, humida. Animalis spirabilisq; natura, cui nomen ær, animabilis. Animalis intelligentia per omnia means. Animalis sonus. Exemplum animale: id est, viuens.*



**A N I M A N S**, *tis. animal, ab solute.* de Nat. 9 b, Aristo dubitat, omnino Deus animans necne sit. de N. 30 a, Nihil (inquit) quod animi, quodq; rationis est expers, id generare ex se potest animantem, competentiq; rationis. de Vniu. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur. de Vniu. Animantes qui animo cernuntur, & ratione intelliguntur. 2. de Nat. d. Animantes multæ insectantes odoris intolerabili foeditate depellunt. de Vniu. Animantes orientur, quos & viuos alatis, & cõsumptos sinu recipiatis. 2. de Nat. d. Animantes aspiratio ne aëris sustinentur. de Leg. 161 a, Nam quæ cæteras animantes abieciisset natura ad partem, solum hominem erexit. in Lat. Deinde vt reliquerant atq; appetant aliquas alias animantes, ad quas se applicet. de Vni. Animantia diuina sunt infixa cœlo sidera, ob eamq; causam suis sedibus in hærent, & perpetuò manent. de Vn. Animantia omnia sunt in quædam genera partita aut inchoata. de Vni. 201 b. Animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atq; cœlestē, alterum pennigerum & æreum, aquatile tertium, terrestre quartum. Offic. 1. Cõmune animantium omnium est coniunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quædam eorum quæ procreata sunt. Offic. 1. Animantium generi omni à natura tributum est, vt se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea quæ nocitura videantur, omniaq; quæ sint ad viuendum necessaria, acquirat & pareat. Offic. 1. Animantium hoc natura commune est, vt habeant libidinem procreandi. de Nat. deor. 2. Animantium varius ortus. 2. de Nat. deor. Animantium alia conis teclæ, alia villis quantam, alia spinis hirsuta. 2. de Nat. deor. Animantibus quamvis custodiam conferendi sui ingenuit natura.

¶ *Coniunctim. Visens, ac sentiens aut animatum.* de Nat. deor. 1. Qui mundū ipsum animantem sapientemq; esse dixerūt. de Nat. 30 a, Animans est igitur mundus, composq; rationis. de Nat. deor. 1. Quæ autem animans natura, nihil curans? de Nat. deor. 1. Animantem legem efficit Zeno.

¶ *Syntaxis. Animantia diuina, infixa cœlo sidera. Mundus natura, Lex animans.*

**A N I M A T I O**, *onis.* de Vniu. 201 a, Quartum genus animantium Deus diuinæ animationis maximè speciem faciebat ex igne. *Calum intelligit, seu æthera.*

**A N I M A T V S**, *a, um. visens, animale.* Tusc. 159 b, Animatum est, quod motu cietur interiore & suo. de Som. 128 a, Stellæ diuinis animatæ mentibus.

¶ *Affectus bene, vel malè.* I. V. 235 a, Ciuitatem vt abs te affecta sit, ita in te esse animatam videmus. Epist. 180 b, Si aliter esse animatus, nunquam quod facerem negarem. Epist. 240 b, Intelligebam socios infirmè animatos esse. de Am. 107 a, Vt quædam dno dum in se quisque, sic in amicum sit animatus. I. A. 223 a, Qui quantum afflicti luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, vt si ille adest. Antequam 196 a, Sic enim ab initio sui animatus, vt me resp. procreatum putarem. Antequam 197 b, Erga vos omni tempore optimè fui animatus. Epist. 84 a, Pompeius animatus melius quàm paratus. de Orat. 127 b, Ita animati homines sunt, vt nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possemus.

¶ *Syntaxis. Stellæ animatæ mentibus. In aliquem bene, vel malè animatum esse: melius optimè, ita sic, vt, &c.*

**A N I M O**, *as. animatum facio, anima dono.* de D. 107 b, Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget. de Nat. 23 a, Individua corpora formare, figurare, colorare, animare non possunt.

**A N I M O R**, *aris. anima donor.* de Diuin. 127 a, Perinde vt cunq; tēperatus sit aër, ita pueros orientes animari atq; formari.

**A N I M O S E**, *intrepidè.* in Anton. 192 a, Animose & fortiter facere aliquid. Offic. 19 a, Hæc præscripta seruantem licet magnificè, grauitè, animoseq; viuere.

**A N I M O S V S**, *a, um. plenus animi, plenus roboris, non timidus.* p. Mil. 119 b, Vir fortis & animosus. Tusc. 152 a, Nam & animosus & bene animatos dicimus. de Sen. 92 a, Senectus animosior est quàm adolecentia & fortior.

¶ *Syntaxis. Fortis, & animosus. Senectus animosior, ac fortior.*

**A N I M V L A**, *a, pusilla anima, & visa infirma.* Ep. 50 b, In vniu. mulierculæ animula si iactura facta est. *Serui Sulpij.*

**A N I M V S**, *mi. mens, anima, audacia, spiritus.* Tusc. q. lib. 1. Quid sit animus, aut vbi, aut vnde, magna discussio est. Acad. 31 b, Animus, est mens sine corpore vllò, vt dixit Xenocrates. de Sen. Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatiq; contrarium. de Som. 130 b, Animus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est. de Vni. est. Animus vnus ex omnibus rationis, contentioniq; sempiternarum rerū & subintelligentiæ cadentium compos & particeps: quo nihil ab optimo genitore melius procreatū:

quippe qui ex eadem vincit, alteraq; natura, adiuncta materia temperatione trium partium, proportionē compacta, se ipse conuertens, cum materiam mutabilem arripuisse, & cum rursus indiuiduam atq; simplicem, per quā omnis mouetur, discernitque quid sit eiusdem generis, & quid alterius, & cætera diiudicat, quid cuiq; rei sit maximè aptum, quid quoq; loco, aut modo, aut tempore contingat, quæq; distinctio sit inter ea quæ gignantur, & ea quæ semper sint eadem. Tusc. q. lib. 5, Animus accipit quæ videmus. 2. de Orat. Acer & præfens animus. Tusc. q. lib. 3, Animus æger (vt ait Ennius) semper errat, neq; pati, neque perpeti potest, cupere nunquam desinit. Tusc. q. lib. 4, Animus ægritudine ac perturbationibus reliquis omnibus vacuus, perfectè atq; absolute beatus efficit. pro Rosc. Amer. Animus æquus. Tusc. q. lib. 1. Animus seipsum semper mouet, atq; idcirco non est natus, sed æternus. 12. ad Att. Animus afflicti & fractus. de Fin. lib. 1, Animus semper agit aliquid, neq; vlla conditione quietem sempiternam potest pati. 12. ad Att. Scire enim vis quo vno animus alitur. Offic. 1, Animus altissimus, & gloriæ cupidus. 1. de Inu. Amplus & excelsus, & patiens incommodorum. in Pis. Angustus atq; demissus. Epist. 57 b, Anxius & sollicitus. ad Lent. lib. 1, Apertus & simplex. Tusc. q. lib. 1, Vt oculus, sic animus sese non videns, alia cernit. 3. ad Heren. Animus nulla nisi noua aut admirabili re commouetur. 16. Fam. Cicetonis filij, Non solum animus à factis, sed aures quoq; à cõmoratione abhorreat. de Vn. Animus à medio profectus, extremitatē cœli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit, seseq; ipse versans, diuine, sempiternæ sapientisq; vitæ induxit exordium. de Fin. 1, Animus à se ipse dissidens, secumq; discordans. Tusc. q. li. 1, Animus ab anima dictus. 1. ad Quin. fr. Animus ab iracundia antè occupatur, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur. Tusc. q. lib. 1, Animus hominis habet memoriam & eam infinitam rerū innumerabilium. de Diu. lib. 1, Animus hominis nunquam naturaliter diuinat, nisi cum ita solutus est & vacuus, vt ei planè nihil sit cum corpore. 1. de Leg. Animus hominis quibus rebus beatus fiat. de Nat. deor. 1, Cur animus hominis quicquam ignoraret, si esset deus? Tusc. q. lib. 1, Animus hominis, si nihil esset in eo, nisi vt per eum viueremus, esset nobis cum bestijs plantisq; communis. Tusc. quæst. lib. 1, Bestiæ enim & plantæ animam vegetatiuam seu vitalem habent, per quam viuunt. Animus hominis si nihil haberet, nisi vt appeteret aut refugeret, id ei esset commune cum bestijs. Nam & bestia appetunt quæ sunt bona, & refugiant contraria. Tusc. q. lib. 1, Animus humanus decerpit ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc casus est dictu, cõparari potest. Tusc. 157 a, Animus iunctus ex anima tenui (*id est, aère*) & ardore Solis temperato. Tusc. q. lib. 1, Animus humanus si est excelsus, & si eius aëres ita curata est, vt ne cæcetur terroribus, sit perfectæ mēs: id est, absoluta ratio, quæ est idem quod virtus. de Fin. 59 b, Humilis atq; imbecillus. Diuin. lib. 2, Imbecillus atq; anilis. Diuin. lib. 2, Imbecillus, remissusq;. 14. Philipp. Ieiunus, vel angustus. Tusc. q. lib. 1, In corpore inclusus. Tusc. quæst. lib. 1, In corpore tanquam alienæ domi (*propria enim eius sedes, est calum.* Attic. lib. 12, Animus est in hortis. Tusc. quæst. lib. 2, Animus in partes duas distributus est, quarum altera rationis est particeps, altera expers. Tusc. quæst. lib. 2, Ex hoc ille animus in prælijs paratus ad vulnera. 2. de Inuen. 152, Animus ad inuentionem facilius incedet. de Diuin. 2, Furore diuino incitatus. Tusc. quæst. lib. 3, Inflatu & tumens. ad Brut. Infixus in patriæ charitate. de Nat. deor. 1, Se iniiciens & intendens in immensum. Tusc. quæst. lib. 4, Intentus. Tusc. quæst. lib. 2, Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimuntur: similimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. Tusc. quæst. lib. 1, Si animus vnà cum corpore interit, nullus in eo sensus remanet, ipse enim nusquam est. Tusc. q. lib. 1, Iudex omnium. Tusc. q. lib. 1, Animus iunctus ex anima tenui: *id est, aère, & ardore Solis temperato.* Tusc. q. lib. 1, Animus iuxta Empedoclem est cordi suffusus sanguis. Tusc. quæst. lib. 1, Leuis & calidus. Offic. 1, Magnus elatusq;, humanasq; res despiciens. de Fin. lib. 5, Magnus, erectusq;. Offic. 3. 30. Lentulo, lib. 1, Magnus & excelsus. Att. lib. 8, Magnus & fortis. Tusc. 185 b, Mollis, demissus, humilis, eneruatus, languens. 1. ad Att. Mollis: *id est, facilis*, & ad accipiendā & ad deponendā offensiuè. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Animus mundi esse animantem, & omnium qui sub aspectum eadunt, animantium perfectissimum. Animus mundi omnium rerum quæ sunt ei subiectæ quasi prædentia quæ dā, procurar̄s cœlestia ac humana, secundū Academicos. Tusc. q. lib. 1, Animus nec secerni, nec diuidi, nec discerni, nec distrihi potest: nec interire igitur. de Fin. lib. 4, Cum præsertim ipse quoq;



**ANTE EO**, is. *antecedo, præcedo.* contra. Rul. 85 b, Licetores prætoribus antebant cum fascibus duobus. Tusc. 149 a, Cato qui hos ætate antebat. I. A. 221 a, Seruius ætate illis antebat, sapientia omnibus. de Fin. 149 b, Præstantiam animi omnibus bonis corporis anteire dicimus. de Fat. 149 a, Si illi fateantur assensionem non sine viso antecedente fieri, alia ratio est: sed si concedunt anteire visa, &c. vide ne idem dicant. de Clar. 185 b, Consules, qui omnes intelligentia antebant. Tusc. 124 a, Fortunam ipsam anteibo fortunis meis. pro Syl. 161 a, Nec se æquales tui propter istam causam abs te anteiri putant. Offic. 40 a, Qui anteire cæteros virtute putantur.

† Syntaxis. *Anteire tempore, dignitate, aliquem, alicui: fortuna, foris. Illi se à te anteiri dicunt.*

**ANTE FERRE**, fers. *antepono, præpono.* Part. 229 b, Deinde ista tua studia vel maximis meis occupationibus anteferrem libenter. Ep. 83 b, Vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem. pro Corn. 64 a, Quis dubitaret de toto iure pacis & belli omnibus iuris peritissimis imperatores nostros anteferre? cont. Rul. 67 a, Vos qui me antetuleritis nobilitati. Epist. 74 b, Tamen ita existimes velim, me antelaturum fuisse, si ad me venisses, voluntatem tuam commodo meo. Orat. 198 b, Sed ego idem, qui, &c. recordor longè omnibus vnum anteferre Demosthenem. Quint. fr. 306 b, Comititia iudicij anteferre. Att. 96 b, Qui se lolet anteferre puero sororis tuæ filio. de Clar. 180 a, Anteferre se alicui. pro Syl. 184 b, Vt nemo ei se honore anteferet. Epist. 29 b, Præsertim cum sine cuiusquam reprehensione, legatis quæstorem possis anteferre. Epist. 11 a, Bibuli fortunam, quam ille afflictam putat, omnium triumphis victorijque antefero. \* pro Marc. 131 a, Te autoritatem huius ordinis, dignitatemque Reipub. tuis vel doloribus vel suspicionibus anteferre.

¶ Procuo, provideo. Ep. 72 b, Certè nos quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus.

† Syntaxis. *Hoc isti rei antefero. Se honore alicui anteferre. Consilio futura anteferre: id est, providere.*

**ANTE GREDIOR**, ris. *progredior, antecedo, anteuerto.* (sequor. de Nat. 36 b, Lucifer Latinè dicitur, cū antegreditur Solè: cum subsecquitur autem, hesperos. de Fat. 144 b, Quod si ita est, omnia quæ fiunt, causis fiunt antegressis. & ibid. a, Causæ fortuitò antegressæ. & de Diuin. 85 b, Iisdem signis antegressis. Offic. 19 a, id tum apparet, cū antegressa est honestas.

† Syntaxis. *Antegredi aliquem. Quæ fiunt, antegressis causis fiunt.*

**ANTE HAC**, antea. Epistol. 197 a, Atque antehac sperare quidem licebat, nunc etiam illud ereptum est. Epist. 7 b, Simul quod video, non ut antehac putabam, nouitatu esse inuisum meæ.

**ANTE LATVS**, a, um. de Pro. 74 b, Cū ipse cæteris omnibus esset omni honore antelatus.

**ANTE LVCANVS**, a, um. *quod ante lucem est, vel sit.* Epist. 245 a, Ex antelucano tempore vsque ad horam diei decimam. Tusc. 218 b, Qui dolere se aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria. I. C. 109 a, Antelucanæ cœnæ.

† Syntaxis. *Antelucana opificum industria. Tempus antelucanum. Cœna antelucana.*

**ANTE MERIDIANVS**, a, um. *quod ante meridiem est, vel sit.* (pomeridianus. Att. 211 b, Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi, nunc respondebo vespertinis. de Orat. 144 b, Antemeridianus sermo. \* de Orat. 154 a, ambulatio antemeridiana.

**ANTENNA**, næ. *transuersum in naui lignum ad malum, cui velum alligatur.* de Orat. 159 b, Quid tam in nauigio necessarium, quàm prora? quàm puppis, quàm antennæ? quàm vela? mali?

**ANTE OCCUPATIO**, onis. *Rhetorica exornatio est, alia ab occupatione.* de Orat. 162 a, Erroris inductio, in hilaritatem impulsio, anteoccupatio, &c.

**ANTE OCCUPO**, as. *præoccupo.* Orat. 209 b, Vt anteoccupet, quod putat opponi. de eadem anteoccupatione loquitur.

**ANTE PONO**, nis. *præpono, præfero, antefero, præstabilis puo, primas omnium alicui do, aliquid primum & summum habeo.* At. 14 b, Vera quidem laude probitatis, neque me tibi, neque quenquam antepono. Qu. frat. 300 b, Si te illi anteponis, valde magnum facis. de Orat. 93 a, Et longè Academiæ illi & Lyceo tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. Tusc. 203 b, Cuius iudicium longè antepono tuo. Ep. 52 a, Ea te sapientia esse iudico, vt meum consilium non anteponom tuo. Ep. 36 a, Nec me hercule aliter vidi existimare Cn. Pompeium, quem omnibus, qui vnquā fuerunt, vel P.

Lentulum, quem mihi ipsi antepono. de Cl. 188 a, Hanc autem gloriam, testimoniumque; Cæsaris, tuæ quidem supplicationi nō solūm, sed triumphis multorum antepono. in Var. Nemo se anteponet, quo min⁹ reus fiat. \* pro Marc. 134 a, Huius vitam non anteponat suæ.

† Syntaxis. *Hoc isti rei antepono. Te illi antepono. Se anteponere, absolutè.*

**ANTE PRAEDICO**, cis. *prædico.* I. A. 206 b, Itaque quod paulo antè feci in Senatu, faciam apud vos, testificor, denuncio, antepredico.

**ANTE QVAM**, priusquam. Attic. 75 a, Antequam aliquo loco confedero, literas à me non habebis. Att. 26 b, Equidè antequam tuas legi literas, in hominem ire cupiebam. pro Dom. 241 b, Præsertim illo magistro, qui cogeretur decedere, antequam ipse didicisset. I. V. 246 a, Nunquam in Sicilia frumentum publicè est emptum, antequam iste hoc præclarum consilium dedit, vt, &c. de Or. 156 a, Neque defatigabor antequam percepero, &c. I. V. 136 b, Neque in hac re solum fuit eiusmodi, sed antequam ego in Siciliam veni, in maximis rebus ac plurimis. Par. 124 b, Nunquam eris diues, antequam tibi tantum ex tuis possessionibus rescia tur, vt tueri sex legiones possis. Ep. 102 a, Sin nostri oblitus es, dabo operam vt istuc veniam, antequam planè ex animo tuo effluo. I. A. 244 a, Cui fui semper amicus, antequam ille reip. est factus inimicus. Qu. fr. 301 b, Ne quid de bonis, quæ L. Octauij fuissent, diminuerent, antequam Cn. Fundanio pecuniam soluisset. pro Mil. 121 b, Vtinam, dij immortales, vt P. Clodius viueret, antequam hoc spectaculū viderem. I. A. 218 b, Dixitque se non antea renunciaturum senatui, nisi prius sibi respōdisset quid facturus esset, quàm ex illa circumscriptione excederet.

† Syntaxis. *Scribam antequam discedo, & discedam. Antequam legi, scribebam. Nunquam dixit, antequam ille dixit.*

**ANTEROS**, Veneris & Martis filius. de Diu. 71 a, & b, Tertius Cupido quidem est Anteros. & de Nat. lib. 3.

**ANTESIGNANVS**, ni. *primipilus, miles qui ante signum in acie collocatur.* I. A. 174 a, & 196 b, Fueras in acie Pharsalica antesignanus. Antesignanos iudices constituere.

† Syntaxis. *Antesignanus miles. Antesignanus absolutè. Iudex antesignanus.*

**ANTE STO**, as. *præsto, antecello, excello.* de Inu. 62 b, Crotoniarum quondam omnibus corporis viribus & dignitatibus antesteterunt.

† Syntaxis. *Antestare viribus, dignitate.*

**ANTEVERTENS**, tis. *præcedens.* de Nat. 36 b, Stella tum anteuertens Solem, tum subsecuens.

**ANTEVERTO**, tis. *præuerto, antecedo.* de Am. 98 b, Atque id ipsum cum tecum agere conarer, Fannius anteuertit. pro Mil. 110 a, Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuium, illo ipso, quo profectus est die, itaque anteuertit.

† Syntaxis. *Ille anteuertit, absolutè.*

\* **ANTI ANVS**, a, um. *Frap. ep. Hercules Antianus.*

**ANTICIPATIO**, onis. *Græcè ἀντιπίσις.* de Nat. 10 b, Quis nō habet sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat ἀντιπίσις Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem: sine qua nec intelligi quicquam, nec queri, nec disputari possit.

**ANTICIPATVS**, a, um. *antè conceptum, prænotum, insitum.* de Nat. 16 a, Ita est informatum, anticipatumque mentibus nostris.

**ANTICIPO**, as. *anteoccupo, anteuerto.* Attic. 132 a, Dices, quid igitur proficis? qui anticipes eius rei molestiam, quam tri-duo sciturus sis.

*Antipodia, contraria lex. L. LEX.*

**ANTILIBANVS**, mons. Attic. 31 b.

**ANTIOCHIA**, æ. *vrbs.* 244 b.

**ANTIOCHIANVS**. Vide **ANTIOCHINVS**.

**ANTIOCHII**, philosophi ab Antiocho. Acad. 18 a.

\* **ANTIOCHINVS**, a, um. I. A. 234 a, Bello Antiochino magno & graui. Alij Antiochi legunt. Acad. 38 a, Tibi dedi patres Antiochinas al. Antiochianas.

**ANTIPODES**, dum. *aduersi orbis gentes.* Acad. 31 a, Esse è regione nobis, è contraria parte terræ qui aduersis vestigijs stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis. de Som. 129 b, Sed eorum partim obliquos, partim versos, partim etiam aduersos stare nobis. & ibi. Qui aduersa nobis vrgent vestigia.

† Syntaxis. *Stant Antipodes vestigijs aduersis contra vestigia, vrgent aduersa nobis vestigia Antipodes.*

**ANTI QVITAS**, tis. *vetustas.* de L. 175 a, Antiquitas proximè accedit ad deos. de Or. 146 b, Quo magis antiquitatem eorum sermo retinere videatur. \* de Clar. orat. Maiore honore in omnibus artibus, quàm in hac vna dicendi, versatur, antiquitas. Frag. epistol. Quis in eo generis antiquitatè desideret? Orat. 213 a, Habet autem vt in ætatibus auctoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas: quæ quidem apud



apud me ipsum valet plurimum: nec ego id, quod deest antiquitati, flagito potius, quam laudo quod est. pro Font. 282 b, Præsertim cum tot res sint, quæ vestris animis pro huius innocentis salute supplicent. Primum generis antiquitas, quam Tusculo ex clarissimo municipio profectam in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus.

¶ *Priscorum facta & mores.* Orat. 211 b, A quibusdam seridiam emendatur antiquitas, qui, &c. pro R. P. 127 a, P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiæ. de Orat. 101 a, Plurima in xii tabulis antiquitatis effigies. de Diu. 123 a, Errabat enim multis in rebus antiquitas, quam vel ius iam, vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus. ad Heren. 24 b, Non omnia antiquitati concedenda esse.

† *Syntaxis. Habet auctoritatem antiquitas. Generis antiquitas. Vt documentum antiquitatis: id est, prisca probat.*

ANTIQUO, as. abrogō. de Leg. 191 b, Vos demum, vt video, legem antiquastis sine tabella. Att. 9 b, Et populum vt rogationem antiquaret, rogabant.

ANTIQUOR, aris. abrogō. Attic. 8 a, Piso operam dat, vt ea rogatio, &c. & de religione antiquetur. Off. 48 b, Philippus legem agrariam tulit, quam tamen antiquari passus est.

ANTIQUVS, antiquior, antiquissimus. *priscus, vetus.* (re. recens. I. V. 87 a, Hæc nimis antiqua & obsoleta sunt. Att. 142 b, Igitur antiquissimæ cuique epistolæ primum respondebo. Qu. fr. 319 a, Antiquior dies in tuis erat ascripta literis. pro Rab. 95 b, Causam suscepisti antiquiorem memoria tua. de Vniu. 198 b, Animus & ortu & virtute est antiquior corpore. de Amic. 101 a, Antiquior & pulcrior & magis à natura profecta causa amicitiae. de Clar. 172 a, Sed multò tamen antiquior & horridior ille quam Scipio. Epist. 178 b, Si in aduentu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius. At. 192 a, Me id multò magis mouet, quod mihi est sanctius & antiquius. Attic. 101 b, Ne dubitatis, quin quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. Qu. fr. 294 b, Quod tibi & antiquissimum esse, & ab initio fuisse, omnium sermone celebratum est. Attic. 37 a, Nihil mihi antiquius amicitia nostra est. de D. 124 b, Antiquiorem Deiotaro fuisse laudè & gloriam, quam regnum & possessiones suas. Epist. 170 a, Nec quicquam habui antiquius, quam vt Pansam statim conuenirem. Att. 187 b, De Tullia mea tibi antiquissimum esse video. Qu. fr. 306 b, Is iudiciorum causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit. de Inu. 55 b, Hoc trophæo nihil carius, nihil antiquius habere conuenit. Attic. 160 b, Nautalis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. At. 238 b, Id quidè sic susceptum est mihi, vt nihil sim habiturus antiquius. ad Her. 32 a, At salus antiquior est militi, quam impedimentorum. Ep. 166 a, Nihil antiquius communi salute iudicauit. de Inu. 57 a, Qui pauperes sunt, ijs antiquior officio pecunia est. I. A. 247 a, Nihil vita antiquius existimare, omnia posteriora libertate ducere.

¶ *Simplex ac pius.* pro S. R. 12 b, Homines antiqui, qui ex sua natura ceteros fingerent, crediderunt. pro Sex. R. 23 a, In qua muliere vestigia antiqui officij remanent.

† *Syntaxis. Antiquum & obsoletum Antiquissima epistola. Dies ascripta antiquior. Ille antiquior & horridior quam tu. Nihil sit antiquius: id est, esse potest. Sanctius, & antiquius. Hic aduerte, post sanctius, esse antiquius. Id mihi antiquissimum est. De te mihi antiquissimum est. Habere aliquid antiquissimum. Nihil carius, nihil antiquius. Huius rei mihi semper antiquissima cura fuit.*

ANTISTES, tis. primarius vnius templi sacerdos. pro Dom. 234 a, Vos qui estis antistites ceremoniarum & sacrorum, auctorem habetis & magistrum publicæ religionis. de Ar. 246 b, Antistite sacrorum dissentiente. de Diuin. 131 b, Cum antistitibus agamus, vt quiduis potius ex illis libris quam regem proferant. pro Dom. 213 a, Alij antistites deorum immortalium, alij interpretes religionum requirendi.

¶ *Princeps, author.* de Or. 102 a, Eum quæriturum, qui sit eius artis antistes, cuius esse Deus putatur.

ANTISTITA, tæ. primaria sacerdos & rates. I. V. 223 b, Ceteris sacerdotibus atque illius fani antistitæ (Sic enim legendum est, non antistites, auctore Gellio lib. 13. cap. 19 & Prisciano lib. 5. Significat enim faminam sacerdotem) maiores natu, probatæ ac nobiles mulieres, res ad magistratus suos deferunt.

ANTISTHENES, nis. de Orat. 148 b, Ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone adamauit Cynici.

ANTIETHON. Orat. 213 a, Græci *antisthenes* nominant, cum contrarijs contraria opponuntur. Id quod scis, prodest nihil: id quod nescis, obest.

ANTIIVM, oppidum. Att. 24 a, Hinc Antiates: ibid. 26 a.

ANTONIANVS, a, um. quod est Antonij. Epistol. lib. 12, Antonianæ leges. in epistol. Lentul. & eodem libro, Antonia-

num latrocinium. in Verrem 242 a, Antoniana vetus dicendi ratio atque autoritas, sed id de Antonio illo Oratore.

ANTONIASTER, ab Antonio per contemptum factum nomen, vt ab oleo oleaster, vt à pyro pyrafter. pro Varenō, Erucius hic noster Antoniafter est.

ANTRONIANVS, a, um. Att. lib. 1, Antroniana domus.

ANVS, ani. podex, ima excrementorij via. Ep. 140 a, Anū appellas alieno nomine, cur non suo potius?

ANVS, anus. *vetula mulier.* Tuscul. 214 b, Quæ est anus tam delira, quæ ista timeat? de Diuin. 137 b, An tu censes vllam anum tam deliram futuram fuisse, vt fomnijs crederet.\* de Orat. 129 b, Cum casu in eadem causa cum funere efferretur anus lunia. ibid. Quid illam anum patri nunciare vis tuo? quid illis omnibus? quid maioribus tuis?

ANXIETAS, tis. *procliuus ad angorem.* Tusc. 214 b, Ex quo in alijs anxietas, vn de anxij: in alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Estque aliud, iracundum esse: aliud, iratum: vt differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando, neque anxij semper anguntur, vt inter ebrietatem & ebriositatem interest.

ANXIFER, a, um. quod anxietatem affert. de Diu. 85 a,

*Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.*

Tusc. 179 b, Anxiferi vertices.

ANXIYDVS, nis. *anxietas.* de Republica lib. 2, Quartaque anxitudo prona ad luctum & mœrens, semperque ipsa se sollicitans. ex Nonio.

ANXIVS, a, um. qui natura procliuus est ad angorem. Tuscul. 214 b, Non omnes anxij sunt qui anguntur aliquando, nec anxij semper anguntur. Tusc. 216 a, Aegritudo anxia atque acerba. de Senect. 90 b, At sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles senes. Attic. 38 a, Sollicitus & anxius amor. de Finib. 76 a, Anxio & sollicito animo esse. Off. 15 a, Siquidem nec anxij futuri, & cum grauitate constantiaque victuri.

† *Syntaxis. Anxietas non est angor. Anxius non semper angitur. Cura anxifera, & vertices anxiferi. Anxiudo semper se sollicitat. Anxia & acerba aegritudo. Senex morosus, anxius. Amor difficilis & anxius. Anxius & sollicitus animus. Anxius, abo soluit.*

AONIVM, oppidum. Attic. 82 a.

APAGE, & APAGETE. *abigenis vox & fastidientis aliquid.* Epistol. 66 a, De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ, apagate cum nostro Sexto Seruilio.

† *Syntaxis. Apagate cum illo: de vno.*

APAMEA, æ. oppidum Phrygiæ maioris. Att. 76 b. Ep. 28 a.

\* APAMEANVS, a, um. Epistol. 35 a, Apameani legati. Alij Appiani legunt.

APAMEENSIS, is, e. Att. 30 a. 82 a.

APAMEVS, a, um. Ep. 39 a. Alij Appianus.

APPENNINVS, ni. *mons Italiam in longitudinem determinans.* in Ant. 244 b, Num idem in Appennini tramitibus potero facere? Epist. 172 b, Antonius Appennino alpiibusque se tenet. I. C. 109 b.

APER, pri. *syluester porcus.* I. V. 222 b, Aiebant in labores Herculis non minus hunc immanissimum Verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere. Tuscul. 219 b, Iratumne Herculem censes confluisse cum Erymanthio apro?

APERIENS, tis. *patefaciens.* de Nat. 36 b, Stella tum delitescens, tum rursus se aperiens.

APERIENDVS, a, um. *exponendus.* de Fin. 68 a, Aperiendum est igitur quid sit voluptas: aliter enim explicari quod queritur, non potest.

¶ *Patefaciendus.* de N. 54 b, Palpebræ aptissimæ & ad claudendas pupillas, & ad aperiendas. *Animaduertas dici posse, Fores atrium aperient, labra dentes ac linguam.*

APERIO, ris. *clausum patefacio.* Attic. 74 a, Epistolam aperui, legi. Attic. 7 b, & 112 a, & rursus Attic. 166 a, Aperire literas. de Diu. 96 a, & 122 b, In templo Herculis valuæ clausæ repagulis subito se ipsæ aperuerunt. Offic. 44 b, Quam obrem nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita referanda, vt pateat omnibus.\* pro Marc. 131 a, Mihi meæ pristinae vitæ consuetudinem interclusam aperuisti.

¶ *Declaro, indico, demonstro, explico, pando, dissero aperire, facile reddo.* Epistol. 88 b, Tibi virtus & dignitas tua reditum ad tuos aperuit. Attic. 279 a, Nec in fenatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitavi. Anteq. 197 a, Aperuerunt non fortes esse se amicos, sic, &c. & ad Her. 25 b, & 16 a, Aperire fontes penitus absconditos. I. A. 262 a, Si de clementia, qua in alios vsi sumus, aperiemus. pro Cl. 31 a, Quæ in diuturna obscuritate latuerunt, si aperiam, vt ea cernere oculis videamini. Tuscul. 146 b, Multò studiosius philosophiæ fontes aperiemus. de Orat. 91 b, Carneades verò multò vberius iisdem de rebus loquebatur, non quòd

aperiret



aperiret sententiam suam (hic enim mos patrius Academiae, aduersari semper omnibus in disputando) sed, &c. \* pro C. Corn. 2. Studia, consilia, cogitationesque eorum aperiam? Acad. Mos fuit Academicis occultandi sententiam suam, nec eam cuiquam aperiendi.

¶ *Promiscua, detergo, infituo, paratus sum ad soluendum.* I. A. 275 a, Cùm mulier fletet vberius, is caput aperuit, in collium inuasit. Epistol. 137 b, Dionysius Corinthi dicitur ludum aperuisse. Attic. 68 a, De Oppio factum est vt volui, & maximè quòd DCCC. aperuisti. *Alij appromissisti legunt.*

APERIORIS, *detergo, exponor, denudor.* Off. 26 a, Verentur ne si quo casu eueniret, vt corporis partes quaedam aperiantur, aspiciantur non decore.

¶ *Explicor.* pro S. R. 39 a, Id quod postea aperietur. † *Syntaxis.* *Stella nunc se aperiumt. Palpebrae pupillas aperiumt. Rem familiarem aperit benignitas. Consilia aperire. Aperio me esse amicum. De sapientia aperio. Aperire caput, ludum.*

APERTE, apertius, apertissimè. *planè, non obscure, non dissimulanter, rectè.* (circumstione, ex insidijs, rectè. I. V. 69 b, Apertè palamque dicere aliquid. pro Qu. R. 52 a, Planius & apertius dicam. de Finib. 67 a, Planè & apertè loqui. I. V. 140 b, Apertissimè & planissimè explicare quidpiam. de Orat. 137 a, Ponere aliquid apertè falsum. de Clar. 190 a, Numeri non apertè, sed dissimulanter conclusi. Orat. 200 a, Non ex insidijs, sed apertè & palam facere aliquid. pro Plan. 226 a, Sed cum ipsum dolorem hic tulit paulò apertius. Attic. 227 b, Lætitiã apertissimè tulimus omnes. Attic. 276 b, Quæ verba apertè indicant, posse rationem haberi etiam non præsentis. Attic. 9 a, Et tamen ab illo apertè, rectè, quicquid est datum, libenter accepi. \* pro C. Cornel. 2, Pugnam apertè?

† *Syntaxis.* *Apertè palamque. Planius & apertius. Apertissimè & planissimè. Apertè falsum. Non apertè, sed dissimulanter. Apertius ferre dolorem.*

APERTVS, a, um. *apertissimus, patens, manifestus, planus, ante oculos positus.* (obscurus, abditus, ex insidijs, reclusus, insidiosus. in Verrem 209 b, Statuerunt se nihil tam clausum neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimumque esset. pro S. R. 24 b, Vnum hoc sumo, quod mihi apertum tuum scelus, resque manifesta. I. C. 104 a, Cùm illum ex occultis insidijs in apertum latrocinium coniecimus. pro Pomp. 17 b, Multas similitates, partim obscuras, partim apertas suscepi. Orat. 218 b, Dochimus iteratus numerum apertum & nimis insignem facit. pro Clu. 27 a, Nemo vnquam apertior in iudicio adductus est. de Nat. 26 b, Nihil potest esse tam apertum tamque perspicuum. Attic. 120 a, Apertus dolor. (hebes. de Amic. 114 a, Apertum pectus, vt dicitur, videre & ostendere. Epistol. 3 b, Quod iam omnibus est apertum. Par. 116 b, In apertum referre aliquod opus: id est, edere. \* Acad. Nonne apertum est? I. V. 257 a, Naues apertæ. (constratæ.

¶ *Serenus, tranquillus.* de Diu. 80 a, Assyrij cœlum ex omni parte patens atque apertum inuentur.

¶ *Facilis, perspicuus, perspectus, patens.* de Inuent. 48 b, Aperta & lucida narratio. de Finib. 55 a, Altera conclusio rationis occulta quaedam & quasi inuoluta aperiuntur, altera animaduersione atque admonitione, prompta & aperta indicantur. I. A. 262 a, Multus apertus cursus ad laudem.

¶ *Audax.* pro Mur. 136 a, Atque ille, vt semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit.

† *Syntaxis.* *Apertum & promptum. Apertum scelus: id est, notum. In apertum conijcere latrocinium: id est, cogere aliquem vt palam officiat. Rem istam facit apertam & insignem Caesar: id est, detegit. Apertum ac perspicuum. Videre ostendereque pectus apertum. In apertum referre librum: id est, edere. Ex omni parte cœlum patens & apertum. Aperta & lucida narratio. Apertus ad laudem cursus multus. Homo apertissimus.*

APEX, cis, fastigium. de Senect. 90 a, Apex senectutis est auctoritas: id est, summa dignitas.

¶ *Diadema, insigne regium.* de Legib. 150 b, Nec dubito, quin ab aquila Tarquinio apicem impostum putent: id est, diadema, regis insigne.

APHRACTVM, ſi, & Aphractus, ſi. *genus nauigij, quo Rhodij vrebantur.* Attic. 74 b, Nauigauimus tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. Attic. 97 a, Aphractis cæterisque, longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus. Attic. 96 b, Detraxit viginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum. \* Attic. 73 b, ἀφρακτῶν Rhodiorum habebam.

ΑΠΕΡΕΙΑ, \* de Finibus 53 a, Infinitio ipsa, quam ἀπερείαν vocant.

APIS, pis, insectum, mellis opifex. Offic. 31 a, Apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur, sed cùm

congregabilia natura sint, fingunt fauos. Tuscul. 186 b, Cùm liquefcimus fluiusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. de Arusp. 249 b, & de Diuin. 95 b, Si examen apum ludis in scenam venisset. Offic. 35 a, Apes quarum opere efficitur aliquid ad hominum vsum atque vitam. \* Oecon. 3, Apes in alucarium conucesserunt.

APIS, de N. 17 b, Apis ille sanctus Aegyptiorum bos.

APISCI, pro adipisci. Epistol. 51. Sulpitij. & de Leg. 166 b, Apiscendi causa. Att. Maris apiscendi causa.

ΑΠΟΛΕΪΣ, demonstratio. L. ARGUMENTVM, & DEMONSTRATIO.

ΑΠΟΔΥΤΕΡΙVM, rij, locus vbi balnearium ingressuri, se exoliabant. Quint. frat. 318 a, In balnearijs assa, in alterum apodyterij angulum promouit. Quint. frat. 319 a, Iam ἀποδύτηριον nihil aliud.

APOLLINARES ludi: id est, Apollini dicati. Attic. 34 a, & Philipp. 10.

APOLLO, inis. de Nat. 39 b, Iam Apollinis nomen est Graecum, quem solem esse volunt. & 71 a, Apollinum antiquissimus. & ibid. de Apollinibus multis. I. V. 228 a, Apollo Thesmotes, vel Temnites. pro Fon. 280 a, Hæ sunt nationes, quæ quondam Delphos vsque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum profectæ sunt.

APOLLONIA, niæ. *vrbs Macedoniæ.* ad Atticum 273 b. Epistol. 217 a.

APOLLONIENSIS, se. pro Flac. 161 a, Att. 301 b.

APOLLONIATES, Diogenes. de N. 8 a. I. P. 98 a.

APOLLONICENSIS. Attic. 75 a, Apollonicensem Xenonem commendauit.

APOLLONIVS, nij. de Orat. 91 a, 95 b.

APOLOGVS, gi, fabula, in qua bruta animalia inducuntur loquentia. de Orat. 133 b, Ad hoc genus adscribuntur etiam narrationes apologorum. de Inuent. 47 b, Ab aliqua re iam parata incipere, quæ vel apologum, vel fabulam, vel aliquam contineat irrisionem. \* Heren. 2 b, Ab aliqua re, quæ risum mouere possit, exordiemur, ab apologo, à fabula verisimili.

ΑΠΟΦΥΓΗ, L. NEGANS.

ΑΠΟΡΗΘΕΓΜΑ, tis, acutè aut faceret dictum. Epistol. 135 b, Sic audio Cæsarem, cùm volumina iam confecerit ἀπορήθην.

ΑΠΟΠΡΟΕΓΜΕΝΟΝ: id est, reiectum. (Proëgmenon: id est, propositum. de Fin. 93 a. L. REIECTVS.

ΑΠΟΘΕΚΑ, cæ, taberna, vel potius cella vinaria. in Vat. 31 a, Cùm omnium domos, apothecæ, nauis que furacissimè scrutarere. in Ant. 173 a, Apothecæ totæ hominibus nequissimis condonabantur.

ΑΠΠΑΡΑΤΕ, cum apparatus, magnificè. Attic. 222 a, Itaque edit & bibit ἀδελφῶν, & iucundè, opiparè sanè & apparatus. De Cæsare hoc dicit Cicero.

† *Syntaxis.* ἀδελφῶν, iucundè, opiparè, apparatus edere ac bibere.

ΑΠΠΑΡΑΤΙΟ, onis. (Inapparatio, onis. Offic. 44 b, Est multus in laudanda magnificentia & apparatione popularium munerum. ad Heren. 3 a, Genus est narrationis, quod intercurrit nonnunquam aut fidei, aut criminationis, aut alicuius apparationis, vel laudationis causa. \* ad Heren. 7 b, Si ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio, demonstrabitur fuisse.

ΑΠΠΑΡΑΤVS, a, um. *adornatus, comparatus.* pro Sest. 25 a, & I. A. 159 b, Qui ludos apparatusissimos magnificentissimosque fecit. ad Heren. 3 a, Quod nimium apparatus verbis compositum est. de Inuent. 54 a, Domus omnibus rebus instructior & apparator. ad Heren. 3 a, Vt non apparata oratio videatur. \* I. A. 159 b, Apparatusissimum spectaculum.

ΑΠΠΑΡΑΤVS, tus. *apparatio, magnificentia.* Offic. 7 a, Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. de Som. 126 b, Pòst autem regio apparatus accepti, &c. in Vat. 35 a, Omitto festum diem apparatus, veste, omni apparatus, ornatuque visendo. I. A. 179 b, Quid prandiorum apparatus proferam? Epistol. 95 a, Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem. de Cla. 189 b, Præcepta, quæ maiorem habent apparatus. de Or. 104 b, Dixit Q. Mutius more suo, nullo apparatus, purè & dilucidè. \* Orat. 204 b, Nam si, vt in epularum apparatus, à magnificentia recedens non se parcum solum, sed etiam elegantem, videri volet. pro Sest. 20 a, Vt omnes tantam illam copiam & tam magnificum apparatus non priuatum aut plebeium, sed patricium & prætorium esse arbitrarentur. Acad. 1 b, Tantus imperator in omni genere belli fuit, prælijs, totisque belli instrumentis & apparatus. de Nat. 6 a, Omnem totius orbis designationem atque apparatus requiro. Off. 44 b, Prodigij, qui epulis, ludorū venationūque apparatus pecunias profundunt in eas res. Ep. 138 a, Tenuculo apparatus significas Balbum fuisse contentum.

† *Syntaxis.*



† Syntaxis. Magnifici apparatus. Epularum apparatus à magnificèntia recedens. Regio accipi apparatus. Apparatus & ornatus. Praceptorum apparatus. Dicere nullo apparatus, purè & dilucidè.

APPAREO, RES. adsum, videor, præfido sum, compareo, exto, existo, speciem habeo, in conspectum me do. pro Cl. 48 b, Quid cæteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt? pro Syl. 167 b, An verò in quibus subfellijs hæc ornamenta reipub. viderem, in his me apparere nollem? de N. 9 b, Ita fit vt deus ille nusquam profusus appareat. de Cl. 171 b, Ita que exaruerunt orationes Galbæ vix iam vt appareant. de Diu. 122 a, Anguis ille, qui Syllæ apparuit immolanti. Ep. 162 a, Cùm equites Antonij apparuissent. pro Fl. 152 a, Si qua vsquam nauicula prædonum apparuisset. de Or. 88 a, Quid in Numæ Pompilio? num quod eloquentiæ vestigium apparet? Attic. 288 a, Tamen illud apparebit, verba rebus esse contraria. de Diu. 137 a, Equus in quo vehebar, mecum vnà demersus, rursus apparuit. I. A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenium, nihil moderatum. Parad. 116 b, Quoniam illud maiorum vigiliatum opus in tuo nomine apparuit. de Fin. 95 a, Membra nobis ita data sunt, vt ad quandam rationem viuendi data esse appareant. \* Protag. Vnde apparetis o Socrate? an id quidem dubium non est, quin ab Alcibiade? I. Pif. 93 a, Ratio quidem hercule apparet: argentum *οὐρανοῦ*. ex Plauto. de Nat. 17 b, In quo *Vulcano* stante atque vestito leuiter apparet claudicatio deformis.

¶ Pater, liquor. de Cl. 137 b, Aulus Porcinna fuit, vt apparet ex orationibus, scriptor sanè bonus. Orat. 204 b, Id que apparet ex genere & granditate verborum. Item, Aliquid manifestè deprehensum apparere. Epist. 15 a, Illud odium omnem repente apparuit. pro Flac. 155 a, Siue hoc Romæ confictum est, vt apparet: siue missum domo est, vt dicitur. de N. 29 b, Hoc si quis quærat, vnde habemus, apparet quòd à terra sumpsimus. Epist. 52 b, De quo quid sentiam, nihil attinet dicere, cùm appareat ipse quid fecerim. de Orat. 91 a, Tamen apparet atque extat, vtrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. Epist. 74 b, Quid rectum sit, apparet: quid expediat, incertum est. pro S. R. 38 b, Quod quo studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eò magis eminent & apparet.

† Syntaxis. Apparere quæstioni, concioni: id est, adesse. Id amplius non apparere: id est, neque extat vestigium. Apparuit angelus. Nulla nauis apparet. In illo nihil apparet honestum. Membra apparent ad vitam: id est, constituta sunt. Vt apparet: id est, vt patet. Apparet & extat, an. Id quò magis opprimitur & absconditur, eò magis eminent & apparet.

APPARITIO, onis. apparitoris officium. Epist. 223 b, Quòd in longa eius apparitione singularem eius fidem abstinentiamque cognoui.

APPARITOR, oris. satelles, stiparor, minister. I. V. 160 b, Mittit ad eum Venerios: id est, apparitores à prætore assignatos. Qu. fr. 292 a, Sit licitor non suæ, sed tuæ lenitatis apparitor. I. A. 176 a, Quis vnquam apparitor tam humilis, tam abiectus? Qu. fr. 291 b, Quos verò aut ex domesticis conuictoribus, aut ex necessarijs apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte Prætoris appellari solent. & 292 a, Sed habes eos tecum, quos possis rectè facientes facile diligere: minus consulentes existimationi tuæ facillimè coherere: à quibus, rudis cùm esses, videtur potuisse tua liberalitas decipi.

APPARO, as. comparo, paro. in Ver. 210 a, Ornare & apparare conuiuij. pro Pomp. 11 a, Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, incunte vere suscepit, media ætate confecit. in Ant. 205 a, Facilius apparabitis ea quæ necessitas flagitat. pro Mil. 106 b, Qui iter illud ad eadem faciendâ apparasset. Qu. fr. 327 b, Is ludos apparat magnificèntissimos, sic, inquam, vt nemo sumptuosiores.

APPAROR, aris. Præparor, comparor, adornor. Quint. fr. 309 a, Crimina quæ in Sestium apparabantur. ad Her. 1 b, Animus iudicis constituitur vel apparatur ad audiendum.

† Syntaxis. Conuictum ornare & apparare. Bellum apparare, iter, ludos, crimina in aliquem, animum iudicis.

APPELLANDVS, a, um. inuocandus. pro Qu. 17 b, Sin, & c. quid agendum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est?

¶ Conueniendus. Epist. 3 a, Quòd tum dicendo, tum singulis appellandis rogandisque perspexeram.

¶ Pronunciandus. de Clar. 176 b, Nam de sono vocis & suauitate appellandarum literarum, quoniam filium cognouisti, noli expectare quid dicam.

APPELLANS, tis. de Or. 126 b, Cùm ego illum crebrò appellans collegam ei tuum commendarem.

APPELLATIO, onis. compellatio. pro R. P. 124 a, Est arreptus vnus eques Rom. de pecunijs repectundis reus, & c. qua appellatione litium? in qua Posthumi mentio facta nulla est. pro Qu. 12 a, Videturne intercessisse appellatio Tribunorum?

¶ Pronunciatio. de Clar. 188 b, Lenis appellatio literarum, benè loquendi famam confecerat.

¶ Creatio. pro Dom. 239 a, Regum appellationes venales erant. \* Etymologia, *ετυμολογία*, notatio. I. de Glor. Oppidorum appellationem vsurpatione appellatam esse existimo, quòd opem darent.

† Syntaxis. Literarum appellatio: id est, prolatio. Regum appellationes venales.

APPELLATOR, oris. in Ver. 234 a, Nihil egrius factum multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abstinerentur.

APPELLATVS, a, um. dictus, pronunciatus. Attic. 77 a, Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est. Epist. 23 b, Ita victoria iusta imperator appellatus apud Iustum. \* Hortens. Ex quo sapientia est appellata prudentia. I. de Glor. Oppidorum appellationem vsurpatione appellatam esse existimo, quòd opem darent. de Or. 152 b, Peripatetici & Academici Philosophi olim propter eximiam maximarum rerum scientiam, à Græcis *πολιτικοί* Philosophi appellati, vniuersarum Rerumpub. nomine vocabantur.

¶ Cuius, in iudicium vocatus. pro R. P. 124 a, Neminem vnquam quòd ea pecunia peruenisset, causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset. In litibus autem nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, & c. I. A. 174 a, Appellatus es de pecunia, quam pro sectione debebas.

APPELLO, as. uoco, compello, alloquor. de Nat. 7 b, Hunc Aegyptij Thoyt appellant. de Vn. 201 b, Iupiter, Iuno, & reliqui, quos fratres inter se agnatosque vsurpare & appellare videmus. pro Cecin. 195 b, Seruos non numero distinguunt, sed appellant vno familiæ nomine. & ibid. De liberis quisquis est, procuratoris nomine appellatur. Epist. 29 b, Accedit etiam molesta hæc pompa licitorum meorum, nomenque imperij quo appello. I. A. 252 a, O Spartace: quem enim te potius appellem? Ep. 140 a, Appellare rem suo nomine. de Vn. 200 b, Cæterorum autem siderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur. Tusc. 232 b, 233 a, Ex maiore parte vnaquæque res appellari spectarique debet. pro Clu. 32 a, Tum appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandissimè potest: Quid tu, inquit, Pace? Qu. fr. 312 b, Tu vt me & appelles, & interpellas, & colloquate & obloquare velim. I. A. 246 b, Salutare benignè, comiter appellare vnumquenque. de Leg. 191 b, Ne quis inspicit tabellam, ne roget, ne appellet. Off. 42 b, Appellare milites blando sermone. de In. 72 a, Appellare nomen alicuius identidem cū gemitu & lamentatione. I. A. 158 b, Te autem M. Antoni absentem appello, nōne, & c. pro Cl. 31 a, Te appello Oppianice, te T. Acti, audete negare, & c. pro Mur. 143 b, Te appello Cato. nōne prospicis? & c. I. V. 195 b, C. Marcelle te appello, num, & c. pro Pom. 5 b, Appellare aliquem superbius. contra Rul. 78 b, Appellare aliquem asperius. I. V. 178 a, Appellare aliquè verbo grauiore. Epistol. 15 a, Quidam homines, & ijdem illi, quos sæpe nutu significationeque appello: id est, iudico, significo, demonstro. pro Flac. 166 b, Qui etiam me vultu appellat ac repetit etiam, & c.

¶ Nominino, nuncupo. Epist. 84 a, Cæsar nuaquam nisi honorificentissimè Pompeium appellat. de Orat. 105 a, Vt enim tristem Galba vidit, nomine appellauit. & Acad. 4 b, Me autem nomine appellabat. Epist. 61 a, Is cùm agere cœpisset, tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat. \* I. V. 200 a, Venio nunc ad istius, quem admodum ipse appellat, studium: vt amici eius morbum & infaniam: vt Siculi, latrocinium: ego quo nomine appellem nescio.

¶ Inius uoco, debitum reposco. contra Rul. 86 b, A me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis. Att. 189 b, Cocceium velim appelles: quod enim dixerat, non fecit. pro Qu. 7 a, Cùm tibi quotidie potestas fuisset admonedi, verbum nullum facis: biennio iam confecto ferè appellas. Ep. 266 b, Dolabellæ procuratores fac vt admoncantur, appellabis etiam Appiam. Ar. 6 a, Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. Attic. 5 a, Tulliola tuum munusculum flagitat, me sponsorem appellat. de Cl. 166 b, Videor enim iam te aursurum esse appellare, quoniam, & c. Attic. 261 a, Possimus enim vt sponsores appellemus, procuratores introducere. Att. 78 b, De Attiliano nomine scripsi ad Philotimum, ne appellaret Messalam.

¶ Inuoco, & confugio ad. de Leg. 164 a, Quæ si appellare audent impij, quo tandem studio colentur à bonis? pro Flac. 147 b, Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? I. V. 274 b, Vos etiam implorem atque appello sanctissimæ deæ. pro S. R. 31 a, Te nunc appello P. Scipio, meministinc? & c. pro Qu. 18 a, Ab omni magistratu agitatus, quem præter te appellet, habet neminem. Ante quam 195 a, Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas, pro Qu. 11 b, Cuius procurator à prætore ad Tribu-



nos appellare ausus sit. I. V. 233 b, Quis igitur prætorem appellat? qui quæstor istius fuerat Cæcilius. I. V. 35 b, Appellasti Tribunos plebis, ne causam diceres. pro Planc. 246 a, Appellavi populum, tribub. me submissi. \* de Fin. 62 a, Illi negant bonum quicquam esse, nisi nescio quam illam vmbra, quod appellant honestum, non tam solido quam splendido nomine.

**A P P E L L O R**, aris. *in ius vocor, cisor, vocor.* pro Cec. 295 a, Aedes, quæ in lege nō appellantur. Offic. 18 a, Cauendum est ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem pro Cl. 21 a, Hæc omnia nisi perspexeritis in causa, temerè à nobis illam appellare putatote.

¶ *Inuocor.* pro Qu. 5 a, Appellantur Tribuni, à quibus cum esset certum auxilium petitum tamen, &c. I. V. 233 b, Atq; ad eod. cum iam discessio facta esset, prætor appellatur.

† *Syntaxis.* Appellandus Deus. Literas appellare suauiter. Rex appellatur ille à Senatu. Appellari de pecunia. Quo te appellem nomine? Nominè aliquem appellare. Aliquem superbius, asperius, verbo grauiori appellare. Nutu significatione, vultu appellare. Appellare sponsores aliquem: id est, in ius vocare. Vos appello iudicos, tribunos, populum. Tribuni, Prætor appellatur: id est, aliquis ad eos confugit.

**A P P E L L O**, lis. *applico, admonéo, accedo.* I. V. 85 b, Cum Persæ mille numero nauium classẽ ad Delum appulissent. de Orat. 122 b, Timidè tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad Philosophiam appulisti. pro Rab. 95 b, Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titij afflictam nauem videres. de Diu. 89 b, Visus est in somnis pastor ad me appellere.

**A P P E L L O R**, cis. *applicor, admonëor.* Attic. 201 a, Cum ad villam nostram nauis appelleretur. I. V. 248 b, Appellitur nauis Syracusis.

† *Syntaxis.* Hostes classẽ ad urbem appulerunt. Mentem ad philosophiam appellere. Rationes suas ad scopulos appellere, &c. id est, fortunas amittere: translatione ad naufragium. Is ad me appulit: id est, venit. Appellitur Syracusis nauis. Appulsi hostes nauibus in Siciliam. Classis appulsa ad promontorium.

**A P P E N D I C V L A**, æ. *corollariu.* pro R. P. 123 b, Est enim hæc causa, quod ea pecunia peruenit, quasi quædam appendicula causæ iudicæ atque damnatæ.

**A P P E N D I X**, cis. *aduiuentum, corollarium.* in Hort. Vidit enim quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus.

**A P P E N D O**, dis. *pendo, amecto, suspendo.* I. V. 212 b, L. Piso aurifici palam appendit aurum. pro S. R. 42 b, Omnia sua tibi concessit, adnumeravit, appendit. de Opt. 244, Non verba me annumerare lectori putavi oportere, sed tanquam appendere.

**A P P E N D O R**, ris. *suspendor ad.* I. A. 178 b, Tanti acerui numerorum apud istum construuntur, vtiam, appendantur, non numerentur pecuniæ.

**A P P E N S V S**, a, um. *Tusc.* 240 a, Gladium è lucunari seta equina appendum demitti iussit.

† *Syntaxis.* Appendere alicui diuitias: id est, adiungere, largiri. Non tam numerantur, sed appenduntur pecuniæ.

**A P P E T E N D V S**, a, um. *desiderandus, optandus.* pro Mil. 115 a, Sp. Melius in suspitionem incidit regni appetendi. I. A. 182 a, Qui propter suspitionem regni appetendi sunt necati.

**A P P E T E N S**, tis. *avidus, cupidus.* pro Pom. 5 a, Quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes atque auidi laudis fuistis. de Amic. 105 b, Nihil est tam appetens similitum sui, nihil rapacius quam natura. pro D. 233 a, Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata. Tusc. 187 b, Studiosissimus appetentissimusque honestatis. de Nat. 46 a, Mare terram appetentis horribus claudit. de Diu. 126 a, Puer lactens, mammam appetens. \* de Fin. 74 a, Eademque ratio facit hominem hominum appetentem.

¶ *Auarus.* de Orat. 125 a, Gratus animus, non appetens, non auidus. contra Rul. 70 a, Homo cupidus atque appetens.

\* **A P P E T E N T I A**, æ. *appetitio, appetitus.* Tusc. 212 b, Libido effrenatam appetentiam efficit.

\* **A P P E T I T I O**, onis. *appetitus, cupiditas, appetentia.* Off. 36 b, Appetitiones, quas illi oegmās, obediẽtes efficere rationi. Acad. 7 b, Nam aliter appetitio (eam enim esse volumus oegmā) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod est visum, moueri non potest. de Fin. 95 a, Appetitio animi quæ oegmā Græcè vocatur, non ad quoduis genus vitæ, sed ad quandam formam viuendi videtur data. de Fin. 117 a, Ad appetitionem rerum esse in his momēta diceret. Quasi verò hæc appetitio non ad summi boni ademptionem pertineret. ibid. Ab his & appetitio & actio commouetur. de Nat. deor. 37 b, Natura mundi omnes motus habet voluntarios, conatusque; & appetitiones. de N. deor. 66 a, Nullum potest esse animal, in quo non & appetitio sit, & declina-

tio naturalis. Offic. 3 b, Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus. Offic. 58 a, Detractio & appetitio alicui est contra naturam. de Diu. 90 a, Ex triplici appetitione Solis, xx x annos Cyrum regnaturum esse portendi. Top. 226 a, Atque etiam est cauluram dissimilitudo, quod aliq sunt, vt sine vlla appetitione animi. sine voluntate, sine opinione suum quasi opus efficiant. \* Tusc. 216 b, Iidem motus animos inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus.

\* **A P P E T I T V S**, appetitio, appetentia, imperius, oegmā. de N. d. 50, Natura dedit belluis & sensum, & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales passus capessendos, &c. de Nat. 31 b, Natura belluis dedit sensum & motum, & cum quodam appetitu accessum ad res salutare. ibid. Ratio qua reguntur animi appetitus. Offic. 20 b, Duplex est vis animorum atque naturæ: vna pars in appetitu posita est, quæ est oegmā Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit. ibid.

Ita fit, vt ratio præsit, appetitus verò obtemperet. Offic. 26 b, Motus animorum duplices sunt: alteri cogitationis, alteri appetitus. ibid. Appetitus impellit ad agendum. de Diu. 95 a, Pars animi, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habet. Offic. 35 a, Animalia, quæ habent suos motus, & rerum appetitus. Offic. 21 b, Occultat & dissimulat appetitum voluptatis. Offic. 20 b, Appetitus rationi sunt subiecti lege naturæ. ibid. Efficiendum est, vt appetitus rationi obediant. Offic. 26 b, Appetitum rationi obedientem præbeamus. Offic. 3 a, Communis animalium omniura est coniunctio appetitus. Offic. 21 a, Contrahere & sedare omnes appetitus. Offic. 28 b, Appetitus rationi pareat. ibid. Horum trium præstantissimum est, appetitum obtemperare rationi. Offic. 20 b, Efficiendum est, vt appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant: sintque tranquilli atque omni animi perturbatione careant.

\* **A P P E T I T V S**, a, um. *exoptatus, desideratus.* in Pis. 94 a, Hic nō fugit eius amicitiam, cum esset præsertim appetitus.

¶ *Inuasus.* pro Dom. 215 b, A quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dixit. pro Planc. 274 b, Vitam meam inimicorum modestia non esse appetitam. pro S. Ros. 23 a, Filij vita infesta, sape ferro atque insidijs appetita. pro Qu. 18 a, Quintus è fundo ornatissimo deiectus, ignominijque omnibus appetitus.

**A P P E T O**, is. *cupio, opto, peropto, desidero, expeto, aueo.* I. A. 167 a, Hunc vel ipsi parietes affari atque appetere videntur. pro Syll. 182 b, Graue si appetimus aliquid, &c. I. A. 190 a, Hoc non modò non recuso, sed appeto etiam atq; depono. de Ar. 245 a, Is inimicitias non solum suscipit propter salutem meam, sed etiam appetiuit. de Fin. 54 b, & 55 a, Omne animal simul atque natum est, voluptatem appetit, eaq; gaudet vt summo bono, dolore asperratur vt summum malum, & quantum potest à se repellit. pro Milon. 121 a, Ego inimicitias potentium pro te appetui. pro S. R. 26 b, Suos agros studiosè colebant, non alienos cupidè appetebant. de Or. 154 b, Multum illi de præclarissimis artibus sibi appetierunt. contra Rul. 85 a, Nōne arbitramini paucis annis fuisse consulum nomē appetituros? Offic. 7 b, Cum vtrique separatim locutus est, ne cupidè quid agerent, nec appetere, atque vt regredi, quam progredi mallent. de Am. 111 a, Deinde requirunt atq; appetunt bestia ad quas eiusdem generis se applicant animantes. pro Sekt. 15 b, Ea sibi illi non colendi, sed violandi causa appetierat. de Nat. 52 a, Animalia moueri & sentire, & appetere possunt. pro Dom. 233 b, M. Manlius regnum appetisse est iudicatus. \* pro P. Oppio: Vtrum cum Cottam appetisset, an cum ipse sese conaretur occidere? I. V. 228 a, In hac partitione ornatus non plus victoria Marcelli populo Rom. appetiuit, quam humanitas Syracusanis reseruauit.

¶ *Confugio ad.* de L. 180 b, Quid est quod ad ius pontificium ciuile appetatis? Attic. 273 b, Qui ex Asia fugere dicebatur, Europam conatur appetere.

¶ *Accedo, prehenso.* de Diu. 90 a, Is ter solem frustra appetiuit manibus, cum se conuoluens ille elaboretur.

**A P P E T O R**, eris. *expetor, exoptor.* Attic. 125 a, Genus illud Syllani regni iam pridem appetitur, multis qui vnà sunt cupientibus. de Nat. 66 a, Appetuntur quæ secundum naturam sint, declinantur contraria. de Senect. 90 a, Salutari, appeti, decedi, assurgi, &c. \* Epist. 114 a, Quo numero esset legio, quo appeteretur.

† *Syntaxis.* Appetens gloriæ, & auidus laudis. Studiosus & appetens honestatis. Mare terram appetens. Gratus animus, non appetens, non auidus. Homo cupidus & appetens. Appeto atque depono id. Siciliam appetere conari. Solon manibus frustra appetimus. Salutari, appeti, decedi, assurgi. Lapidibus appetere aliquem, ferro, insidijs.

\* **A P P I A N Y S**, a, um. Ep. 35 a, Appiani legati.



**APPIAS**, Appiados, ab Appio. Epist. 30 b, \* *Quam quidem Mineruam ego si forte de tuis sumptero, non solum Pallada, sed etiam Appiada nominabo.*

**APPIETAS**, atis. Epist. 36 a, *Villam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas: id est, villam Appij aut Lentuli nobilitatem.*

**APPINGO**, gis. Attic. 27 b, *Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge aliquid noui: id est, adde, adiunge.*

**APPILVS** Claudius Cæcus pacem Pyrrhi diremit, aquã adduxit, viam muniuit, pro Cæl. 44 b.

**APPLAUDITVR**, impersonale. pro Sect. 25 a, *Cui generi cuium maximè applauditur.*

**APPLAVSVS**, us, *favor popularis.* de Diu. 130 a, *Ennius, qui magno applausu loquitur, assentiente populo, &c.*

**APPLICATIO**, onis. *adiunctio, adiectio.* de Amic. 101 a, *A natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quo dam sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa, &c. de Orat. 99 b, Ius applicationis.*

**APPLICATVS**, a, um. de In. 50 b, *Occupatio vehemens ad aliquam rem magna cum voluntate applicata.* & de Fin. 113 b, *Omne animal applicatum esse ad se diligendum.*

**APPLICO**, as, applicui & applicaui. *adiungo.* Offic. 23 b, *Itaque se alij ad philosophiam, alij ad ius civile applicant.* Acad. 16 b, *Ad hanc potissimum philosophiam me applicaui.* de Orat. 113 b, *Qui ad scribendam historiam maximè se applicauerunt.* de In. 67 a, *Ante rem erit, quod in itinere se tam familiariter applicauerit.* de Cl. 194 a, *Meq; ad Molonè applicaui.* pro Cl. 31 b, & 27 a, *Oppianicus se ad Staleni familiaritatem applicaui.* I. V. 109 a, *Sicilia se ad amicitiam fidemque populi Romani applicuit.* de Amic. 105 b, *Applicare & adiungere se ad virtutè.* de Fat. 148 a, *Chrysippus medium se fieri voluit, sed applicat se ad eos potius, qui, &c. Epist. 43 b, Omnes vires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt.* de Finib. 113 b, *Omne animal applicatum est ad se diligendum, & ad id quod in eo est optimum.* de Am. 102 a, *Quam qui appetunt, applicant sese, & propius admovent.* de Amic. 111 a, *Deinde requirunt atq; appetunt bestie: ad quas se applicant eiusdem generis amantes.* Tusc. 243 b, *Indi cum ad flammam se applicuerint, sine gemitu aduruntur.* ad Her. 13 a, *Fortuna nihil cernit, quò sese applicet.* de In. 81 b, *Nauium applicauerunt.* de Or. 99 b, *Cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset.* I. A. 175 b, *Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrarium nauim applicuisset.* \* pro Flac. 162 b, *Idcirco Decianū vsq; ad coronam applicuisti.*

**APPLICOR**, tris. *iungor.* de Fin. 72 b, *Voluptas non potest ad honestatem applicari.*

† *Syntaxis. Ad scientiam se applicare. Voluptas non applicatur ad honestatem. Applicare se ad pios. Sicilia se applicat ad amicitiam pop. Rom. Applicare & adiungere se. Omnes vires vrbis se ad vniuersum ductum applicant. Applicare ad nauim. Se ad ignè applicare. Nauim ad Imperatorem applicant.*

**APPONO**, nis. *affingo, adscribo, addo, adiungo, antepono, pono, admoveo, adduco.* I. P. 95 a, *Aristarchus, qui notam apponebat ad malum versus.* Epist. 205 a, *Reliquis epistolis tantum faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit.* I. V. 113 b, *Verres calumniatores apponebat.* I. A. 165 a, *Apponere sibi præuicacitatem.* I. V. 104 b, *Apponere mancipem in locatione.* I. V. 211 a, *Argentum illi cæterum putum appouerat, ne purus ipse relinqueretur.* Tusc. 246 a, & 226 a, *Xenocrates adduxit legatos ad cenam in academiâ, ijs appouit tantum quod satis esset, nullo apparatu.* I. V. 211 a, *Is cenam isti dabat, appouit patellam in qua sigilla erant egregia.* Att. 87 a, *Quid te in vasis fictilibus appositurum putem?* I. V. 24 a, *Reticulumq; ad nates sibi apponebat, plenum rosæ.* Offic. 64 a, *Non licitatore venditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponet.* Epistol. 136 b, *Volo enim videre animū, qui mihi audeat ista quæ scribis apponere, aut etiam polypum Miniani Iouis similem.*

**APPONOR**, ris. *adducor.* I. V. 91 a, *Accusator apponitur cuius Romanus.*

**APPORTANS**, tis. *comportans, aduehens.* Off. 30 b, *Mercatura magna & copiosa, multa vndique apportans, &c.*

**APPORTATVS**, a, um. *comportatus.* I. V. 261 b, *In vrbe nostra quod signum, quæ tabula picta est, quæ non ab hostibus victis capta & apportata sit.*

**APPORTO**, as. *affero.* I. V. 87 b, *P. Seruilius signa atque ornamenta hostiū populo Rom. apportauit.* I. V. 191 a, *Apportare frumentum ad se ficillima loca.* de Sen. 82 a, *ex Cæcilio, Senectus apportat decem multa vitia.* \* pro M. Scæuro: *Clitellis apportio columnas.*

† *Syntaxis. Mercatura apportans vndique copiosa. Ab hoste capere, & apportare suis ornamenta. Senectus malum apportat secum.*

**APPOSITE**, apè, *accommodatè.* de Inu. 43 a, *Dicere appositè*

*ad persuasionem. & ibid. Curare appositè ad sanandum.*

**APPOSITIO**, onis. *additio, adiunctio.* Parad. 117 a, *Sed hæc videri possunt obscuriora, cum sine appositione exemplorum lentius disputantur.*

**APPOSITVS**, a, um. *propinquus, finitimus.* de D. 97 a, *Nocturno lumine appositò nutrix animaduerterit puerum, &c. de Inu. 82 b, 83 a. Propter se fugienda sunt etiam illa, quæ propinqua vidètur ac finitima esse, absunt autè longissimè quod genus fidentia contrarium est diffidentia: audacia autem non contrarium, sed appositum ac propinquum est.* Attic. 224 b, *Hæc ad te scripti apposita secunda mensa.* de Inu. 63 b, *Caupo alterius gladium propter appositum è vagina eduxit.* I. V. 105 a, *Omnes illæ columnæ machina appositæ, nulla impensa deiectæ.* Brut. 91 b, *Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est.*

¶ *Aptus, accommodatus.* de Inu. 76 a, *Loci appositi ad præmiū questionem.* de Inu. 77 a, *Si quid ad id appositum sit, quod nos interpretemur.* ad Her. 39 a, *Forma apposita ad dignitatem.* I. V. 82 a, *Menses tres ad dicendum maximè appositos mihi eripuisti.* Attic. 45 a, *Locus minimè appositus ad tolerandam calamitatem.* I. V. 229 b, *Operatio appositior ad deferenda, quam ad auferenda signa.* & 257 b, *Homo bene appositus ad istius audaciam.* Att. 123 a, *Cætera apposta tibi mandabo.* Quint. frat. 307 a, *Habet quiddam Sardinia appositum ad releuationem præteritæ memoriæ.*

† *Syntaxis. Notam appone in literis, quæ conuenit inter nos. Notam ad mendas appone. Nomè tuum & diem appone. Machinam, secundam mensam apponere. Locus minimè appositus ad pietatem. Homo bene appositus ad firta. Nullus ad malum se appositior.*

**APPREHENDENS**, tis. *tenens, capiens, retinens.* de Nat. 12 b, *Atomi cohærescunt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur.*

**APPREHENDENS**, is. *arripio, appeto.* de Nat. 50 a, *Vites clauiculis adimnicula tanquã manibus apprehendunt.* pro Quint. 18 a, *Ipsius S. Næuij lachrymans manum apprehendit.* Att. 160 a, *Necessè est istum apprehendere historias.* pro Clu. 28 a, *Quicquid ego apprehenderam, statim accusator extorquebat è manibus.* \* de Orat. 148 b, *Quod ex illius disputationibus alius aliud apprehenderat.*

† *Syntaxis. Atomi alia alias apprehendentes continuantur. Manum apprehendere alicuius.*

**APPRIME**, valde, *multum, perquam.* de Fin. 97 a, *Id apprimè rectè dicitur.*

**APPROBANS**, tis. *comprobans.* Epist. 15 a, *Dijs hominibusq; approbantibus.* \* de Consolat. *Approbantibus dijs immortalibus ipsis.*

**APPROBATIO**, onis. *comprobatio.* de Cl. 181 a, *Id vulgi assensu & populari approbatione iudicari solet.* Acad. 10 b, *Nunc de assensione atq; approbatione, quam Græci συνηγορίαν vocant, pauca dicemus.* Tusc. 175 b, *Effectus eloquentiæ est audientium approbatio.* Attic. 231 a, *Præsertim tantis plausibus tanta approbatione infirmorum.* Off. 20 a, & 29 a, *Sic hoc decorum mouet approbationem eorum, quibus cum viuunt.* \* Acad. 47 b, *Neque hoc quicquam esset turpius, quam cognitioni & perceptioni assertionè approbationemq; præcurrere.* Off. 29 a, *Quæ virtutū pertinent ad vercediam & ad eorum approbationem, quibus cum viuimus.*

¶ *Argumentando conformatio facta.* \* ad Her. 7 b, *Approbatio est, qua vitium ad extremum confirmata suspitione ea habet locos proprios atque communes.* de Inuen. 54 a, *Huius assumptionis quarto in loco aliam potè inducent approbationem.* ibid. *Negant neque à propositione, neq; ab assumptione approbationes earum separari oportere: neque propositionem absolutam, neque assumptionem sibi perfectam videri, quæ approbatione confirmata non sit.* Quare quas illi duas partes numerant, propositionem & approbationem. de Inu. 54 b, *Quæ ab illis assumptionis approbatio dicitur.* ibid. *Non oportet adiungere approbationem propositioni.* ibid. *Separatum quiddam est à propositione approbatio.* ibid. *Est quædam argumentatio, in qua propositio non indiget approbatione, & quædam, in qua nihil valet absque approbatione.* Separata est igitur à propositione approbatione. ibid. *Hoc indiget approbationis. qua inducta, complexio consequetur.* de Inuen. 55 a, *Approbationem tum adiungi, tum non adiungi.* Ex quo cognoscitur, neque in propositione, neque in assumptione contineri approbationem. ibid. *Approbatio per quam id, quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum, probabilius & apertius fit.* ibid. *Assumptionis approbatio, per quam id, quod assumptum est, rationibus firmatur.* de Inu. 55 b, *Cum aut proponimus aut assumimus sine approbatione.* ibid. *Propositionis approbatione præterita.* de Inu. 56 b, *Incipere licet tum ab approbatione alterutra, tum vtraque.* Acad. 16 a, *Tunc, &c. eam philosophiam sequere,*



quæ confundit vera cum falsis, spoliat nos iudicio, priuat approbatione.

**APPROBATOR**, oris. *autor, comprobator*. Att. 256 a, Quamuis non fueris suavor & impulsor profectiois meæ, approbator certè fuisti.

**APPROBATUS**, a, um. *probatus, confirmatus, roboratus, commendatus*. pro Deiot. 149 a, Si hoc à tanta autoritate approbatum fuerit. de Fin. 96 a, Quo posito, & omnium consensu approbato, illud assumitur. \* de Inu. 54 a, Cùm propositio sit hoc pacto approbata.

**APPROBOS**, as. *comprobo, litudo, fidem alicui rei tribuo, confirmo*. Acad. 24 a, Hoc negas & te nosse, nec approbare, nec improbare. Qu. fr. 324 b, Ego meum consilium vehementer approbo. pro Ar. 190 b, Milites magno illud clamore approbauerunt. Qu. fr. 306 b, Approbare sententiam alicuius. pro Sest. 19 b, Cn. Pompeius approbauit ac laudauit sententiam Cottæ. I. P. 80 b, Populus meum iusurandum vna voce & consensu approbauit. \* Tusc. 217 b, Quamobrem nihil interest, utrum moderatas perturbationes approbèt, an moderatam iniustitiam, moderatam ignauitiam, moderatam intemperantiam.

¶ *Felicio*. Att. 95 b, Id quidem, inquis, dii approbent ita velim. Epist. 26 a, Quod actum est, dii approbent.

¶ *Bene ac ratione factum probo*. I. V. act. 1, Non vereor, ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non approbem.

¶ *Affuero*. Att. 97 a, Id etiam videbatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse, &c.

\* **APPROBOR**, aris. de Inuen. 54 a, Eam partem rationibus varijs, & quam copiosissimis verbis approbari putant oportere, hoc modo. & b, Hoc nihil attinet approbari.

† *Syntaxis*. *Affensio & approbatio*. *Decorum approbationem mouet cum equalibus*. *Non suavor aut impulsor, sed approbator*. *Hoc posito, & approbato*. *Nec approbo, nec improbo*. *Concio magno approbata clamore*. *Approbare & laudare*. *Quod actum, Deus approbet*. *Approbo tibi meum consilium, officium*.

**APPROMITTO**, is. Att. 68 a, De Oppio factum est, ut volui, & maximè quod DXX appromissu. *aliàs, aperuisti, & rectius*.

**APPROPERO**, as. *propereo*. Attic. 58 b, Luciumq; ut appropere adhortabor. pro Mil. 110 a, Quem diem illi nisi ad cogitatum facinus appropere, nunquam reliquisset. Qu. fr. 313 a, Adduc, si me amas, Marium, sed appropere.

**APPROPINQUATIO**, onis. de Senect. 91 a, \* Quarta restat causa, quæ maximè angere atque sollicitam habere nostram ætatè videtur, appropinquatio mortis. de Fin. 132 a, Angantur appropinquatione mortis.

**APPROPINQUO**, as. *accedo, aduenio, propè, propius, proximè accedo, propè, propius sum, propè, propius adsum, vicinus sum ad faciendum aliquid, admoueo, propius admoueo, impendo, pedè confero, ut aiunt, subsum*. (longè absum. Qu. fr. 327 a, Sed eius rei maturitas nondum venit, & tamen iam appropinquat. I. C. 106 b, Quibus ego confido impendè fatum aliquod, aut instare iam planè, aut certè iam appropinquare. & 115 a, Totius vrbs occasus appropinquat. Ep. 20 a, Sed tamen cùm appropinquare tuus aduentus putaretur, magnitudo rei fecit, ut, &c. & 52 a, Quamquam sperabam tuum aduentum (sic enim audiebam) appropinquare. pro Cl. 58 a, Cùm appropinquare huius iudicium ei nunciatum esset. de Fin. 131 b, Quis est enim, cui mors cùm appropinquet, non refugiat. &c. de Finib. 120 b, Propius esse eos ad respirandum, qui ad summam iam aquam appropinquant. de Fin. 200 a, Nec catulus ille, qui ià appropinquat ut videat, plus cernit, quàm is qui modò est natus. I. A. 193 a, Illi pœna, libertas nobis appropinquat. Cæs. 44 a, Hos item alij ex primis proximis nauibus cùm conspexissent, subsecuti hostibus appropinquarunt.

† *Syntaxis*. *Appropinquat aduentus*. *Alicui, ad aliquem appropinquare*. *Subsecutus hostibus appropinquat*.

**APPVLSVS**, us. *inuasio, accessus*. de Nat. 7 a, Pars earum regionum terræ appulsu solis exarsit. (longinquo solis abcessu obriquit. de Nat. 56 b, Ut omnes ictus, omnesq; nimios & frigoris & caloris appullus sentire possimus. de Nat. 54 b, Ut omnes ictus, omnesq; nimios & frigoris & caloris appullus sentire possimus.

¶ *Inflatus, comitio, incitatio*. de Diu. 94 a, Tribus modis deorum appullus homines somniant.

† *Syntaxis*. *Solis appulsu calescimus*. *Dei appulsu somniant*. *Vates*.

**APPVLSVS**, a, um. *admotus*. I. V. 224 a, Classe quondam Masinixæ regis ad eum locum appulsa & 244 b, Nauis appulsa, Vcliam est. & 250 a, Quos in Siciam appullos esse nauis dicebat.

**APRICANS**, tis. *ad solem manens*. Tusc. 246 a, b, Diogenes Alexandro roganti ut diceret, si quid sibi opus esset: Nunc quidem paululum, inquit, à sole abis. offererat videlicet apricanti.

**APRICATIO**, onis. At. 108 b, Vnam me hercule tecum apricatione in illo Lucretino tuo sole malim, quàm omnia istius-

modi regna. de Sc. 89 a, Calefcere vel apricatione, vel igni. **APRICVS**, a, um. *ad solem apertus*. Epist. 263 b, Hælluo nequissimus H. S. CC. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla materia, nulla casa. Par. 233 a, Locus apricus. (locus opacus.

† *Syntaxis*. *Apricatione calefcere*. *Apricanti officiebat*. *Alexander*. **APRILIS**, \* Epistol. 11 a, Nonis Aprilibus mihi est Senatus assensus.

\* **APRONIANVS**, a, um. I. V. 153 b, Apronianum conuiuium;

**APTATVS**, a, um. *aptus, accommodatus*. de Or. 157 b, Hoc verbum est ad id aptatum, quod antè dixerat: id est, accommodatum.

**APTE**. *appositè, accommodatè, congruenter*. de Finib. 100 a, Ut si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire. de Orat. 163 b, Oculi sunt quorum tum intentione, tum remissione, motus animorum significem aptè cum genere ipso orationis. Part. 232 a, Dicere aliquid ad tempus aptè. Off. 29 b, Facile iudicabimus quid eorum aptè fiat, quicq; ab officio naturæque discrepet. de Orat. 96 b, Loqui ad rerum dignitatem aptè & quasi decorè. Orat. 218 b, & 220 a, Aptè numeroque dicere. \* Hortens. Prædij & amicis aptissimè uti ad salutem.

\* **APTO**, as. *accommodo*. de Fin. 133 b, 134 a, Ex quo non est alienum, ut animantibus, sic illis vitæ arboribus, & apta quædam ad naturam aptare, & aliena.

**APTVS**, aptior, aptissimus. *accommodatus, appositus, cõueniens, congruens, quod decet, constitutus, habilis, idoneus, consentaneus*.

I. V. 135 b, Reperiebam hunc ad istius libidines natum atq; aptum fuisse. de Or. 93 a, Cùm te vnum ex omnibus ad dicendum maximè natum aptumq; cognossem. Part. 234 b,

Actio congruens & apta ad animos permouendos. de Op. 244 a, Verba apta ad nostram consuetudinem. Att. 121 a,

Vir minimè aptus ad docendum. Attic. 147 b, Ad eam rationem existimabam satis aptam esse naturam & personam meam. Or. 216 a, Pæan minimè est aptus ad versum. de N. 54 b, Palpebræ aptissimæ factæ ad claudendas pupillas, &

ad aperiendas. pro Mil. 111 a, Vtri locus ad insidias aptior fuerit. de Nat. 76 b, Cùm id pallium esset aptum ad omne anni tempus diceret. Tusc. 149 a, Non eruditus, sed tamen aptus ad dicendum. de Or. 85 a, Explicatio apta ad id quod requiris. de Or. 105 a, Calcis Sicyonijs non vterer, quamuis essent habiles atq; apti ad pedem. de D. 127 a, Prædicere, ad quam quisq; maximè rem aptus futurus sit. Epist. 53 b, Qui locus ad exulandum est aptissimus. de Amic. 99 a, Nihil est tam aptum, tam conueniens ad res vel secundas, vel aduersas, quàm amicitia. de Natur. 35 a, Epicurus homo non aptissimus ad iocandum, & 34 a, Offa commissuras habent & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendas accommodatas. de Fin. 116 b, Initia apta & accommodata ad naturam. Ep. 34 a, Etsi ille aduentus ad multas res mihi minus erat aptus. de Fin. 107 a, Ita nati sumus, ut communiter ad virtutè apti sumus. Part. 228 b, Omnes illi loci, quos supra diximus, ad plerumq; sunt, sed alij ad alias quæstiones aptiores. Qu. fr. 305 b, Quod certè & ad honestatem, & ad effugiendos dolores fuit aptissimum. Tusc. 193 b, Animus conturbatus non est aptus ad exequendum munus sum.

Tusc. 167 a, Cùm id non habeas quod tibi nec vtu nec natura aptum sit, non carcas, etiamsi sentias te non habere.

Off. 20 b, Neq; enim solùm corporis, qui ad naturam apti sunt, sed multò etiam magis animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati sunt. de Cl. 185 a, Aptior enim Palicanus auribus imperitorum. & 195 b, Hæc genera dicendi aptiora sunt adolecentibus. Att. 196 a, Huic meo consilio nihil est isto loco aptius. Att. 41 a, Aut enim huic ætati hoc maximè aptum est, aut ijs rebus, si quas dignas laude gessimus, hoc in primis consentaneum. Or. 203 b, Decere quasi aptum esse consentaneumq; tempori & personæ. I. A. 188 a, In sortitione prouinciarum, quæ cuiq; apta erat, ea cuiq; obuenerit. Off. 16 a, Nec histrionibus concedendum est, ut his hæc apta sint, nobis dissoluta. de Or. 169 a, Hunc ille numerum clausulis aptum putat. in Sal. 275 a, Cyllones nulla in parte castris apti. de Or. 162 b, Nunc quid aptum sit, id est, quid maximè deceat in oratione videamus, de Sen. 78 b, Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationesq; virtutum. Att. 217 a, Nihil fieri potest nec commodius, nec aptius, quàm ut scribis. Off. 29 a, Ordo est compositio rerum aptis & accommodatis locis. Off. 26 a, Quemadmodum in oratione constante, sic in vita omnia sunt apta, & inter se conuenientia. de Leg. 167 b, Ex natura viuere, summum bonum est; id est, vita modica & apta virtute perfrui. de Orat. 147 b, Ij sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego & aptum & congruens nomen.

¶ *Commensuratus*. Parad. 120 b, Vita quæ omni gettu moderatio, & omniversu aptior esse debet. de Orat. 96 a, Neminem nec motu corporis, nec ipso habitu atque forma aptiorem vidi.

¶ *Vilius proficinus*. pro Mil. 114 b, Simulatio apta ad tempus.

¶ *Præfians*.



¶ *Præfians. Offic. 3 b, Quod verum simplexq; est: id est naturæ hominum aptissimum.*

¶ *Cohærens, consentiens. de Nat. 60 a, Balbus multa dixit, etiam si minus vera, tamen apta inter se & cohærentia. in An. Orbes vincti inter se, & nodis cælestibus apti. pro Cecin. 295 a, Non ex verbis aptum pendere ius. de Fat. 147 a, Sicut causa non ex æternis causis apta dicitur. Tuscul. 235 a, Nam cui viro ex seipso apta sunt omnia, quæ ad beatè viuendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu, aut contrario, pendere ex alterius euentis, & errare cogitur, huic, &c. de Orat. 113 b, Thucydides verbis aptus & pressus. Par. 242 a, Tanta series artis est, sic inter se sunt pleraque connexa & apta, vt, &c. Parad. 118 b, Is beatissimus est, qui est totus aptus ex sese, qui in se vno sua ponit omnia. de Finib. 118 a, Est apud illos ordo rerum conseruatus, & omnia inter se apta & connexa. de In. 67 a, Hæc & illa inter se apta sunt. Orat. 220 a, Facilius est apta dissoluere, quàm dissipata connectere. de Vn. 202 b, Qui rectè vixerit, ad illud alitum, quo cū aptus fuerit, reuertetur. & ibid. 197 b, Quæ ex coniunctione cælum ita aptum est, vt sub aspectum & tactum cadat.*

† *Syntaxis. Ad tempus aptè dicere. Aptè & decorè ad rei dignitatem. Aptè numerosè que. Ad rem quæ agitur, aptè congruenterq; dicere. Ad hanc rationem aptus. Tibi hoc aptum est ad laudem. Ad insidias locus aptus. Non eruditus, sed aptus ad dicendum. Calcens habilis & aptus ad pedem. Locus ad exulandum aptus. Aptum & conueniens. Homo non aptissimus ad iocandum. Aptum & accommodatum. Commodum & aptum. In vita omnia apta & inter se conuenientia. Aptum & congruens. Vita omni versu aptior. Simulatio apta ad tempus. Si minus vera, tamen apta dicere & cohærentia. Notis cælestibus aptiores. Connexa & apta vincula, corpora, ossa. Apti dissoluere. Dissipata connectere. Is cum in fausto a. Tro aptus. Cælum ex coniunctione aptum.*

¶ *P. V. D. propinquitatem loci significat, propè, iuxta, ad locum & personam, non procul.*

¶ *Propè. Attic. 131 a, Cæsar apud Corfinium castra posuit. Epistol. 244 a, Apud oppidum Cybistra castra feci. contra Rull. 62 a, Agri in Hispania apud Carthaginem nouam. de Orat. 109 b, Cùm etiam tum Crassus in lecto esset, & apud eum Sulpitius federet.*

¶ *Cum vel domi, vel inter. de Leg. 178 a, Alexander in Cilicia deponisse apud Solem in delubro pecuniam dicitur. Qu. frat. 318 a, Apud herum rectè erat. Attic. 4 b, Apud matrem rectè est. & ibidem, Apud te est, vt volumus. Tuscul. 150 a, Triceps apud inferos Cerberus. Epistol. 15 b, Crassus cùm mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. Attic. 67 b, Si me amas, apud me cum tuis maneat. Attic. 71 a, Pompeius à me petierat vt secum, & apud se esse quotidiè. Epistol. 3 a, Eo die casu apud Pompeium cœnauit. Attic. 60 b, Malo tecum apud te ambulare, quàm cum eo, quo cum video esse ambulandum. de Orat. 103 a, M. verò Scaurus, quem non longè ruri apud se esse audio, iam credo huc veniet. apud se: id est, domi suæ. Epistol. 229 a, Apud cum sic Ephesi fui, quotiescunq; fui, tanquam domi meæ. pro Sest. 12 a, Eius que vitæ à me insidias apud me domi positas esse dixerunt. \* de Fat. Cùm esset apud se ad Laernium Scipio.*

¶ *Vis vocularum Coram, & aliquo audiente. Att. 54 a, Secura est contentio de domo nostra, diximus apud pontifices. de In. 71 a, Thebani accusantur apud Amphictyones. I. A. 196 b, Apud iudicem pro reo dicere. de Orat. 117 b, In ea causa quam ille contra me apud centumuiros pro fratribus Cossis dixit. de Orat. 129 b, Nulla vnquam apud populum grauior oratio. I. V. 118 b, Facere verba apud senatum. pro Quint. 1 b, Si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa pendetur. I. V. 211 a, Eupolemus, qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo est. Attic. 245 a, Is tibi apud me gratias egit. pro Sest. 4 b, Conuentus ille huic apud me. P. Sestio maximas gratias egit. Att. 39 b, Cùm aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illum scire ex te, me id fecisse. Attic. 12 a, Non enim mihi videor insolenter gloriari, cùm de me apud te loquor, in ea præsertim epistola, quam nolo alijs legi. Att. 83 b, Lucius queritur apud me per literas, esse, &c.*

¶ *Ratione assensus, animiq; affecti. Offic. 12 a, Non compellat præmijs, quæ apud me minimum valent. Attic. 124 b, Plus apud me valere beneficij gratiam, quàm iniuriæ dolorem volo. pro Sext. Rose. 19 b, Qui apud me & amicitia, & beneficijs, & dignitate plurimum possant. pro R. P. 129 a, Tum subinuitum apud maleuolos Posthumium nomen. de Orat. 92 b, Apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere.*

¶ *Ratione autoritatis, ac seculi præteriti futuriq;. de Dom. 90 b, Apud Agathoclem scriptum in historia est, cum, &c. de Fin. 131 a, Vtilis apud Terentium, qui decreuit. &c. de Fin. 74 b, Apud cæteros philosophos, qui quæsiuit aliquid, tacet.*

de Orat. 100 a, Quæsitum est apud maiores nostros, num, &c. de Off. 61 a, Vt Petronius apud patres nostros, Papius nuper, pro Mur. 142 a, Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros Q. Tubero. pro Dom. 233 b, Vt apud posteros nostros coniuurationis autor fuisse videatur. \* de de Gl. Apud eundem poetam Ajax agit vt sepeliatur.

† *Syntaxis. Apud Romam castra facere. Apud aliquem sedere. Apud solem: id est, in æde solis. Apud nos, marem, amicos rectè est. Apud amicum canare, esse. Ambulare apud se. Apud te semper eris: id est, in aede domi. Dicere apud iudices. Apud aliquem agere gratias, aliquem laudare, de aliquo loqui, queri per literas. Apud me minimum valere impius. Apud Cic. id est, in eius operibus. Apud priores quæsitum est. Apud posteros nota officieris.*

¶ *P. V. L. I. A. liæ, pars Italia: vltima ad Ionium ac Superum mare. de Diuin. 100 b, Apulia maximis terræ motibus conuassata est. I. C. 105 b, Vide eo cui Apulia sit attributa. Att. 120 a, Apulia delecta est, inanissima pars Italiae, & ab impetu huius belli remotissima.*

¶ *P. V. L. V. s. la. pro Cl. 23 a, 59 a.*

¶ *A. Q. V. a, aquæ humor, gelidus riuus. de Diuin. 122 b, Aqua Albanæ deducta ad vtilitatem agri suburbanæ, non ad arcem vrbemque retinendam. de Nat. 30 a, Aqua conclusa facile corrumpitur. Tusc. q. lib. 1, Aqua & terra in medium locum mundi grauitate feruntur & pondere. 2. de Nat. deor. Aqua ex terra oritur, & contra. 3. Offic. Dicit ille quidem multa multis locis: sed aqua hæret, vt aiunt. vide Chil. Erasmi. ad Q. frat. lib. 2, In hac causa mihi aqua hæret. de Diuin. 114 b, Aquæ iugis color. 3. ad Qu. fr. Aqua, quam ij ducebant non longè à villa. Acad. 25 a, Aqua nigra Anaxagoræ. Tusc. 247 a, Darius in fuga cùm aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibisset. de Diuin. 83 a,*

*Vos quoq; signa videtis aquæ dulcis alumna.*

de Nat. deor. 31 a, Aquæ admixtum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. de Nat. deor. 1, Aquam dixit esse initium rerum Thales Milesius. pro Q. 318 b, Ducere aquam per fundum alterius. de Nat. deor. 31 a, Aquam calidam ex puteis iugibus trahij, & id maximè fieri hybernis temporibus. pro Quin. 47 b, Ignis in aquam coniectus continuè restinguitur. 3. ad Quin. fr. de aqua per fundum eius ducenda rogabo. 11. Fam. in epist. D. Bruti, Aqua & igni nobis interdicitur. 2. ad Qu. fr. Aqua madidus. 12. Fam. Lentuli, Aqua denique prohiberentur milites nostri. Lælius. Non aqua, non igni (vt aiunt) pluribus locis vitium, quàm amicitia. pro Mur. 129 a, Ille tenet & scit vt hostium copia, tu vt aquæ pluuia arceatur. 2. de Nat. deor. 2, Ex aquarum respiratione & vapore fit aer. & ibid. 20, Motu eius caloris qui aquis continetur. pro Plan. Ad aquas venire. Læ. Quò vtamur quasi aquis tentatis, sic amicitijs. \* de Fin. 100 a, Qui demerit sunt in aqua. I. A. 216 a, Inanis spe ad aquas vsq; Puteolanas prouehuntur. de Nat. 31 a, Quæ aqua neque conglaciaret frigore, neq; niue pruinaque concreveret, nisi eadem se admisso calore liquefacta & dilapsa diffunderet. de Nat. 66 b, Ali Solem, Lunam, reliqua astra aquis alia dulcibus, alia marinis. de Diu. 101 a, Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio est. de Vniu. 197 b, Ita contigit, vt inter ignem & terram, aquam Deus animamq; poneret: eaq; inter se cõpararet, & proportionem coniungeret: vt quemadmodum ignis animæ, sic anima aquæ, quòdque anima aquæ, id aqua terræ proportionem redderet. Offic. 70 b, Si quis medicamentum cuiquam dederit ad aquam intercutem. Attic. 12 b, Quid homini Arpinati cum aquis calidis? ibid. Arpinates aquas concupiuit. Nosti enim Marianas. Quin. frat. 317. 318, Ibi, &c. aquamq;, quam ij ducebant non longè à villa, bellè sanè fluentem vidi, præsertim maxima siccitate: vberioremq; aliquanto sese collecturos esse dicebant.

† *Syntaxis. Aquas deducere ad vtilitatem agri. Aqua conclusa conglaciatur, concreuit. Aqua hæret. In hoc mihi aqua hæret. Ducere aquam. Aqua turbida, coinquinata, alumna, bellè fluens. Aqua & igni interdicitur, alicui interdici, interdiceret. Aqua madidus. Hostes aqua prohibere. Ex aquæ respiratione aer. Aquas tentare, & amicitias.*

¶ *A. Q. V. A. E. D. V. C. T. V. s. u. ductus aqua, tubus, euripus, Deductio aquæ. Attic. 205 a, De aquæ ductu probè fecisti. pro Cec. 299 a, Aquæ ductus, haustus, iter, actus, à patre, sed rata autoritas harum rerum omnium à iure ciuili sumitur. de Leg. 169 a, Ductus verò aquarum, quos isti Nilos (al. tubos) & Euripos vocant, quis non cùm hæc videat, irriserit?*

¶ *A. Q. V. A. R. I. V. S. ria, rium. in Var. 31 a, Cùm tibi aquaria prouincia forte obtigisset: id est, aquarum & aquæ ductuum cura.*

¶ *A. Q. V. A. R. I. V. S. substantiuum, significat aquarum & aquæ ductuum curatorem, qui Plinio aquilex dicitur. Epistol. 115 b, Nisi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem, veteris ciuitatem occupasset.*

¶ *A. Q. V. A. R. I. V. S. signum celeste, vir fundens aquas. in Arat.*



*Et gelidum riuum fundens aquarius.*

de Nat. 48 a, Capiti equi proximat a quarij dextra totusq; deinceps Aquatius. in Arat.

*—hinc cernix dextra mulcetur Aquari.*

**AQVATILIS**, le. *aquarum incolæ, in aquis degens, vivens.* de Nat. 22 a, & 50 b, Bestiæ aquatiles, quæ in terra gignuntur. & 56 b, Bestiæ terrenæ, aquatiles, & volatiles.

**AQVATIO**, onis. *Offic. 63 b, Hic aquatio, hæc villa isti carere non possunt.*

† Syntaxis. *Aquaria provincia obigit: id est, aquis copiosa. Aquarius fundi riuum gelidum.*

**AQVILA**, læ. *ales nuncijs Iouis, pennata Iouis satelles.* de D. 138 a, Cursor ad interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse factum: at ille, Vicisti: ista enim aui volat nulla vehementius. de Diu. 83 b, Deiotarus ex itinere iam constituto reuertit, aquilæ admonitus volatu. Ep. 162 b, Aquilæ duæ signa sexaginta sunt relata Antonij. I. C. 102 a, A quo etiam aquilam illam argenteam scio esse præmissam. I. A. 263 a, Cum Hircius ipse aquilam quartæ legionis inferret. & 243 a, Atq; hic idem latro Italiæ cum aquilæ primipili aureos nummos daret, de meis bonis se dare dixit, ne aquilam quidem ipsam crediturum putauit.

† Syntaxis. *Aquilam inferre: id est, signum aquilæ.*

**AQVILEIA**, æ. *vrbs.* I. V. 36 a.

\* **AQVILIANVS**, a, um. de Offic. 64 a, Aquiliana definitio. *Alij per L. L. scribunt.*

\* **AQVILIVS**, a, um. de Clar. 176 a, Lex Aquilia. *al. Aquillia.*

**AQVILIO**, onis. *septentrionalis mundi pars, et ventus ex ea flans.* de L. 156 b, Orithiâ Aquilo sustulit. de Som. 129 b, In aquilonis austrive partibus. I. V. 125 a, Spelunca conuersa ad aquilonem infinita multitudine. de Nat. 31 a, Aquilonibus reliquisque frigoribus adiectis durefcit humor.

**AQVILONARIS**, re. de Nat. de or. 36 a, Regio Aquilonaris. *(. . .) Auftralis.*

**AQVINATES**, atium. pro Cl. 58 a, I. A. 180 b.

**AQVINVM**, ni. *vrbs.* I. A. 180 b.

**AQVILA**, læ. *exigua aqua.* de Orat. 87 a, Platanus, quæ mihi videtur non tam ipsa aquila quæ describitur, quam Platonis oratione creuisse. & 123 b, \* Vbi non seclusa aliqua aquila teneatur.

**ARA** aræ. *altare.* de Diuin. 123 a, Ex eo Aio loquenti ara in noua via consecrata est. & 101 a, pro Dom. 204 b, Licinia virgo vestalis aram & ædiculam sub saxo sacro dedicauit. de Ar. 250 a, Qui sacerdotem ab ipsis aris puluinaribus quæ detraxisti. pro Fl. 163 a, Is si aram tenens iuraret, crederet nemo. de Nat. 64 b, Quod vos cum facere non potestis tanquam in aram confugitis ad Deum. & 68 b, Aras delubraq; Hecates in Græcia vidimus. pro Quint. Rosc. 50 a, Eroses sicut in aram confugit in huius domum. Epist. 245 a, Castra in radicibus Aman habuimus apud aras Alexandri. Postq. 206 a, Qui nisi in aram Tribunatus confugisset, vim Prætoris effugere non potuisset. I. A. 246 b, Ea quæ extractio, quæ sit ad memoriam æternitatis, ara virtutis. de Nat. de or. 79 a, Est mihi tecum pro aris & focus certamen. Anteq. 197 b, Innocens ab aris focusq; proiectus. \* de Diuin. 95 b, Ab infima ara subito anguis emergeret. & 101 a, Ara enim Aio loquenti, quam septem videmus, aduersus eum locum consecrata est. de D. 122 a, Anguis ab ara exiit. I. V. 110 a, Vt nunquam ad aram legum præsidiumq; vestrum publico consilio confugerent. I. A. 250 b, Ab eorundem aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere. de Diuin. 123 a, Posteaquam & sedem & aram & nomen inuenit. Ep. 168 a, Quos etiam de reponenda ara cogitare audimus. Att. 283 a, Cui Laurentiæ vos eius Pontifices ad aram in Velabro sacrificium facere soletis.

¶ *Caleste sydus.* de Nat. 48 b, in Arat.

*Inde Nopa cernes propter fulgentis acumen*

*Aram, quam statu permulcet spiritus Austris,*

*Exiguo superum quæ lumina tempore tranat.*

*Nam procul Archuro est aduersa parte locata.* *ibid.*

*Nam quum fulgentem cernes sine nubibus aris*

*Aram sub media cali regione locatam,*

*A summa parte obstura caligine reftam.* *ibid.*

*Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem*

*Caperit, et subitis aris diduxerit Ara.* *ibid.*

*Atq; Aram tenui caligans vestiet umbra Centaurus.*

*ibid.* — *illustrem truculentus cedit ad Aram,*

† Syntaxis. *Aram tenere. In aram confugere. Ara virtutis. Pro aris focusque certare. Ab aris focusque prouici.*

**ARABARCHES** tid est. *Pompeius.* Att. 32 b, Velim è Theophane expificare, quonam in me animo sit Arabarches.

**ARABIA**, æ. *regio.* Att. 147 a.

**ARABS**, bis. de Diuin. 99 b, Arabes & Phryges & Cilices cantus auium & uolatus notauerunt: quod lib. I, Arabes & Phryges & Cilices pastu pecudum maximè vtuntur. de Leg. 176 b, Arabum, Phrygum, Lycaonum, Cilicum,

nationes vatum, seu augurum nomina cum disciplina ad tempora Ciceronis retinuerunt.

**ARANEOLA**, læ. de Nat. 50 b, Vt in araneolis aliæ quasi retextunt: vt si quid in herferit conficiant: aliæ aut ex inopinato obseruant: & si quid in herferit arripiunt, idq; consumunt.

**ARATEVS**, a, um. *ab Arato astronomo de Diuin. 111 a, In quo nostra quædam Arate memoriter à te pronuntiata sunt.*

**ARATIO**, onis. *agricultura, agri cultio.* I. V. 199 b, Arationes tota Sicilia desertas, atque à dominis relictas esse cognoscitis. I. A. 179 b, Arationes glandiferæ, & fructuosæ ferbantur. \* I. V. 174 a, Putat se bonum in arationibus fructibus; suis habuisse custodem ac villicum. *ibid.* Arationes & agros vestigales vastasse atque exinanisse. *ibid.* Totasq; arationes derelinquerent. I. V. 175 a, Quia desertas arationes offendi. I. V. 193 a, Arationis ipsius vis ac ratio consideranda est, quid ea sustinere, quid pati, quid efficere possit. *ibid.* Quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in Rempubl. fungi ac sustinere velitis. Tusc. 245 a, Vt fructuosa aratio dicitur, non si omnis tempestatis calamitate sempervacet: sed si multò maiori ex parte extet in ea felicitas.

**ARATOR**, oris. *colonus, bubulcus.* I. A. 187 b, Cur magister eius ex aratore orator factus sit. I. V. 99 b, Coloni populi Romani atq; aratores in agros suos reuertantur. \* I. V. 174 a, Quot acciperit aratores agri Leontini Verres. Octuaginta tres. Quot anno tertio proficere. Triginta duo. Vnum & quinquaginta aratores ita video deiectos: vt his ne vicarij quidem successerint. *ibid.* Octuaginta septem aratores vnus ager istius iniuria desiderat. *ibid.* Ager habuit aratores ducentos. I. V. 176 a, Dico aratores istius auaritia eiectos: scribit Metellus, reliquos ab se esse confirmatos. I. V. 157 b, Labefactarat vehementer aratores iam superior annus: proximus verò funditus euerterat. *ibid.* Euerfis funditiarum aratoribus. *ibid.* Cum omnes aratorum fortunam decumarum nomine eriperes. I. V. 193 a, Hæc deerat iniuria & hæc calamitas aratoribus, qua reliquis fortunis omnibus euerterentur. *ibid.* Cogantur etiam nummi ab aratore. *ibid.* Videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quæssisset, in quo elaborasset. *ibid.* Quod eodem ex agro reparare posset. Nummos verò vt daret arator, quos non aratro ac manu quærit: boues & aratrum ipsum & omne instrumentum vendat necesse est. *ibid.* Cum aratori onus imponitur. *ibid.* Quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in Rempubl. fungi ac sustinere velitis. Imponitis decumas: patiuntur alteras: temporibus vestris seruiendum putant. Dent emptum præterea.

**ARATRV**, tri. contra Rull. 79 b, Quod solum tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit. I. A. 179 b, Vt aratrum circumduceres, cuius quidem vomere portu Capuæ penè perstringisti. pro S. R. 26 a, Cum ab aratro arcesserantur qui consules fierent. de Nat. 58 a, Bonum vires humerorum & latitudines ad aratra extraheda. \* Hortens. Segeres agricolæ subigunt aratris. I. V. 193 a, Quod aratro ipse quæssisset. *ibid.* Nummos verò vt daret arator, quos non aratro ac manu quærit: boues & aratrum ipsum vendat necesse est.

¶ Syntaxis. *Arcessere ab aratro Consules. Aratrum extrahere.*

**ARATVS**, ti. de Orat. 90 b, \* Hominem ignarum Astrologiæ ornatissimis atque optimis versibus Aratum de cælo stellasque dixisse.

**ARBITER**, tri. *præfens, testis, disceptator domesticus.* Offic. 74 b, Pomponius surrexit in lectulo, remotisq; arbitris ad se illum iussit venire. ad Heren. 7 b, Spes celandi quæritur ex conscijs, arbitris, adiutoribus, &c. contra Rul. 77 a, Decemuiri vestra vestigalia non modò ne nobis quidem arbitris, sed ne præcone quidem teste vendent. I. V. 274 a, Castor & Polux legum iudiciorumq; arbitri & testes, celeberrimo in loco prætori locati. Epist. 215 a, Sic enim præscripsimus ijs, quibus ea negocia mandauimus, vt omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro, & quod commodo tuo fieri possit, te disceptatore vterentur. Tusc. 251 b, Quorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades. Offic. 7 b, Qu. Fabius Labeo arbiter Nolanis & Neapolitanis de finibus agri à fenatu datus. de L. 166 b, Sed ego planè vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Xenonem datum. Att. 237 b, Antonium arbitrum me statuebat non modò huius rei, sed totius consulatus sui. pro Sext. Rosc. 37 b, Damnatus per arbitrum, & rem restituit, & honestatem omnem amittit pro Cecin. 288 b, Is nomine heredis arbitrum herciscundæ familiæ postulauit. pro Quint. Rosc. 46 b, Quis in hanc rem fuit arbiter? Offic. 65 a, Itaque Calphurnius arbitrum illum adegit, quicquid sibi de ea refacere oporteret ex fide bona. *alias, ad arbitrum.* pro Quint. Rosc. 46 b, Quod sibi ab arbitro tribuatur. Top. 224 a, Quarum altera aqua pluuia iubetur ab arbitro coerceri, altera non iubetur. *ibid.* Finibus regendis



regendis adigere arbitrum non possis. *ibid.* Aquæ pluviæ arcendæ adigere non possis arbitrum. pro Q. Rosc. 46 b, De his ipsis H-S. 1111. de tuarum tabularum fide, compromissum feceris, arbitrum sumpseris. Quis in hanc rem fuit arbitri? tam utinam adesset in iudicio. Utinam federet in consilio. Eundemne tu arbitrum & iudicem sumebas? Eidem & infinitam largitionem remittebas? Quis vnquam ad arbitrum quantum petijt tantum abstulit? *ibid.* De quo nomine ad arbitrum adisti. *ibid.* Cæteri ad arbitrum confugiunt. Hic ab arbitro ad iudicem venire est ausus. pro Q. Rosc. 47 a, Qui cum de hac pecunia, de tabularum fide arbitrum sumpsit. de Leg. 167 b, Nec Manilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines regemus. Quam nam igitur sententiam dicemus. Requirit placere terminos.

¶ *Frequentia ratione.* Att. 246 a, Loca ab arbitris remota. I. V. 252 a, Locus amœnus & ab arbitris remotus.

† *Syntaxis. Iudiciorum arbitri, ac testes. Honorarius arbitri iudicat. Datus iste arbitri a Principe tibi, & illi. Statio te huius rei arbitrum. Per arbitrum damnatus. In hanc rem est ille arbitri. Locus ab arbitris remotus.*

**ARBITRATUS, tus.** *sententia, opinio, iudicium.* de Orat. 93 b, Quid mihi nunc, &c. quæstionculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Am. 96 a, Quas sententias in hoc libro exposui meo arbitratu. \* Ep. 157 a, Ne Senatusconsultum arbitratu nostro componeretur.

¶ *Libitum, desiderium, optatum.* de Finib. 64 a, Quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus nunquam est data. de Finib. 106 b, Quo loco nisi iniquum postulo, responde arbitratu meo. contra Rull. 79 a, Cum summam tantæ pecuniæ nullo teste, sibi ipse suo arbitratu & sua voluntate fecisset. Epist. 95 b, Quæro causas omnes aliquando viuendi arbitratu meo. Attic. 251 a, Ego literas ipsius arbitratu dabo, eæ te ne moueant. *Quint. frat. 316 a,* Tribunitij candidati compromiserunt. H-S. cccc. in singulos apud M. Catonē depositis perere eius arbitratu, ut quid contra fecisset, ab eo condemnaretur. Attic. 153 a, Veni igitur & age de pace, meone, inquam, arbitratu? an tibi, inquit, ego præscribam?

¶ *In finitio, & disciplina.* de In. 50 b, Apud quos, quo more, cuius arbitratu sit educatus.

† *Syntaxis. Loqui suo arbitratu. Facere arbitratu suo. Tuo arbitratu & voluntate facias. Viuere arbitratu suo. Viri probi arbitratu educatus.*

**ARBITRIUM, trij. arbitratu, voluntas, libido.** I. V. 72 a, Ad nostrum arbitrium libidinemq; aduersariorum minas eludemus. I. V. 255 a, Hic Heracleo ad arbitrium suum nauigaui. I. V. 269 b, Secundum arbitrium tuum testes dabo. pro Mur. 128 a, Ad aliorum arbitrium viuere, non ad suum. in Vat. 34 a, Cum Vectius ad arbitrium tuum perorasset. de Orat. 115 a, Mentis iudicium ad arbitrium suum mouere posse. de Finib. 50 a, Quid Epicurei? num desistunt de iisdem, de quibus ab Epicuro scriptum est, ad arbitrium suum scribere? Orat. 199 a, Ad alicuius arbitrium & nutum, torum se fingere & accommodare. Epistol. 94 b, Delectationes, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum compares. ad Heren. 22 a, Et in ea regione situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari & architectari. Att. 275 a, Quod senatus nondum censuit, id arroganter non præiudico, nec ad arbitrium meum reuoco. Ep. 177 a, Omnia ad arbitrium vnus collata sunt. Parad. 122 b, Animus fractus & abiectus, & arbitrio carens suo. Att. 115 b, Sed video quorum arbitrio sit acturus. de Orat. 94 a, Res ab opinionionis arbitrio seiunctæ scientia comprehensæ. I. V. 242 b, Maximas res arbitrio multitudinis agi. Iura omnia nutu atq; arbitrio alicuius gubernari. I. A. 206 a, Antonius in sua potestate nunquam fuit, nihil vnquam arbitrio suo fecit, semper eò tractus, quod rapuit libido. pro S. Rosc. 40, Iouis nutu & arbitrio omnia regi. pro Dom. 214 b, Puto arbitrio suo quæq; timere oportere. Att. 243 b, Eius orationis custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit. \* Epist. 180 a, *Matij.* At hæc etiam seruis semper libera fuerunt, timerent, gauderent, dolerent suo potius quam alterius arbitrio.

¶ *Iudicium honorarium, arbitri sententia.* Attic. 825 a, b, Antonius postulat esse arbitrium suum de Repub. Attic. 6 a, Tamestis iactat ille quidem illud suum arbitrium. pro *Quint. R.* 46 b, Aliud est iudiciū, aliud arbitrium: iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Offic. 64 a, & Top. 226 b, In arbitrio rei vxorix melius, æquius in fiducia, inter bonos bene agier, &c. pro *Quint. Rosc.* 49 b, Cur non arbitrium pro socio adegeris, *Quint. Roscium* quæro. *alias arbitrum.* pro *Quint. 2 b,* Quasi ij qui magna fide societatem gererent, arbitrium pro socio condemnari solerent. I. P. 84 a, Eodem in templo arbitria non mei solū, sed patriæ funeris abstulisti. *id est, præmia.* Postquam. 208 a, Nondum palam factū erat concidisse rempub. cum tibi arbitria funeris soluebatur. pro *Dom.* 232 b, Vidi prætextatos inimicos nondum

morte complorata arbitria petentes funeris. de Fat. 144 a, Qui introducunt causarum sententiam sempiternam, hi mentē hominis voluntate libera, vel, ut alij, libero arbitrio, spoliata, necessitate fati deuinciunt. \* pro Q. Rosc. 46 b, Ad arbitriū hoc animo adimus. Quid est in arbitrio? imite, moderatū, quantum æquius melius sit dari. *ibid.* Quod sibi ab arbitrio (*al. arbitro*) tribuatur.

† *Syntaxis. Ad nostrū arbitrium, libidinemq; impietatem vitauimus. Ad arbitrium suum nauigare. Secundū arbitrium tuum testes dabo. Ad arbitrium alterius dicere. Aliud est arbitrium, aliud iudicium. Voluntate, vel arbitrio libero mentem spoliare.*

**ARBITROR, aris. puto, iudico, auiumo, censo.** *Quint. frat. 306 b,* Ego quod ad me attinet, idemq; arbitror cæteros, idcirco taceo, quod d, &c. Att. 273 a, *Quinq;* cohortibus quid se nam facturum arbitratur? Att. 273 a, Non soleo mi Brute (quod tibi notum esse arbitror) temerè affirmare de altero. pro *Clu.* 55 a, Tamen (ut arbitror) autoritate aduocatorum adducti in veritate manserunt. de D. 81 a, Atq; hæc, ut ego arbitror, veteres serum magis euentis moniti, quam ratione docti putauerunt.

**ARBOR, ris.** de Orat. 159 b, In arboribus sunt trunci, rami, folia. de Senect. 81 b, Serūt arbores, quæ alteri seculo profint. de Senect. 89 b, Multæ istarum arborū mea manu sunt factæ. de Finib. 133 b, Ita q; & viuere vitæ & mori dicimus, arborēq; & nouellam & vetulam, & vigere & fenescere. Att. 239 b, Excisa est arbor, non euulsa: itaq; quàm fruticetur vides. de Senect. 89 b, Proceritate: arborū & directi in quincuncem ordines. de Diu. 115 a, Arbores simul cum luna fenescētes tempestiuè cædi, quia tum exccatæ sint pro *Rab.* 92 b, Da mihi ex ista arbore, quos seram furculos. pro *Rab.* 92 b, Caput obnubito, arbori infelici suspendito. de D. 83 b, Ne hoc quidem quæro, cur hæc arbor vna ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad signum floris admouet: *id est, lentiscus.* pro *Fl.* 154 b, Homo Phryx qui arborem fici nunquam viderat. \* 5. de Leg. Neq; dum satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur. *Tusc.* 160 a, Per animum ipsum, &c. tam natura putarem hominis vitæ sustentari, quàm arboris. Hæc enim etiā didicimus viuere.

**ARBUSTVM, sti. arbores multa ad fructum confisæ.** de Senect. 88 a, Segetibus, pratis, vineis, arbutis, res rusticæ lætæ sunt. in *Arat.* Arbuta ornata tegmine foliorum. de *Diuin.* 90 b, Tum visam belluam, quacunq; incederet, omnia arbuta, virgulta, tecta peruertere.

**ARCA, æ. armarium, capsula.** de *Diuin.* 126 a, Eorum iussu ex illa olea, arcæ esse factæ. *Top.* 221 a, Argentū in arca positū. *Parad.* 124 b, Animus hominis diues, non arca appellari solet. pro *Milon.* 113 a, Serui in arcas conijciuntur, ne quis cum eis colloqui possit. Att. 5 a, Quicquid eius generis habebis, ne dubites mittere, & arcæ nostræ confidito. de Orat. 134 b, Cato percussus ab eo qui arcam ferebat. \* pro *Dom.* 235 b, Aeditatem in arca (*al. arca*) collocavit.

**ARCADES, dum.** de *Nat.* 70 b, \* *Aesculapiorum* primus *Apollinis*, quem *Arcades* colunt. pro *M. Fundan.* *Arcades* se *Profelenos* esse asseuerant.

**ARCADIA, æ. regio.** de *Nat.* 70 a.

**ARCANO, pro arcanè dictum hoc loco esse, testis est Charisius.** \* Att. 236 a, Ego arcanè opperier, dum ista cognosco. *Alq; legunt, In Arcano: ut de villa intelligamus.*

**ARCANYM, villa.** Att. 68, Prandimus in Arcano.

**ARCANVS, a, um. commissus, occultus.** de Finib. 82 b, Qui cum iocæ, seria, ut dicitur, qui cum arcana, qui cum occulta omnia.

**ARCENDVS, a, um. pellendus, remouendus, prohibendus, auertendus, coercendus.** *Topic.* 224 a, Si aliqua pluuia in vrbe nocet, quoniam res tota magis agrorum est, aquæ pluuiæ arcendæ adigere non possis arbitrum. *Offic.* 25 a, Adolescentia à libidinibus arcenda est.

**ARCENS, tis, pellens, prohibens.** *Tusc.* 167 a, Non L. Brutus arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat.

¶ *Agens, monens, cohibens.* de *Somn.* 128 a, Orbis extimus arcens & continens cæteros.

**ARCEO, defendor, tueor.** de *Leg.* 164 a, Natura, non pœna debet arcere homines ab iniuria.

¶ *Prohibeo, pello.* de *Leg.* 174 b, Cur paupertatem, sumptu ad sacra adhibito, deorum aditu arceamus? I. A. 231 a, Brutus inuadentem in Asiam ad progressu arcuit, ad reditu refrænauit. I. A. 201 b, Brutus illum non vt consulem recepit, sed vt hostem arcuit. I. A. 180 a, Omnes te illis sedibus arcebunt. de *Nat.* 52 a, Nos flumina arceamus, dirigimus, auertimus. I. C. 104 a, Tum tu Iupiter hunc & huius socios à tuis aris cæterisque templis, ac tectis vrbis ac mœnibus à vita fortunisque ciuium omnium arcebis. \* *Parad.* 120 a, Quæ vis est, quæ magis arceat homines ab improbitate omni, quàm si senserint.

¶ *Coerceo.* *Tusc.* 185 b, Ergo hos quidem, vt famulos vinculis & custodia arceamus.



¶ *Seruo, cohibeo, amplector.* de Nat. 53 b, Aluus arcet & continet illud quod recipit.

**A R C E O R, ris.** *remoueor, pellor, prohibeor.* de Ar. 244 b, Videbā illud scelus non posse arceri ocij finibus, sed erupturum aliquid ad perniciem ciuitatis, pro Mur. 129 a, Ille scit vt hostium copiam tu vt aquæ pluuiæ arceantur.

† *Syntaxis.* *Arcendæ aquæ pluuiæ adiçere arbitrium. Arcendi omnes à viijs. Orbis extimus alios arcet & continet. Ab iniuria pios arcere. Aditu arcere pauperes. Arcere aliquem, absolutè. & Arcere sedibus. Arcere flumina: id est, remouere, propellere, cohibere, cogere. Arcere seruos custodia. Aluus arcet atque continet ea quæ recipit.*

**A R C E R A, ræ.** *plaustrum rusticum vndique tectum & munitum, quasi arca quadam magna vestimentis instrata, quæ nimis ægri aut senes portari cubantes solebant. vocabulum ex XII. tabulis sumptum. est apud Ciceronem, autore Nonio. vide Gellium lib. 20. cap. I. & Nonium.*

**A R C E S S I T V S, a.** *um.* *longius captus, affectatus.* de Orat. 132 b, Cauendum est ne arcessitum dictum putetur.

**A R C E S S O, sis.** *aduoco.* pro S. R. 26 a, Cùm ab aratro arcesserantur, qui consules fierent, pro Dom. 214 a, Cùm P. Lentulus, Qu. Metellus me arcesserent in senatum, non venire? Attic. 225 a, Pelopem ad te arcessit. de Orat. 119 a, A capite quod velimus arcessere, & vnde omnia manant videre. Topic. 224 a, Non erit necesse id vsque à capite arcessere. \*Frag. ep. Si me ad id beneficium arcesseres. Quint. frat. 318 b, Chilonem arcessiueram Venafro. Postquam 210 a, Quo die nos P. Lentulus comitijs centuriatis arcessiuit in patriam. pro S. Rosc. 31 a, Arcessiuit aliquem, at quando?

**A R C E S S O R, ris.** *aduocor.* Attic. 224 a, Interea narrat eadem, Basium arcessi, Cassium expectari. \*pro Sex. Rosc. 26 a, Cùm ab aratro arcesserantur qui Consules fierent.

¶ *Accuso.* Offic. 43 b, Arcessere aliquem in iudicium capitis. pro Deiot. 149 b, Arcessere aliquem capitis. pro Rab. 96 a, Deinde non intelligis quos eodem crimine in summum capitis periculum arcessis. pro Flac. 149 a, Vt hunc hoc iudicio arcesseret.

† *Syntaxis.* *Arcessiri in patriam. Verbum arcessitum. In iudicium & capitis arcessere aliquem. Magno crimine in summum capitis periculum arcessere. Hoc iudicio istum arcessit.*

**A R C H E T Y P V M, pi.** *archetypus, prima forma, exemplar.* Att. 187 b, Mihi etsi calendæ vitandæ fuerunt, incessionumque archetypa fugienda.

**A R C H E T Y P V S, pi.** *prima forma, exemplar, archetypum.* Attic. 252 b, Idem syntagma mihi ad te retractatus, & quidem *archetypum* ipsum crebris locis inculcatum & refectum. Hinc tu tralatum in Macrocollum lege in Arcano (*al. arcand*) conuiuis tuis.

**A R C H I L O C H I V S, a.** *um.* Attic. 36 a, Archilochia edicta Bibuli.

**A R C H I L O C H V S, chi.** *poeta Iambis faciendis nobilissimus, verum acerbitate in lacerandis hominibus præter modum prædixit fuit. Idcirco Horat. in Poëtica arte inquit:*

*Archilochum proprio rabies armavit Iambo.*

*Hinc Bibuli edicta, Cicero Archilochia vocat: id est, felle, acerbitate, & maledictis tincta.* Attic. 258 b, Mihi vt Aristophani Archilochi Iambus, sic epistola longissima quæque optima videtur.

**A R C H I M E D E S, dis.** *mathematicus nobilissimus fuit, cuius eruditissima opera diu ab omnibus desiderata, nuper primum ab Heruagio typographo Basiliens. Græcè & Latinè, vna cum explicatione præclare edita sunt.* Tusc. 161 b, & de Fin. 157 a.

**A R C H I P I R A T A, ræ.** *princeps piratarum.* Offic. 41 a, Ille autem qui archipirata dicitur, nisi æqualiter prædam disperiat, aut occiditur à socijs, aut relinquitur. Postq. 206 b, Cū à latrone archipirata productus esset: primum processit. I. V. 24 b, Omnes sic habent persuasum, istum clam à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse.

**A R C H I T F C T O R, aris.** *fabricor.* de Finib. 75 b, An quoddam illa callida est sapientia? vt optimè possit architectari voluptates? ad Heren. 22 a, Mens potest in ea regione situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari & architectari.

† *Syntaxis.* *Architectari voluptates. Ad suum arbitrium fabricari & architectari aliquid.*

**A R C H I T E C T V R A, ræ.** *architectandi ars.* Offic. 30 b, Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris vtilitas quaeritur, vt medicina, architectura, &c. hæ sunt his, quorum ordini conueniunt, honestæ.

**A R C H I T E C T V S, sti.** *princeps architectandi, machinator.* de Nat. 15 b, Mali ædificij dominus glorians se architectum non habuisse. de Or. 90 a, Philo architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit. Epist. 129 a, Si quis adhibere volet non modò vt architectos, verum etiam vt fabros ad ædificandam Remp. pro Mil. 115 b, Qui cum architectis & decempedis villas multorum hortosq; peragrauit. Attic.

223 b, Torumbus bellus esse dicitur architectus. pro S. R. 40 b, Scio omnium architectum & machinatorum vnum esse Chryfogonum.

¶ *Autor, magister, translatione.* de Cl. 175 a, Stoici sunt architecti penè verborum. de Fin. 55 b, Epicurus inuentor veritatis, & quasi architectus beatæ vitæ. pro Cl. 29 b, Princeps & architectus alicuius sceleris. pro Dom. 223 a, Architecti operum.

† *Syntaxis.* *ille omnium architectum vnus est. Architectus & machinator. Stoici verborum architecti. Epicurus beatæ vitæ architectus. Princeps & architectus rebellionis.*

**A R C H O N, tis.** *id est, imperans.* de Fat. 144 a.

**A R C I T E N E N S, tis.** *sagittarius, sagittipotens.* in Arat. Magnus Arcitenens.

**A R C T A T V S, a.** *um.* pro R. P. 120 a, \*Quibus mercibus cum multæ naues refertæ fuissent, vna non paruit parua arctata.

**A R C T E, s.** *strictè.* de D. 101 a, Arctè complecti aliquem. de Diu. 93 a, Arctè & grauitè dormire. de Fat. 146 b, Hæc arctius astringi ratio non potest. Par. 118 a, Illud tamen arctè tenent, accurateq; defendunt. \*de Inuent. 63 b, Postquam illos arctius, vt fit, ex lassitudine dormire sensit.

† *Syntaxis.* *Arctè grauitèq; dormire. Rationes arctè astringere id est, confirmare. Arctè tenere, accurateq; defendere pietatem.*

**A R C T O P H Y L A X, cis.** *vræ custos.* de Nat. 47 b, & in Arato, *Arctophylax vulgo qui dicitur esse Bootes, Quod quasi remone adiunctam præ se quat Arctum.*

odiosa est, tum illa ingenij atq; eloquentiæ molestissima. de Inuen. 62 b, Minus in arrogantiam offenderent. Acad. 19 a, Versibus increpant eorum arrogantiam, qui cum sciri nihil possit, audeant se scire dicere. Offic. 34 a, Affirmandi arrogantiam vitantem fugere temeritatem.

ARROGO. as. *postulo, assumo, vëdico, sumo, tribuo, asisco.* (De-rogog. de Cl. 192 a, Est enim faceti hominis cum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogat. pro S. R. 33 a, Neq; ego nõ possum, nõ enim tantum mihi derogo, tametsi nihil arrego, vt te copiosius, quam me putem, posse dicere. pro Qu. 10 a, Quoniam tu tibi id arrogas & concedi postulas. pro Plan. 272 a, Non vereor ne mihi aliquid videat arrogasse, si de questura mea dixerõ. pro Planc. 259 a, Mihi nõ sumo tantum iudices, neq; arrego, vt, &c. Epist. 46 a, Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrego. Acad. 28 b, Tu cum id plenissimum temeritatis esse dicas, tantum tibi arrogas, vt exponas disciplinam sapientiæ, &c.

† Syntaxis. *Minax & arrogans. Quid est tam arrogans? Contumaciter & arroganter. Temerè & arroganter. Distum arrogantem existimatum. Superbia & arrogantia. Ex insolentia & arrogantia. Contumacia & arrogantia. Belli arrogantia Superbus. Mihi tantum non sumo neque arrego.*

Ἀρρογοσύνη. Vide AEGROTATIO.

ARS. tis. *arsificum, ratio faciendi, facultas, doctrina, scientia, studium, disciplina, via* de Orat. 92 b, Ars est, quæ cognitio penitusq; perspectis & in vnum exitum spectantibus & nunquam fallentibus rebus continetur: & 111 a, Res mihi videtur esse, inquit, facultate præclara, arte mediocri. ars enim earum rerum est, quæ sciuntur: oratoris autem actio opinionibus, non scientia continetur. ad Heren. 1 b, Ars est præceptio, quæ dat certam viam rationemq; faciendi. de Finib. 100 b, Artes efficiuntur ex cognitionibus comprehensivibusq; rerum. de Cl. 189 a, Ars dat rationes certas & præcepta faciendi aliquid, quæ habent ordinem, & quædam errare in faciendo non patientes vias. de Orat. 94 a, Ars definitur ex rebus penitus perspectis, planeq; cognitis, atq; ab opinionis arbitrio seiunctis, scientiaq; comprehensis. Orat. 215 a, Notatio naturæ & animaduersio peperit artem. de Orat. 161 a, Artem à natura proficisci. Offic. 34 a, Nullam dicere maximam rerum esse artem, cum minimam sine arte nulla sit, hominum est parum considerata loquentium. de Natur. 27 a, Artis maximum proprium est, creare & gignere. de Diuin. 85 b, An medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt, & gubernatores falluntur. de Finib. 130 a, Omnes artes in aliqua scientia versantur. de Orat. 108 b, Ars est dux certior quam natura. de 57 b, Gubernatoris ars bene nauigandi rationem habet. de Orat. 100 b, Nihil est, quod ad artem redigi possit, nisi ille prius qui illa tenet, quorum artem instituere vult, habet illam scientiam, vt ex ijs rebus quarum ars nondum sit, artem efficere possit. de Orat. 119 b, Hæc omnia artem & præcepta requirunt. & 112 b, Non omnia, quæcumq; loquimur, mihi videntur ad artem & ad præcepta esse reuocanda. pro Cæl. 49 a, Vir illa humanitate præditus, illis studijs, artibus, atq; doctrina. Quint. frat. 295 b, Studia & artes quæ sunt nobis Græciæ monumentis disciplinisq; traditæ. de Orat. 154 b, Artes quibus liberales doctrinæ atq; ingenuæ continentur, Geometrica, Musica, literarum cognitio, & poetarum. Epist. 48 a, Artes ingenuæ. pro Arch. 186 a, Erat tum Italia plena Græcarum artium & disciplinarum, studiaq; hæc in Latio colebantur, & hic Romæ, &c. Offic. 34 a, Si est aliqua disciplina virtutis: id est, ars. Colere bonas artes, & colere disciplinam Stoicam. L. C O L O. pro Arc. 187 b, Homo mediocrius, & aut nulla, aut humiliter aliqua arte præditus. Epist. 97 b, Habere scientiam magnarum artium. Offic. 30 b, Opifices omnes in sordida arte versantur. de Diuin. 85 b, Ars gubernandi scientia imperatorum, ratio atq; prudentia reipub. gerendæ. de Orat. 145 a, Vna fingendi est ars in qua præstantes fuerunt, &c. ibid. Vna est ars ratioq; picturæ. de Orat. 122 a, Ad inueniendum in dicendo hæc tria sunt: acumen, deinde ratio, quam licet (si volumus) appellemus artem, tertium diligentia, & ibid. Atq; hoc totum est, siue artis, siue animaduersionis, siue cõsuetudinis, nosse regiones, intra quas, &c. de Fin. 123 b, Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuiq; artificio præfunt, debent habere. de Inuent. 42 a, Hæc res, quæ vocatur eloquentia, siue ars, siue studium, siue exercitatio quædam, siue facultas à natura profecta. Orat. 210 b, Versus ille, qui vetat artem pudere proloqui, quam factites. de Orat. 123 a, Tradere artem differendi, & dare præcepta. Epist. 95 b, Libenter mercedem artem desinerem. Acad. 7 a, Artium aliud eiusmodi genus est, vt tantummodo animo rem cernat, aliud vt molietur aliquid & faciat. ibid. Artes quarum omne opus est in faciendo & agendo. Quid enim est quod arte

effici possit, nisi is qui artem tractabit, multa perceperit? Part. 233 a, Animi quemadmodum affecti sint, virtutibus, vitijs, artibus, inertijs spectantur. de Senect. 78 b, Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationesq; virtutum. Offic. 35 a, Inanimata pleraq; sunt hominum effecta operis, quæ non haberemus, nisi manus & ars accederent: neq; enim valetudinis curatio, neq; nauigatio, neq; agricultura, sine hominum opera vlla esse potuisset. Tusc. 229 b, Leon quæsiuit ex eo, qua maximè arte consideret. Epist. 104 b, Nulla ars literis, sine interprete & sine exercitatione percipi potest. \* de Senect. 93 b, Pueri artes difficiles discunt. Hortens. Cum in his artibus vixerimus. de Consol. Bonis studijs atq; artibus expolitis. de Orat. 105 a, Cuius, iuris ciuilibus, artem cum indotatam esse atq; incomitatam & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti. ibid. Quod in ea plus operæ laborisq; consumperas, veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno: sit sanè tanta, quantum tu illam esse vis. Et enim sine controuersia & magna est, & latè patet, & ad multos pertinet, & summo in honore semper fuit. ad Heren. 1 a, Vt ars difficilior cognitu putaretur. ibid. Artem sine assiduitate dicendi non multum iuuare. ad Her. 21 b, In hac re multum valere artem & præceptionem. ibid. Ars naturæ commoda confirmat & auget. ibid. Nec hoc magis aut minus in hac re, quam in cæteris artibus fit, vt. ad Heren. 25 b, Nec possunt quidem ea exempla tam esse accommodata ad artem. ad Heren. 26 a, Ne ars appareat. In præcipiendo expressè conscripta ponere oportet exempla, vt in artis formam conuenire possint: & post in dicendo, ne possit ars eminere, & ab omnibus videri, facultate oratoris occultatur. Ergo etiam vt magis ars cognoscatur. de Orat. 85 a, Neque verò nobis fructus otij datus est ad eas artes, quibus à pueris dediti sumus, celebrandas, interque nos recolendas. ibid. Quod ego cruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam. de Orat. 85 b, Cur plures in omnibus artibus, quam in dicendo, admirabiles extitissent. ibid. Per multos excellentes in quoque genere videbis non mediocrium artium, sed propè maximarum. ibid. Quæ studia reconditis in artibus atque in quadam varietate literarum versantur. ibid. Quique in ijs artibus flourerunt. ibid. Laudatarum artium omnium procreatorem quandam & quasi parentem φιλοσοφίαν iudicari. ibid. Quam recondita in arte & multiplici subtilique versentur Mathematici. ibid. Cæterarum artium studia ferè reconditis atque abditis è fontibus hauriuntur. ibid. In cæteris artibus id maximè excellit. ibid. Plures cæteris artibus inferuire. de Orat. 100 b, Nullius sibi artis faciliorem cognitionem videri. ibid. Omnia ferè, quæ sunt conclusa nunc artibus. ibid. Adhibita est ars quædam extrinsecus ex alio genere quodam: quæ rem dissolutam diffusamque conglutinaret, & ratione quadam constringeret. de Orat. 119 b, Hæc artem quidem & præcepta duntaxat hætenus requirunt. de Orat. 129 a, In hoc altero genere dicacitatis quid habet ars loci? de Orat. 136 b, Eiq; artem memoriæ, quæ tum primum proferebatur, pollicitem esse fe traditurum. Cum ille quasi set, quidnam illa ars efficere possit? de Orat. 141 a, Vt obliuionis artem quam memoriæ malim. Gratiamque habeo Simonidi illi Cæo, quem primum ferunt artem memoriæ protulisse. ibid. Sed hæc ars tota dicendi, siue artis imago quædam est & similitudo, habet hanc vim, nõ vt totum aliquid pariat & procreet, verum vt ea, quæ sunt orta iam in nobis & procreata, educet atque confirmet. de Orat. 145 a, Cui quicquam in arte sua deesse videatur. de Orat. 159 b, Linqvamus naturam, artesque videamus. de Clar. 177 a, Antonius in verbis & eligendis, & collocandis, & comprehensione deuinciendis nihil non ad rationem, & tanquam ad artem dirigebat. de Clar. 217 a, Eadem, quæ in versibus, quorum modum notat ars, sed aures ipsæ tacito eum sensu sine arte definiunt. I. V. 214 b, Vt ars certare videretur cum copia. Postq. 203 b, Ille qua re plurimum potuit, ea ipsa re inimicos suos vltus est; armis: ego, qua consuevit, vtat pietate: quoniam illi arti in bello ac seditione locus est: huic in pace atque otio. pro Cæl. 47 a, Oratio bonis artibus instituta, pro Cor. 64 a, Assiduus vsus vni rei deditus & ingenium & artem sæpe vincit. Acad. 42 a, Ita facta est differendi ars quædam philosophiæ, & rerum ordo, & descriptio disciplinæ. de Fin. 86 b, Cum ei Simonides artem memoriæ polliceretur. Tusc. 229 b, Artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum. de Inuent. 43 b, Qui Aristoteles huic arti rhetoricæ plurima adiumenta atque ornamenta subministravit. de Orat. 102 a, Quæ valde breuiter à te, Crasse, de ipsa arte percurta sunt. & b, Neque enim sum de arte dicturus, quam nunquam didici. ibid. Quæ esset ars imperatoris.



de Orat. 103 a, Atque ut iam ad leuiora artium studia veniam. ibid. Omnis omnium rerum atque artium scientia. ibid. Prudentia tamen rerum magnarum magis quam dicendi arte nititur. ibid. Ut singulis hominibus ne amplius quam singulas artes nosse liceat. ibid. Non, &c. eiusdem hominis atque artis vtraque facultas existimanda est. & b, Si quisque ut in aliqua arte & facultate excellens, aliam quoque artem sibi assumpserit. ibid. Platonem omnes in illis artibus prestantissimum fuisse fateantur. Ac si iam placeat omnes artes oratori subiungere. ibid. Copia magnitudoque cognitionis atque artis. de Orat. 122 a, Atque hoc totum est ius artis, siue anima ductionis, siue consuetudinis, nosse regiones, intra quas venere & peruectiges quod quæras. ibid. Ratio, quam licet (si volumus) appellemus artem. ibid. Inter ingenium quidem & diligentiam perpaululum loci reliquum est arti. Ars demonstrat tantum ubi quæras. de Orat. 123 a, Artem se tradere bene differendi, & vera ac falsa diiudicandi, quam verbo Græco *ἄγωνα* appellaret. In hac arte, si modò est hæc ars, nullum est præceptum, &c. ibid. Quare istam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. ibid. Atque inter hunc Aristotelem, (cuius & illum legi librum, in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum, & illos, in quibus ipse sua quædam de eadem arte dixit) & hos germanos huius artis magistros, hoc mihi visum est interesse. ibid. Quæ ad dicendi artem, quam ille despiciebat, pertinebant. de Clar. 196 b, Qui, &c. ipsam eloquentiam locupletauisses grauiorum artium instrumento, & ipsæ artibus decus omne virtutis cum summa eloquentiæ laude iunxisses. ibid. Nec enim decet te ornatum vberimis artibus, quas cum domo haurire non posses, arcessiisti (al. *accesisti*) ex vrbe ea, &c. numeraria in vulgo patronorum. Acad. 7 a, Omnes artes vna memoria maximè continet. ibid. Ars verò quæ potest esse, nisi quæ non ex vna, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? Quam si subtraxeris, &c. ibid. Quod idem in similibus quoque artibus contingit. de Fin. 90 b, Cogitans, in omni arte, cuius vsus vulgaris communis que non sit, multam nouitatem nominum esse: cum constituantur earum rerum vocabula, quæ in quaque arte versentur. ibid. Item ipsæ rhetorum artes, quæ sunt totæ forensis atque populares, verbis tamen in dicendo quasi priuatis vtuntur ac suis. Atque vt omissam has artes elegantes & ingenuas. ibid. Ars est philosophia vitæ, de qua differens arripere verba de foro nō potest. Tusc. 157 a, Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

† Syntaxis. *Artes est præceptio, constat ex perceptionibus animi. Artes, studia, doctrinæ. Artes quibus doctrinæ liberales continentur. Arrium habere scientiam. Omnis ars in aliqua scientia. Opifex in arte sordida. Vna est ars & ratio. Acumen, ratio, vel ars, ac diligentia. Artes quibus opus est in faciendo, & agendo. Artem tractare. Animi artibus. Ineritius affecti. Artes exercitationesque virtutum. Manus, & arte accedente.*

ARSINOA, æ. vrbs. l. P. 99 a.

ARTATA. pro R. P. 129 a, \* Quibus mercibus cum multæ naues refertæ fuissent, vna non patuit parua artata. Alij *artata* legunt.

ARTEMITANVS, na, num. Att. 18 a.

ARTERIA, riæ. de Nat. 53 a, Aspera arteria (sic enim à medicis appellatur) ostium habet adiunctum linguæ radicibus, paulò supra quam ad linguam stomachus annectitur: eaque ad pulmones vsque pertinet, excipitque animam eam, quæ ducta sit spiritu, eandemque à pulmonibus respirat & reddit. ad Heren. 29 a, Nam læduntur arteriæ, si antequam leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur. & ibid. Recreatur enim vox spiritu, & arteriæ reticendo acquiescunt. \* de Nat. 30 b, Venæ & arteriæ micare non desinunt. & 54 a, Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, sicut spiritus per arterias. ibid. Nerui, sicut venæ & arteriæ, à corde tracti & profecti, in corpus omne ducuntur.

† Syntaxis. *Arteriæ pluratim numero & sapientius quam arteria.*

ARTHEMISIA, Mausoli Carie regis vxor, quæ nobile illud Halicarnasi fecit sepulchrum. Tusc. 216 b.

ARTHRITICVS, a, um. qui articularum dolores habet. Epist. 141 a, \* Cocus arthriticus.

ARTICVLATÆ, cum primis. Att. 95 a, Valebis igitur, & puellæ salutem articulatæ dices.

ARTICVLATIM, separatim, seorsim. de Leg. 173 a, Quæ fusè olim disputabantur ac liberè, ea nunc articulatim distincteque dicuntur. de Nat. 73 a, Membraque articulatim diuidit.

† Syntaxis. *Articulatim distincteque dicere. Articulatim membra diuidere. Articulatè salutaris Casarem: id est, seorsim, cum primis.*

ARTICVLVS, li, nodus, iunctura, nodus nature in enimante, in planta. Att. 4 a, Terentia magnos articulorū dolores habet.

de Sen. 88 a, Ineunte vere in vitibus existit tanquam ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur. de Nat. 17 a, Næuus in articulo pueri delectat Alcæum.

¶ In oratione duplex, vt ex Tullio patet. de Orat. 141 b, Verba, quæ quasi articuli connectunt membra orationis. & 160 a, Oratio articulis membrisque distincta. ad Her. 27 a, Oratio fluctuans & dissoluta, quæ sine neruis & articulis fluctuat huc & illuc. Orat. 202 a, Ad numerum articulus cadens. ad Her. 39 a, Articulus dicitur, cum singula verba interuallis distinguuntur, cæsa oratione.

¶ Momentum, occasio, opportunitas, punctus temporis. pro Qu. 3 b, Tum iste, qui nunc in summas angustias adductum putaret, vt cum suis conditionibus in ipso articulo temporis astringeret, assem sese negat daturum.

† Syntaxis. *Articularum dolor. In articulo sarmentorum gemma. Verba quasi articuli in sententia orationis membra. Oratio articulis membrisque distincta, & sine neruis, sine articulis. Ad numerum articulus cadens. Inops astringitur in ipso temporis articulo.*

ARTIFEX, cis, opifex, sciens & peritus. pro Muren. 30 a, Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulædos esse, qui citharædi fieri non potuerunt. Acad. lib. 2, Artificem non fortuitò, sed quæ percepta & comprehensa tenere videmus, appellamus. & ibid. Artificem ab inscio non est distinguere, si artem subtraxeris. Epist. 68 b, Atque illi artifices corporis simulachra ignotis nota faciebant. id est, Apelles & Lysippus. I. V. 200 b, Nimirum didici etiam artificum nomina: id est, eorum qui statuas fecerant. \* de Clar. 173 a, Hoc in oratore videtur apparuisse artifex, vt ita dicam, stylus. I. V. 273 b, Qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad contumendum iudicium velint esse.

¶ Gubernator, fabricator. de Vn. 195 b, \* Si pulcher est hic mundus, si probus eius artifex: profectò speciem æternitatis imitari maluit: sin secus, generatum exemplum est pro æterno secutus.

¶ Autor, magister, præcipuus doctor. de Orat. 87 a, Græci dicendi artifices & doctores. Orat. 213 b, Theodectes politus scriptor atque artifex. pro Ar. 187 b, Scenicus artifex: id est, histrio. de Finib. 89 a, Artifex callidus comparandarum voluptatum. Q. de Pet. 212 a, C. Cotta in ambitione artifex dicere solebat, se, &c. pro Quin. 14 a, Ne quid mihi eiusmodi accideret, cum cōtra talem artificem dicturus essem, verebar.

¶ Causa. Orat. 212 b, Consuetudo artifex suauitatis.

† Syntaxis. *Deus mundi artifex. Dicendi artifex, & doctor. Politus scriptor, & artifex. Scenicus artifex. Artifex callidus comparandarum voluptatum. Cotta in ambitione artifex, Consuetudo artifex.*

ARTIFICIOSVS, cum maiore arte, accuratius. de Nat. 37 a, Quod in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multò artificiosius naturam efficit.

ARTIFICIOSVS, a, um, habens artem ac vim artificij. de Nat. 37 a, Ipsi verò mundi natura non artificiosa solum, sed planè artifex, &c. de Nat. 57 a, Zeno ita naturam definit, vt eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem via. & ibid. Natura id est, vt dixi, ignis artificiosus, magister artium reliquarum.

¶ Artificio præditus. de Natur. 54 a, Artificiosum & diuinum opus. de Finib. 67 a, Mathematici de re artificiosa loquuntur. de Diuin. 95 b, & 103 a, & 113 b, Ea genera diuinandi artificiosa dicuntur. Item, Artificiosa præsentio. (naturalis diuinitio.)

ARTIFICIVM, cij, opificis industria, opus, actio, præstantia, opera, ars. Offic. 30 a, Iam de artificijs & quæstibus qui liberales habendi, qui sordidi sunt, hoc serè accepimus. de Or. 95 b, Atqui vide, inquit, in artificio & opera quam tenui & leui quanto plus adhibeat diligentia, quam, &c. pro S. Rosc. 26 a, Obluisci artificium. de Finib. 60 a, Ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi, &c. Acad. 26 a, Quod enim spectat illud? cum artificia tolli quæretis à nobis, nisi vt opifices concitentur? in Verr. 216 b, Simulachrum singulari opera artificioque perfectum. in Verr. 210 b, Hæc omnia antiquo opere & summo artificio facta, & summa arte. in Verr. 210 a, Vt intelligatis hominem artificij cupidum, non argenti fuisse. \* ad Heren. 20 a, Qui non insciji sunt eius artificij. pro Q. Rosc. 47 b, Qui ita dignissimus est scena propter artificium.

¶ Astus, dolus. Epist. 135 a, Non iam satis est cōsilio pugnare, artificium quoddam excogitandum est. pro Plan. 263 b, Vicinitas non fallax, non erudita artificio simulationis.

¶ Ratio, prouinciæque, grauis, disciplina, præceptio, institutio, affectata diligentia, studium, apparatus. de Orat. 97 a, Non esse eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum. de Orat. 91 b, Artificium dicendi. Attic. 64 a, Reliqui libri *περὶ ὀργάνων* habent. de Orat. 123 a, Suspicio artificij imminuit oratoris autoritatem & orationis fidem. de Orat. 116 a, Componere artificium de iure ciuili. Acad. 9 a, Natura maximo quasi artificio fabricata est primū animal omne, &c.



de Fin. 123 b, Qui cuique artificio præfunt, eam quæ communis appellatur prudentia, debent habere. pro S.R. 26 a, Non tu in isto artificio accusatorio callidior es quàm hic in suo.

† Syntaxis. *Ignis artificiosus: id est, artium magister. Artificium & opera naturæ. Artificij, non argenti cupidus. Artificio pugna, se consilium destr. Artificium ex eloquentia natum, non contrâ. De iure ciuili componere artificium. Artificium accusatorium.*

ARTOLAGANVS, ni. panis genus delicat. qualia sunt liba, seu placenæ. Epist. 138 b, Dedicendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.

ARTVS, tus. mèbrum. de Fin. 84 a, Quos dii immortales ille, cum omnes artus ardere viderentur, cruciatu perferbat? Tusc. 188 a, Cùm audiuisset eum grauior esse ægrû, quod vehementer eius artus laborarent. \* Tusc. 180 a, Hos ille cuneos fabrica crudeli inferens Perrupit artus.

¶ Articulus, commissura, nodus. de Clar. 184 a, Cn. Octauius qui multis medicamentis erat propter dolorē artuum delibutus. de Orat. 95 a, Et tota mente, atq; omnibus artibus contremisco. De Nat. 56 a, Dignorum molles commissuræ & artus. Quin. de Pet. 211 a, Nerui atq; artus sapientiæ sunt, non temere credere. de Diu. 88 b,

*Excita cum tremulis anis attulit artubus lumen.*

† Syntaxis. *Artuum dolor. Mente tota, & artibus tremere. Dignorum artus. Nerui & artus disciplina.*

ARVSPEX, cis. extispex, qui volatibus auium inspiciendis futura prædicat. de Nat. 12 b, Vt aruspices, augures, arioli, vates, & coniectores, nobis essent colendi. de Diu. 114 a, Persuaderi igitur cuiquam potest ea quæ significari dicuntur extis, cognita esse ab aruspices obseruatione diurna? I. C. 115 a, Cùm aruspices ex tota Hetruria conuenissent, totius vrbis atq; imperij occasum appropinquare dixerunt. de D. 89 a, Aruspices nuptiarum. Att. 26 b, Latores & aruspices legis curiata. \* de Arusp. 245 b, Responsum aruspicum hoc recens de fremitu in concione recitauit. & 248 a, Mitto aruspices. & 249 b, Nos ex Hetruscorum scriptis aruspices vt à seruitio caueremus monerent. & 252 a, Aruspices hæc loquuntur? de Nat. 15 b, Mirabile videtur quod non rideat aruspex, cùm aruspice viderit. de Diu. 83 b, Aruspices in Tiberim id caput depulsum esse dixerunt: idq; inuentum est eo loco, qui est ab aruspices demonstratus.

ARVSPICIANA, næ. diuinationis genus, ars extispicum. de Diu. 114 a, Vt ordiar ab aruspicina, quam ego reipublicæ communis que religionis causa colendam censeo. Epistol. 91 b, Cùm qui hodie aruspicinam facerent, in senatu Romæ legerentur. de D. 118 b, \* Vt tota aruspicina sic pertractata. ibid. Ortum videamus aruspicinæ: sic facillimè quid habeat autoritatis iudicabimus. de Diu. 119 a, Qua ratione aruspicina disciplina contineretur.

ARVSPICIANVS, a, um. artis aruspicum. de Diu. 95 b, Quod Hetruscorum declarant & aruspicipini, & fulgurales, & rituales libri.

ARVVM, ui. campus, ager. Orat. 212 b, Frugifera & ferta arua Asia tenet. Enn. de Nat. 25 a, \* Prata & arua diligenter isto modo, quod fructus ex his capiuntur.

ARX, cis. castellum. de Orat. 234 a, Tarento amisso arcem tamen Liuius Salinator retinuit. de Sen. 79 a, Salinator amisso oppido fugerat in arcem. I. P. 97 b, Qui cùm oppido desperassent, munire arcem cœperunt. de Leg. 156 a, Nisi forte Athenæ tuæ solæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt. Parad. 116 b, Non enim est opus tale, vt in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidiæ. pro Syl. 182 a, Munit communem arcem bonorum, obstruit perfugia improborum. Antequam 192 b, Arcem vrbis ab incendio liberaui. I. P. 81 b, Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilina militum, castellum forensis latrocinij. pro Lig. 140 b, Vos Africam omnium provinciarum arcem obtinere voluisset. contra Rull. 64 a, & I. C. 120 b, Hoc templum Iouis Opt. Max. atq; hæc vrbis arx omnium gentium. pro Clu. 51 a, In arce legis præsidia defensionis iuxta constituere.

† Syntaxis. *Arcem retinere: id est, seruare. Translatione, Romam Cic. vocat honorum & genium arcem. Africam arcem provinciarum: & legis arcem esse præsidia defensionis.*

AS, asis. libra, siue libella, pondus. Offic. 45 b, M. Scius in caritate annonæ affe modium populo dedit.

¶ Minimus numus. pro Quint. 3 b, Tum iste affem sese negat daturum. pro Qu. Rosc. 53 a, Dic H. S. CCCLIII. dedisse, qui affem nullum dedit.

¶ Totum, cuius est diuisio in partes asis. pro Cecin. 288 a, Facit hæredem ex deuce & femiuncia Cecinam, ex duabus sextulis M. Fulcinium, Ebutio sextulam aspergit. Epist. 217 a, Testamento, quod Antistius Romæ fecerat, hæres ex parte dimidia & tertia Capito est: in sextante sunt hi, qui, &c. Vide Budæum de Asse, & Georgium Agricolam.

† Syntaxis. *Dedit Scius modium asse.*

ASCENDENS, tis. de Clar. 191 a, Is ascendens gradibus magistratum ad summam amplitudinem peruenit.

ASCENDO, dis. scando. Epist. 245 a, Expedito exercitu ita noctu iter feci, vt ad 111. Idus Octobris cùm lucefceret, in Amanum ascenderem. Attic. 13 a, Ascendere in castellum. de Fin. 80 a, Ascendere in concione. Tusc. 163 b, Is ita locutus est, vt non ad mortem trudi, verum in cælum videretur ascendere. pro Dom. 228 a, Quibus tanquam gradibus mihi videor in cælum ascendisse. pro Milon. 120 b, Gloria cuius gradibus homines videntur in cælum ascendere. de Amic. 112 b, Si quis cælum ascendisset, &c. Acad. 37 a, Nos ad nauiculas nostras ascendimus. in Verr. 211 b, Ascendit in oppidum Archagathus. de Orat. 117 b, Lex peregrinum vetat in murum ascendere. & 59 b, Sol sensim ascendens in diuersam partem. pro S. R. 52 a, Crescere. ascendere, sua virtute in altiore locum peruenire. pro Clu. 40 b, In altiore locum ascendere. de Diu. 92 b, Eodem equo aduersam ascendit ripam. pro Mur. 137 a, Ex continuis honoribus familiæ maiorumq; suorum, vnum ascendere gradum dignitatis conatus est? Offic. 46 a, Non solum vt ne affligantur, sed etiam vt ad altiore gradum ascendant. Orat. 208 b, Ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. de Clar. 187 a, Ascendere ad honores. de Sen. 83 a, b, Cùm ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere. pro Cluent. 49 b, In summum locum ciuitatis ascendere. Part. 230 b, Aut à minoribus ad maiora ascendimus. de Orat. 164 a, In omni voce est quiddam medium, sed suum cuique voci: hinc gradatim ascendere vocem vtile & suaue est. Attic. 275 b, Timeo de consulatione, ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, quàm inde, si cõsul factus sit, descensurum. \* con. conc. Q. Metel. Ascendi in concione. in L. Pison. Hic cùm ad Padum Placentiæ fore confedisset, paucis post annis in eam ciuitatem ascendit. Hortens. Eloquentiam, quam tu in cælum, credo vt ipse cum ea simul ascenderes, sustulisses. Tuscul. 233 a, In rotam (id est, genus tormenti quoddam apud Græcos) beatam vitam non ascendere.

\* ASCENSIO, onis. ascensus. de Clar. 177 a, Quorum quidē quæ fuerit ascensio, &c. ex eo existimari potest. Alij tamen Assensio legunt.

† Syntaxis. *Ascendere in concionem, in cælum & cælum, tanquam gradibus. Ad nauiculam ascendere. In diuersam partem Sol ascendit. Crescere, ascendere, in altiore locum peruenire virtute. Ascendere ad honores, in equum, in summum ciuitatis locum.*

ASCENSVS, sus. Ascensio. pro Dom. 224 a, Homines auidaces ab eius templi aditu atque ascensu repulsi. in Verr. 211 b, Ipse in oppidum accedere noluit, quod erat difficili ascensu atque arduo. de Ar. 253 b, Atque hic ei gradus ad rempublicam, hic primus est aditus & ascensus ad popularem iactationem. de Legib. 185 a, Ollis que ad honorem amplioris gradum is primus ascensus esto. de Orat. 108 a, Neque is consistens in loco, sed inambulans, atque ascensus ingrediens arduo. \* Hortens. Hoc illis animis faciliorem ascensum & reditum in cælum fore. in Pison. 97 a, Cuius ego imperio non Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum, &c. obijcio & oppono. de Leg. 173 a, Propter quæ datur homini ascensus in cælum. Epist. 85 b, Cecinæ. Ruinæ periculum struas, non ascensum pares.

† Syntaxis. *Aditu & ascensu templi pellere aliquem. Oppidum arduo ascensu. Hic primus gradus, aditus, & ascensus ad honores. Ingredi arduo ascensu.*

ASCI A, ascia. dolabra, instrumentum quo ligna dolantur, & poliuntur. de Leg. 182 a, Hoc plus, inquit, ne facito rogam; ascia ne polito.

ASCISCENDVS, a, um. ascribendus. pro Arch. 186 a, Aliquē non modò non segregandum, cùm sit ciuis, à numero ciuium, sed etiam si non esset, asciscendum esse.

¶ Comparandus. pro Dom. 232 a, Nihil vnquam de me dixi subtilius asciscendæ laudis causa.

ASCISCO, scis. appeto, approbo. de Finib. 53 a, Natura ipsa, vt ait Epicurus, ascisit, & reprobat: id est, voluptatem & dolorem. de Legib. 173 b, Alterum quod interpretatur fatidicorum effata incognita, cùm senatus populusque asciuerit. de Natur. 27 a, Hos augures ne ipsæ quidem fabulæ asciuisent, si res omnino repudiarent. Vide etiam ADSCISCO.

¶ Ascisco, adiungo, adijcio, annumero, seligo. I. C. 106 a, Omnes perditos ad hoc incredibile sceleris cædus asciuit. de Amic. 105 b, Bonos boni diligunt asciscunt; sibi, quasi propinquitate coniunctos. pro Dom. 251 b, Sed tamē ego mihi sororem virginem ascisco, tu sororem tuam virginem esse non fuisisti. I. P. 85 a, Me patronum vnum asciuerant.

¶ Retineo, comparo. Att. 286 a, Qui tyranni nomen asciuit sibi. de Cl. 189 b, Is quæ clarorum virorum esset, nō dubitabat ascisere



asciscere. Ep. 66 a, Viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipsis sibi asciscuerunt, amplius sexaginta. Orat. 19 a, Asciscuerunt aptum suis auribus opimum quoddam dictionis genus. pro Cor. 59 a, Innumerabiles aliæ leges sunt latæ, quas Latini voluerunt, asciscuerunt. in Verr. 204 b, Asciscuerunt sibi illud oppidum piratæ primum commercio, deinde etiam societate. de Cla. 183 b, Idcirco hanc consuetudinem libenter asciscimus.

¶ *Tribuo, arrago.* pro Dom. 232 b, Neque istam mihi asciscio sapientiam, quam nonnulli in me requirebant. de Orator. 92 a, Eos expertes esse illius prudentiæ, quam sibi asciscerent.

**A S C I S C O R I S.** appetor. de Finib. 105 a, Minimè verò probatur huic disciplinæ, de qua loquitur, aut amicitiam aut iustitiam propter utilitates delectans, sic ab errore mentis tanquam salutare aliquid asciscitur, similiq; incitiâ mors fugitur, vita expetitur.

¶ *Aduocor, excipior.* pro Cor. 60 a, Omnes mutare ciuitatem possunt, modò asciscatur ab ea ciuitate.

**A S C I T V S,** a, um. *assumptus, habitus, deductus.* de Ar. 250 a, Sacra ista ascita ex Phrygia fuerunt. in Verr. 274 b, Sacra Cereris à Græcia ascita & accepta. de Nat. 93 b, Illa, quæ natura prima sunt ascita, natura diligimus.

¶ *Acquisitus.* de Nat. 93 b, Cor. Nep. in vita Att. Amitti ciuitatem Romanam, alia ascita.

¶ *Expetitus.* de Fin. 128 a, Alij censent primum ascitum doloris vacuitatem, primum declinatum dolorem.

¶ *Alienus, fictus, adulterinus, simulatus.* de N. 93 b, Vt apparet in eo natium quendam leporem esse, non ascitum.

† *Syntaxis.* Sunt boni in ciuitatem asciscendi. Non id ago laudis asciscende gratia. Natura bonum asciscit, malum reprobat. Ad falsum asciscere bonus. Boni bonos asciscunt sibi. Ille tyranni nomen sibi asciscet. Hostes asciscuerunt sibi oppidum. Id mihi certè non asciscio. Asciscitur id vt salutare, fugitur mors. Is asciscit à ciuitate: id est, cooperatus. Sacra ascita à Græcia, ex Græcia. Amisit Romam, ascita Alba. Non natium, sed asciscimus candor.

\* **A S C I T V S,** tus. de Fin. 128 a, Alij censent primum ascitum doloris vacuitatem, primum declinatum dolorem.

**A S C L E P I A D E S** medicus & amicus L. Crassi oratoris. de Orat. 90 a.

**A S C R I B O,** bis. *adiungo, assigno, ascisco.* Attic. 232 b, & Ep. 133 a, Gaudeo quòd vulgò hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus. pro R. P. 122 b, Ascribe ad iudicium tuum meam quoque sententiam. de Opt. 224 a, Qui Thucydidem laudauit, ascribet suæ nostram sententiam. Qu. fr. 292 a, Hunc ad tuum numerum libenter ascribito. de Orat. 133 b, Et ad hoc genus ascribamus etiam narrationes apologorum. I. A. 167 a, Tu verò ascribe me talem in numerum. Tuscul. 240 b, Vtinam ego tertius vobis amicus ascriberer. Off. 61 a, Tyrannus petiuit vt se in amicitiam tertium ascriberent. pro Dom. 236 b, Hic nò est ausus nomen suum emptioni illi ascribere. I. A. 207 b, Altera statua ab equitibus Rom. equo publico, qui idem ascribunt patrono. Att. 90 a, Quid ad Statium ascripserit (al. scripserit) nescio. pro Cor. 58 b, Ascribere pœnam fœderatis. de Leg. 171 b, Ostenderunt ea se scripturos atque laturos, quibus ascriptis susceptisq; beate viuerent. \* I. V. 182 a, Iam hoc quidem non reprehèdo, quòd ascribit Accèsus. Vide **A D S C R I B O.**

¶ *Acceptum refero, tribuo.* de Diuin. 86 a, At illud minimè fuit auguris quod ascriptit, ob eam causam popul. Rom. calamitatem cepisse. de Nat. 78 a, Bonos exitus bonorum ascribimus attribuimusq; sine vlla ratione dijs immortalibus.

**A S C R I B O R,** ris. *annumeror, collocor.* de Arusp. 157 a, In certam sedem ciuitatis ascribimus.

† *Syntaxis.* Bona Deo ascribas. Ad iudicium tuum meam sententiam ascribe. Ascribe me tibi socium, ad tuum numerum, in numerum. Ascribi in certam ciuitatis sedem.

\* **A S C R I P T I O.** Vide **A D S C R I P T I O.**

**A S C R I P T I T I V S,** a, um. *ascriptus.* de Nat. 67 a, Quosdam quasi nouos & ascriptitios ciues in cœlum receptos fuisse.

**A S C R I P T O R,** oris. *qui in exemplum ducit scripta. Secundum quosdam idem est, quod subscriptor, qui & causidicus est, causam adiuvans.* Postquam. 210 a, Itaque is fuit non modò salutis defensor, verum etiam ascriptor dignitatis meæ. Postq. 206 a, Cùm enim in me restituendo autorem fuisse ascriptoremq; videatis. pro Dom. 223 a, Ille nouitius Ligur venalis ascriptor tuus & subscriptor. con. Rull. 70 b, Collegas suos ascriptores legis agrariæ non repudiabit. Alij *Ascriptor legunt.*

† *Syntaxis.* Et defensor, & ascriptor dignitatis alicuius. Auctor & ascriptor. Ascriptor tuus, & subscriptor.

**A S C R I P T V S,** a, um. pro Arch. 187 a, Qui cum ascriptum Heracliensem dicunt. pro Arch. 187 a, Archias Heracliensem ascriptus est. & ibid. b, Præsertim cùm in alijs ciuitatibus

fuerit ascriptus. & 186 b, Qui fœderatis ciuitatibus ascripti essent.

† *Syntaxis.* Ille ascriptus est Basileensis, nimirum ciuis. Ascribit fœderatis ciuitatibus.

**A S C V L A N V S,** a, um. de Cl. 179 b, pro Font. 282 b.

**A S C V L V M,** li. *vrbs.* pro Clu. 21 b, de Clar. 179 b.

**A S E L L V S,** li. Attic. 13 a, \* Omnia castellâ expugnari posse dicebat, in quæ modò asellus onustus auro possit ascendere.

**A S I A,** siæ pro Flac. 159 b, Asia vestra constat ex Phrygia, Misia, Caria, Lydia. & ibidem: Asia ora maritima. contra Rul. 74 a, Pergamum, Smyrna, Trallis, Ephesus, Miletus, Cizicus, tota denique Asia. pro Fl. 162 a, Cùm Asiam prouinciam consulari imperio obtineres. Attic. 82 a, Ipse in Asiam profectus sum Tharso non. Ian. & ibi de Asia. Attic.

**A S I A N V S,** na, num. ex Asia. Att. 15 b, & pro Flac.

**A S I A T I C V S,** a, um. ex Asia, & ad Asiam attinens. de Cl. 165 b, Genera Asiaticæ orationis duo sunt, & c. pro Pomp. 7 b, Asiaticæ pecuniæ. de Cl. 169 a, Asiatici oratores non contemnendi quidem, nec celeritate, nec copia, sed paruim pressi & nimis redundantes. Orat. 199 a, Inclinatè vltantique voce Asiatico more canere. de Orat. 146 b, De Asiaticis & Atticis.

\* **A S I N I A N V S,** a, um. pro Cluen. 23 b, Crimen hoc Asianum.

**A S I N V S,** ni. *notum animal, contumeliosè asinus dicitur & homo segnis.* de Nat. 58 a, Longum est si mulorum persequar utilitates & asinorum. in Pis. 95 a, Quid nunc te asine literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus.

**Ασπίγγον,** sine corpore, *expers corporis.* de Nat. 8 a, Quòd verò sine corpore villo Deum vult esse, vt Græci dicunt, ἀσπίγγον.

**A S O T V S,** prodigus, effusus. (acerbus. de Finib. 69 a, Atqui reperimus asotos, ita non religiosos vt edant de patella. de Fin. 69 b, Asoti mundi, elegantes optimis cœcis, pistoibus, piscatu, aucupio, venatione. de Nat. 75 b, Possè asotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire.

**A S P E C T A B I L I S,** ic, *quod sub sensum oculorum cadit, visibile dicitur.* de Vniu. 197 a, Corporeum & aspectabile, itemq; tractabile omne necesse est esse, quod natum est & 196 b, Deus animal vnum aspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit.

**A S P E C T O,** as. *intueor, aspicio.* pro Pl. 280 b, Quid me aspectas? quid mea promissa repetis?

**A S P E C T V S,** etus. *acies, quod visum appellant.* de Nat. deor. 54 b, Oculi aspectum, quòd volunt, facillè contorquent. de Pro. 77 a, Referre aspectum aliquò. de Orat. 141 b, Omnes res quæ sub aspectum veniunt. Officior. 3 b, Quæ aspectu sentiuntur. de Vniu. 197 b, Quæ ex coniunctione cœlum ita aptum est, vt sub aspectu & tactu cadat. ad Heren. 7 b, Aut denique nunquid aliquo sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu, & c. de Nat. deor. 58 a, Pomorum iucundum non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus. in Ant. 147 a, Auctionis verò aspectus miserabilis. de Orat. 141 b, Res cæcæ, & ab aspectu iudicio remotæ. Orat. 219 b, Res ad aspectum pulchra. pro Syl. 181 a, Hominum aspectum lucemq; vitare. pro Cec. 293 b, Aspectus armatorum ad vim faciendam valet, incurtus & impetus non valebit. de Ar. 245 b, Qui sacra Bonæ deæ aspectu virilè violauit. ad Heren. 21 a, In contentione per distributionem acri & defixo aspectu vti oportet. de Orat. 151 b, Quæ primo aspectu nos ceperunt. de Clat. 182 b, Non assidens & attentè audiens, sed vno aspectu & præteritis sæpe iudicat. de Clar. 166 a, Eorum aspectu omnis cura confedit. de Nat. 44 a, Primo aspectu inanimum quiddam se putat videre, post autem, & c. in Verrem 227 b, Situs vrbs communitus & præclarus ad aspectum. Quint. de Pet. 205 a, Vt ea quæ in re dispersa atque infinita viderentur esse, ratione & distributione sub vno aspectu ponerentur. Tusculan. 162 b, Cùm acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectum omnino amitterent. de Diuin. 127 b, Illi orbes, qui aspectum nostrum definiunt. Attic. 101 b, Ex literis tuis hanc primo aspectu voluptatem cepi, quòd, & c. \* Orat. 219 b, Idem ad aspectum etiam sit venustum. pro Cor. 65 a, Si præsens valuit aspectus.

¶ *Præsentia, conspectus.* Epistol. 157 a, Adducere copias in aspectum hostium. I. C. 100 b, Alicuius aspectum præsentiamq; vitare. & ibidem: Carere me aspectu ciuium malo. Epistol. 54 b, Noli rempublicam, multis claris viris orbatam, priuare etiam aspectu tuo. I. C. 120 b, Versatur ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra cæde bacchantis.

¶ *In aspectum: id est, publice.* pro Ar. 188 a, Ex literis aliquid in aspectum lucemq; proferre.

† *Syntaxis.* Contorquere, referre, vitare aspectum, Sentiri, percipi aspectum. In aspectum venire. Aspectus acer, defixus, miserabilis.



*Ad aspectum remotum. Sub aspectu cadere. In aspectum adduci, & proferri. Primo aspectu.*

**ASPELLO**, *leris.* Tusc. 180 a,

*Sed longè à lato numine aspellor Ionis: id est, expellor, arceor.* Poëtæ.

**ASPENDIVS**, *citharistes.* I. V. 86 b.

**ASPENDVM**, *oppidum.* I. V. 86 b.

**ASPER**, a, um. & **ASPERIOR**, *scaber, durus, habens aliquid asperitatis. Ea enim aspera propriè sunt, quorum partes aliæ eminent, aliæq; superantur.* (lenis, levis. de Fin. 72 b, Sensus iudicat dulce, amarum, leue, asperum, propè, longè, &c. Part. 233 a, In locis spectatur, leues an asperi, salubres an pestilentes. de Fin. 124 a, Homo asper & durus oratione & moribus. pro Pl. 267 a, Homo natura asper & omnibus iniquus. de Cl. 176 a, Licinius asper, maledicus, genere toto paulò feruidior atque commotior. pro Mur. 138 b, Accessit his tor, doctrina non moderata nec mitis, sed paulò asperior ac durior. pro Cor. 59 a, In periculis & asperis temporibus. Orat. 298 b, Aspera, tristis, & horrida oratio. \* Acad. Quem aspero ore discerpant. pro Planc. 266 a, Asperiores facietia.

† Syntaxis. *Asper homo, oratio, locus, tempus. Asper natura, moribus, oratione.*

**ASPERE**, & **ASPERIUS**, *durè, senèrè, rigidè, acerbè.* de Orat. 104 b, M. Cato apud populum Romanum asperè & vehementer est locutus. Quint. frat. 311 b, Marcellinus Pompeium nimis asperè tractat. Att. 151 b, Asperius quàm tui patiantur mores, de Dionysio scripsisti. Epist. 5 b, Acerbè & asperè accusare aliquem, pro Planc. 266 a, Maledicta in aliquem asperè & ferociter & liberè dicta. pro Planc. 265 b, Asperius, inquit, locutus est, &c. imò fortasse liberius.

† Syntaxis. *Asperè & vehementer. Nimis asperè. Acerbè & asperè. Asperè, ferociter, liberè, dicere, tractare, maledicere.*

**ASPERGO**, *gis, respergo.* de N. 77 b, Hostiam immolare noluisti, ne aram sanguine aspergeret. ad Her. 39 b, Quem ore attingere, dentibus infecare, lingua aspergere possit.

¶ *Inficior, ludo.* I. V. 37 a, Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aspergis. pro Pla. 265 a, Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis?

¶ *Attingo, misceo.* Ep. 27 b, Hæc aspersi, vt scires me tamen in stomacho solere ridere. Qu. fr. 312 b, Nunc mihi iucunditatis plena epistola, hoc aspergit molestiæ, quòd, &c. pro Cl. 32 a, Atq; etiam ipse cõditor totius negocij guttâ aspergit huic Bulbo, pro Mur. 140 a, Si illius comitatem facilitatemque tuæ grauitati & seueritati asperferis.

¶ *Tribuo.* pro Cecin. 288 a, Ebutio sextulam aspergit: id est, haredem fecit ex sextula.

**ASPERGOR**, *tis, admisceor.* in Vat. 32 a, Ne qua ex tua summa indignitate, labes illius dignitati aspergatur. pro Cor. 66 b, Idcirco illa in omni parte orationis sua arte aspergi videbatur. Orat. 204 b, Huic generi orationis aspergentur etiam sales.

**ASPERITAS**, *tis, salebra.* de Nat. 45 b, Saxorum asperitates, impendentium montium altitudines. I. A. 221 a, Non asperitas viarum retardauit illum. de Orat. 85 a, In his vel asperitatibus rerum, vel angustijs temporis obsequar studijs nostris. de Or. 128 a, Oratio in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur. de Nat. 123 b, Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panætius.

\* **ASPERNANDVS**, a, um. Ep. 248 a, Vt non nimis concupiscendus honos, sed tamen si deferatur à Senatu, minimè aspernandus esse videatur.

† Communitas abstracti. *Asperitas saxorum, viarum, verum, contentionis.*

**ASPERNATIO**, *onis, contemptus, contentio* Tusc. 215 b, Perturbationes animi ex aspernatione rationis eueniunt.

**ASPERNOR**, *aris, respuo, refuso, recusor, repudio, reijcio, fugio, abhorreo.* pro R. P. 129 b, Quam virtutem non modò aspernari ac refutare, sed etiam complecti & augere debetis. pro Cl. 27 a, Seruus sermonem Fabricij non est aspernatus. de Orat. 122 b, Philosophiam hæc ciuitas nunquam aspernata est. I. V. 226 b, Quas illorù querimonias nolite per deos immortales aspernari, nolite contemnere ac negligere. de Orat. 152 a, Gustatus, quod valde dulce est, aspernatur ac respuit. Attic. 113 b, Quanquam non aspernor Trebatij literas. Attic. 288 a, Cicero seruitutem honorificam modò non aspernatur. 243 b, Cassius frumentariam rem aspernatur. Qu. fr. 314 a, locum autem illius de sua egestate ne sis aspernatus. pro S. R. 44 a, Hanc proscriptionem nisi hoc iudicio à vobis reijcitis & aspernamini, videte per deos, &c. pro Sest. 9 b, Is nunquam ausus esset equitum Romanorum preces aspernari. pro Clu. 58 b, Cuius furorem atque crudelitatem deos immortales à suis aris aspernatos esse confido. de Fat. 149 b, Dicere aliquid quod omnium mentes aspernentur ac respuant. I. P. 89 a, Nemo ciuis est, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa consulatus tui perhor-

rescat. Epistol. 18 a, & 54 b, & 67 b, Præsertim si in eo genere studium meum non aspernabere. Tusc. 246 a, Quos cum tristiores vidisset, xxx minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. de Finib. 71 a, Appetere voluptatem. (aspernari dolorem. Attic. 217 b, Vtrum aperitè hominem asperner ac respuam, ἢ σκολιαῖς ἀπατίας. de Fin. 52 a, Et tamen à philosopho, si afferat eloquentiam, non asperner: si non habeat, non admodum flagitem. \* in L. Pil. Qui colore ipso patiam aspernaris, oratione genus, moribus nomen. de Leg. Quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur.

† Syntaxis. *Aspernari virtutem. Ab aris Deus aspernatur. Animo aspernari. Non aspernor. Aspernor, & respuo, aspernor, & refuso: reijcio, & aspernor.*

**ASPERSI** O, *onis, respersio.* de Leg. 174 b, Nam illud vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur. & de Diu. 85 a, Pulchritudinem effici posse Aspersione fortuita putas?

**ASPERSVS**, a, um. *sparsus, inspersus, imiectus.* de Diuin. 85 a, Aspera temerè pigmenta in tabula, oris lineamenta efficerè possunt.

¶ *Fadatus, notatus, affectus.* in Ant. 177 b, Senatusconsulta quasi fulgine aspersa. Epist. 84 a, Eodem fopte se hauisturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus. pro Cæl. 42 a, Qui istius facti non modò suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus.

† Syntaxis. *Aspergere lingua, laudatione, maculis. Aram aspergere, splendorem, sextulam. Aspersi sales. Fulgine senatusconsulta aspersa. Aspergere alicui labeculam, sextulam.*

**ASPICIENDVS**, a, um. de Clar. 165 b, Tanquam ad aspiciendam lucem esse reuocatum.

**ASPICIENDI**, de Orat. 98, Sed ea cum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit.

**ASPICIO**, *cis, conspicio, intueor, intueor, contueor, aspectu, in aliquem oculos conijcio, alicuius in vultu habitant oculi mei, obstruam in aliqua refugio.* de Orat. 98 a, Sic euolauit oratio, vt eius vim & incitationem aspexerim, vestigia ingressumque non viderim. de Or. 154 a, Hoc cernes, si modò aspexeris. I. C. 113 b, Illi inter se furtim nonnunquam aspiciabant. pro Syl. 181 a, Aspiciate, ipsum contuemini os. de Arusp. 243 b, Sed vecors repente sine voce constitit: deinde respexit, & simul ad Cn. Lentulum Cos. aspexit, cõcidit, in curiæ penè limine. de Diuin. 95 a, Respexitque, & equum alacrem lætus aspexit. pro S. R. 28 a, Propter quos hanc suauissimam lucem aspexit. I. A. 175 a, At etiam aspicias me, & quidem vt videris iratus. \* con. C. Anton. Cui spectaculum eiusmodi tua crudelitas præbuit, vt nemo sine luctu aspiciere possit. I. A. 260 a, Quis liberos, quis coniugem aspiciere poterat sine fletu? quis domum? quis tecta? quis Larem familiarem? Attic. 16 b, Consul est impositus is nobis, quem nemo præter nos philosophos aspiciere sine suspitio possit.

**ASPICIOR**, *ris, de Ar. 245 b, Sacra, quæ viri oculis ne imprudentis quidem aspici fas est.*

† Syntaxis. *Aspicere vestigia, lucem. Inter se aspiciere, & ad aliquem. Si modò aspexeris, Aspice, contuere. Aspici oculis.*

**ASPIRATIO**, *onis, exhalatio.* de Diuin. 97 a, Quæ omnia fiunt, & ex cœli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum.

¶ *Spiritus.* Orat. 212 a, Maiores nusquam, nisi in vocali, aspiratione utebantur, Lege H.

¶ *Spiratio.* de D. 107 b, Vt eius cœli aspiratio grauis & pestilens futura sit. de Nat. 42 b, Animantes autem aspiratione aëris sustinentur. aliàs, à spiratione.

† Syntaxis. *Terræ aspiratio, Aëris aspiratio: id est, in qua trahitur aër.*

**ASPIRANS**, *tis, spirans.* de Nat. 53 b, Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant.

**ASPIRO**, *as, nitor, cogito.* I. V. 57 b, Nemo ad alienam causam inuitis ijs, quorum negocium est, accedere aut aspirare debet. in Verrem 105 a, Quid enim quisquam ad meam pecuniam me inuito aspirat? de Clar. 172 a, Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest: id est, ad Africanam gloriam. pro Syl. 177 a, Quis tum dicit in campum aspirasse Syllam? Orat. 209 b, Sed hæc ad eam laudem, quam volumus, aspirare nō possunt. pro Qu. 17 a, Dixit Romæ domum fuisse, quò iste ne aspirauit quidem. pro Cec. 292 b, Si mihi antè occurratur, ne non modò intrare, verum etiam aspiciere aut aspirare possim.

¶ *Faseo.* I. P. 81 a, Cum tu non modò ad eum Ciceronem, cui, &c. nunquam aspirasti, sed omnibus consilijs, quæ ad me opprimendum parabantur, interfuisti. ad Her. 34 b, Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paululum in rebus difficilissimis aspirauit.

¶ *Accedo.* Tusc. 230 b, Hæc in eculum conijciuntur, quò non aspirat vita beata. Tusc. 223 b, Occupaui, inquit, te fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, vt ad me



me aspirare non posses. Epist. 100 a, Subinuido tibi, vltro te etiam accersitum ab eo, ad quem ceteri propter eius occupationem aspirare non possunt. in Verr. 124 b, Quando iste nisi Februario mense aspirabit in curiam?

† Syntaxis. *Aspirare ad causam, ad pecuniam, in curiam. In difficilium rebus aspirare. Aspirare alicui. Aspirare, aut accedere.*

**ASPIS**, dis. *serpens exiguus, perniciosissimus.* pro R. P. 126 a, Demetrius aspide ad corpus admota, vita est priuatus, & de Nat. 69 a, de Fin. 77 a, Si scieris aspidem occulte latere vsquam, & velle imprudente super eam assidere, cuius mors tibi emolumentum factura sit, improbe feceris, nisi mox nueris ne assideat.

**ASPONDIT**, immittis. Att. 145 b, Bellum *aspouditor*. Att. 218 b, Vt veniam ad tempus affandum Saturni *aspouditor*.

**ASPORTANDVS**, a, um. I. V. 226 a, Is hoc signum auellendum asportandumque curauit.

**ASPORTATIO**, onis. I. V. 226 a, Quod eorum demolitio atque asportatio perdifficilis videbatur.

**ASPORTATVS**, a, um. I. V. 86 b, Signa plostris euecta asportataque. L. **DEPORTARE**.

**ASPORTO**, as. Parad. 117 a, Ceteri ita fugiebant, vt multa de suis rebus asportarent. \* I. V. 59 a, Asportare te velle ex Sicilia literas suscipere.

† Syntaxis. *Asportare & auellere. Euehere & asportare. Multa de suis rebus asportare.*

**ASSA**, orum. cella in balnearijs, vbi tantum sudant, non etiam lauant: idcirco Seneca sudatoria vocat. \* ad Qu. fr. 318 a, In balnearijs assa in alterum apodycteri angulum promouit, propterea quod ita erat posita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset sub tectum cubiculi.

**ASSECLA**, clæ. *assectator*. Att. 93 b, & in Verr. 154 b, Qui potentissimorum contumaciam non tuli, ferrem huius assectæ: de Diu. 125 a, Cæsar Troginorum tetrarchiam Deiotaro eripuit, & assectæ suo Pergameno nescio cui dedit. in Sal. 275 b, Tu omnium mensarum assecta. in Verrem 89 a, Se legatorum assectas recipere solere. \* pro C. Cornel. 2, Pauci assectatores eorum atque assectæ subsequuntur.

† Syntaxis. *Assecta, pro familiari & amico: translatione. Mensarum assecta.*

**ASSECTATIO**, onis. pro Mur. 140 b, Tenues homines, & c. habent hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem. Qu. de Pet. 210 a, Sed quoniam assectationis mentio facta est, id quoque curandum est, vt quotidiana cuiusque generis & ordinis & ætatis vtare.

**BARBARIES**, ci. *Barbaria populi, & regiones feræ, alienæ.* de N. 17 b, Aegypti & Syri, & ferè cuncta barbaries.

¶ *Vitiosa locutio, alienaq; à Latinitate.* de Clar. 188 b, Omnes tum ferè, qui nec extra urbè hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur. \* *Alij legunt, nec aliqua barbaris domestica infuscati fuerant.*

**BARBARISMVS**, mi. *vitium in locutione.* ad Her. 27 b, Barbarismus est, cum verbum aliquod vitiosè effertur.

**BARBARVS**, a, um. *immanis, incultus, agrestis, ferus, crudelis, atrox.* (Humanus. pro Marc. 132 a, Gentes immanitate barbari. pro Fon. 280 a, Immanis ac barbara consuetudo hominum immolatorum. pro Mil. 108 a, Serui agrestes & barbari. de Finib. 120 b, Antiqui illi quasi barbari, vt nos de nostris solemus dicere. in Verr. 226 b, Neq; tam barbari lingua & natione illi, quam tu natura & moribus. Att. 174 b, Auxilijs barbaris fallacissimæ gentis non esse Rempubl. defendendam. de Nat. deor. 20 a, Vos Tusci ac barbari. I. C. 166 a, Alobroges barbari. \* I. V. 226 b, Qui scelere barbaros vicerit.

¶ *Incomptus, inelegans, ineptus.* Acad. 39 b, De Amasiano & Rabirio indoctis & barbaris scriptoribus. Tusc. 176 a, Contra barbaros philosophos.

† *Syntaxis. Gens barbara immanitate, Consuetudo, serui, auxilia barbara. Agrestis ac barbarus. Barbarus lingua, & natione, natura & moribus.*

**BARBATVLVS**, a, um. *ferè imberbis, vel cum parua barba.* Att. 9 a, Concurfabant barbatuli iuuenes. Parad. 123 a, Barbatulus mulus.

**BARBATVS**, a, um. de Nat. 17 b, & 76 b, Iupiter barbatus Apollo imberbis. pro Mur. 130 a, Hæc iam tum apud illos barbatus ridicula credo videbantur. pro Cæl. 44 a, Aliquis ex barbatis illis non hæc barbula, qua ista delectatur, sed illa horrida, quam in statuis antiquis & imaginibus videmus. pro Sestio 6 b, Barbatuli illi veteres. Attic. 22 a, Mulus barbatus.

**BARBVLA**, læ. pro Cæl. 44 a, Vnus ex barbatis illis non hæc barbula, qua ista delectatur, sed illa horrida, quam in statuis antiquis & imaginibus videmus.

**BARVVS**, a, um. *supidus, hebes, tardus.* de Fat. 242 a, Zopyrus physiognomon stupidum Socratem esse dixit & bardum.

**BARGILAE TAE**, populus. Epist. 224 b.

**BARO**, onis. *mulier philosophiæ studiosa, autore Suida, ex qua interdum Cicero philosophos effaminatos, molles, & stolidos Barones appellat.* Epist. 143 a, Ille Baro te putabat quaesiturum, num vnum cælum esset, an innumerabilia. *Videtur etiam stultum & stupidum significare.* de Fin. 80 b, Hæc cum loqueris, nos Barones stupemus: tu videlicet tecum ipse rides. item de Diu. 138 a, Huic equidem Antipho, Baro, inquit, visum te esse non vides.

¶ *Princeps vir.* Att. 73 b, Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui.

**BASILICA**, cæ. *locus publicus, & magnificè ornatus.* Att. 66 b, Paulus in medio foro Basilicæ rexit iisdè antiquis columnis. in Verr. 201 a, Qui forum & basilicas ornare. & 266 a, Forum plenum & basilicas videmus. pro Mur. 141 b, Si vno basilicæ spacio honestamur. Attic. 30 b, Basilicam habeo non villam frequentia Formianorum.

**BASIS**, sis. *radix, pars, sustentamentum.* in Verr. 140 a, Videmus in basi statuarum maximis literis incisum à cõmuni Sicilia datas. I. A. 224 a, bis, Vtiq; consules eam basim statuamq; faciendam locent. I. P. 99 b, Vt esset, quod in basi trophæorum incidi inscribiq; liceret. I. V. 141 a, Statua ablata, basim tamen in foro manere voluerunt. Tusc. 241 a, Quòd cum patefactus esset adit, ad aduersam basim, accessimus. in Verr. 217 a, Hæc statua erat posita Segesta, fanè excelsa in basi. de Nat. 51 a, Basis trianguli, quæ græcos efficiunt, ea tanquam à puppi ventis adiuuatur. *Quin. frat. 319 a, Edera conuestiuit basim villæ.*

**BATVO**, is. Epist. 140 b, Batuit, inquit, impudenter: depisit multò impudentius.

**BAVLORVM**. *locus in littore Neapolitano.* Epist. 111 a, Ego quò scirem, Q. Pompeium Baulis embænticam facere: id est, nauticariam. Acad. 3 b, Hortensij villa, quæ est ad Baulos. Acad. 31 b, Nos nunc sumus ad Baulos.

**BEATÈ**. *feliciter.* in Parad. Acad. q. edit. 2. lib. 1, Profectò nihil est aliud bene beateque viuere, nisi honestè & rectè viuere. *Beatè viuere, idem quod apud Græcos βῆναι καλῶς ζῆναι.* Tuscul. quaest. lib. 2, Beatè viuere in vna virtute positum est, iuxta Stoicos. Tuscul. quaest. lib. 5, Quid potest ad beatè viuendum deesse ei, quem fortitudo ab ægritudine & à metu videlicet, temperantia tum à libidine auocet, tum insolentia alacritate gestire non sinat? 2. de Finib. Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beatè viuendum refertur, &c.

**BEATITAS**, tis. *beatitudo.* de Nat. 20 a, L. **BEATITUDO**.

**BEATITUDO**, onis. *beatitas.* de Nat. deor. 20 a, At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit (vtrunq; omnino durum, sed vsu mollienda nobis verba sunt) verum ea, quæcunque est, cur aut in solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam figura membrisque corporis vacuam cadere nõ potest? nihil aliud dicis, nisi nunquam vidi solem, aut mundum beatum, quòd, &c.

**BEATVS**, & **BEATISSIMVS**. *cui bene est, felix.* de Finib. lib. 2, Beatus, iuxta Metrodororum est, cum corpus bene constitutum sit, & sit exploratum ita futurum. 1. Philipp. 1. de Finib. 6. Verr. pro Cæl. Beatus est nemo qui ea lege viuat, vt non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Tusculan. quaest. lib. 5, Nam qui beatus est, non intelligo, quid requirat vt sit beator: si est enim quod desit, ne beatus quidem est. 10. ad Attic. Opro vt beatus sis: id est, Omnia tibi prosperè eueniant. Tusc. quaest. lib. 5, Volumus enim eum qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum, non vt paruo metu præditus sit, sed vt nullo. de Finib. lib. 2, Beatus esse in maximarum rerum timore nemo potest. Tusc. quaest. lib. 5, Mihi enim non videbatur quisquam esse beatus posse, cum in malis esset. de Nat. deor. 1, Beatus esse sine virtute nemo potest. de Nat. deor. 1, Quod beatum & immortalè est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negocium. *Epicuri dictum.* Tusc. quaest. lib. 5, Quo honesto detracto quid poterit beatum intelligi? Tusc. quaest. lib. 5, Nomen beati longè & latè patet. Tusc. quaest. lib. 5, Nec vlla alia huic verbo, cum beatum dicimus, subiecta notio est, nisi secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. Tusc. quaest. lib. 5, His tam grauibus concitationibus, tam quæ ipsis inter se dissentientibus atque distractis (ægritudine videlicet, metu, lætitiâ gestiente, & libidine) quem vacuum, solutum, liberum videris, hunc dubitabis beatum dicere? Tuscul. quaest. lib. 5, Beatum ex bonis, quæ sola honesta sunt, efficiendum. 2. de Nat. deor. 1, Beatam vitam in animi securitate, & in omni vacatione munerum ponimus. 2. de Finib. Nos beatam vitam non depulsionem mali, sed adeptionem boni iudicemus. Acad. quaest. ed. 2. lib. 1, Zeno in vna virtute positam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam, inquit, beatam, sed non beatissimam. Partit. Ex beato miser, miserabile est. Messenio, lib. 6. 21. 11. a, In libera & in beata ciuitate viximus. Tusculan. quaest. lib. 5, Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adiuncto malo. 2. de Inuen. Crotoniatæ quondam quum florent omnibus copijs, & in Italia quum in primis beati nominarentur. de Somn. 127 b, Sint florentes, sint beati. Tusculan. quaest. 231 b, Sic contrà illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines incitant, nullæ futiles lætitiæ languidis liquefaciunt voluptatibus. 1. de Leg. Beati, qui honorati sunt, videntur propter honestatis & gloriæ similitudinem, miseri, qui in glorijs, in Parad. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, qui que in se vno sua ponit omnia. 3. de Nat. deor. Duodequadraginta Dionysius tyrannus annos fuit opulentissimæ & beatissimæ ciuitatis. 1. ad Quint. frat. Beatissimum aliquem velle: hoc est, nihil ex eius commodis detrabere. 5. Fam. Beatissimi & minus miseri. in Sallust. Vnde tu, qui modò ne paternam quidem domum redimere poteris repentè tanquam somnio beatus, hortos preciosissimos, &c. paraueris? ad Attic. 124 b, Moderatorum ciuitatis beata ciuium vita proposita est. de Amicit. Ex quo illorum beata mors videtur, & horum vita laudabilis. de Fin. lib. 2, Beatum, si modò sit aliquid esse beatum, id totum positum est in potestate sapientis. Tusc. quaest. lib. 5, Si omne beatum est, cui nihil deest, & quod in suo genere expletum atq; cumulatatum est: idq; virtutis est proprium: certè omnes virtutis compotes beati sunt. \* Hortens. In Beatorum insulis, vt poëtæ ferunt. ibid. Vnà esse mos beati cognitione naturæ & scientia. de Finib. 78 b, Non hilaritate, nec lasciuia, nec risu aut ioco, comite leuitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate & constantia sunt beati.

† *Syntaxis. Beatus & beatissimus. Coniunctim beata ciuitas, vita, mors. Beatum te volo. Beatus munitus, septus, inexpugnabilis. Nihil beatum, honesto detracto. Florens & beatus. In primis beatus.*

**BELGAE**. *Galli Septentrionales.* pro Font. 279 b.

**BELLATOR**, oris. *bellicosus.* de Clar. 189 b, Is minus vehemens orator quam bellator fuit. Tusc. 218 a, Nec verò de bellatoribus solùm disputant. Attic. 128 b, Ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. \* pro Cor. 66 a, An accusatori maiores nostri maiora præmia quam bellatori esse voluerunt?

**BELLATRIX**, cis. *bellicosa.* Tusc. 220, Ista bellatrix iracundia. **BELLE**, & **BELLISSIMVS**. *bene, aptè, prosperè, comode, æquo animo.* Qu. fr. 317 b, Aqua non longè à villa bellè fanè fluens. Att. 89 b, Sumus enim ambo bellè curiosi. Att. 2 a, Hermathena tua posita ita bellè est, vt totum gymnasium egressum esse videatur. de Orat. 152 a, Bene & præclare quamuis



sæpe dicatur: bellè & festiudè nimum sæpe nolo. de Diuin. 122 a, Hæc non tam admirabilia sunt, quàm coniecta bellè. Ep. 259 a Bellissimè nauigauimus. & 238 a, Bellissimè mecum esse poteritis. Att. 65 a, Hæc quomodo fers? Bellè hercule. Att. 216 a, Horum ego vix attigi penulam, tamen remanserunt: cecidit bellè.

BELLICOSVS, a, um. *armis & bellica virtute valens.* Epist. 67 a, Dalmatæ semper habitus sunt bellicosi. & de Pro. 75 b, Gentes bellicosæ. pro Pomp. 9 b, Bellicosissimæ nationes.

BELLICVM, ci. *cantus ad arma vocâs.* I. A. 210 a, Atq; ijdè bellicum me cecinisse dicunt. Orat. 200 b, Thucydides incitator fertur. & de bellicis rebus, canit quodammodo bellicum. pro Mur. 131 a, Simul atq; motus aliquis nouus bellicum canere cœpit.

BELLICVS, a, um. *militaris.* de Clar. 172 a, Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. de Diuinat. 124 a, Rem bellicam administrare. de Nat. 58 b, Vt exerceamur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ. pro Mur. 129 a, Virtus bellica. Offic. 73 b, Ius bellicum hosti seruandum.

† Syntaxis: *Laus, res, disciplina, virtus ius bellicum.*

BELLIGERANDUM, *pugnando.* pro Font. 281 a, C. Marius, qui isti par in belligerando esse possit.

BELLIGERANDVM, *bellum gerendum.* Postq. 202 a, Quoniã nobis cum fortuna belligerandum fuit.

BELLIGERO, as. *bello, bellum vel bella gero.* ad Herenn. 27 a, Belligerare cum hostibus.

BELLIPOTENS, tis. *bellator.* de Diu. 132 b, Ac acidæ bellipotentis sunt magis, quàm sapientipotentis. Enn. ij.

\* BELLIVS, ij. Orat. 211 a, Vt duellum bellum, & dvis bis: sic Duellum eum, qui Pœnos classe deuicit, Bellum nominauerunt.

BELLO, as. *belligero, bellum gero.* pro Arch. 191 a, Fuluius, qui cum Aeolis bellauit. de Senect. 78 a. & Offic. 16 b, Gigantū more bellare cum dijs. in Verr. 216 b, Cū illa ciuitas cum Pœnis suo nomine ac sua sponte bellaret. pro Pomp. 10 a, Longè à domo bellare.

BELLOVACI, *populi in Belgis.* Epist. 112 a.

BELLVA, æ. *bestia.* 4. Tusc. quæst. Vt tetra & immanis bellua, fugienda ægritudo. Tusc. q. lib. 2, Bellua vastifica. 3 de Leg. Belluæ impuræ furor multus inflammatus furoribus. 3 de Offic. Sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluæ, à communi tamen humanitate corporis segreganda est. Ep. 95 b, Est quædã illi belluæ cū humano genere societas: id est, elephanto. 7. Verr. Sed quid ego hospitij iura in hac tã immani bellua cōmemoro? 7. Ver. Cū homine enim crudeli nobis res est, an cū fera atq; immani bellua? 8. Philip. Quinetiã de illo homine queri solebas, quid te facturū de bellua putas? de Nat. deor. 46 a, Belluæ ad saxa natiuis testis adhærētis. 2 de N. d. Belluarū disparia genera in mari partim submersarum, partim fluitantium & ionatantium. 1 de N. d. Ea genera belluarū, quæ in rubro mari Indiãe gignantur. de N. d. 3, Belluarum nomine appellare singulas stellas, vt capram, vt lupam, vt taurum, vt leonē. 1 de N. d. Elephanto belluarū nulla prudentior: de bestijs loquor. de N. d. 3, Belluas multas in numero deorū reponebant barbari. 2 de N. d. Belluis sensum & appetitum natura cur dedit. \* in L. Pis. Quæ te bellum ex vtero, nō hominē fudit. Acad. 72 b, Quod vt ferã & immanem belluã: sic ex animis nostris assensionem extraxisset. de Diuin. 90 b, Tum visam belluam vastam & immanem circumplicatã serpentibus, quacumq; incederet, omnia arbuta, virgulta, testã peruertere. pro Sest. 6 a, Hanc tetram immanēq; belluam, vindicã auspicijs, alligatam more maiorum, constrictam legum sacrarum catenis, soluit subito legum cura consul.

† Syntaxis: *Bellua tetra & immanis. Vasta & immanis, impura, fera. Belluæ feritas & immanitas.*

BELLVM, li. *duellum. Mars, belli contentio, certamen belli, tempus belli: arma.* Orat. 211 a, Nam vt duellum bellum, & dvis bis: sic Duellum eum, qui Pœnos classe deuicit, Belliū nominauerunt. Offic. 16 b, Bellum ita suscipitur, vt nihil aliud nisi pax quæ sita videatur. Sic Plato de Leg. 1, οὐτ' αὖ νομοθετῆς ἀνελεύθῆς, ἐ μὴ χάριαν ἐλεύθῆς τὰ πολέμους νομοθετῆς μάχων, ἐ τὸ πολέμικον ἐνεργετῆς ἐλεύθῆς. I. A. 214 b, Potest esse bellum sine tumultu: tumultus esse sine bello non potest. 5. Verr. Nam cū quadrennio pōst in Sicilia venissem, sic mihi affecta visa est, vt hæc terre solent, in quibus bellum acerbū, diuturnumq; veratum est. pro Syl. Cum omnibus improbis æternum bellum esse susceptum. de Pro. 73 b, Bellum affectum, & vt vera dicã, penè confectū videmus. Ep. 132 a, Quod bellū commotū à Scapula, ita postea confirmatū à Pompeio, vt nulla ratione ab illa miseria se eripere possit. Att. lib. 9, Deinde bellū crudele & exitiosum suscipi à Pompeio, intelligebã. 10 Fam. Planci, Bellū detrusum in Hispaniam. Diu. lib. 1, Bellū domesticū, triste, ac turbulentū pro

Cor. Balbo, Durissimum bellum. Attic. lib. 8, Video enim quantum id bellū, & quàm pestiferū futurum sit. 2 in Catil. 46 a, Bellū intestinum: pro domesticum. in Catil. Bellū iustum cū hoste. Off. 8 a, Ex quo intelligi potest, nullum bellū esse iustum, nisi qd' aut reb' repetitis geratur aut denunciatiū ante sit, & indictū. 9 ad Att. Bellū merum loqui. Tusc. q. lib. 3, Bellum mortiferū. Diu. li. 1, Bellū nefariū. 8 Fam. 36 in ep. Cæ. 49, Bellum occultū mihi indixit. de N. d. Bellū Octavianū. 10 Fam. Planci, Bellū oppressum. 1 Phil. Bellū, quod ab opinione plerunq; & fama gubernatur. 11 Fam. Bellū renatū. 11 Fam. 10, Bellū non restitūtū, sed etiã inflammatū. 11 Philip. Sertorianū bellum à Senatu priuato datū est. Planc. 10, Teterimū & periculosissimū bellū. Acad. q. ed. 1. li. 2, Bellū apparatus. μαχησάμενοι τὸ πολέμους, Græci vocant. p. Sest. 5 b, Cōmuncem martē belliq; casum nimum timens. 5 Phil. Bellū celeritatem morabitur. 10 Fam. Planci, Belli certamen. pro Sest. 16 a, Antiochū illum magnum, maiores nostri magna belli cōtentione terra mariq; superatū intra montē Taurū regnare iusserunt. I. A. 227 b, Incerto exitus esse belli, martemq; communē. 8 ad Att. Belli meo expertem fuisse. de Arusp. resp. Tum verò est ratus se posse, quoniam togarū domesticæ belli extinctorē nefario scelere fœdasset, illū etiam, illum externorū bellorū, hostiumq; victorē affligere. 5 Famil. Belli ciuilibus historia à L. Luceo scripta. 4 Fam. Belli ciuilibus initia inuitū suscipere, extrema non libenter persequi. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Belli instrumenta. 2 de Leg. pro Corn. Balb. Belli ius, in quo & suscipiendo & gerendo, & depouendo ius vt plurimum valet, & fides. 1 Fam. Belli reliquiæ extinguedæ. Plan. 10, Qui reliquias huius belli oppræsserit, eum totius belli confectorē fore. 2 de Diu. 119 a, 1 de Orat. De reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi, &c. Fam. Belli ciuilibus tubam appellabant Axium Balbum. de Nat. deor. 2, Belli Ligustico Q. Maximus dedicauit tēplum Honoris & Virtutis. 2 Fam. Quod nunquã bello ciuili interfuisse, gloriari solitus Q. Hortensius. 12 Fam. 52, Ad bellum denunciandū legatos miserat Senatus. 8 Fam. Cæ. lib. Vbi ad bellū & castra ventum sit. pro Leg. Man. Idem cū Teutonibus bellum administraret, &c. p. Pomp. 15 b, Administrare bellū cum aliquo. i. gerere bellum cōtra aliquem. Planc. 5 Ciceroni, lib. 10, Verebar ne cui obtrectatorū viderer, & nimum pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellum. 10 ad Att. Ferro, bellum terra & mari comparat. in Piso, Bellum conficere. Mario lib. 7, Deinde quia ab ea sententia Pompeius valde abhorret, suadere institui, vt bellum duceret. ad Attic. 113 b, Tum ad te scribam plura, si erit bellum. 10 Fam. Planci, Bellum extingueret. I. V. 259 b, Si fugitiui bellum in Sicilia facerent. in Catil. 66. pro Mil. 113 b, Bellum facere alicui. 12 Fam. Bellū gerimus, sed non pari conditione, contra arma verbis. Læ. Nihil turpius, quàm cū eo bellum gerere, qui cū familiariter vixeris. 11 Philip. Populus Romanus Crasso consuli bellum gerendum dedit. pro Leg. Agr. Bellum habet nescio quod susceptum Consulatus cum Tribunatu. 4 ad Att. In bellū confugere. 2 de Orat. Quos cū haberes auctores Antonī, miror cur philosophiã, sicut Zethus ille Pacuianus, propè bellum indixeris. pro Deiot. Indicere bellum nefarium. 3 Verr. Nisi publicè satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici atq; inferri solere. pro Dom. sua. Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis, qui parietibus, qui testis, qui columnis ac postibus meis horrificum quoddam & nefarium, omni imbutum odio bellum intulistis? in Anton. 170 b, Inferte bellū cōtra patriam. 15 Fam. Bellum in prouinciam inferre. pro Leg. Agrat. Vibs, quæ facere atq; instruere bellum possit. 8 Philip. Inter bellum & pacem medium nihil. ad Attic. 152 b, Mouere bellum. de Nat. deor. 1, Bellum, discordiam, cupiditatem, cæteraq; generis eiusdem, ad Deum reuocat. Parmenides. 16 Fam. Bellum sustinere. 6 ad Att. 4. Famil. Bello arderet Syria. de Nat. deor. 2, Bello Latinorū, &c. cū Octauio Mamilio, Tusculano prælio dimicaret, &c. 7 ad Attic. Bello flagraturam totam Italiam. Offic. 1, In bello mouendo summa fuit apud præcos Romanos obseruatio. 10 Fam. 47. in ep. Planci, In bello pudor est maximè periculosus. 12 Fam. In bello titubari solet. ad Brut. 9 b, Persequi aliquem bello. 12 Famil. Bello profligato ac penè sublato, renouatum bellū gerere conamur. Diu. lib. 2, Bello Punico secundo exercitus pop. Rom. ad lacum Thrasimenū interijt. Offic. 1, Bello gloriã quærere. 7 ad Attic. Bello vti. de Nat. deor. 2, Bella, quibus Reip. salus continetur. ad Brut. Bella ciuilia nunquã decerunt, si clemētis esse voluerimus. Offic. 16 a, Itaq; eorum consilio sæpe aut non suscepta, aut confecta bella sunt, nonnunquã etiam illata. de Sen. Bella domestica & externa. Offic. 8 b, Bella quibus imperij gloria proposita est, minus acerbè gerenda sunt. 5 Fam. Bella hostilia & externa. Offic. 8 a, Bella suscipienda sunt ob eam causam, vt sine iniuria in pace viuatur. 12 Famil. Bellorum



lorum ciuiliū exitus quales. 6 Famil. Bellorum omnium exitus incerti. de Arusp. respon. Bellorum victor. de Natur. deor. 2. Tum enim nostri duces bella gerere incipiunt, & pro Corn. Balbo, Sit tanta bella legisset, quanta gessit & confecit, & omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisset. Orat. 199 b, Thucydides res gestas & bella narrat & praelia. 2 de Nat. deor. Bellis praelijsq; dij non caruerunt. 4 Famil. In bellis ciuilib' nihil miserius victoria. \* de Nat. deor. 51 a, Miluo est quoddam bellum quasi naturale cum coruo. I. V. 195 a, Sustinere non vim, non arma, non bellum. I. V. 227. Conferte, hanc pacem cum illo bello. cont. C. Anton. Ex quibus ait se, cum velis, subito fugitiuorum bellum excitaturum. Frag. ep. Quod videret nomine pacis bellum inuolutum fore. ibid. Bellum ex cōsensu ciuitatis confectū iam haberemus. p Pomp. 9 a, Qui è ludo atq; pueritiæ disciplina bello maximo atq; acerrimis hostibus, ad patris exercitum atque in militia disciplinam profectus est. ibid. Plura bella gessit quàm cæteri legerunt. pro Pomp. 9 b, Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna Reipublicæ? Ciuile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mistum ex ciuitatibus atque ex bellicosissimis nationibus, seruile, nauale, varia & diuersa genera & bellorum & hostium, non solum gesta ab hoc vno, sed etiam confecta. de Prouin. 76 a, Impolitæ res & acerbæ si erunt relictae quamquam sunt abscessæ, tamen referent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirefcent. pro Marc. 132 b, Victores bellorum ciuiliū. pro Marc. 133 a, Iudicauit à plerisq; ignoratione potius, & falso atq; inani metu, quàm cupiditate aut crudelitate ciuile bellum esse susceptum. Quo quidem in bello semper de pace agendum audiendumq; esse putauit, semperq; dolui. ibid. Semper mea consilia pacis & togæ focia, nō belli atque armorum fuerunt. ibid. In ipso bello eadem etiam cum capitis mei periculo sensi. ibid. Quæ Cæsaris voluntas de bello fuerit. pro Marc. 133 b, Dij ciuile bellum tantum & tam lucuosum excitauerunt. pro Marc. 134 b, Belli ipsius impetu. ibid. Non fuit recusandum in tanto ciuili bello. ibid. Quicunque belli euentus fuisset. ibid. Quæ tibi nunc omnia belli vulnera sananda sunt. pro Marc. 136 a, Perfuscta Respub. est hoc misero fatalique bello. I. A. 214 a, Cūm re viderent omnes esse bellum. ibid. Belli nomen ponendum in sententia quidam non putabant. de Natur. 91 b, Cūm bello Latino ludi votiū maximi primum fierent. Epist. 132 a, Is cūm vitandi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellum, vt in ea prouincia esset, in qua nemo nostrūm bellum vllum fore putarat. ibid. Oppressus est bello repentino. Attic. 145 b, Et nunc ita video infinitum bellum iunctum miserima fuga. ibid. Longius bellum puto fore. Sin Italiam relinquit, ad posterum bellum *ἀσσοδος* strui existimo. Huius igitur belli ego particeps & socius & adiutor esse cogor, quod ego *ἀσσοδος* & cum ciuibus.

¶ *Discordia naturarum.* 2. de Nat. deor. Quasi naturale bellū est miluo cum coruo.

† Syntaxis. *Bellum acerbum, æternum, affectum, non confectum, commotum, confirmatum, permiciosum, exitiosum, crudele, domesticum, triste, turbulētum, durissimum, pestiferum, intestinum, iustum, denunciatum, indictum, merum, mortiferum, nefarium, occultum, oppressum, renatum, restrictum, inflammatum, terrosum, periculosum, externum, profugatum, hostile.* Bellum suscipere, indicere, facere, gerere, comparare, conficere. Belli instrumenta, celeritas, reliquæ. Si est bellum. In bellum confugere. Bello ardere prouinciam.

BELLVS, a, um: & BELLISSIMVS, aptus, conueniens. Att. 77 a, Illum pueris locum bellissimum esse duximus.

¶ Lepidus. Attic. 94 b, Pylia & puellæ Cæcilia bellissimæ salutem dicas. Epistol. 237 a, Cicero bellissimus tibi salutem dicit. Attic. 209 b, Theatrum quidem sanè bellum habuisti. de Leg. lib. 1, Successere huic belli, Clodius, Afellio, & c. ad Her. lib. 4, Belli montes. Epist. lib. 15, Gratissimæ & bellæ literæ.

¶ Tranquillus. Attic. 65 a, Recordor quàm bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit.

¶ Hilarius. Att. 72 b, Hæc ipsa fero equidem fronte ac vultu bellis, sed angor intimis sensibus.

¶ Tuus, laudabilis. de Orat. 106 b, Quàm sit bellum caucere malum, nemo ignorat.

¶ Præstans, bonus. Epist. 12 b, Mihi in mentem venit bellum esse, aliqūd exire.

¶ Suanis, urbanus. Att. 2 a, Durius accipere hoc mihi visus est, quàm vellem, & quàm homines belli solent.

¶ Honestus. Att. lib. 15, Bella iuris licentia.

¶ Gratus. Att. lib. 10, Satis bella affert: id est, quæ placent. de Orat. lib. 1, Bellissimum subsidium.

¶ Bene habius, ex morbo confirmatus. Ep. 263 b, Fac bellus reuertare.

† Syntaxis. *Bellus locus, puella: mons, litera, ciuitas, frons ac vultus, homo, prædium.* Id agere bellum est: id est, optimum.

BELLVS: id est, Hercules quintus, in India natus. de Nat. 60 a.

BENE, probè, præclare, valde commode, ratione, bona ratione. (malè. ad Herenn. 38 b, Attic. 205 a, Quod reliquos hæredes conuenisti, fecisti planè bene. Attic. 216 a, Othonem quod speras posse vinci, sanè bene narras. in Antonium 202 a, Respublica bene & feliciter gesta. Officior. 63 a, Domus bene & ratione ædificata. Epistol. 9 b, Rem te valde bene gessisse rumor erat. pro Quint. 2 b, Res rustica sanè bene culta. Attic. 105 a, Hoc enim ipsum bene fecit, quod d, & c. Attic. 194 a, Bene fecit Silius, qui transegerit de Finib. 93 a, Bene facis, quod me adiuuas. Attic. 102 a, De animo meo erga rempublicam, bene facis quod nō dubitas. contra Rull. 77 b, Adolescens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. de Vniuers. 293, Bene factus homo à Deo. de Fat. 147, Bene vestitus. Off. 63 a, Bene ædificatus. ib. 105, Bene cōstitutus. ib. 89 b, Bene cultus. ibid. 62, Bene descriptus. & 87, Bene institutus. Att. 252, Bene iratus. I. A. 208 a, Bene firmus. pro Milon. 120 b, Bene moratus. pro Sest. 7, Bene sanus. de Orat. 138, Bene existimans. Acad. 6, Bene olens. de Am. 104, Bene suadens. pro Dom. 220 b, Imberbis adolescentulus, bene valens ac meritis. de Diuin. 116 a, Quæ autem inconstantia deorum est, vt primis mimentur extis, bene promittant secundis? I. A. 208 b, Itaque Senatū sua sponte bene firmum, firmiorem vestra autoritate fecistis. Parad. 119 a, Improbo nemini bene esse potest. de Leg. 175 a, Bene verò, quod fides consecratur manu. pro Quint. 14 b, Bene agis quàm longè est hinc in salutem vestrum Gallicanum? ibidem 50 b, Tu tuū negocium gessisti bene. in Verr. 179 a, Bene agis Alba. pro Mur. 127 a, Bene habet, iacta sunt fundamenta defensionis. Epistol. 151 b, Bene audire, & malè audire. L. A. V. D. I. O. Offic. 51, Cato nis, Bene pascere, bene vestire.

¶ Valde, satis. de Orat. 141 a, Habetis sermonem bene longum. de Clar. 171 a, Fabius literarum & antiquitatis bene peritus. Attic. 224 a, A Cicerone mihi literæ sanè *περικλυτα*, & bene longæ. & 9 b, Puer bene sibi fidens. in Verrem 143 a, Is, bene penitus in istius familiaritatem se dedit. Ep. 67 a, Antonius habet inermes bene multos. Epist. 67 b, Quis semel verecundiæ fines transierit, eum bene & nauiter oportet esse impudentem. Tusc. 174 b, Sed si est tantus dolor, quantum Philoctetæ bene planè magnus mihi quidem videtur. in Verr. 62 a, In clamando video eum esse bene robustum. Att. 60 a, & 168 b, Bene manè hæc scripsi. pro Mur. 240 b, Cūm bene magna caterua. Att. 152 a, Rectè auguraris: de me bene enim tibi cognitus sum.

† Syntaxis. *Bene facere, narrare. Bene planè, planè bene. Sanè bene. Bene & feliciter. Bene & ratione. Valde bene. Bene factus, capillatus, nummatus, iratus, moratus, firmus. Bene verò. Bene habet: id est, res optimè habet. Bene audire: id est, in honore haberi, esse, honestè affici, laudari. Bene pro valde longus, peritus. Bene penitus. Bene & nauiter impudens. Bene magnus, bene manè.*

BENEDICTIONE, de Opt. 244 a, Benedicere, est Atticè dicere. & de Orat. 86 b, Professio benedicendi. de Orat. 109 a, Benedicere, quod est scienter, & peritè, & ornate dicere. Hoc relictū separatur.

¶ Bene precor, aut laudo. pro Sest. 28, Cui benedixit vnquam bono?

BENEDICTVM, cti. de Nat. deor. 75 b, Benedicta malè interpretari. de Cl. 195 a, Philosophia mater omnium benefactorum, beneq; dictorum. Verbum hoc est seiungendum.

BENEFACIO, cis. beneficio afficio, benignè facio, beneficium tribuo vel do, bene vel optimè mereor, orno, beneficij orno, bene promereor, beneficium confero, beneficio complector. de Inuent. 61 b, & 62 a, Ab ijs quibus benefecerimus, malè tractari.

BENEFACTVM, cti. rectè factum, honestè factum, virtus. de Senect. 78 b, Multorum benefactorum recordatio iucundissima est. Parad. 119 b, Benefacta rectè facta sunt. Tusc. 189 a, Omnia enim benefacta in luce se collocari volunt.

¶ Beneficium, meritum. Offic. 46 a, Benefacta malè locata, malè facta arbitrator. Enn. Att. 286 b, Benefacta pro debitis exigimus.

BENEFICENTIA, tiæ. liberalitas, benignitas. de Nat. deor. 25 a, Quid est melius aut præstantius bonitate & beneficentia? de Orat. 140 a, Virtutes in quadam comitate & beneficentia positæ. Idem de Offic. 5 a, \* Et huic iustitiæ coniuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellare licet. Offic. 9 b, De beneficentia ac liberalitate dicatur: qua quidem nihil est naturæ hominis accommodatius: sed habet multas cautiones.

BENEFICIVM, cij. beneficium, benignitas, liberalitas, meritum, promeritum, officium, gratia, munus. Attic. 162 a, Pompeius, qui tibi vt beneficium daret, prius iniuriam fecit. Attic. 133 b,



& 162 a, Cæsar maximum beneficium te sibi dedisse putabit, si te huc reiciis. Antequam 192 b, Beneficia, quæ singulis ciuibus priuatimque dantur. Attic. 277 b, Nec coniunctior dare beneficium potes. Attic. 229 b, & Epistol. 92 b, Dare beneficium alicui, & accipere beneficium ab aliquo. Attic. 141 a, Pompeius, à quo tantum beneficium te accepisse prædicas. pro Cornel. 62 b, Tribuere beneficium. in Antonium 156 a, Multa beneficia alicui tributa & data. Offic. 10 b, Dare beneficium, reddere beneficium, collocare beneficium, deferre beneficium. & 10 a, Conferre beneficium in aliquem. pro Sest. 13 b, Quod à me beneficium haberetis? cum pro vobis, ea quæ mihi vilia essent, reliquissimè de Nat. deor. 74 a, Eos beneficium à patribus nullum habere. Attic. 285 a, An hoc pro beneficio est habendum, quòd se quàm Antonium esse maluerit? Offic. 48 a, Melius apud bonos quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. & 47 b, In collocandis beneficijs mores hominum, non fortunam sequi conuenit. Epist. 210 a, Bene collocare beneficium. pro Sylla 171 b, Ego tantis à me beneficijs in republica posuis, si, &c. de Amicit. 114 a, Ea lege cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferbatur. pro Mur. 149 b, Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut prof. rendi beneficij locum. Epist. Famil. 215 a, Bene ponere beneficium apud aliquem. & 223 b, Ponere beneficium apud gratos homines. Postquam 203 a, Vltiscendæ iniuriæ facilior ratio est, quàm beneficij remunerandi. contra Rullum 63 a, Non enim vnus afficitur beneficio, sed vnus priuatur iniuria. Epistol. 152 a, Et republicam diuino beneficio affeceris. pro Pompeio 17 b, Ego hoc honore præditus, tantis vestris beneficijs affectus, statui, &c. Postquam 198 a, Beneficio diuino immortalique vestro eius deuotionis sum cõuictus. in Antonium 177 a, Ne qua post idus Martias imunitatis tabula, nève cuiusquam beneficij figeretur, pro Planc. 266 b, Complecti aliquem beneficio: id est, afficere. pro Cæl. 38 b, Meum erga te beneficium tueri debeo. Attic. 85 b, Ornare ciuitatem beneficijs. Postquam 200 b, Quem ego maximis beneficijs ornaui in te potissimum fractam illam vim suam contulit. in Verrem 114 a, Hoc illis in beneficij loco deferendum est. Epistol. Famil. 116 a, Dare aliquid alicui pro beneficio. in Verrem 172 b, Atque hoc in beneficij loco petitum est ab Apronio. & 191 b, Qui benignitate adducti pro beneficium & gratiam ciuitatibus concesserunt, vt nummos pro frumento darent. in Verrem 172 b, Hoc vix ab illo in summo beneficio impetratum est. & ibidem, Beneficij gratiæque causa concedere aliquid. in Verrem 191 a, In beneficij & gratiæ loco petere aliquid. & 246 b, Beneficiũ, vt dicitur, trabali clauo figere. contra Rullum 78 a, Beneficio isto legis & benignitate decemuirali nihil vtor. pro Planc. 256 a, Cui sum obstrictus memoria beneficij sempiterna. in Catilinam 123 a, Hostes alienigenæ beneficio se obligatos putant. Epistol. Famil. 214 b, Hagasseretis magnis meis beneficijs ornatus & memor & gratus fuit. contra Rull. 70 a, Gratus ac memor beneficij. pro Archia 187 b, Archias in beneficijs ad ærarium delatus est à L. Lucullo prætorè & consule. de Natur. deor. 73 b, Multi deorum beneficio peruersè vtuntur. de Finib. 89 a, Si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum non est, sed fœneratio. Epistol. Famil. 20 a & b, Neque enim sum veritus, ne sustinere tua in me vel innumerabilia beneficium non possem: cum præsertim confiderem, nullam esse gratiam, quam vel non capere animus meus accipiendo, vel remunerando cumulandoque illustrare possit. Epistol. Famil. 58 b, Quibus pro meis immortalibus beneficijs charissima mea salus esse debeat. & 122 a, Qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit: & cum homo avarus, vt ea solueret, sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit. \* Postquam 201 b, Qui vestris maximis beneficijs honoribusque sunt ornati. contra C. Antonium, Te meo maximè beneficio esse sublectum. Fragment. epist. Si me ad id beneficium arcesseres, quo me in libertatem vind. casses. de Inuent. 75 b, Si beneficia proferet: aut aliqua de causa facta, non propter benevolentiam demõstrabit: aut illa omnia maleficijs esse delecta: aut leuiora beneficia, quàm maleficijs: aut cum beneficijs honos habitus sit, &c. de Inuent. 83 a, Amicitia partim ab illorum, partim à nostro beneficio profectæ. I. A. 158 b, Significauerunt se beneficio nouo memoriam doloris veteris abiecisse. de Offic. 48 a, Extremum præceptum in beneficijs operaque danda est. ibid. Sed quoniam de eo genere beneficiorum dictum est, quæ ad singulos spectant, deinceps de ijs, quæ ad vniuersos, quæque ad Rempub. pertinent, disputandum est. Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, vt ad vniuersos ciues pertineant, partim singulos vt

attingant, quæ sunt etiam gratiora. de Inuent. 76 a, Ratio præmij quatuor est in partes distributa, in beneficia, in hominem, in præmij genus, in facultates. Beneficia ex sua vi, ex tempore, ex animo eius qui fecerit, ex casu considerantur. Ex sua vi quæruntur hoc modo: magna an parua: facilia an difficilia: singularia sint an vulgaria: vera an falsa quadam ex oratione (al. ratione) honestentur.

† Syntaxis. Beneficium alicui dare, accipere ab aliquo, tribuere, reddere, collocare, conferre, habere ab aliquo. Pro beneficio, & in beneficij loco habere. Per beneficium & gratiam concedere. In aliquo beneficium ponere, beneficio tuo. Apud aliquem beneficia ponere. Beneficij gratiæque causa concedere. Clauo figere beneficium. Beneficio affectus, ornatus, obstrictus, obligatus. Beneficium sustinere. Debere alicui beneficium.

**BENEFICVS**, a, um. benignè faciens, benignus. de Nat. deor. 23 a, Ne homines quidem cenferis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos & benignos fuisse? & 38 b, de Legib. 166 a, Beneficus est, qui non sui, sed alterius causa benignè facit. de Nat. deor. 39 a, Iupiter optimus: id est, beneficentissimus. Offic. 9 b, Qui gratificantur cuiquam, quod oblit, &c. non benefici, neque liberales, sed perniciosi assentatores iudicandi sunt. de Diuin. 197 b, & 129 b, Dij sunt benefici, generique hominum amici. pro Milon. 105 a, Beneficus & salutaris ciuis. Offic. 39 a, Benefica voluntate mouetur, etiam si res fortè non suppetat.

**BENEMERENDVM**, de Amic. 102 b, Propensioresque ad benemerendum, quàm ad repocendum sumus.

**BENEMERENS**, tis. *beneficus*. Antequam 139 a, Opitulari benemerentibus. pro Planc. 176 a, Ciues de patria benemerentes. Offic. 30 a, Bene de republica sentientes, ac benemeritos aut merentes colere debemus.

**BENEMEREO**, tis. *beneficio afficio, beneficium colloco*. Epist. 53 b, Libenterque ei sum testimonio, omnibusque ero, qui benemerent. & 146 a, De rep. benemereri. de Cl. 188 a, Bene de nomine ac dignitate pop. Rom. meritum esse existimare debemus.

**BENEMERITVS**, a, um. (*malemeritus*). Anteq. 195 a, Igitur ex ciuitate benemeritus de repub. ciuis exturbatur.

**BENEVENTVM**. *vrbs*. I. V. 84 a.

**BENEVENTANVS**. I. V. 84 a.

**BENEVOLE**. *amicè*. de Amicit. 112 b, Et hæc accipiendæ amicè, cum beneuolè fiunt. Epistol. 213 a, Præstò esse alicui fideliter & beneuolè. de Finib. 56 a, Amicè & beneuolè fecisti.

**BENEVOLENTIA**, tiæ. *gratia, bona gratia, studium, amor, charitas*. (*odium, offensio*). Offic. 10 a, De beneuolentia autem quam quisque habeat erga nos, primum illud est in officio, vt ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligimur. de Opt. 244 b, Atque ita prædicaretur cum donari virtutis ergo beneuolentiæque, quæ erga pop. Atheniensem haberet. Post. 202 a, Mihi in vestris commodis augendis gratia animi beneuolentia defutura non est. Ep. 9 b, Mea in te pietas, quid enim dicam beneuolentiam? cum illud ipsum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur. Att. 170 b, Omnem spem habeo in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia, quam si his temporibus miseris & extremis præstiteris, hæc pericula fortius feram. Ep. 55 b, Prestare beneuolentiam alicui. Offic. 64 a, Tribuere gratiæ alicui: id est, beneuolentiam. Offic. 37 a, Malus custos diurnitatis metus, contraque beneuolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem. Attic. 78 a, Exercitus ad beneuolentiam erga nos conscientis. ad Hei. 2 a, A' persona nostra beneuolentiam contrahemus, si, &c. de Orat. 125 a, Multum valet ad vincendum animos eorum, apud quos agitur, conciliari quàm maximè ad beneuolentiam. Offic. 39 a, Beneuolentia beneficijs capitur maximè. ibid. b, Benefica voluntate beneuolentia mouetur, etiam si res fortè non suppetat. Ep. 4 b, Vt & meâ & ceterorum erga te fidem & beneuolentiam benefis experirere. & 6 a, Tuam erga me beneuolentiâ facilè perspexi. pro Sest. 4 a, Sed beneuolentiam & charitatem illius necessitudinis mors filia non ademit. Att. 262 b, Hoc pro cõiunctione & beneuolentia nostra mihi sumpsi. Offic. 42 b, Vt oratione benigna multitudinis animos ad beuolentiam alliciant. de Orat. 126 a, Hæc omnia valde beneuolentiam conciliant. Epist. Fam. 36 b, Suscipere & conseruare beneuolentiam. Epistol. 40 b, Nauare beneuolentiam suam in aliquem. ad Herenn. 1 b, A' beneuolentia principium constituemus. & 2 a, Quare aduersarios criminando beneuolentiam captare possumus. ibid. A' nostra persona beneuolentiam contrahemus. ibid. Ab aduersariorum persona beneuolentia colligetur. de Inuent. 46 b, Principio beneuolentiam comparare licebit. ibidem, Ab iratis si perspicuè pax & beneuolentia petitur, non modò ea non inuenitur. de Inuent. 47 a, Beneuolentiæ partibus vtendum est, vt id quod est, augetur. ibidem.



Benevolentia quatuor ex locis comparatur: ab nostra, ab aduersariorum, ab iudicum persona, ab ipsa causa. de Inu. 75 b, Si beneficia proferet, aut aliqua de causa facta, non propter benevolentiam, demonstrabit. pro Marc. 136 b, Quod autem summæ benevolentie est: quæ mea erga illū omnibus semper nota fuit, vt vix fratri cederem. Offic. 10 a, Benevolentiam nō adolescentulorum more ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia iudicem. Offic. 42 b, Prima commendatio proficiscitur à modestia, tum pietate in parētes, tum in suos benevolentia. de Amic. 99 b, Ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest. Sublata enim benevolentia. ibid. Est amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum benevolentia & charitate, summa consensio. ibid. Qui non in amici mutua benevolentia conuiescat. de Amic. 100 a, Benevolentia coniunctio. & 101 a, Amor princeps est ad benevolentiam coniungendam. & b, Quis est qui C. Fabricij non cum charitate aliqua & benevolentia memoriam vsurpet? ibid. Admirabilis quædam exarscit benevolentia magnitudo. de Amic. 102 a, Auxit benevolentiam consuetudo. ibid. Benevolentia charitas. de Amic. 105 b, Remuneratio benevolentia, ibid. Cōstat bonis inter bonos quasi necessariam benevolentia esse: quæ est amicitia fons à natura constitutus. de Amic. 106 a, In qua vita nulla stabilis benevolentia potest esse fiducia. & b, Vt nostra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentia respondeat. de Amic. 107 b, Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam ciuium, quam blanditijs & assentationibus colligere turpe est. de Amic. 110 a, Lure vetustatis plurimum benevolentia postulabunt *nutrices & pedagogi*. ibid. Ne quis immoderata quadam benevolentia impediatur magnas vtilitates amicorum. de Amic. 111 b, Homines benevolentia coniuncti. de Amic. 115 a, Hac nos adolescententes benevolentia senes illos dileximus. Hac etiam magis elucet inter æquales. ibid. Charitate benevolentiaque sublata. Epistol. 64 b, Neque mihi tuam summam benevolentiam ac liberalitatem defuisse. ibid. Quos quidem ego ambos vnicè diligo, sed in Marco benevolentia impari. Att. 86 a, Si nihil aliud de hac prouincia nisi illius benevolentiam reportassem.

† Syntaxis. *Perspectissima benevolentia, fidelis. Benevolentia contrahere, præsare, reportare, cōciliare, nauare in aliquo. Ad benevolentiam alicuius consentire. Capis, mouet, benevolentia. Animi benevolentia. Benevolentia & charitas. Coniunctio & benevolentia.*

BENEVOLVS, BENEVENTIOSIOR, BENEVENTIOSISSIMVS. *amans, inclinatione animi in aliquem propendens, amicus, studiosus.* Orat. 116 a, Iubent exordiri ita, vt eum qui audiatur, beneuolum nobis faciamus, & docilem, & attentum. de Inu. 46 b, Si eum beneuolum, docilem, & attentum fecerit. & pro Cl. 55 a, Seruus domino beneuolus. de Orat. 138 a, Iudices beneuolos beneque existimantes efficere. Anteq. 197 b, Beneuolus huic ciuitati ab hoste projicitur in exiliū. de Inu. 82 b, Beneuolus patriæ. Ep. 72 b, Existimabam officio me esse functum beneuolentissimi atque amicissimi, quæ me tibi & fuisse semper existimes velim, & futurum esse cōfidat. \* ad Heren. 1 b, Vt attentos, vt dociles, vt beneuolos auditores habere possimus. & 2 a, Docilem, beneuolum, attentum habere auditorem volumus. ibid. Beneuolos auditores facere quatuor modis possumus, à nostra, ab aduersariorum, ab auditorum persona, & à rebus ipsis. ibid. A rebus ipsis beneuolum efficiemus auditorem. de Nat. 3 a, Beneuolos obiuergatores placare. Ep. 25 a, Beneuolentior tibi quam fuerim, nihilo sum factus. Ep. 225 b, Beneuolentior quam semper fui, esse non possum.

† Syntaxis. *Beneuolus vrbi. Auditor, iudex beneuolus. Beneuolentissimus & amicissimus. absoluta synonymia.*

BENIGNÈ, & BENIGNISSIMÈ, *comiter, liberaliter.* in Anton. 246 b, Salutare benignè, comiter appellare vnumquemque. in Verr. 60 a, Quæ cum Quæstore suo benignissime communicauit. Attic. 40 b, Adhuc inuitamur benignè. pro Flac. 157 b, Ista ciuitas neque seuerè Flaccum oppugnauit, neque benignè defendit. Offic. 9 b, & Epist. 316 a, & 228 a, Benignè facere alicui. Offic. 43 b, Nam aut opera benignè fit indigentibus, aut pecunia. pro Corn. 62 b, Benignè, non grauatè, comiter quidem certè, non communiter cōuenit. pro Cl. 16 a, Benignè attenteque audire. pro Deiot. 150 b, Deiotarus dicere est solitus, benignè sibi à populo Romano esse factum. in Verr. 192 b, Frumentum, inquit, abs te emere oportet, optime: modium denario, benignè ac liberaliter. Epist. 57 a, Nunc P. Nigidio ne benignè quidem polliceri possum.

† Syntaxis. *Benignè salutare, communicare cum aliquo, inuitare, defendere, facere alicui. Benignè facta opera, & pecunia inopis phrasia mira. Benignè factum alicui ab aliquo. Benignè ac liberaliter.*

BENIGNITAS, *tis, clementia, comitas, humanitas.* de Finib. 140 b, Iustitiæ adiunctæ sunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas. pro Quin. Rosc. 50 b, Nunc deum immortalium benignitate omnium fortunæ sunt certæ. pro Cecin. 286 b, Veruntamen nos vestrae benignitati paremus: id est, vestra clementie. pro Domo sua 219 b, Vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. pro Sest. 9 b, Esti me attentissimis animis summa cum benignitate auditis.

¶ *Liberalitas, beneficentia.* Att. 55 b, Amicorum benignitas exhausta est. in Verr. 191 b, Qui benignitate adducti per beneficium concesserunt, vt nummos pro frumento darent. de Nat. deor. 52 b, Sed illa quanta benignitas naturæ? quæ tam multa ad descendum gignit? \* pro Muren. 142 b, Nec candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatem magis significat, quam largitionem. Offic. 5 a, Beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellare licet. Offic. 9 b, Ne obsit benignitas & his ipsis & cæteris. Deinde ne maior benignitas sit quam facultatis.

BENIGNVS, *3, um, blandus, comis.* 6. in Verr. 191 b, Benignus ad commodandum. 2 Offic. 42 b, Oratione benigna multitudinis animos allicere. pro Corn. Balb. Comes, benigni, faciles, suaues homines. ad Brut. 283 a, Sed nescio quo modo facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperimur. 2. de Nat. deor. 25 a, Ne homines quidem cæteris, nisi imbecilli essent, futuros beneficos & benignos fuisse. 2 Fam. Quamquam omnia nec benigna, nec copiosa cognorant.

¶ *Liberalis, beneficus, munificus.* Offic. 9 b, Qui benigniores esse volunt, quam res patitur, peccant. \* de Leg. 165 b, Si sine præmio benigna est liberalitas, gratuita: si cum mercede, conducta. Nec est dubium qui is qui liberalis benignusve dicitur, officium, non fructum sequatur.

BEROA, æ. I. P. 98 b, In oppidum Beroam refugisti.

BES. octo vnicæ. Attic. 63 b, Fœnus ex triente factum est bestibus.

BESSI, orum. populi. I. P. 97 b.

BESSICA, gens. I. P. 97 b.

BESTIA, *æ, bellua, pecus, cætera animantia, fera. Nomen bestie etiam piscibus & conchylijs conuenit.* Epist. 95 a, Sed quæ potest homini esse polito delectatio, quam aut homo imbecillis alyentalissima bestia lanianur, aut præclara bestia venabulo transfuerberatur? pro Sext. R. 27 b, Canes tamen bestia sunt. Tusc. quæst. lib. 4, Bestia in perturbationes non incidunt. 1 de Finib. Mutæ bestia penè loquentur magistra ac duce natura. Tusc. quæst. 23 5 b, Alia bestia sunt nantes, alia volucres, serpentes quædam, quædam gradientes. Tusculan. lib. 5, Quid bestia? non pro suo partu ita propugnant, vt vulnera excipiant? nullos impetus, nullos ictus reformident? Tusc. quæst. lib. 5, Bestia, vt quicquid obiectum est, quod modo à natura non sit alienum, eo contentæ, non quærunt amplius. 9 Famil. Ad bestiarum auxilium confugere. Tusc. quæst. lib. 5, Bestiarum quæque suum tenens munus, quum in disparis animantis vitam transire non possit, manet in lege naturæ. 2 de Nat. deor. Bestiarum varia genera, vel cicurum, vel ferarum. 2 de Nat. deor. Bestijs sensum & motum dedit natura, & cum quodam appetitu accessum ad res salutare, & à pestiferis recessum. 10 Famil. Pollutionis, bestijs obijcere. in Pison. 98 b, Quid, quod populari illi sacerdoti sexcentos ac bestias amicos sociosque misisti? Tusc. q. lib. 5, Namque alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit natura, alias volucres cælo frui libero, serpentes quasdam, quasdam esse gradientes: earum ipsarum partim soliuagas, partim congregatas: immanes alias, quasdam autè cicures: nonnullas abditas, terraque reatas. de Fin. lib. 5, Bestias quasdam esse, in quibus insit aliquid simile virtutis. de Nat. d. 1, De bestijs quibusdam firmiores videas esse apud Aegyptios ac Syros opinionones. de Am. 111 b, Hoc apparet in bestijs, volucris, agrestibus, natantibus, suis, cicuribus, feris. 2 de Nat. deor. In bestijs quanta ratio appareat ad perpetuam conseruationem earum generis. \* pro S. Rosc. 30 a, Ne bestijs quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus vteremur. de Fin. 87 b, Voluptatem bestijs concedamus, quibus vos de summo bono testibus vti soletis. Quid si etiam bestia multa faciunt duce sua quæque natura. ibid. Ergo in bestijs erunt secreta à voluptate humanarum quædam simulacra virtutum. de Fin. 88 a, Longè multumque superamur à bestijs, quibus ipsa terra fundit ex sese pastus varios, varicque abundantes nihil laborantibus. de Fin. 104 a, Vt bestijs homines vti ad vtilitatem suam possint. de Nat. 50 b, At quibus bestijs erat is cicus, vt alius generis escis vescerentur, aut vires natura dedit, aut celeritatem: data est quibusdam etiam machinatio quædam atque solertia. ibid. Est etiam admiratio nonnulla in bestijs aquatilibus, his quæ gignuntur in terra. de Nat. 56 b, Nos opera quibusdam bestijs, nos iuga imponimus. de



Nat. 57 b, Si quæ bestia furantur aliquid ex his aut rapiunt, ibid. Bestia furum fruuntur. de Nat. 58 a, Vt ipsas bestias hominum gratias generatas esse videamus. de Diu. 122 b, Quid minus mirum, quam illa monstruosissimam bestiam vnam euertere? fortes dissipauisse? Offic. 35 b, Qui ex bestiis fructus, aut quæ commoditas, nisi homines adiuaerent, percipi possent?

† Syntaxis. *Bestia valentissima, preclara, aquatilis, nans, volucris, serpens, cicur fera, immanis, solinaga, abditæ, tecta. Hic & species, & epitheta sunt. Bestiæ obycere, Ad bestias mittere aliquem.*

BESTIARIUS, ij. qui cum bestiis pugnabat in publicis ludis. Qu. fr. 311 a, Nam ille vindex gladiatorum & bestiariorum, emerat de Cosconio bestiarios: nec finis armatis vnquam in publico fuerat. in Vat. 37 a, Gladiatoriibus & bestiariis Remp. obsidere. pro Sest Primùm do, inquit, bestiarios, lex est scripta de gladiatoribus. Festiue.

BESTIOLA. de N. d. 50 b, Dissimilimæ bestiolæ cõmuniter cibum quærunt: id est, pinna & spilla. \* Tusc. 168 b, Apud Hypanum fluuium, Aristoteles ait, bestiolas quasdam nasci, quæ vnũ diem viuunt. Ex his igitur hora octaua quæ mortua est, prouecta ætate mortua est: quæ verò occidente Sole, decrepita: eò magis, si etiam folstitiali die. ibid. In eadem propemodum breuitate, qua illæ bestiolæ, reperiuntur.

BETA, tæ. bolus. Ep. 107 b, A Beta & malua deceptus sum.

BIAS, antis. de Amic. 107 b, Bias, qui sapiens habitus est vnus è septem.

BIBENDO. pro Flac. 163 b, Nam iste totam Asiam magnitudine poculorum, bibendoq; superauit.

BIBITUR. in Ant. 180 a, Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. \* I. V. 89 b, Fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur.

BIBITURVS, a, um. in Pis. 94 a, Bibiturus quæ eodem de folio ministrantur. Alij legunt, Bibitur autem vsq; eò, dum de folio ministrantur. al. dum bellaria ministrantur.

CÆLO, as. *oculto, obscure fero.* (indico. Acad. 39 a, Nec tam istum cessare, sed cælare quæ scribat existimo. Off. 59 b, Si omnes deos hominesque celare possumus, nihil tamen iniuste faciendum est. pro Decio. 147 a, Si te palam interesset, deos quidem nunquam cælare potuisset, homines verò fortasse cælasset. Ac. 15 b, Aut cur cælati quasi turpe aliquid, sententiam vestram? Attic. 239 a, Sauecium pete, cælemus, ego nunquam indicabo. Orat. 219 b, O virum simplicem, qui nos nihil cælat. Acad. 15 b, Vnum tamen

illud non cælant. de Nat. 16 a, Nec tu me cælas, vt Pythagoras solebat alienos. Epistol. 105 b, Bassus noster me de hoc libro cælauit.

CÆL O R, aris. contra Rul. 68 a, Cùm familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, cælabar, excluder. Qu. fr. 37 b, Sed heus tu, cælari videor à te.

† Syntaxis. *Cælare aliquem. De consilio cælare. De libro me cælas. Cælare & occultare, omnino synonyma. Cælor, excludor. Hoc sum cælatus, & de hoc à te.*

CÆMENTVM, ti. *lapides rudes & fracti, quibus ædificia consurgunt.* pro Mil. 115 b, Repentè in tribus in eam insulam, materiam, calcem & cæmenta conuexit. Quint. frat. 328 b, Quid, si cæmentum non haberem, deturbem ædificium? de Diuin. 129 a, Num hæc affectio cali in latere aut in cemento ex quibus vrbs effecta est, valere potuit. pro Dom. 225 b, Nec illi cæmentis ac regulis meorum tectorum se famem suam expleturos putauerunt.

CÆR VLEVS, lea. *color cali, cærulius, cumailis.* de Nat. 17 b, Oculos cæruleos esse Neptuni. \* 2 Acad. Mare nonne cæruleum?

\* CÆRVLVM, i. mare. de Fin. 136 b,

*Nam nemo hæc unquam est transuectus cærulea cursu.*

CÆRVLVS, a, um. de Diu. 89 a, Ad cæli cærulea templa. & in Arat. Cærulea astra.

CÆSAR, ris. de Clar. 188 a, De Cæsare ita iudico, illum omnium ferè oratorum Latinè loqui elegantissimè. & ibidem: Cæsar de ratione Latinè loquendi accuratissimè scripsit ad Ciceronem. Attic. 124 a, Sed hoc *trages* horribili vigilantia, celeritate, diligetia est plenum: id est, Cæsar. de Diuin. 113 a, Cæsar in curia Pompeiana occisus est. Tuscul. 239 a, C. Cæsar à Cinna iaterfectus, &c. & L. Cæsar eodem tempore.

CÆSARIANVS, a, um. Att. 258 a, Cæsariana celeritas.

CÆS EN A, vrbs.

CÆS I M, incisum. Orat. 219 a, Membratim adhuc, deinde cæsium diximus, &c.

CÆS I VS, a, um. *cæruleus, glaucus color, quales sunt felium oculi.* de Nat. deor. 17 b, Cæsios oculos Mineruæ. ad Heren. 39 b, Hominem cæsium.

CÆS TVS, stus. *claua ex corio, plumbò que.* Tuscul. 183 b, Pugiles cæsibus contusi ne ingemiscunt quidem. \* Tuscul. 187 a, Pugiles cùm ferunt aduersarium, in iactandis cæsibus ingemiscunt.

CÆS VS, a, um. *percussus, occisus, trucidatus.* I. A. 258 b, Exercitum hostium cæsium fuscumque cognoui. Attic. 277 a, Hostes cæsos fugatosque esse. pro Clu. 58 b, Hostiæ cæsæ. Attic. 77 b, Ne quid inter cæsa & porrecta, vt aiunt, oneris mihi addatur. *sumpta est similitudo à sacrificijs, cùm inter cæsa exta & porrecta, sinistri quid acciderit, ne litari possit. verebatur enim Cicero, ne quo tempore ex provincia Cilicia profecturus esset, eo tempore eiusmodi quid accideret, ne possit discedere.* pro Mil. 104 a, Ille dies, in quo T. Gracchus est cæsus. Anteq. 195 b, Serui ad supplicium cæsi verberibus trahuntur.

CÆTE RV S, a, um. *reliqua, alia, aliud, reliquum.* Pro & cætera, dicimus, itemque cætera, & quæ sequuntur, & alia eiusdem generis, & si quid eiusmodi, & si qua similia. Quint. de Pet. 208 a, Sed hoc nomen amicorum in petitione latius patet, quàm in cætera vita. Attic. Cætera in re. Attic. 90 b, Iam cætera iurisdictione nec imperita, nec demens, cum admirabili facilitate. contra Rul. 63 a, Tu Rulle, missos enim facio cæteros. I. Verrem 209 b, Quint. Calidius eques Romanus cum cæteris Siculis. de Inuent. 62 a, Is & cæteras tabulas complures pinxit, & Helenæ se pingere simulachrum velle dixit. de Inuent. 73 b, Et id signis confirmandum huiusmodi, ex cætera diligentia, ex antè factis, & cæt. I. Verr. 211 a, Argentum illi cæterum apposuerat. de Inuen. 53 a, Si vestes & cæterum ornamentum habeat. Epistol. 49 a, Cæteri & cætera eiusmodi sunt, vt. de Finib. 64 b, Apud cæteros autem philosophos, qui quæsiuit aliquid, tacet. de Finib. 54 a, De cætero vellem equidem vt ipse doctrinis esset instructior, aut ne deterruisset alios à studijs. de Inuent. 51 a, Molestia amor & cætera quæ in simili genere versantur. contra Rul. 73 b, Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur, hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligetis. de Orator. 121 b, Si mihi filius gignitur, isque prius moritur, & cætera. & 132 b, Agas asellum, & cætera. Att. 231 a, O loca cætera, quàm valde expetenda, interpellantium autem multitudine penè fugienda. Quint. frat. 315 a, Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquam quòd sine te, cæterum satis commode oblectabar: id est, in cæteris rebis. de Natur. libr. 1, Non solum enim poëta suauis, verumetiam cætera doctus sapiensque traditur.

† Syntaxis. *Cætera vita. Absolutè ac simpliciter Cæteri. Cæterum argentum. Cæteri, & cætera. De cætero velim. Cæterum: id est, in cæteris rebis, vel alijs. Cætera doctus & sapiens, non solum poëta.*



- CÆTEROQUIN**, vel **CÆTEROQVI**. *aliquin*. Orat. 204 b, Illam autem concinitatem adhibet hic quidem subtilis, quem nisi quod solum, cæteroquin rectè quidam vocant Atticum. de N. 13 b, Sed Simonidem arbitrari: non enim poëta solum suauis, verum etiam cæteroqui doctus, sapiensque traditur. \* Attic. 231 a, O' loca cæteroqui valde expetenda.
- CÆTERVM**, *sed*. Attic. 230 a, Cæterum quis non? id est, impetrabit. Attic. 285 b, Cæterum nequicquam perijt ille, &c. Epistol. 92 b, Cæterum is mihi quidem locus non displicet.
- CAIA**, *ia*. *prænomen honorificum & frequens Romanarum mulierum*. fertur enim Caiam Cæciliam, Tarquinij Prisci regis uxorem, optimam lanificam fuisse: & ideo institutum fuit, ut nouæ nupte, ante ianuam mariti interrogate quænam vocarentur, Caiam esse se dicerent. pro Mur. 130 a, Vt quia in alicuius libris exempli causa id nomen inueniant, putarunt omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Caias vocari.
- CAICVS**, *fluuus*. pro Flac. 161 a, Longè est à Tiberi ad Caicum.
- CAIETA**, *tæ*. *vrbs à nutrice Aeneæ sic dicta*. pro Pompeio 10 a, Portus Caietæ celeberrimus & plenissimus nauium.
- CALAMISTER**, vel **CALAMISTRVM**, *stri*. *acus quædam, qua calfacta capilli inorquentur, & ornatus accersitur in oratione*. Or. 204 a, Remouebitur omnis ornatus, quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur. Postq. 207 b, Frons calamistri notata vestigijs. de Cla. 189 a, Cæsar ineptis fortasse gratum fecit, qui volunt illa calamistris inurere.
- CALAMISTRATVS**, *a*, *um*. *calamistris inustus, vel potius adornatus*. pro Sest. 6 b, Calamistrata coma. Postq. 207 a, Calamistratus saltator.
- CALAMITAS**, *tis*. *miseria, ærumna, perniciēs, aduersa vel incommoda fortuna, incommodæ res, offensio*. pro Pomp. 6 b, Hæc vobis prouincia non modò à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda. ad Atti. 177 a, Nemo maiorem calamitatem morte Panfæ accepit. I. A. 212 b, Resp. nullam calamitatem accipere potest, sine culpa fenatus. Attic. 42 a, Præparauit, ne quid absens acciperet calamitatis. pro Pom. 12 b, Accepta in Ponto calamitate ex eo prælio, hostium opes animique creuerunt. I. C. 99 b, Quamquam videbam perniciem meam cum magna calamitate reipub. esse coniunctam. de Diu. 86 b, Ob cam causam populus Rom. maximam calamitatē cepit. \* pro Cluent. 60 a, Quod si qua calamitas hunc in hoc iudicio afflixerit innocentes. Atti. 296 b, Neque discordiarum domesticarum calamitas ab futura est.
- † Syntaxis. *A calamitate defendere. Calamitatem accipere, & capere.*
- CALAMITOSE**. Offic. 73 b, Nam quod aiunt minima de malis: id est, vt turpiter potius quàm calamitosè, an est vltimum maius malum turpitudine?
- CALAMITOSVS**, **CALAMITOSIOR**, **CALAMITOSISSIMVS**. *ærumnosus, calamitate affectus*. Osta. 329 b, Quæ non insequens hora antecedente calamitosior populi Rom. illuxit? Tusc. 227 b, Miseri, affecti, ærumnosi, calamitosi. Epist. 131 b, Aliquis magis fortuna quàm culpa calamitosus. At. 118 a, Flagitiosa & calamitosa fuga. de Orat. 130 b, Calamitosus homo. I. V. 96 a, Calamitosissimum bellum. pro Clu. Calamitosa fama. pro Leg. Agr. or. 2, Calamitosus ager cælo ac loco. I. V. act. 3, Tempestas calamitosa. de Fin. lib. 5, Calamitosum ocium.
- † Syntaxis. *Calamitosa hora, fuga, fama, ager, ocium. Miser, affectus, calamitosus. Fortuna, culpa calamitosus.*
- CALAMVS**, *mi*. *frutex aquaticus ad scribendum aptus*. Atti. 96 b, Cùm instituissem ad te scribere, calamumque sumpsissem. Qu. fr. 316 a, Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur.
- CALANTI CA**, *æ*. *regmen capitis muliebre*. Cic. in Clodium, apud Nonium: Tunc cùm vincirentur pedes fascijs, cùm calanticam capiti accommodares.
- CALATA**, *æ*, *oppidum*. I. V. 169 b. pro Sest. 19 a.
- CALATIA**, *æ*, *idem*. Att. 257 a.
- CALATINVS**, *ni*. I. V. 169 b. Epist. 219 b. I. P. 82 a.
- CALCAR**, *ris*. *equi stimulus, ad calcem alligatus equitis: translatione, animi incitamentum*. Attic. 85 a, Adscribit etiam & quasi calcar admouet, intercessisse se pro ijs magnam pecuniã. de Orat. 146 a, Dicebat Isocrates, doctus singularis, se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis vti solere. Attic. 86 b, Alter frenis eget, alter calcaribus. de Clar. 183 a, Alteri se calcaria adhibere, alteri frenos.
- † Syntaxis. *Calcaria adhibere, admouere. In aliquo vri calcaribus.*
- CALCEAMENTVM**, *ti*. *calceus*. Tusc. 246 a, Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra. \* Oecon. I, Calceamenta ytri que sexui conuenientia seponebantur.
- CALCEATVS**, *a*, *um*. pro Cæl. 50 b, Homines calceati & vestiti.
- CALCEOLVS**, *li*. de Nat. 17 b, Sospita, cum pelle caprina & calceolis repandis.
- CALCEVS**, *cci*. *pedum vestitus & regmen*. de Or. 105 a, Si mihi calceos Sicyonios attulisses, nõ vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem. in Antonium 175 a, Rediui cum calceis & toga, nullis nec caligis, nec lacerna.
- CALCHAS**, *vates*. de Nat. 27 a, 98.
- CALCITRO**, *as*. *calce percussio: translatione, renuo*. pro Cæl. 45 a, Eum habere tuis copijs deuinctum non potes, calcitrat, respuit.
- CALCVLVVS**, *li*. *lapillus, ratio*. de Orat. 180 a, Demosthenes coniectis in os calculis summa voce versus multos vno spiritu pronuntiabat. de Fin. 77 a, Voluptatũme calculis subductis prælium ineunt? Attic. 129 a, Quare nunc ad illos calculos reuertamur, quos tum abieciimus. de Am. 107 a, Hoc est quidem nimis exigue & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum. \* Hortens. Vt calculum redducas, si te alicuius dati pœnitet.
- CALEFACIO**, *cis*. *calfacio: desiderio, translata potestate*. ad Qu. fr. 322, Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius.
- CALEFIO**, *fis*. *calescio*. ad Her. 20 a, Fauces calefiunt, & arterie complentur. Attic. 24 b, Balneum calefieri iubebo.
- CALENDÆ**, *arum*. Quint. frat. 325 a, Hæc scripti ad octauum calend. Nouemb. Attic. 4 b, Ad v. 11. calend. Decembris. De Calendis, Nonis, & Idibus, & earum locutionibus, abundè vide Lilij Gregorij Gyraldi Ferrariensis, de Annis, &c. libellum.
- \* **CALENVS**, *a*, *um*. *Calibus oriundus*. Epistol. 132 a, C. Suberinus Calenus.
- CALEO**, *les*. *calidus sum*. de Senect. 88 a, Vna vestita pampinis, nec modico tepore calet, & nimios Solis defendit ardores. de Finib. 55 a, Sentiri hoc putat, vt calere ignem, niuem esse albam.
- ¶ *Vigeo*. ad Her. 28 b, In re frigidissima cales, in feruentissima friget. pro Planc. 270 b, Illud verò crimen de nummis, quos, &c. caluit re receti, nunc in causa refrixit. de Cl. 186 a, Cn. Lentulus calebat in agendo. I. V. 89 b, Postea quam factis calere res Rubrio visa est. Att. 65 b, Itaque iudicia calent.
- ¶ *Afficio*. in Sal. 272 a, His vitijs & meæ & vestræ iam aures calent.
- CALES**, *ium*. *oppidum*. contra Rul. 85 b. I. A. 245 a.
- CALESCO**, *scis*. *calidus fio, calfio*. de Sen. 89 a, Vbi enim potest illa ætas æquè calefcere vel aplicatione, vel igni? de N. 54 a, Anima quæ spiritu in pulmones ducitur, calefcit ab ipso spiritu.
- CALFACIO**, *cis*. *calfacio*. Epist. 263 b, Calface hominem. & 115 b, Si Parthi vos nihil calfaciant, nos nihil frigore frigescimus. *Calij*.
- CALIDVS**, & **CALIDIOR**. de Nat. 30 b, Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo. Tusc. 157 a, Calidior est enim, vel potius ardentior animus, quàm hic aer, &c.
- CALIGÆ**, *arum*. *tibiarum regumentum*. Attic. 24 a, Mihi eius caligæ vt fasciæ cretata non placebant.
- CALIGANS**, *tis*. in Arat.
- Atq; aram tenui caligans vestiet umbra Centaurus.*
- CALIGINOSVS**, *a*, *um*. *obscurus, caligine tectus*. de Diu. 107 a, Si obscurior & quasi caliginosa stella fuerit. Tusc. 161 a, Nebulosum & caliginosum cælum. & 157 a, Cælum humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ.
- CALIGONIS**. *tenebræ*. Postquam 205 a, Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Repub. respicere coepistis. pro Planc. 279 b, Vide nunc caliginem temporum illorum. contra Rul. 74 b, Nunc tetrīs tenebris & caligine eò se peruerturos putant. I. A. 240 a, Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruii salus & ibid. Discussa est illa caligo, quam paulò antè dixi. in Arat. Aliquid obscura caligine tectum. \* Prognost.
- Singulum unum radj cæca caligine tecti.*
- † Syntaxis. *Caligo & tenebræ, & contrã. Obscura caligo. Caliginem discutere.*
- CALIX**, *cis*.  *poculum*. I. P. 94 a, Toreuma nullum, maximi calices, & hi, ne contemnere suos videatur, Placentini. Tusc. 200 a, Quid, huic calix multū impingendus est, vt plorare desinat?
- CALLEO**, *es*. *scio, teneo, possideo*. pro Cor. 61 b, Ignosco tibi, si neque Pœnorum iura calles, neque, &c. Epist. 50 a, In illis rebus exercitatus animus callere iam debet.
- CALLIDE**, & **CALLIDISSIME**. *astute, non in callidè, cam-rè*. Orat. 205 b, Callidè arguteque dicere. de Orat. lib. 1, Callidè & peritè. pro Cl. Callidissimè dicere. pro Fl. 150 b, Callidè accessit.
- CALLIDITAS**, *tis*. *malitia, astutia*. Off. 75 a, Fuit igitur stulta calliditas perueri imitata prudentiam. Offic. 13 a, Plato inquit,



quit, scientiam quæ est remota à iustitia, calliditatem potius quàm sapientiam appellandam. Partit. 242 a. Genus eiusmodi calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis. \* de Arusp. 248 a, Nec calliditate Pænos superauimus.

**CALLIDVS**, a, um. *astutus, versutus, vaser, malitiosus, eruditus, artificio simulationis, veteratorius, veterator, non incallidus.* I. V. 155 a, Deinde in hoc homo luteus etiam callidus & veterator esse vult. de Nat. 64 b, Chrysippus homo sine dubio versutus & callidus. Callidos appello, quorum tanquam manus opere, sic animus vsu concalluit. de Finib. 75 b, An quod illa callida est? ut optime possit architectari voluntates. Offic. 7 b, Nimis callida & malitiosa iuris interpretatio. Offic. Callidum & versutum factum Solonis. pro Clu. 56 b, Qui ad fraudem callidi sunt.

**CALLIOPE**, es, vna Musarum, à vocis bonitate dicta. Attic. 24 b, Hæc mihi cum eo libro, in quo, &c. Calliope ipsa perferit, non opinor esse dubitandum, quin semper, &c.

**CALLIPEDES**, æ. *tragædus quidam.* Attic. 207 b, Biennium præterijt, cum ille Callipedes assiduo cursu cubitum nulum processerit.

**CALLIS**, is, *femina.* pro Sest. 5 b, Italiae callis. *aliàs Caulas.*

**CALLVM**, li. *cutis vsu densior.* Tusc. 246 a, Mihi calceamentum est solorum callum. & 182 b, Et ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori. Tusc. 127 a, Confectudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo.

**CALO**, onis. *militis minus for.* de Nat. 62 a, \* Eos tu canterijs albis, nullis calonibus, obuiam Vacieno venisse existimas.

**CALOR**, is. *ardor, nimius Solis ardor.* Attic. 216 b, Vitandi calor causa Lanuuij tres horas acquieui. de Nat. 30 b, Omnia quæ alantur & crescant, continent in se vim caloris, sine qua neque ali possent, neque crescere. & 52 a, Si est calor, à sole se opponunt. & ib. b, Etsi aru flatu nimij temperantur calores. de Vni. 203 b, Causæ quæ vim habeant caloris & frigoris. de Orat. 108 a, Nunc Scaeuola paulum requiescet, dum se calor frangat, & nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus operam. Qu. fr. 317 a, Scio nunquam me à causis districtiorem fuisse, atque id anni tempore grauissimum & caloribus maximis. & ibid. b, Ego ex maximis caloribus (non etiam meminimus maiores) in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus. de Sen. 88 a, Vna & succo terræ & calore Solis augetur. Offic. 35 a, Tecta quibus & frigorum vis pelleretur, & calorum molestiæ sedarentur. \* Oeconom. 1, Viro calores & frigora perpetienda.

† Syntaxis. *Calor est: scilicet magnus in aère. Calor se frangit. Caloribus maximis ambulare.*

**CALPE**, pes. *promontorium in Africa.* Epist. 164 a.

**CALVITIUM**, tij, *caluæ nuditas naturalis.* Tusc. 204 a, Perinde stultissimus rex in lectu capillum sibi euellebat, quasi caluitio mœror leuaretur.

**CALVMNIA**, æ. *iniusta vexatio, & fraudulenta interpretatio.* Part. 242 a, Genus eiusmodi calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis. pro Cec. 296 b, Aequitatis iudicium cum erit, caue in ista tam frigida tamque ieiuna calumnia deliteas. pro Mil. 115 b, Qui calumnia litium fundos alienos petebat. I. V. 122 a, A quo H. S. C. M. per calumniam malitiamque petita sunt. pro Cl. 35 b, Nec sine ignominia calumniæ relinquere accusationem poterat. & 52 b, Hic nobis patronis calumniam fortasse non effugiet. de Fat. 146 b, Ita que premebat alio modo, nec vllam adhibebat calumniam. pro Dom. 220 b, Illud in primis ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. & ibid. Quæ maior calumnia, quam imberbem adolescentulum dicere filium fenatorem populo Romano sibi velle adoptare? pro Dom. 223 a, Accusare propter calumniæ metum non est ausus. Sal. in Cic. 271 a, Qui verò nihil poterat, is erat calumniæ proximus. Epist. 4 a, Res ab aduersarijs nostris extracta est varijs calumnijs. & 2 a, Senatus religionis calumniam, non religione, sed malevolentia comprobatur. Offic. 7 b, Existunt etiam iniuriæ sæpe calumnia quadam & nimis callida & malitiosa iuris interpretatione. Acad. 17 a, In minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coërcetur. Epistol. 117 a, Nam de diuinatione Appius cum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pylioque cessit. Item iurare calumniam vulgò dicitur, iurare de calumnia: quod fit ante licem contestatam. Epistol. 116 b, C. Sempronius Rufus calumniam maximo plausu tulit, quod is, &c. Attic. 56 b, Metellus calumnia dicendi tempus exemit. in Sal. 272 b, Sed est quædam calumnia, quam vnusquisque nostrum testante animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis obiecit. I. C. 105 a, Tongillus, quem amare in prætexta calumnia coëperat. \* de Orat. Turpissimum calumniæ quæstus. Quint. frat. 294 b, Remotam à fama, & à fortunis, ab otio locupletum illam acerbissimam ministram prætorum avaritiæ calumniam.

† Syntaxis. *Ieiuna prætexta, frigidaque calumnia. Per calumniarios*

*& malitiam petere. De calumnia iurare. Calumniam adhibere, iurare. Calumnijs extrahere rem. id est, producere iudicium.*

**CALVMNIANS**, tis. *qui calumniatur.* pro Qu. 12 a, Tacet res in controuersijs, isto calumniante biennium.

**CALVMNIATOR**, tis. *malitiosus interpres, qui falsum crimen obicit.* pro Cec. 297 b, Scriptum sequi calumniatoris est. & I. V. 81 b, Calumniatores de sinu suo apposuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. & 112 b, Etenim erat eiusmodi causa, ut ipse prætor cum peteret calumniatorem, paulò tamen consideratiorem reperire non posset. pro Quint. 16 b, \* Defensum esse contendere non ab homine alieno, neque ab aliquo calumniatore atque improbo.

**CALVMNIOR**, aris. *calumniam adhibeo, vexo, malitia ago.* Postquam 210 a, Meque etiam si diutius calumniarentur, redire iussit. pro Sex. R. 27 a, Is aperte ludificari ac calumniari sciens videtur. Epist. 129 a, Nam quod antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. Epist. 126 b, Sed calumniari ipse me, putabam, &c. ad Her. 7 b, Defensoris locus est, cum accusatorem calumniari criminatur.

**CALX**, cis. *pars posterior pedis.* in Verrem 159 b, & pro Syl. 180 b, Ibi cum pugnis & calcibus confectus esset, promissit, &c. ad Heren. 41 a, Hic subfellium quoddam calce prementis dextra pedem defringit. Tusc. 243 b, Certare pugnis & calcibus.

¶ *Finis, ac meta.* Tusc. 151 a, Nunc video calcem ad quem decursum est. de Repub. teste Seneca, Epist. lib. 19. epistola 109. Quoniam sumus ab ipsa calce, eius interpellatione reuocati. vbi obseruandum est, ipsa calce genere feminino scriptum, quod & Seneca testatur. de Senect. 94 b, Nec verò velim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari. de Am. 115 a, Quibus cum tanquam è carceribus emissus, cum ipsam ad calcem (ut dicitur) peruenire possis.

¶ *Lapis excoctus iam.* pro Mil. 115 b, Repetere in eam insulam, materiam, calcem & cæmenta conuexit.

**CALYPSO**, femina fabulosa. Offic. 23 a, Quam multa passus est Vlysses in illo errore diurno, cum mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruaret, &c.

**CAMELVS**, li. *brutum.* de Nat. 50 b, Cameli adiuuantur proceritate collorum.

**CAMERA**, æ. *testudo, formix, tectum incuruum.* Quint. fr. 318 a, Pauimenta rectè fieri videbantur, cameras quasdam non probaui, mutarique iussi.

**CAMERINVM**, vrbs. Att. 130 a.

**CAMERS**, tis. pro Syl. 177 a. & pro Cor. 64 b, In agro Camerti, Piceno, vel Gallo.

**CAMERTINVS**, a, um. pro Cor. Balb. 64 a, Camertinum fœdus.

**CAMINVS**, ni. Epistol. 100 a, Valde metuo, ne frigeas in hybernis: quam obrem camino luculento vtendum censeo.

**CAMPANIA**, niæ. regio. pro C. Rab. 92 a, Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornatur? \* Incer. Byturi vitis in Campania erodunt.

**CAMPANVS**, a, um. contra Rul. 64 b, Superbia nata Capuæ esse ex Campanorum fastidio videtur.

**CAMPESTER**, stris. stre. *Campestro, subligaculum. Succinctorum genitalium D. Augustinus interpretatur lib. 14. de Ciu. Dei, cap. 17, Eo adolescentis ætate in campo se exercentes videntur.* pro Cæl. 39 b, Ut exercitatione ludoque campestri tunicati vteremur.

**CAMPVS**, pi. *ager, saluus, planities.* contra Rul. 85 b, Agros verò Vaticanos & Pupiniam cum suis optimis atque vberibus campis conferendos scilicet non putabunt. de D. 99 b, Babylonij in camporum patentibus æquoribus habitantes. & ibid. Cilices campos & montes hyemæ & æstate agrant. de Nat. 45 b, Impendentium montium altitudines, immensitatesque camporum. & 58 b, Spacia frugifera & immensa camporum. I. A. 187 b, Is campi Leontini duo millia iugerum immunia possidet. \* I. V. 157 b, Quos ego campos antea collesque nitidissimos viridissimosque vidissem: hos ita vastatos nunc ac desertos videbam. ibid. Campus Leontinus, cuius antea spes hæc erat, ut cum oblitum vidissem, annonæ caritatem non vererere, sic erat deformis atque horridus.

¶ *Ager, ac dirio.* de D. 92 b, Cum in villa quadam campi Atinatis maneres.

¶ *Forum, platea.* pro Rab. 92 b, Qui in campo Martio comitijs centuriatis auspiciato in loco crucei desigi iubet. Qu. frat. 307 a, In campo Martio comitia consules habebant: \* de Orator. 138 a, Campum pro comitijs appellare. Quin. de petit. 210 a, Quantum sis in ipso campo virium ac facultatis habiturus.

¶ *Translatione, amplitudo, copia, vbertas.* pro Cecin. 301 a. Et me ex hoc (ut ita dicam) campo æquitatis ad istas verborum angustias reuocas. I. A. 261 a, Magnus est in republica campus,







sibi intus canit: *id est, ad suam utilitatem refert.* de Cl. 181 a, Tibicen Antigenidas dixit discipulo sanè frigenti ad populum, Mihi canè & Musis. I. C. 115 a, Vthæc quæ nunc fiunt, canere dij immortales viderentur: *id est, vaticinari.* Or. 200 b, Thucydides de rebus bellicis canit quodammodo bellicum. I. V. 170 b, Cùm in eis conuiuijs symphonia caneret, maximisq; poculis ministraretur. \* de suis consil. Vt spondæum caneret.

**CANOR**, eris. *cantor.* de Cl. 170 b, Carmina quæ apud Homerum in Phæacum epulis canuntur.

† Syntaxis. *Canunt galli, homo, voce, vel fidibus: mundus, dij, symphonia. Cantus canuntur: canere alicui, & sibi intus.*

**CANON**, onis. *regula.* Epist. 163 a, Sed heus tu, qui *canon* esse meorum scriptorum soles.

**CANOPIAE**, arum. *qui Canopum insulam, ad ostium Nilis incolunt.*

**CANORVS**, a, um. *ad cantum inflexus, clarus.* de Diuin. 120 a, Gallus est animal canorum sua sponte. de Clar. 186 a, Vox suaui & canora. de Sen. 82 b, Omnino canorum illud in voce splendescit in senectute. Offic. 27 a, Sine contentione vox nec languens, nec canora. de Orator. 145 a, Profluens quiddam habuit Carbo, & canorum. de Cl. 174, Canorus orator & volubilis. Acad. 6 b, Hoc dulce, canorum illud, hoc bene olens.

**CANTERIVS**, rij. *equus castratus.* de Nat. 62 a, Eos tu canterijs albis obuiam Vacieno venisse existimas? Epistol. 128 a, Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse, quando canterium comediti, Romam petuchi.

**CANTHARIS**, idis. *insecti genus, alatum, letiferis, grauiter olens.* Epist. 339 b, Gaius, accusante L. Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur. Tusc. 251 a, Theodorus Lysimacho mortem minitanti: Magnum verò, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es.

**CANTICVM**, ci. *actus comædiæ, & pars liberior, & lasciuior cannis.* Epistol. 140 a, Fortè nosti canticum. Orat. 202 a, Est etiam in dicendo quidam cantus obscurior, non hic è Phrygia & Caria Rhetorum epilogus penè canticum, sed ille quem, &c. de Diu. 131 b, *Quæ (fabula) cantibus, alijs canicis, adiuentur.*

**CANTILENA**, æ. *cantio.* Attic. 19 a, Vt crebrò mihi insurret Epicharmus cantilenam illam suam, *vñq; & cat. id est, esto sobrius.* de Orator. 93 b, & 115 b, Qui non Græci alicuius loquacitatem sine vsu, neq; ex scholis cantilenam requirunt. Epistol. 177 a, Totam istam cantilenam ex hoc pendere, vt quamplurimum lucrifaciant.

**CANTIO**, nis. *carmen venescum.* de Claris Or. 184 a, Idque venescijs & cantionibus Ticinæ factum esse dicebat.

**CANTITO**, as. de Clar. 171 a, Carmina in epulis esse cantitata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato.

**CANTIUNCULA**, æ. de Fin. 136 b, Cantionculis irretitus.

**CANTO**, as. *cano, cantus edo vel fundo.* de Or. 134 b, Quid ploras pater? mirum, ni cantem. condemnatus sum. I. C. 100 a, Pueri lepidi & delicati, qui cantare & psallere didicerunt. Quin fr. 314 a, lampridem, vt scis, isto canto Casarem. de Diu. 120 a, Cur ante lucem galli cantant. & 96 a, Galli galinacci canere cœperunt.

**CANTOR**, oris. de Or. 105 b, Ita tibi iuriscōsultus ipse per se nihil nisi leguleius quidam præco actionum cantor (*al. cantor*) formularum, aucteps syllabarum. & in Vat.

**CANTVS**, tus. *symphonia, vocis inflexio.* pro S. R. 41 a, Cantu vocum, neruorum & tibiaram tota vicinitas personabat. Acad. 6 b, Oculi pictura tenentur, aures cantibus. pro Mur. 128 b, Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. de Leg. 199 b, Plato ait, musicorum cantibus mutatis mutari ciuitatum status. de Diuinat. 103 b, Qui sono quodam vocum & Phrygijs cantibus incitantur. de Leg. 182 b, Ad catus & ad tibicinem prosequi laudes clarorum virorum. Orator. 202 a, Est etiam in dicendo quidam cantus obscurior, & cat. de Or. 111 b, Quis cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inueniri potest? quod carmen artificiosa verborum conclusione aptius? Tusc. 248 a, b, Tibicines, ijsque qui fidibus vtuntur, suo, non multitudinis arbitrio cantus numerosque moderantur. de Orator. 152 a, Quantò molliores sunt & delicatiores in cantu flexiones & falsæ vocalæ, quàm certæ & seueræ? pro Arch. 189 a, Bestiæ sepe immanes cantu flectuntur atque consistunt. de Som. 129 a, Quod docti homines neruis imitati atque cantibus, aperuere sibi reditum ad hunc locum. pro Cæl. 44 b, Accusatores cantus & symphonias iactant. de Diuinat. 97 a, Sæpe vocum grauitate & cantibus pelluntur animi vehementiùs. & 33 a. *Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.* de Orat. 107 b, Solet Roscius dicere, se quò plus sibi ætatis accederet, eò tardiores tibicinis modos & cantus remissiores esse facturum. pro Mur. 128 b, Cantus buccinæ. \* de suis consil. Adolescentes tibiaram cantu instincti. ibi-

dem, Grauitate cantus illorum furentem petulantiam refedisse. I. V. 242 a, Lucum illum littonis preperare totum mulierum vocibus cantuque symphoniæ. Tusc. 148 b, Summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorum vocumque cantibus. Epist. 83 b, Non ex alitis inuolatum, nec ex cantu sinistro ocnis, tibi augurot.

† Syntaxis. *Cantus vocum, neruorum, tibiaram. Ad cantus laudare. Cantu flecti. Cantus ac modus. Cantus & numerus.*

**CANVS**, a, um. *albus, candidus.* de Diu. 82 b, *Saxaq; cana salis niueo sfumata liquore.* & in Arat. *Nec metuent canos minitanti murmur fluctus.*

**CANVSIVM**, ij. *oppidum.* Att. 134 b.

**CAPACITAS**, tis. *spacium capiendi.* Tusc. 161 a, Vtrum capacitatem in animo putamus esse? Tusc. 161 a, Qui enim fundus, aut quæ talis animi figura intelligi potest? aut quæ tanta omnino capacitas?

**CAPAX**, cis. *quod aliquid capere potest.* Or. 206 a, Demosthenes non semper implet aures meas, ita sunt auidæ & capaces, & semper aliquid immensum infinitumque desiderant.

**CAPEO**, nis. *vas quo vtèbatur antiqui in sacris deorum.* Parad. 117 b, Capedines & fictiles vnulæ.

**CAPEDVNCVLA**, æ. *parua capedo.* de Nat. 68 a, Capedunculis, quas Numa reliquit.

**CAPELLA**, æ. *capra.* I. V. 126 a, Capella quædam, ea quidem mirè scitè facta & venustè.

**CAPENVS**, a, um. Att. 534 a, Capena porta.

**CAPENAS**, atis. *ager Capenas.* I. V. 114 b, Epist. 137.

**CAPESSENDVS**, a, um. I. A. 228 b, Equod principium putatis libertatis capessendæ? de Nat. 50 a, Partes corporis ad pastum capessendum conficiendumque. Attic. 257 a, Istuc ad remp. capessendam venio. Epistol. 9 a, Sitne sapienti capessenda respub. \* de Nat. 50 a, Vt altero appetitu conatum haberent belluæ ad naturales pastus capessendos.

**CAPESSENS**, tis. de Orat. 118 b, & 153 a, Vt eidem Carboni Trib. pl. alia tum metè remp. capessenti P. Africanus responderat. de Nat. 495 a, Partes terræ vndique medium locum capessentes nituntur æqualiter.

**CAPESSO**, sis. *peto, obtineo, appeto, conseruor, assequor, teneo.* de Diuinatione 89 a,

*Post illa germana soror errare videbar,*

*Tarda q; vestigare & gnærare te, neq; posse*

*Corde capessere.* — de Republica libro quarto, teste

*Augustino de Ciuitate Dei, lib. 2. capite 10, Aeschines ciuis Atheniensis, vir eloquentissimus, cùm adolecscens tragœdias astitauisset, Rempublicam capessuit. Tusc. 157 a, Is autem animus superiora capestat necesse est. Attic. 162 b, Meliaram igitur, opinor, capessimus. \* de Nat. 50 a, Animalia, &c. cibum partim oris hiatu & dentibus ipsis capiunt.*

**CAPIENDVS**, a, um. de Orat. 160 b, Sæpe capienda membris minutioribus oratio est. de Clar. 180 b, Aliquis in capiendoaduerfario versus. Orator. 202 b, Philosophi docendi causa, non capiendi loquuntur. Orat. 136 a, Non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cedere. Orator. 213 a, Adhibere insidias ad capiendas aures. \* de Amic. 105 a, Qui angor pro amico sæpe capiendus est.

**CAPILLATVS**, a, um. **CAPILLATIO**, r. contra Rull. 68 b, Aliquis corpore inculto atque horrido capillatio quàm antè, barbaque maiore. & 77 b, Adolesceas non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.

**CAPILLVS**, li. *capitis pilus.* in P. 84 b, Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum simbræ. \* pro Sex Rosc. 41 a, Quæmadmodum composito & delibuto capillo passim per forum voltet. pro Sest. 6 b, Alter, &c. capillo ita horrido.

**CAPIO**, is. *cepi, captum. comprehendo, fero, prebendo, decipio.* in Verr. 78 a, Probabo Verrem contra leges pecunias cepisse. pro Rab. 97 a, Nemo tam fuit pubes, quin arma cepirit. Epistol. 66 b, Sex oppida vi oppugnando cepi. I. Verr. 75 b, Si Glabronis patris vim & acrimoniam cepis ad resistendum hominibus audacissimis. I. A. 231 b, Capere documentum ex aliquo. L. DOCUMENTVM, de Diu. 85 b, Nec tuendi satietas capere poterat. I. A. 189 a, Aliquando patriù animum virtutemque capiamus. Offic. 8 a, Qui nationes deuictas bello in fidem cepissent. pro Pomp. 15 b, Antequam magistratum per leges capere licuisset. de Leg. 185 a, Eundem magistratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito. I. C. 98 a, Decreuit senatus vt Consules videret, ne quid respub. detrimenti caperet. I. A. 177 b, Quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur. I. C. 109 a, Sunt ita multi, vt eos capere carcer non possit. pro Mil. 118 b, Capere eius amentiam ciuitas non poterat. Attic. 216 b, Vrbs ei parum magna visa, quæ etiam ipsum capere potuerit. pro Pomp. 16 b, Quæ ciuitas est in Asia, quæ vnus Tribuni militum animos ac spiritus capere possit? Offic. 12 b, Capere consuetudinem & exercitationem faci-



ciendi aliquid. Epistol. 175 a, Scitè & commodè capere tempus adeundi ad aliquem. pro Plan. 259 a, Capiebam animo non mediocrem voluptatem, quòd, & cæt. de Sen. 88 b, Læertes leniens desiderium quod capiebat ex filio. & Attic. 230 a, Lætitia quam oculis cepi iusto interitu tyranni. Epistol. 145 b, Ex literis tuis cepi fructum duplicem, mihi quæ, & cæt. & 15 a, b, Cùm se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea. Attic. 3 a, Multò maiorem fructum ex populi Romani. existimatione illo damnato cepimus, quàm ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus. contra Rull. 77 b, Vix iam videtur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat. Offic. 55 a, Inest in his aliquid probi, quod capiat ignaros. Attic. 120 a, Inuitè cepi Capuam, non quo, & c. & pro Quint. 18 a, Vt aliquando misericordiam caperet aliquam ætatis suæ. de Nat. 11 b, Cum maximis voluptatibus in eas imagines mentem intentam infixamque nostram intelligentiam capere: *id est, intelligere*, quæ sit & beata natura & æterna. pro Mar. 131 b, Quæ tam magna sunt, vt ea vix cuiusquam mens aut cogitatio capere possit. Offic. 11 b, Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrinorumque, qui cùm vna in domo iam capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt. de Amic. 101 a, Qui ob amicitiam summa fide constantiaque seruata maximam gloriam cepit. Epistol. 206 a, Nulla est gratia, quam vel non capere animus meus accipiendo, vel remunerando cumulandoque illustrare possit. \* de Diuinat. 95 b, Ante oppidum Nolam florētissima Samnitum castra cepit. I. V. 92 a, Tantæne tuæ Verres libidines erunt, vt eas capere non prouinciæ populi Romani, non nationes exteræ possint? de Leg. 180 a, Si maiorem partem pecuniæ capiat: aut si maior pars pecuniæ legata sit: aut si inde quippiam cepit. & b, Cùm plus legatum sit quàm sine religione capere liceat. Epistol. 132 b, Satis ex ea gloria tua magnam lætitiã voluptatemque capiebam. Attic. 215 b, Vide curules magistratus eum legitimum annis perfacile cepisse.

**CAPTOR**, ris. *prehendor*. Acad. 17 a, Decipi, falli, capi, idem. de Orator. 99 a, Cùm obsignes tabellas clientis tui, quibus id sit scriptum quo ille capiatur, ego tibi vllam causam maiorem committendam putem? pro Cec. 301 a, Acquitatem rei verbi laqueo capi non oportet. pro Clu. 20 b, Ea animum adolescentis pellenit, his omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac delinire potest. in Antonium 182 a, Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cœlo capi posse videatur. Anteq. 196 a, Mors quæ ob rem publicam capitur. \* de Fato. Acipenser admodum raro capitur.

† Syntaxis. *Pecunias, arma, oppida, mortem, tempus, desiderium, fructum, ignaros, misericordiam capere. Capi blanditijs.*

**CAPITALIS**, lis, *capitale, vetustum verbum*. de Leg. 174 a, Quique non paruerit, capital esto.

**CAPITALIS**, le: & **CAPITALIOR**, *perniciosus, crimen quod aut libertatis, aut ciuitatis anstio sequeretur*. in Ant. 192 a, Capitalem & pessiferam à Brundisio M. Antonij reditum timebamus. Offic. 40 b, Capitalis omnino oratio est, ad æquationem bonorum pertinens. Offic. 9 a, Totius iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui, & c. in Verrem 128 a, Facere aliquem reum rei capitalis. pro Cec. 289 b, Aliquem rei capitalis esse damnatum. pro Dom. 229 a, & pro Sest. 21 b, Qui erant rerum capitalium condemnati. de Senect. 85 b, Qui in vinculis essent damnati rei capitalis. I. V. 122 b, Sopotat rei capitalis accusatus. pro Rab. 96 b, Rabirius fraudem capitalem admisit. de Orat. 105 b, Erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis esset, quasi pœnæ æstimatio. de Leg. 185 a, Vincula fontium seruato, capitalia vindicant. de Inuent. 74 a, Lacedæmonijs lex erat, vt capitale esset, nisi, & c. de Nat. 4 b, Facinora capitalia. Qu. fr. 3 14 b, Capitalis creber, acutus Thucydides. Off. 68 b, Capitalis Eteocles, qui, & c. *id est, sceleratus*. I. A. 200 b, Capitalis homo. I. C. 105 a, Hostis tam capitalis. de Amic. 95 b, Odio capitali ab aliquo diffidere. I. V. 122 b, & 257 b, Rerum capitalium quæstiones.

† Syntaxis. *Capitalis homo, oratio, iniustitia, res, fraus, facinus, odium, hostis. Capitalis rei accusatus, damnatus. Admittere capitalem fraudem. Capitale est, nisi.*

**CAPITINVS**, a, um. I. V. 170 a, Capitina ciuitas.

**CAPITO**, nis. à *nimis magno capite*. de Nat. 17 a, Sili, Flacci, Frontones, Capitones.

**CAPITOLINVS**, a, um. pro Dom. 242 b, Iupiter Capitolinus, & pro R. 97 a, Clius Capitolinus. Qu. fr. 3 12 a, Capitolini & Mercuriales.

**CAPITOLIVM**, lij. *templum ac sedes Ionis Opt. Max. in cliuo*. Antequam 298 b, Dij deæque immortales, qui excellentie tumulo ciuitatis fedem Capitolij in saxo incolitis constitutam. contra Rull. 64 a, Hoc templum Ionis Opt. Max. atque hæc arx omnium gentium. Acad. 34 b, Cùm ambo ad senatum in Capitolio starent. \* I. V. 214 a, Vt in Capitolio

ponerent *candelabrum*. & b, Qui cum cæteris rebus illud quoque eximium atque pulcherrimum domum in Capitolium afferret. *ibid.* Dignam rem esse Capitolio. I. V. 215 a, Quod *candelabrum* sciret in Capitolio esse ponendum. *ibid.* Candelabrum quod in Capitolium missurus esset & b, Multi habent in animo Capitolium sic ornare. *ibidem*: Vt Capitolium quomodo magnificentius est restitutum, sic copiosius ornatum sit quàm fuit: vt illa flamma diuinitus extitisse videatur. I. Verr. 216 a, In istius lenonis turpissimi domo Capitolij ornamenta ponentur: & b, Qui à Capitolio manus abstinere non potuerit: quod priuati homines de suis pecunijs ornant ornaturique sunt: id C. Verres à regibus ornari non est passus.

**CAPITVLVM**, li. de Leg. 100 a, Nec verò ferent, si audierint te primum capitulum optimum prodidisse. *aliàs, caput libri optimi.*

**CAPPADOCIA**, æ. *regio Ponti*. Epist. 244 a, & pro Pom. 5 a, Cappadocia latebræ.

**CAPPADOXIS**, cis. Postquam 207 a, Cappadocem modò abreptum de grege venalium diceret.

**CAPRA**, æ. de Amic. 108 a, Capras & oues quot quisque habet dicere posse, quot amicos habeat non posse dicere. de Nat. 51 b, Capræ in Creta ferè eùm sunt confixæ venenatis sagittis, dictamur quærunt. de Nat. 47 b, At capra læuum humerum claro obtinet. \* Choragr. Vt sues, quasi capræ ex ramis, glande pascantur.

**CAPRICORNVS**, ni. *brumale signum*. in Arat. \* de N. 48 a, *Tunc gelidum valido, de corpore frigus anhelans Corpore semifero magno Capricornus in orbe. Quem cùm perpetuo vestiuit lumine Titan, Brumali stectens consorquet tempore currum: Hoc caue te ponto studeas committere mense.*

\* **CAPRIGENVS**, a, um. *caprinus*. Prognost. *Caprigeni pecoris custos de gurgite vasto.*

**CAPRINVS**, a, um. de Nat. 17 b, Pellis caprina.

**CAPSA**, æ. *arca*. I. Verr. 62 b, Si te semel ad meas captas admiserò.

**CAPSIS**, *id est, capere si vis*. Orat. 211 a, Iam in vno verbo captis tria verba sunt.

**CAPTATIO**, *verborum aucupium, & pugna verborum, logomachia*. Part. 273 a, Et illam disputandi prudentiam, concertatione captatioque verborum imitatur.

**CAPTIO**, onis. *deceptio, argutia, sophisma*. Academ. 12 b, Maiore quadam opus est vel arte, vel diligentia, ne ab ijs quæ clara sint ipsa perse, quasi præstigijs quibusdam & captiuonibus depellamur. de Diuinat. 116 b, Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? de Fat. 416 b, Omnes istius generis captiones eodem modo refelluntur. de Finib. 67 b, Captiones prouidens Dialecticas. de Cla. 182 a, Quanta esset in verbis captio, si, & cæt. Att. 168 a, Omnes captiones in omni sententia occurrunt.

† Syntaxis. *Captiones inducere. Captiones depellere.*

**CAPTIOSE**, *vasè, argutè*. Acad. 23 b, Captiosè interrogans.

**CAPTIOSVS**, **CAPTIOSIOR**, **CAPTIOSISSIMVS**. Acad. 12 b, Alterum est, quòd fallacibus & captiosis interrogationibus circumscripti & decepti quidam, cùm eas dissoluere non possunt, desciscunt à veritate. Acad. 13 a, Stoicè captiosissimo genere interrogationis vtuntur. pro Qu. R. 53 b, Quòd nihil captiosius neque indignius dici potest. & 49 b, Quò captiosam societate. de Fin. 53 a, Epicurus non qua via captiosa soluantur, ambigua distinguantur ostendit.

† Syntaxis. *Captiosa interrogatio, societas. Absoluit, Captiosa: id est, captiones. Captiosa dissoluere.*

\* **CAPTIVITAS**, tis. pro C. Corn. 1, Cùm omnibus gentibus finem diuturnæ captiuitatis, turpitudinis & seruitutis afferret.

**CAPTIVCVLA**, æ. Att. 241 b, Videtur obijisse legationem, & omnes captiuonibus pertimescere.

**CAPTIVVS**, a, um. *vincens & captus*. Attic. 274 b, Hoc S. C. ad tuos siue captiuos, siue dediuos pertinet. de Nat. 76 b, Plures captiuos acerbè, quàm prædones necari. ad Her. 16 b, Redimere captiuos ab hostibus. Offic. 46 a, Redimere captiuos è seruitute. Epistol. 66 b, Ducere aliquem captiuum in triumpho. I. A. 220 a, Diutius seruitutem perpeffi sumus quàm captiui frugi & diligentes solent. Offic. 9 a, Pyrrhi sententia de captiuis reddendis.

**CAPTO**, as. *allicio, aucupo, obseruo, consector, peto*. Acad. 23 b, Quid enim ad illum, qui te captare vult, vtrum tacentè irretiat, an loquentè? de In. 52 b, Iaductio, est oratio, quæ rebus non dubijs captat assensionem eius, qui, & c. Ep. 157 a, b, Lepidus desperato aduentu meo, quem nò mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit. in Ant. 176 b, At etiã misericordiam captabas. de Orat. 111 b, Captare voluntates hominum: *id est, quasi aucupari aliàs, Excipere*. de In. 68 a, Captare misericordiam. I. P. 92 b, Captare plausus. Epistol. 169 a, Captare nomen imperatorium. ad Her. 2 a, Captare bencuo-



benevolentiam à persona aduersatiorum. Tusc. 178 a, Capere risus. \* de Inu. 82 a, Quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate: quod genus virtus, scientia, veritas est.

**CAPTORIS, prehendor.** de Ar. 256 b, Dissident principes, captatur occasio.

† Syntaxis. *Captare aliquem misericordiam, voluntates, plausus, risus, occasionem.*

**CAPTIVUS, a, um.** captivus, victus, superatus, iacens, affectus. Attic. 138 a, Planè interclusi captique sumus. Epistol. 112 b, Mihi visus sum captus esse. pro Dom. 218 a, Oppressa captaque repub. pro Cl. 20 a, Socrus generi contra, quam fas erat, amore capta. \* de Clar. 171 a, Captus Tarento. Hortens. Capti splendore virtutis.

¶ *Manus, latus, priuatus.* Tusc. 251 a, Vt idem oculis & auribus captus sit. I. V. 223 b, Tamen si ne oculis quidè captus in hanc fraudem tam sceleratam decidisti. pro R. 94 b, Quæuola manus & membris omnibus captus ac debilis. de Amic. 111 a, & Academ. 14 a, Tam dedecet, quam delirare & mente captum esse.

¶ *Deceptus.* Off. 65 b, Vt ne propter te captus fraudatus ve sim. in Ant. 240 b, Panfa eodem captus errore, quo nos.

† Syntaxis. *Captus amore, oculis, auribus, membris, mente, errore.*

**CAPTIVUS, us.** ingenium, natura. Tusc. 189 a, Græci homines non satis animosi, prudentes, vt est captus hominum, satis hostem aspiciere non possunt.

**CAPVA, æ.** vrbs. contra Rul. 64 b, Luxuries Annibalem Capuæ corruptit. Postq. 207 b, Capua, in qua vrbe domiciliū quondam superbius fuit. I. A. 240 b, Capua, quæ his temporibus altera Roma est. \* cont. Rull. 83 b, Tunc contra hanc Romam communem patriam omnium nostram illa Capua altera Roma quæretur. *ibidem multa de Capua dicuntur.* in Pis. 84 b, Erant illi compti capilli & madentes cinnorum in fimbriæ, &c. dignæ Capua, sed illa vetere. Nam hæc quidem, quæ nunc est, splendidissimorum hominum, &c. multitudine redundat.

**CAPVIVS, li.** manubrium gladij. de Fat. 141 a, Philippus hæce in capulo quadrigulas vitare monebatur: quasi verò capulo sit occisus.

**CAPVIVS, is.** principale in animali corpore membrum. de Sen. 83 b, Masinissa nullo imbre, nullo frigore adduci potest, vt capite aperto sit. I. A. 231 b, Pōst autem ceruicibus caput abscidit, idq; fixum gestari iussit in pilo. Epist. 109 b, Nec caput, nec pedes. \* pro Mur. 136 a, Dixit duo corpora esse Reipub. vnum debile infirmo capite, alterum firmum sine capite: huic caput se viuo nō defuturum. con. C. Ant. Quod caput etiam tum plenum animæ & spiritus ad Syllam vsq; ab Ianiculo ad eadem Apollinis manib. ipse suis detulit. in Clod. Cū calanticam capiti accommodares. in L. Pis. Caput opponis cum eo coruscans. de Nat. 55 a, Superiora supercilijs obducta sudorem à capite & fronte defluentem repellunt. de Diuin. 115 a, Caput iecoris est omni parte diligentissimè considerant. I. A. 175 a, Inde cisto celeriter ad vrbem aduectus domum venit capite inuoluto.

¶ *Vita, salus.* de Orat. 100 a, Capitis nostri sepe accidere potest vt causæ versentur in iure. & ibidem, Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam contentionemque maiorem, quam de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis consularis? de Cla. 168 b, Causa capitis. de Orat. 105 a, Socratis responsō sic exarserunt iudices, vt capitis hominem innocentissimum condemnarent. & 104 a, Socratem in iudicio capitis pro se dixisse. pro Dom. 220 a, Nihil de capite cuius aut de bonis sine iudicio detrahi potest. pro Quint. frat. 47 b, Iudicia summæ existimationis, & penè dicam capitis, de Cl. 176 b, In iudicium capitis aliquè vocare. I. V. 128 b, Cū verò abs te tui capitis causa peteret, hominesque certos domo misisset, ne tum quidè, &c. *id est, tuæ existimationis & salutis.* Offic. 73 b, Vt si prædonibus pactum pro capite precium non attuleris. pro Quint. 1 b, Ego, qui caput alterius, famam, fortunasque defendo. \* pro Quint. 5 a, Se de capite suo, priore loco causam esse dicturum. & b, Vt aut ipse se capitis damnaret.

¶ *Initium, principium, pars præcipua, origo.* contra Rul. 69 a, A primo capite legis vsq; ad extremum, reperio nihil aliud cogitatum, &c. Et quod maximè rem continet. L. CONTINENDO. pro Pl. 271 a, Si quid sine capite manabit, & cuius autor non extet. de Or. 88 b, Virgerent præterea philosophorum greges iam ab illo fonte & capite Socrate, & cæ. pro Flac. 155 a, Caput est omnium Græcorum concitandorum Heraclides ille Tennites. contra Rul. 71 b, Qui quod secundo capite scriptum est, non meminit in tertio. Postq. 205 a, Cū caput meæ proscriptio nis recitaretur. de Orat. 129 a, Capita de republica in duabus orationibus contraria inter sese. Epistol. 37 a, Caput est quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum. & 36 b, Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo prætereunda sunt.

de Cl. 179 a, Quod ex quibusdam capitibus expositis nec explicatis intelligi potest. & ibid. a, Illa verò cenforia contra Cn. Domitium non est oratio, sed quasi capita rerum & orationis commentarium paulò plenius. Attic. 258 b, Ad Caluum scripsi, vt ad me *κατά κεφάλαια* mitteret. de Orat. 139 b, Ad consilium de republica dandum, caput est nosse rempublicam, ad dicendum verò probabiliter, nosse mores ciuitatis. de Amicit. 104 b, Caput esse ad beatè viuendum, securitatem. de Inuent. 64 b, In hoc loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit, &c. secundarium, si, &c. & 84 a, Atque in hoc loco mihi caput illud videtur esse, vt quæramus, &c. de Orat. 92 a, Caput enim esse arbitrabatur oratoris, vt & ipsis, apud quos ageret, talis, qualem se ipse optare videretur. I. A. 175 a, Caput autem literarum, sibi cum illa Mima nihil posthac futurum. Epist. 35 b, An tibi obuiam non prodirem? primū Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorū? deinde, quod caput est, amico? Attic. 14 b, Et id quod caput est, nobis inter nos nostra vitia sunt toleranda. & 26 a, Et quod caput est, mihi quæuis satis iusta causa cessandi est. Attic. 211 a, Valde probō hominem, domum, facultates: quod caput est, ipsum non noui. \* Epist. 154 b, Pontem castellis duobus ad capita positus reliqui. Planci.

¶ *Status.* Capitis enim diminutio, est prioris status mutatio. Topic. Si ea mulier testamentum fecit quæ se capite nunquam diminuit: id est, quæ per coniugium nunquam viri conuenit in manum.

¶ *Summa pecuniæ, fors.* Attic. 249 a, Idem de illo Tullianō capite liberè cum Cascellio loquere. Alij cupidè libero legunt.

¶ *Summa frumenti decumani præcipua.* in Verr. 78 a, & 173 b, Verres aliquot nominibus de capite quantum commodum fuerit, frumenti Decumanis detraxit. & 166 a, In illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remisit quam ipse quæserat: tibi concedetur, qui de capite vetigalium P. R. remisisti.

\* *Dogma, decretum.* Acad. 25 b, Ita nobis tacentibus ex vno Epicuri capite, altero vestro, perceptio & comprehensio tollitur. Quod est caput Epicuri? Si vllum sensibus visum falsum est, nihil percipi potest. Quod vestrum? Sunt falsa sensus visa.

**CARBASEVS, a, um.** Carbasus, lini optimi genus: vnde vela carbasea, & carbasa dicta. in Verr. 241 b, Tabernacula carbaseis intentā velis. & 252 a.

**CARBO, onis.** Offic. 37 b, Dionysius candente carbone sibi adurebat capillum.

**CARBUNCVLVS, li.** ad Herenn. 25 b, Ipse à vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret.

**CARCEBIS, is.** custodia, vincula, locus in quo afferuantur rei. I. C. 101 a, b, Non longè à carcere atque à vinculis abest, qui se ipsum iam dignum custodia iudicat. pro Syl. 180 b, Ad illius pœnam carcer ædificatus esse videtur. in Verrem. 240 a, Cur carcer ædificatus? I. C. 110 b, Carcer vindex nefariorum scelerum. & 121 a, Cū filium eius impuberem ligatum à prætore missum in carcerem, necandum esse dixit. Attic. 28 b, Vectius, quod confessus est cum telo fuisse, in carcerem coniectus est. Tusc. 164 a, Nec tamen illa vincula carceris ruperit. I. V. 249 b, Contrudi in carcerem. & 251 a, Condi in carcerem. & 251 b, Duci in carcerem. pro Pl. 295 b, Emitti de carcere. \* in Clod. Non te iudices vrbi, sed carceri, referuāunt. I. V. 262 b, Ne falsa damnatio, ne carcer, &c. magistratibus nostris quæstui posset esse. de Arusp. 251 b, Qui omnes iudices tribunos de carcere in forum effudit. I. P. 82 b, Quod in me carcerem effudisti. I. V. 239 a, Iste hominem arripi à tribunali, & in carcerem conijci iubet. & b, Cū esset talis vir in carcere, in tenebris, in squalore, in fordibus. I. V. 240 a, Quæram cur hunc eundem Apolloniū Verres idem repente, nulla noua re allata, nulla defensionē, sine causa, de carcere emitti iusserit? ibid. Tenebræ, vincula, carcer, inclusum supplicium, atque à conspectu parentum ac liberum, denique à libero spiritu & communi luce seclusum. & b, Hominem, &c. sine eadem causa repente de carcere emissum.

¶ *Locus, vnde cursus initium.* de Senect. 94 b, Nec verò velim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari. de Ami. 115 a, Quibus cum tanquam de carceribus emissus, cum ipsidem ad calcem (vt dicitur) peruenire possis. ad Herenn. 14 b, Quasi si quis ad Olympicum venerit cursum, & steterit vt mittatur, impudentesque illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet, & narret alijs quomodo Ladas aut Boiūs cum Sicyonijs cursitārint. de Clar. 180 a, Nec in quadrigis, qui vix à carceribus exierit, cum, &c.

† Syntaxis. *Carcer vindex scelerum. In carcerem mitti, conijci, contrudi, condi, duci. E' carcerem emitti. A' carceribus emissus: id est, ab initio cursus. Intra carcerem stare. E' carceribus exire.*



**CARDIACVS**, ci. de Nat. 97 b, Nec cardiacis hoc tribuendum est, nec phreneticis: *id est, is qui ore ventriculi affecti sunt: qui morbus cardiacus dicitur.*

**CARDO**, inis. de N. 46 b,  
*Extremusq; adeo duplici de cardine vertex  
Dicitur esse polus.*

**CARE**, magno precio, nimb. Attic. 286 b, Valde Carè æstimare aliquid, pro Dom. 286 b, Emit domum penè dimidio carius quàm æstimabat.

**CARENDO**, Postquam 198 b, Amicitia, consuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique & dies festi, quid habent voluptatis, carenda magis intellexi quàm fruendo. Or. 211 b, Quàm chara sint quæ post carendo intelligunt.

**CARENDEM**, Tusc. 153 b, Non dico carere sensu, sed carendum esse.

\* **CARENS**, tis. de Legibus, Sensu carenti nihil profectò est mali.

**CAREO**, es. *vaco, vacuus sum, deficior, defero, absum.* (Abundo, potior, senior. Tusc. 167 a, Carere igitur hoc significat egere eo, quod habere velis. inest enim velle in carendo: nisi cum sic tanquam in febris dicitur, alia quadam notione verbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, cum aliquid non habeas, & non habere te sentias, etiam si id facile patiari: carere enim in malo non dicitur, non enim esse dolendum: dicitur illud bono carere, quod est malum, sed ne viuis quidem bono caret, si eo non indiget: sed in viuo intelligi tamen potest regno carere. dici autem hoc in te satis subtiliter non potest: posset in Tarquinio, cum regno esset expulsum: at in mortuo ne intelligi quidem potest. carere enim sentientis est: nec sensus in mortuo. ne carere quidem igitur in mortuo est. de Sen. 87 a, Quàmquam non caretis, qui non desideret. de Finib. 36 b, Cum omni dolore caret. Epist. 262 a, Aegyptia mihi nunciavit, te planè febris carere, & bellè habere. pro Milo. 105 a, Caruit foro postea Pompeius, caruit senatu, caruit publico. Attic. 153 b, Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini togam puram dedi. Academ. 1 a, Magnum ingenium Luculli, & cæt. caruit omnino rebus vrbanis. pro Rab. 96 b, Quid iam ista C. Mario nocere possunt? quoniam sensu & vita caret? Attic. 22 a, Neque nos te fruimur, & tu nobis cares. Offic. 20 b, Appetitus omni perturbatione animi carere debent. pro Lig. 137 b, Ergo hæc duo tempora carent crimine. \* de Cl. 166 b, Prudentia ne maximis quidem in bellis æquo animo carere quisquam potest. de Fin. 58 b, Quia voluptate etiam carere possent sine dolore.

† Syntaxis. *Abfoluè, ille caret. Carere febris, foro, vrbe. Carendo noscimus.*

**CARIA**, æ. regio. Orat. 109 a, Caria, Phrygia, & Mysia. pro Fl. 160 a, Prouerbum, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimum esse faciendum. \* Incer. Mausolus rex terræ Caria.

\* **CARICA**, æ. fici genus. de Diu. 126 a, Quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.

**CARINA**, æ. nauis dorsum, nauis pars ima. Orat. 159 b, In nauigio latera, carinæ, prora, puppis.

**CARINAE**, arum, locus Romæ. Parad. 125 b, M. Manlius habuit ædiculas in Carinis. & Qu. fr. 309 a, de Ar. 255 b, Cum diceret velle se in Carinis ædificare alteram porticum, quæ palatio responderet.

**CARITAS**, tis. inopia frumenti, vel alterius rei. (vilitas, vbertas, copia. Offic. 45 b, M. Scius in caritate annonæ asse modium populo dedit. in Verrem 157 a, & 197 a, Biennio prouinciam obtinui, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. Offic. 62 a, Si vir bonus Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit in Rhodiorum inopia & fame summaque annonæ caritate. de Ar. 251 a, Mouet me in hac caritate annonæ, sterilitate agrorum, inopia frugum, religio Telluris. pro Pom. 12 a, Repentè vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est. pro Dom. 215 b, Erat igitur præfens caritas & futura famas. in Ver. 197 a, Aut vberiora cibaria facta sunt caritate. pro Dom. 215 b, Caritas, difficultas annonæ, summa inopia rei frumentariæ. Att. 144 a, Nunc omnia ista iacere puto propter nummorum caritatē. \* pro Dom. 215 a, Vtiam planè inopia ac famas, non caritas tumeretur. & 215 b, Vt homines non iam diuturnam caritatem, sed vt famem planè timerent. ibid. Cum tu in annonæ caritate in consules repentinos impetus comparares. pro Dom. 218 a, Quia ex re primùm caritas nata est, deinde inopia, impendebat famas, incendia, cædes, direptio.

† Syntaxis. *In caritate annus. Inopia, famas, & annonæ caritas. Annonæ caritas, & frugum inopia. Caritas præfens, & futura famas. Nummorum caritas.*

**CARMEN**, nis. versus, argumentum carmine tractatum. de Ami. 100 a, Empedoclem quidem carminibus Græcis vaticinatum ferunt. pro Arch. 191 a, Aditus templorum carmini-

bus exornauit. Tusc. 161 b, Poëta graue plenumque carmen non sine cœlesti aliquo mentis instinctu fundit. de Diuin. 135 b, Non esse autem carmen illud furentis, ipsum poëma declarat. Epistol. 16 b, Scripsi etiam carmina quædam. de Cl. 171 a, Vtinam extarent illa carmina, quæ multis sæculis ante suam ætatem in epulis esse cantata à singulis conuiuis, de clarorum virorum laudibus, scriptum reliquit Cato. Acad. 21 b, Simul inflauit tibicen, à perito carmen agnoscitur: *id est, Antiopa comædia vel tragædia.* de Claris 170 b, Quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud Homerum in Phæacum epulis canuntur. de Orator. 141 a, bis, Cum Simonides cecinisset id carmen, quod in Scopam scripsisset, &c. pro R. P. Hæc laus carminibus poëtarum celebratur. de Orat. 111 b, Quod carmen artificiosa verborum cōstructione aptius? & 161 a, Quorum illa summa vis carminibus est aptior & cantibus: *id est, numerorum & vocum.* Tusc. 209 b, Condere carmina. contra Rull. 80 a, Atque hoc carmen iste non vobis, sed sibi intus canit. de Orator. 106 b, Vt totum illud vt lingua puncuparat, non in x i i tabulis, sed in magistri carmine scriptum videretur. pro Rab. 92 b, I listor, colliga manus, &c. Tarquinij superbissimi ac crudelissimi ista sunt cruciatus carmina, quæ tu libentissimè commemoras. pro Mur. 130 a, Prætor interea ne pulchrum se ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est. pro Cæl. 41 a, Ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. de Finib. 135 a, Sunt enim plurima elementa naturæ, quibus auctis virtutis quasi carmen efficitur. \* Incer. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum.

† Syntaxis. *Carmine tractare, vaticinari. Carmen fundere, contexere, efficere.*

**CARMENTALIS**, le. \* de Claris 169 b, Flamen Carmentalis.

**CARNEADES**, is. de Orat. 149 a, Diuina quædam celeritate ingenij dicendique copia Carneades. de Orator. 123 b, Carneadis vis incredibilis dicendi. de Diuin. 119 a, Num ergo opus est ad hæc refellenda Carneade? & Acad. 5 b, Carneades x c. vixit annos. de Orator. 122 b, De Carneade, Critolao & Diogene, qui ab Atheniensibus legati, Romam venerunt.

**CARNEADEVS**, a, um. Acad. 37 a, Carneadea sententia. de Fin. 128 a, Carneadea diuisio. \* de Fin. 73 a, Carneadeum illud summum bonum.

**CARNEADIVS**, dia. de Orat. 149 b, Carneadia vis.

**CARNIFEX**, cis. tortor, listor. in Ver. 77 b, Non ficarium, sed crudelissimum carnificè in iudicium adduximus. de Arusp. 251 b, Quales ipsum carnifices habere putamus? qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem vtatur. I. P. 81 b, Hæc sunt, o carnifex, in gremio sepulta consulatus tui. I. A. 232 a, Ponite ante oculos carnificem tortoremque Samarium. pro Qu. 9 a, Quod bonorum emptores conueniunt, vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. I. V. 259 a, Sextius carnifex Verris. \* I. V. 259 b, Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, &c. Sestius, cui ex omni gemitu doloreque certa mercès comparabatur. Vt adeas, tantum dabis, &c. Quid vt vno istu securis afferam mortem filio tuo? pro Rab. 93 a, In eius concione carnifex consisteret: quem non modò foro, sed etiam cælo hoc ac spiritu censoriæ leges atque vrbs domicilio carere voluerunt. & b, Carnifex, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis abist non modò à corpore ciuium Romanorum, sed etiam à cogitatione, oculis, auribus.

**CARNIFICINA**, næ. supplicij & cruciatus locus, cruciatus, crudelitas. Tusc. 243 b, Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus, quamuis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut selem, aut aspidem, aut canem violent. Tusc. 196 a, Cum omnis perturbatio miseria est, tunc carnificina est ægritudo. pro Sest. 26 a, Non ea est medicina, sed carnificina atque crudelitas.

**CARONIS**, in Pis. 94 a, Mensa extracta non conchilijs aut piscibus, sed multa carne subrancida. pro Pl. 263 a, Quibus è municipijs vix iam, qui carnem Latinis petant, inueniuntur. \* in Pis. 83 a, Ego istius pecudis ac putidæ carnis consilio scilicet aut præsidio niu volebam.

**CARPENS**, tis. capiens. de Orator. 100 b, Vel passim licet carpentem & colligentem vndique repleti ista iuris ciuilijs scientia.

**CARPO**, is. detraho, sugillo, maledico, lacero. pro Cor. 67 a, Quæ more hominum inuident, in conuiuis rodunt, in circulis vellicant, non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt.

¶ *Eligo.* pro Cluent. 44 a, Non animaduertes in omnes? sed carpes vt velis? & paucos ex multis ad ignominiam fortiter?

¶ *Curiosus lego.* pro Sest. 25 a, Non sum tam insolens in dicendo, vt



do, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpm ac delibem.

**CARPOB**, eris. *laccor verbis, incisur*. Qu. frat. 308 a, Pompeius carpebatur à Bibulo.

¶ *Diferuor*. Par. 118 b, Cùm corpus Reguli carperetur, carpi ipse certè non potuit. *hic tum carperetur, & Carpi, habent veteres codices.*

¶ *Trabor*. pro Cl. 44 b, In multorum peccato, carpi paucos ad supplicium non oportet.

† *Syntaxis*. *Carpere hominem, flosculos, Dente carpere. Ad supplicium carpere. Carpiur corpus.*

**CARTHAGINENSIS**, se. contra Rul. 85 a, Carthaginenses fraudulenti & mendaces, &c.

**CARTHAGO**, nis. contra Rull. 62 a, Agri in Hispania apud Carthaginem nouam. & 76 a, Carthago vetus in Africa.

**CARTHAGO**, Iouis filia. de Nat. 68 a.

**CARTINVM**, oppidum. Att. 201 b.

**CARVNCULA**, æ. *caro*. de D. 119 a, Carunculæ vitulinæ credere.

**CARVS**, **CARIOR**, **CARISSIMVS**. *non vilis*. de D. 120 b, Aut si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. pro Dom. 216 a. Subitò illo die carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est.

**CAS A**, sæ. *ingruium, & domus rustica, & vilis*. Tusc. 247 a, Ptolemæo peragranti Aegyptum, comitibus non secutis cibariis in casâ panis datus est. Ep. 263 b, Helluo nequissimus. H-S. c. c. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.

**CASCVS**, a, um. *senex, vetus*. Tusc. 153 b, Illud erat insitum priscis illis, quos cascos Ennius appellat.

**CASEVS**, ei. de Sen. 80 a, Villa abundat lacte, casco, melle.

**CASSANDRA**, vates. de D. 98 a.

**CASSIANVS**, a, um. à *Cassio iudice seuro*. pro Mil. 107 b, Itaq; illud Cassianum, Cui bono fuerit, in his personis valeat. I. A. 167 a, Si quis vsurpet illud Cassianum, Cui bono fuerit. \* I. V. 178 b, Quem tu in cohorte tua Cassianum iudicem habebas.

**CASSILINENSIS**, nense. de In. 38 b.

**CASSILINVM**, ni. oppidum. I. A. 180 a. de In. 83 b.

**CASSINAS**, atis. à *Cassino*. contra Rul. 79 a, & I. A. 180 a.

**CASSINVM**, oppidum. I. A. 259.

**CASSIOPE**, es. *portus*. Epist. 259 b.

**CASSIOPEA**, æ. de Nat. 48 a, Obscura specie stellarum Cassiopea.

**CASSIVS**, ij. pro S. R. 23 b, L. Cassius ille, quem populus Rom. verissimum & sapientissimum iudicem purabat.

\* **CASSIVS**, a, um. pro C. Cornel. 1, Cassia lex. I. A. 175 a, Via Cassia.

**CASSVS**, a, um. *vacuus, inanis*. de Diuin. 136 a, Terrigenam, tardigradam, domiportam sanguine cassam, in Arat. Cassus luminis. Tusc. 251 a, Cassum quiddam, & inanis vocis sono decoratum.

**CASTE**, & **CASTISSIME**. *integre, pure*. de Leg. 173 b, Ad diuos castè adeunto. de Nat. 1 b, Purè & castè deos venerari. pro Dom. 240 b, Is nihil ritè, nihil castè perfecit. p. Pom. 4 a, In amicorum periculis castè integreque versari. de Cl. 196 a, Tucamurq; eam, vt adultam virginem castè. Epist. Fam. lib. 14, Castissimè colere deos. de Ar. Religione sua aliquid castissimè tueri.

† *Syntaxis*. *Purè & castè. Castè & integre.*

**CASTELLANVS**, a, um. de Clar. 188 a, Castellani triumphiduo: id est, de castello captis acti.

**CASTELLVM**, li. *vicus, siue rusticorum domus in agris clausa manibus. Sunt etiam castella, munitiones lignæ castrenses, pro vallis erecta ad arcendos hostes*. pro Cecin. 288 b, Cecinna ad diem venit in castellum Axiæ. & pro Deiot. 146 b, Cùm in castellum Luceium venisses. Epist. 169 b, Multa castella cepi, multa vastavi. Attic. 41 a, Castellum munitum habitanti mihi prodesset: transeunti non est necessariû. de Cl. 188 a, Qui Ligurum castella expugnauerunt. I. A. 196 a, Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur. I. P. 81 b, Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij. de Diuin. 116 a, Urbem philosophiæ mihi crede proditis, dum castella defenditis.

**CASTIGANDVS**, a, um. *coercendus*. Offic. 66 a, Qui non verbis sunt & disputatione philosophorum, sed vinculis & carcere castigandi.

**CASTIGATIO**, nis. *obiurgatio, animaduersio*. Offic. 18 a, Omnis & animaduersio & castigatio contumelia vacare debet, neque ad eius qui punit aliquid, aut verbis castigat. sed ad Reipub. vtilitatem referri. \* Tusc. 218 b, Vt homines castigationibus, reprehensionibus, ignominij, affici se in delicto dolerent. L. **OBIURGATIO** & **RELEVO**.

**CASTIGATIVS**, a, um. Tusc. 168 a, Vidésne vt obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor?

**CASTIGO**, as. *obiurgo, multo*. de Orat. 100 a, Et quoniam de impudentia dixi, castigem etiâ segnicem hominû. Tusc. 204 b, Pueros matres & magistri castigare solent, nec verbis solum, sed etiam verberibus. Offic. 18 a, & 27 b, Qui punit aliquè, aut verbis castigat. de Leg. 168 b, Castigare improbos. Tusc. 228 b, Sed in hoc me ipse castigo.

† *Syntaxis*. *Non sedatus, sed castigatus. Verbis, & verberibus castigare. In hoc me castigo.*

**CASTIMONIA**, niæ. *castitas*. in Verr. 224 a, Quæ sacra per summam castimoniam virorum ac mulierum erant, eadè per istius stuprum esse violata. pro Cæli. 39 b, & de Leg. 174 b, Castè iubet lex adire ad deos, animo scilicet: nec tollit castimoniam corporis.

**CASTITAS**, tis. *castimonia, virginitas*. de Leg. 175 b, Vt sentiant mulieres in natura sceminarum omnium Deum castitatem pati.

**CASTOR** & **POLLVX**, fratres, dij. de Diu. 96 a, Stellæ aureæ insignia Castoris & Pollucis. pro Mil. 119 b, Qui cum falciibus ad Castoris cucurrerunt. I. V. 274 a, Vosq; omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum iudiciorumq; arbitri & testes celeberrimo in loco prætorij locati Castor & Pollux.

**CASTR A**, orum. *locus ubi exercitus in tentorijs manet*. I. V. 241 b, Iste nouus imperator pulcherrimo Syracusarum loco statua sibi castra faciebat. de Diuinat. 132 a, Castra enim in Thessalia castris collata audiebamus. Attic. 130 b, Castra propter anni tempus & militum animos facere non possum. I. A. 245 a, Cn. Pompeius cum P. Vestio inter bina castra collocutus est. Epist. 245 a, His rebus ita gestis castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quadratum. Attic. 150 b, Nos ad portas castra habemus. & 127 a, Cùm Cæsar ad oppidum castra haberet. & 121 a, Cæsar apud Corfinium castra posuit. de Inu. 78 a, Hostes propè muros castra habent. Attic. 150 a, Ad murum castra posui. de Diu. 96 b, Cum Aretium versus castra mouisset. I. A. 233 a, Saxa castrorum antea metator, nunc (vt sperat) vrbis Epist. 240 b, Pacorus Euphratem transiit, & castra posuit Tybæ. & 241 b, Castra que ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locauit. & 166 b, Itaque continuis itineribus ad forum Vocontium veni, & vltra castra ad flumen argenteum contra Antonianos feci. & 244 a, Castra in Lycaonia apud Iconium feci. & 138 b, In Epicuri nos aduersarij nostri castra coniecimus. \* de Diuin. 95 b, Florentissima castra cepit. de Leg. agrar. Pedum manubias, sectionem, castra denique Cn. Pompeij decemuri vendent. Incer. Custodia castrorum. de Orat. 97 b, Educenda dictio est ex hac domestica exercitatione & vmbra illi medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra atque aciem forensium. pro Marc. 135 b, Non consilij solum & studijs, sed armis etiam & castris dissidebamus.

† *Syntaxis*. *Castra facere, collocare, habere, ponere, mouere, locare.*

**CASTRATVS**, a, um. *executus*. de Orat. 157 b, Nolo morte dici Africani castratam esse rempub. Ennij

**CASTRENSIS**, se. *militaris*. pro Cæli. 29 b, Eadem eras castrensis ratio & militaris. I. C. 114 b, Nisi cùm ex domesticis insidijs in castrense latrocinium compulsem. \* Incer. P. Ventidium Mulionem castrensem suffarraneum fuisse. *Alij castrensis furnariæ legunt.*

\* **CASTRICIANVS**, a, um. pro L. Flac. 157 a, Castricianum nomen. ibid. Castricianum vulnus.

**CASTRVM**, stri. oppidum. Attic. 130 a, Audiui Cæsarem firmo progressu in castrum Truentinum venisse.

**CASTVLONENSIS**. Epist. 163 a, Saltus Castulonens.

**CASTVS**, & **CASTISSIMVS**, *purus, integer, incorruptus*. Attic. 173 b, Pompeius vir integer, castus, & grauis. & ad Herenn. 7 a, de Diuinat. 105 b, Castus animus & purus. ad Herenn. 29 a, Corpus castum, animus corruptus. pro Fon. 280 b, Mens casta & integra. de Inuent. 66 b, Integer & castissimus vir. I. A. 186 a, Adolescens castus & modestus. de Inuent. 76 b, Præmia virtutis sancta & casta esse oportet. de Ar. 250 a, Præmia, quæ matronarum castissima putabatur. & ibid. Qui castissimos ludos omni flagitio pollueres. pro Cæli. 39 a, M. Crassi castissima domus. pro Rab. 92 a, Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatam corpus omnium ciuium Rom. integrum ius libertatis seruari oportere defendo. de Leg. 179 a, Ebur haud satis castum donum Deo. I. A. 247 b, Res familiaris cùm ampla, tum casta à cruore ciuili. Tusc. 263 b, Qui se integros castosque seruauissent, his, &c. pro Qu. R. 48 a, Perierum castus fraudasse dicitur.

† *Syntaxis*. *Castus vir. Castus, animus, corpus, mens, iuuenis, præmium, ludus, domus, concio, donum. Castus & integer. Castus ac purus. Castus & modestus. Vir à sanguine castus.*



**CASVS**, *sus. fortuna, euentus, fors, fors.* de Diuin. 111 b, Quomodo ergo id quod fit cæco casu & volubilitate fortunæ, præsentiri potest? de Diu. 118 b, Casus potest imitari veritatem. & 85 a, Nunquam perfectè veritatem casus imitatur. & 232 a, Casum prælii omnes timebamur. pro Cl. 33 a, Atque etiam casu tum Stalenus ipse non aderat. de Fa. 140 a, Id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem impediuit. de Orat. 140 b, Ferre sapienter casus aduersos. & 128 a, Casus humanarum miseriarum varij sunt. pro Pomp. 15 a, Maiores nostri semper ad nouos casus temporum nouorum consiliorum rationes accommodabant. I. A. 209 a, Fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam, quem tulimus, & c. nunc si quis erit, erit voluntarius. de Nat. 19 a, Illud quæro quæ fuerit tanta fortuna, quis tantus casus, ut, & c. ad Her. Hæc res magnum casum habet. Offic. 36 b, Hæc igitur fortuna cæteros casus rariore habet. de Sen. 91 a, Actas illa multo plures quam nostra, mortis casus habet. Epist. 156 b, Si casus incidit, pro vobis mori paratus sum. Att. 248 b, Casus consilium nostrum itinere iudicabit. I. C. 117 a, Ut ea virtute, non casu gesta esse videantur. pro Syll. 183 b, Aliquid casu magis & felicitate ab aliquo, quam virtute & consilio gestum esse. pro Sest. 5 a, Communis Mars bellique casus est incertus. pro Fl. 152 b, Casus est enim in capiendo locus, euentus, occasio. de Diuin. 173 b, Nisi ista casu nonnunquam fortè temerè concurrerent. Epist. 61 a, Quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret, quam consilio forem fuisse? & 21 a, b, Iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum consulisti tribunalatum tuum. & 207 a, Et casu permulti sunt in ea societate valde mihi familiares. de Nat. 27 a, Idque euenit non temerè, nec casu, sed quod d, & c. de Diu. 112 a, Quid est tandem quod casu fieri aut forte fortuna putemus? de Diuin. 112 b, Ne in deum quidem cadere videtur, ut sciat, quid casu & fortuito futurum sit. Offic. 43 a, Habere aliquid aliquo casu atque fortuna. pro Pl. 266 b, Si fortis, nullum crimen est in casu. Attic. 179 a, Is maior in casu est, quod iam receptus, & c. Ep. 98 a, Casus verò mirificus quidam interuenit, quasi vel testis opinionis meæ, vel sponsor humanitatis tuæ. \* pro L. Varen. Optio vobis datur, utrum velitis casu illo itinere Varenum esse usum, an huius persuasus & inductu. pro Marc. 132 a, Nec ad consilium casus admittitur. & 134 b, Casus duntaxat humanos extimesco. ibid. Si ad humanos casus sceleris etiam accedat insidiarumque consensio. de Diu. 85 a, Quatuor tali iacta casu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, si ccc. talos eieceris, casu futuros putas? de Diu. 128 a, Vno eodemque temporis puncto nati dissimiles & naturas & vitas & casus habent. Epist. 243 a, Ut consilio vestro, casu incredibili ac penè diuino regem meus aduersus præsentibus insidijs liberaret.

¶ **Infortunium.** pro S. R. 35 a, Ille miser ignarus casus sui. Anteq. 194 a, In nostro euentu aliorum reminiscens casus. pro Syl. 178 b, Eum tamen in hoc casu, quo afflictus iacet, per vos tutari conseruareque cupiunt. pro Syl. 167 a, Sed quoniam ita tulit casus infestus, ut, & c. Epist. 56 b, Aliorum opibus casus meos sustentabam. de Orat. 85 a, Quam spem cum graues communium temporum, tum varij nostri casus fecerunt. Quin. frat. 305 b, Si releuare potes communem casum. de Clar. 191 a, Ita grauissimo suo casu dum A. Ilexandri similis esse voluit, L. Crassi & multorum Crassorum inuentus est dissimilimus. pro Sest. 15 a, Cum meum illum casum tam horribile, tam graue, tam repentinum non solum homines, sed etiam vrbes ac templa lugerent. Ep. 51 a, Velle ut scribis in meo grauissimo casu affuisses. pro Dom. 230 a, At vide, quid intersit inter illum iniquissimum patris tui casum, & hanc fortunam conditionemque nostram. \* Frag. ep. Ne qui casus perimeret superiora. de Orat. 126 b, Crudelitatem tribunitiam in Cepionis graui miserabilique casu in iudicium vocabas. de Orat. 128 a, Singuli casus humanarum miseriarum grauius accipiuntur, si dicuntur dolenter. pro Flac. 146 a, Cum in maximis periculis huius vrbes atque imperij grauissimo atque acerbissimo Reipub. casu: cædem à vobis depellebam. Epist. 87 a, Nam & consilium tuum, vel casus potius, diutiùs in armis ciuilibus commorandi, semper mihi magno dolori fuit. Epist. 242 a, Ut recordaretur casum illum interitus paterni. & b, Docti casu acerbissimo patris eius.

¶ **Status anceps.** Epist. 147 b, Sed cum in eum casum me fortuna demississet, ut aut, & c.

¶ **Ruina.** pro Cæl. 46 a, Via lubrica, qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix possis. de Diu. 89 b, Deinde eius germanum cornibus conntier in me arictare, eoque ictu me ad casum dari.

¶ **Inflexio vocabuli.** Orat. 212 a, Absurdum erat, aut tantum barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solum Græcè loqui. & ibid. b, Verba quæ habent casus in exitu similes, ad Her. 30 b, Verba quæ similiter ipsdem ca-

sibus efferuntur. de Natur. 38 a, Iupiter quasi iuuans pater: quem conuersis casibus appellamus à iuuando Iouem. de Orat. 141 b, Verba immutata casibus.

† **Syntaxis.** Cæcus casus, aduersus, varius, nouus, fatalis, magnus, incertus. Casum timere, ferre, sustentare. Casus gerere, fieri aliquid. Aliquo casu habere quippiam. Res habet magnum casum. Casus & fortuna. Fortuna casus habet. Si casus incidat, pro te occumbet. Casus & fortuitus factum. Ille in bono casu est. Casum releuare: id est, aerumnas leuare. In casum demitti: id est, precipitem dari. Ad casum dari: id est, ad ruinam impelli.

**CATACHRESIS**, *sis. abusio.* Att. lib. 9, Illa tamen κατὰ χρεῖσιν illius est odiosa, quam penè præterij. L. ABBVSIO.

**CATADUPA**, duporum. quæ alio nomine cataraetæ nominantur, sunt loca ubi Nilus se precipitat ingenti cum sonitu. de Som. Scip. 129 a, Sicut ubi Nilus ad illa quæ catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus, ea gens quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret.

Καταγραφή. L. DESCRIPTIO.  
Κατάληπτος. L. COMPREHENSIBILIS.  
Κατάληψις. L. COMPREHENSIO.

**CATAMITVS**, ti. Ganymedes, puer meritorius. I. A. 175 a, Ut te catamitum præter spem mulier aspiceret, & c.

\* **CATAPLVS**, i. κατὰ πλῆθος. pro Rab. 129 a, Catapulus ille Puteolanus, sermo, & c. aures referat istis sermonibus. Ita Lambinus legit: in vulg. codicibus est: Plus ille Puteolanus sermo.

**CATE**, aduerbium. in Arato:  
Tum tornare catè, contortus possidet orbis.

**CATEGOREMATIS**. Tusculan. 213 b, Res, quæ dicuntur de quodam aut quibusdam, quas κατηγόρημα dialectici appellant.

\* **CATELLA**, æ. de Diu. 101 b, Erat autem mortua catella eo nomine. Alij mortuus catellus legunt.

**CATELLVS**, i. de D. 101 a, Erat autem mortuus catellus eo nomine. \* Alij mortua catella legunt.

**CATENA**, æ. vinculum ex connexis annulis. I. V. 257 a, Iste hominibus innocentibus iniici catenas iubet. & pro Mur. 134 a. p. Sest. 6 a, Clodius legum sacrarum catenis cõstrictus. ad Her. 36 a, Iste sicut aliqua bestia soluta ex catenis volitat & vagatur toto foro. \* I. V. 262 a, Ne falsa damnatio, ne carcer, ne cæcitas, & c. magistratibus nostris quaestui posset esse.

**CATENATVS**, ta, tum. catena vinculus. \* Ep. 124 b, Cælij. Velle quidem Venerè prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse catenatus (al. Psecade natus. i. Demetrius) in hoc habuit.

**CATERVA**, æ. turba. I. V. 91 a, Lictores togulas acceperunt, & cateruam imperatori suo nouam præbuerunt. pro Dom. 235 b, Cum forum armatis cateruis perditorum hominum possideres. de Orat. 100 a, Vagari magna cum caterua toto foro. Tusc. 164 b, Cateruæ veniunt contradicentium. I. V. 258 b, Testium cateruas in iudicium tuum esse venturas. pro S. R. 41 a, & pro Mur. 140 b, \* Posthumius obuiam cum benè magna caterua sua venit. de Orat. 161 a, Ut à multitudine & populo cateruæ atque conuentus hominum discrepantes eiciantur.

Κατήκη. L. OFFICIUM.

**CATIANVS**, a, um. Ep. 254 a, Casij. Spectra Catiana.

**CATINA**, vrbs. I. V. 146 a, Epist. 218 a.

**CATINENSIS**, se. I. V. 132 b, Epist. 218 a.

**CATO**, nis. de Cl. 175 a, Vnum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderè. & de eo rursus, 170 a. & de Am. 96 b, Cato quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. de Cl. 171 b, Cato annos quinque; & LXXX. natus, excessit à vita.

**CATONIANVS**, a, um. Qu. fr. 311 b, Catoniana familia.

**CATORTHOMATIS**. rectum factum. Offic. 2 b, Perfectum autem officium, rectum opinor vocemus, quod Græci κατ' ὀρθωµα. de Finib. 99 b, Sic recta (κατ' ὀρθωµα) enim ita appello, quoniam rectum factum κατ' ὀρθωµα) recta igitur effectio, & c. & 95 a, Quæ autem nos aut recta, aut rectè facta dicamus, si placet, illi autem appellantur κατ' ὀρθωµα, omnes numeros virtutis continent.

**CATORTHOSIS**, sis. recta effectio. de Finib. 99 b, L. CATORTHOMA.

**CATVLVS**, li. de Nat. 33 b, Chrysippus docet omnia in perfectis & maturis esse meliora, ut in equo quam in equulo, in cane quam in catulo, & c. de Fin. 121 a, Catuli, qui iam defecturi sunt, cæci æquè, ut hi qui modò nati. \* de Fin. 100 a, Nec catulus ille, qui iam appropinquat ut videat, plus cernit, quam is qui modò est natus. Incer. Mustela catulos suos quotidie transfert.

**CATVS**, a, um. catus, acutus, callidus, prudens. de Leg. 165 a, Prudens & (ut ita dicam) catus. de Orat. 101 b, Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextus.

**CAVCASVS**, si. mons. Tusc. 189 a, 186 b, 243 b. de Diu. 88. de Somn. 129 b.



**CAVDA**, æ. de Fin. 94 a, Cauda pauoni à natura donata est ad ornatum. in Arat.

*Atque auis ad summam caudam primasque recedit Pinnas.* — \* Epistol. 140 a, Caudam antiqui penem vocabant.

**CAVDINVS**, a, um. de Sen. 85 b, Caudinum prælium.

**CAVDIVM**, dij. oppidum. de Offic. 74 a.

**CAVEA**, æ. septum in quo aues & bestie includuntur, & locus ubi populus sedens ludos spectabat. de Diu. 123 b, Auis inclusa cauea. de Nat. 27 b, Cùm cauea liberati pulli non pascerentur. ad Hercn. 36 a, Quod si istum liberaueritis, statim sicut è cauea leo missus, aut aliqua teterrima bellua soluta ex catenis volitabit. de D. 123 b, Attulit, inquit, in cauea pullos is qui ex eo nominatur pullarius. item, Magis delectatur, qui in prima cauea spectat, quàm qui in vltima. de Am. 100 b, Qui clamores tota cauea nuper in noua fabula M. Pacuuij de Ar. 249 b, Illi cùm ludos facerent, seruos de cauea exire iubebat, tu in alteram seruos immisisti. \* de Leg. 177 b, Ludi publici cùm sint cauea circoq; diuisi, sint corporum certationes, cursu & pugillatione, luctatione curriculumq; equorum vsq; ad certam victoriam circo constitutis: cauea, cantu, voce, ac fidibus & tibijs.

**CAVENDVM**. de Orat. 136 a, Hoc ego oratori maximè cauendum & prouidendum puto. de Clar. 177 a, Non satis paratus ad cauendum fui.

\* **CAVENS**, tis. Hortens. Cauentibusq; ne quando illa mentis acies hebescat.

**CAVEO**, es. vito, fugito, cautionem adhibeo, declino. de Clar. 166 a, At tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cui petito sit, petiturum. pro Dom. 219 a, Metuere, & cauere aliquem. Epist. 8 a, Ut considerares quibus crederes, & quos caueres. & 177 b, Nec metuum quicquam, & omnia cauebo. Postquam 202 b, Nihil credam, & omnia cauebo. Att. 216 b, Caue facias, inquit: nam ista lex perferretur. Epist. 45 a, Caue ne cui suspicionem des fictæ reconciliatæ gratiæ. & 142 a, Sed caue, si me amas, existimes me, &c. & 120 b, Caue enim putes, vllas literas vnquam gratiores, quàm tuas in senatu esse recitatas. Att. 282 a, 281 b, Caue enim existimes, Brute, quanquàm es, sed tamen, &c. caue putes quicquam illi, &c. pro Qu. 44 a, Cauete per deos immortales iudices, ne, &c. Att. 238 a, Caleni interuentum & Caluena cauebis. de Ar. 249 b, Monere aliquem vt caueat ab aliquo. in Anton. 244 b, Qui ab homine nefario non cauerit. de Finib. 140 a, Cauere à veneno. de Orat. 106 b, Nam sine cognitione iuris, quàm sit bellum cauere malum, scire possumus.

¶ *Consulo.* de Finib. 86 a, Epicurus diligenter cauet & sancit, vt hæredes sui dent, &c. de Inu. 77 b, Amentia est cùm hæredi velis cauere, id ascribere, quo non ascripto nihilominus hæredi caueatur. Offic. 46 b, In iure cauere, & consilio iuuare. Epist. 85 b, Auges etiam tu mihi timorem, qui in oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris. de Leg. 182 b, Altera lex priuatorum ædificijs, altera sepulchris cauet. Topic. 221 a, Tu mihi meisque multa sæpe cauisisti. Attic. 85 a, Pompeius clementer id fert, fortè cauet vsuræ. pro Quint. Rose. 50 b, Quid ita Flauio sibi cauere non venit in mentem. Epist. 31 a, Melius ei cauere volo quàm ipse alijs solet. item: Cauerat enim ille sibi, vt si tibi prouinciam dedisset, omnium suorum scelera adiutorem te præberes.

**CAVEOR**, ris. *prosideor.* de Inuent. 79 b, Quædam tacitis exceptionibus cauentur. pro Cecin. 300 b, Nulla res est, quæ aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit. Attic. 169 a, Cætera quæ quidem consilio prouideri poterunt, cauebuntur.

**CAVE TVR**. *prospicitur.* Attic. 71 b, Deinde vt Faustæ, cui cautum ille esse voluisset, ratum esset. I. A. 219 a, Caueri vult ijs qui secum sunt, Mustellæ & Tyroni prospicit, contra Rull. 62 b, Agri de quibus cautum est fœdere. de Inuent. 79 a, Ita diligenter perscripta lex est, ita cautum vnaquaque de re, & ita quod oportuit exceptum, vt, &c. Epist. 28 b, Vt & tibi & populo cautū sit. I. V. 105 a, Prædibus & prædijs populo cautum est. \* pro Cec. 295 a, Verbis satis hoc cautū erat? † Syntaxis. *Cauere damna omnia. Ab aliquo cauere. Caue ne caue facias. Cauere, & sancire: absolute. Sibi cauere. Cautum alicui velite. Cautum est de agris fœdere. Populo cautum iam est.*

**CAVERNÆ**, æ. locus in terra cauus, antrum, spelunca. de Nat. 56 b, Nos è terræ cauernis ferrum elicimus. in Arat.

*Dicitur & latè coluistrare cauernas.*

de Nat. 31 a, Magnam vim caloris, terræ cauernis contineri. Tuscul. 242 a, Vnde terra & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineantur. \* de Diuin. 97 a, Quam vim suam Dij cum terræ cauernis includunt.

**CAVILLATIO**, onis. *iocus, facetiæ, vrbalitas, dictum ridiculum.* de Orat. 128 b, Illa superior cauillatio, hæc dicacitas vocatur.

**CAVILLATOR**, oris. Att. 7 b, Consul ipse paruo animo & prauo, tantum cauillator genere illo moroso.

**CAVILLO**, aris. *iocosè ludo, dicta dico.* Att. 22 a, Iam familiariter cū ipso cauillor etiam ac iocor. apud Non. 126. 138. de Nat. 76 b, Atq; in eo etiam cauillatus est, ætate graue esse aureum amiculum, hyeme frigidum. de Orat. 154 a, Aut iridentes oratorem, vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. Qu. 133 b, Sed præterea togam eius prætextam magno hominum risu cauillatus sum.

† Syntaxis. *Cum aliquo cauillari. In aliquo, & aliquid. Iocari & cauillari.*

**CAVLA**, æ. *stabulum.* pro Sest. 5 b, Cùm Catilina Italiæ caulas & pastorum stabula præclara cepisset. *aliàs Callis, pro Callos.*

**CAVLIS**, lis. *brassica.* de Nat. 50 a, Vites à caulibus brassicisq; si propè sati sint, vt à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere.

**CAVNEAS**. *pro Caue ne eas, forè dixerunt veteres.* de Diu. 126 a, Quum M. Cras. exercitum Brundisij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caueret ne iret: non fuisse periturum si omni paruisset.

**CAVNEVS**, ei. de D. 126 a. Vide **CAVNEAS**.

**CAVNI**, orum. *populi.* Att. 296 b, Epist. 224 b.

**CAVNS**, ni. *oppidum.* de D. 126 a.

**CAVO**, as. *excauo.* de Leg. 179 a, Ligneum autem quod deumque voluerit, vno è ligno cauato (*ab. dedicato*) itemque lapideum.

**CAVPO**, onis. *copo, tabernarius.* de D. 92 b, Cùm duo quidam Arcades iter vnà facerent, alter ad cauponem diuerterit, alter ad hospitem. pro Cluent. 52 b, A. Binnius quidam copo multorum hospitem de via Latina, qui sibi ab huius seruis in sua taberna manus allatas esse dixit. \* de Diuinat. 92 b, Quod sibi à caupone interitus pararetur. *ibidem:* Se interfectum in plaustrum à caupone esse coniectum, & supra stercus iniectum. *ibid.* Cauponem re patefacta pœnas dedisse.

**CAVPONA**, næ. *taberna.* I. P. 91 a, Tibi solitudo erat pro frequentia, caupona pro oppido. \* I. A. 175 a, Delituit in quadam caupona, (*aliq. cauponula*) atq; ibi se occultans perpotauit ad vesperum.

**CAVPONANS**, antis. *lucris causa quiduis faciens.* Offic. 9 a, *Non cauponantes bellum, sed belligerantes.* ex Ennio.

**CAVPONVLA**, læ. I. A. 257 a, Is delituit in quadam cauponula, atq; ibi se occultans perpotauit ad vesperum. \* *Nonius Marcellus caupona legis.*

**CAVSA**, sæ. *caput, origo, fons, radix, principium, occasio, stirps, ratio, nomen.* Top. 225 b, Part. 238 a, Causarum dialécticarum siue philosophicarum, plena & perfecta diuisio. de Diuin. 120 b, Quicquid oritur, qualecunque est, causam habeat à natura necesse est, vt etiam si præter cōsuetudinem acciderit, præter naturam tamen non possit existere. de Fat. 147 a, Causa est, quæ efficit id cuius est causa: vt vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. & *ibid.* b, Nulla igitur eorum causa est, quoniam nullam rem sua vi efficit, cuius dicitur causa: nec id sine quo quiddam nō fit, causa est: sed quod cùm accessit, id cuius causa est, efficit necessariò. & 148 b, Causarum alię sunt perfectę & principales, alię adiuuantes & proxime, & 149 a, Proxima & continēs causa mouet asensionem. & *ibid.* Causæ antecedentes & necessarię. de N. 1 a, Causam: id est, principium philosophiæ esse scientiam. de Diu. 121 a, Nihil fieri potest sine causa. de Vn. 195 b, Nullius rei causa remota reperiri origo potest. pro S. R. 30 b, Nemo ne minimū quidem maleficium sine causa admittit. Offic. 3 a, Principia & causæ rerum. Att. 137 b, Causæ euentorum magis mouent, quàm ipsa euenta. Acad. 40 a, Quid est enim magnum, cū causas rerū efficientium sustuleris, de corpuseulorum concursione fortuita loqui? nostra tu physica nosti, quæ contingantur ex effectione & ex materia ea, quam fingit & format effectio. I. A. 222 a, Is mortem attulit, qui mortis causa fuit. & 171 a, Vt Helena Troianis, sic iste reipublicæ, causa belli, causa pestis & exitij fuit. & *ibid.* Vt igitur in feminibus causa est arborum & stirpium, sic huius luctuosissimi belli causa tu fuisti. & 170 b, Nulla causa cuiquam iusta esse potest contra patriam arma capiendi. Offic. 38 b, Nec vnquam bellorum ciuiliū semen & causa decrit, dum, &c. pro Cæll. 41 a, Reperietis hanc migrationem huic adolecenti causam omnium malorum fuisse. in Antonium 158 a, Nec erit iustior in senatum non veniendi morbi causa, quàm mortis. Attic. 241 b, Puto mercurio id quoq; esse causam. de Inu. 69 b, Atrocitas iniuriarum satisne causæ sit, quare, &c. pro Sest. 14 b, Nec erit ista causa illi, quare, &c. in Verr. 171 a, Pensum magis in Leontino agro est exigendum propter hanc causam, quod ipsi Leontini, &c. Attic. 118 b, Huius autem epistolæ non solum ea causa est, vt ne quis, &c. sed etiam hac iustior, vt, &c. de



&c. de Diuin. 137 a, Hanc credo causam somnandi de illo fuisse, pro Rab. 90 a, Quæ mihi iustissima causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolendum debet videri. & ibid. Cum omnibus civibus in eorum periculis semper iustam mihi causam necessitudinis esse duxi. pro Syl. 177 b, Quæ causa cæteros ad facinus impulit, ea Cincio non fuit. de Orat. 86 b, Mirari desinamus quæ causa sit eloquentium paucitatis. Att. 131 a, Lippitudinis meæ signum tibi sit librarij manus, & eadem causa breuitatis. Offic. 41 b, Eadem constituendarum legum causa fuit, quæ regum. de Am. 97 a, Quod autem non affuisses, valetudinem respondeo causam, non mœstitiam fuisse. de Fat. 147 b, Hoc enim modo viator bene vestitus, causa grassatori fuisse dicitur, cur ab eo spoliaretur. pro Qu. 10 b, Quibus omnibus causa iustissima est, ut scire potuerint, nulla cur mentiantur. pro Dom. 213 a, Sin autem ea rescinduntur, erit causa qua possimus, &c. *id est, cur, vel, quamobrem.* de Ar. 252 a, Quare autem de his dici suspicer, hæc causa est, quod, &c. ad Her. 10 a, Maior annis LX. & cui morbus causa est, cognitorem det. in Anton. 205 b, Causa consulibus de republica referendi fuit, ex eo quod fenatus me autore decreuit, &c. de Fin. 91 b, Causa enim fuit huc veniendi, ut quosdam hinc libros promerem. & 110 b, Scire cupio, quæ causa sit, cur Zeno descuerit, &c. de Orat. 95 a, Cuius quidem rei cum causam quaererem, quidnam esset, cur vt in quoq; &c. has causas inueniebam duas: vnã quod, &c. altera est hæc, de qua queri sæpe soleo. & 125 b, De me nulla causa est cur mentiar. Attic. 196 a, Sed erant causæ, cur hoc tempore istic esse nollem. pro Quint. 10 b, Eo die Romæ si fuit, causæ nihil dico, quin tibi vadimonium promiserit. & 15 b, Nunquid est causæ C. Aquili, quin si longè aliter possedit, quam prætor edixit, iste ex edicto non possederit? & 5 b, Cum in altera re causæ nihil esset, quin secus iudicaret ipse de se. Epist. 6 a, Quod si rarius fiet, id erit causæ, quod, &c. Att. 244 b, Sed tamen ne miraretur, cur, &c. hoc causæ sumpsi, quod, &c. & 130 a, Miror, quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. & 55 a, Dices, quid igitur causæ fuit? dicunt illi quidẽ pudorem meum, &c. pro S. R. 19 b, Si præter eam prædam quicquam aliud causæ inueneritis. de Cl. 167 a, Grandes erant verbis, compressione rerũ breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri. de Alcibiade, Crivia, & Theramene loquitur. de Nat. 69 b, Et ob eam causam, quia speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. Epist. 9 a, Hæc ad te ob eam causam maximè scribo, vt meditare, &c. in Verr. 128 b, Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cū periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reis eximere, si, &c. de In. 56 a, Quod si vos iudices legibus obtemperare debetis, quid causæ est, quin istum contra legem fecisse iudicetis? de Clar. 173 a, Hanc igitur ob causam videtur Lelij mens spirare etiam in scriptis. de Finib. 80 a, Et cognomen induit nullam aliam ob causam, nisi quod, &c. Att. 122 a, Hanc epistolam ad me referri volo, nec vllam aliam ob causam Pollucem seruam a pedibus meum Romanis misi. Epist. 25 a, Quid est causæ, cur mihi non in optatis sit completi hominem? Tusc. 190 a, Quidnam esse Brute causæ putem, cur, &c. I. A. 174 a, Quid fuit causæ cur Cæsarem non sequerere. de Orat. 100 a, Quod quidem certis de causis aliter existimatur. & Att. 85 b, His de causis credo, &c. Epist. 75 a, Quanquam iustus de causis rationes deferre properarim. Offic. 30 a, In quibus videndum est quid quisq; sentiat, atq; etiam qua de causa quisque sentiat. ad Her. 11 b, Pollicitus sum me daturũ causam, qua inductus Vlysses accesserit ad maleficium: *id est, allaturum.* Tusc. 164 a, Vetat enim Deus iniussu hinc nos suo demigrare: cum verò causam iustam Deus ipse dederit, nã ille vir sapiens lætus morietur. Ar. 245 b, Gaudeo mihi de toto hoc ostento datam nõ modò iustam, sed etiam necessariam causam esse dicendi. Ep. 182 a, Quare habeo gratiam Trebatio, qui mihi dedit causam harum literarũ. pro Syl. 177 b, Hic profectus est non modò ob causam, sed etiam causam necessariam. I. A. 170 b, Tu C. Cæsari causam belli contra patriam inferendi dedisti. & ibid. Causa eius belli in persona tua constitit. de Orat. 130 a, Non committam vt si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. de Amic. 112 b, Multæque causæ suspicionis offensionumq; dantur. de D. 109 b, Ac mihi quidem explicandæ philosophiæ causam attulit grauis casus ciuitatis. & ibid. Nisi quæ causa grauior obtulisset. I. A. 174 a, Ego ad illum belli ciuiliis causam attuli. Acad. 40 b, Causam autem probabilem tu quidem affers. Att. 170 b, Iustam causam affers, quod me hoc tempore videre non possis. de Nat. 3 b, Quæ causa nos impulerit, vt hæc tam serò literis mandaremus. Ep. 190 b, Nam quod huc properent in magistratum venire, causam non habet. pro Qu. 16 b, Testes, qui & scirent, & causam cur mentiretur, nõ haberent. Offic. 42 a, Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis, &c. Att. 256 b, Reuersionis has specio-

fas causas habeo, iustas illas quidem & magnas, sed nulla iustior quàm quod, &c. Epist. 145 a, In quo officio tuendo habeo causas plurimas, vel paternæ necessitudinis, vel, &c. vel, &c. Att. 151 b, Philargyro bene certè causam habuisti, & veram & bonam. pro Cl. 34 b, Modò ne hanc causam habeat ad iniuriam: corruptèdij iudicij causas ille multas & graues habuit, hic nullam. de Fat. 140 a, Cum omnes nouarum perturbationum causæ queri viderentur. I. A. 189 a, Quj cædis & incendiorum causam quæserit ex funere. de Fin. 131 a, Quare quotiescunq; dicitur, &c. intelligatur aliquam subesse eiusmodi causam, vt ex eo ipso possit intelligi, sibi quæq; esse charum. Att. 5 b, Nullam video grauem subesse causam. pro Syl. 171 a, Sed tamen te pro magnis causis nostræ necessitudinis moneo, &c. pro Dom. 215 b, His ducibus tu cū in fortunas locupletum per causam inopum, repentinos impetus comparares, nõnne, &c. I. V. 265 b, At quæ causa tum subijciebatur ab ipso huius tam nefariæ crudelitatis? eadem, quæ nunc in defensione commemorabitur. de D. 136 b, Cõferre causas, & quid in quaque sententiam dici possit, expromere. Qu. fr. 300 b, Certè enim scio te fecisse cū causa. de Ciu. 96 b, Equus sine causa repentè concidit. de Orat. 231 b, Nos cum causa dicimus vt proficiamus aliquid, illi totum diem & sine causa. Att. 211 a, De Varrone nõ sine causa, quid tibi placeat, tum diligenter exquirō. Att. 105 b, Nam id nisi graui de causa non fecisset. I. V. 55 a, Si consilij mei causam rationemq; cognouerit. Offic. 14 a, Causa autem & ratio efficiens magnos viros est in priore. Ep. 67 b, Explicare causas rerum. de Leg. 169 b, Sed nimirum me alia quoque causa delectat, quia si verum dicimus, &c. Attic. 102 a, Eiusq; rei causam verè explicas. pro S. R. 25 a, Verisimile non est odio fuisse parenti filium sine causis multis, & magnis, & necessarijs. \* de Or. 137 b, Hæ causæ sunt ad agendum & ad ornandum grauisimæ atq; plenissimæ, quæ plurimos exitus dant ad eiusmodi digressionem. I. V. 128 b, Cum verò abs te tui capitis causa peteret. pro Marc. 133 b, Non iam causæ sunt inter se, sed victoriæ comparandæ. Acad. 40 b, Tu omnium diuinarum humanarumq; rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Ep. 198 b, Meq; cum elicere vellet ad cædis causam. Qu. fr. 300 b, Cuius causa sanari non potest. de Orat. 129 a, Illo altero genere *distorum* causam illam disputationemq; elusit. & 135 b, Cum ad causam sum aggressus. ibi. Argumenta causæ. ibid. Quid habeat quæq; causa boni, quid mali. ibid. A malo autem vitioque causæ ita recedo. ibid. Et si causa est in argumentis, &c. Sin autem in conciliatione aut in permotione causa est. de Orat. 153 a, Atque horum superius illud genus causam aut controuersiam appellant, eamq; tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt.

¶ *Lis, iudicium, controuersia.* de In. 43 b, Causa est res quæ habet in se cõtrouersiam in dicendo positam, cū personarum certarum interpositione. vide de Orat. 96 b, & 115 b, 153 a, & Orat. 201 a, & Part. 253 a, Causarum genera tria quæ recipere debet orator, demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. ad Heren. 1 a, 3 b. de Inu. 43 b, 63 b. de Orat. 96 b. Top. 228 b, & 235 b, Ep. 132 a, Eam orationem tibi misi: velim sic legas, vt causam tenuem & inopem, nec scripturam magnopere dignam. Offic. 72 b, Regulus tum cum vigilando necabatur, erat in meliore causa, quàm si domi senex remansisset. de Nat. 59 b, Tu Cotta si me audias, eandem causam agas. Att. 102 b, Causam solum illa causa non habet, cæteris rebus abundat. pro Lig. 138 b, Ligarius habet meliorem causam quàm tu. de Orat. 85 a, Vfus, quem ex causis quas diximus, tot ac tantis consecuti sumus. de Cla. 172 a, Causam pro aliquo accuratè eleganterq; dicere. de Orat. 104 b, Nec ornatiùs causam suam dici passus est. pro Qu. 5 a, Priore loco dicere causam de capite suo. pro S. R. 28 a, Antea causam publicam nullam dixi. de Clar. 168 b, Nemo vnquam melius vllam orauit capitis causam. pro Sest. 6 b, Dicere causam de ambitu: *id est, reum esse de ambitu.* de Fin. 53 b, Dicere causam apud aliquem iudicè. de Orat. 112 b, Quæ quæstiones in foro atq; in ciuium causis disceptationibusq; versantur. de Orat. 127 a, Equites, apud quos tum iudices causa agebatur. de Orat. 94 b, Multitudo litium ac varietas causarum. Ep. 4 a, Causam enim frequenti senatu, magna inuidia eorum qui à te causam regiam aliò transferebant, obtinebamus. Ep. 2 a, In causa hæc sunt, Ammonius regis legatus aperit pecunia nos oppugnat. Att. 8 a, Vereor ne hæc causa neglecta à bonis, defensa ab improbis, magnorum in republica malorum causa sit. de Inu. 55 b, Quamobrem igitur leges seruari oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari conuenit. Ep. 5 b, Itaq; Alexandrina causa, quæ nobis adhuc integra est, videtur ab illo planè esse deposita. & 115 b, *Celij.* Et expectes quemadmodum exeat ex hac causa. Orat. 199 b, Thucydides laudatus est, vt rerum explicator prudens, &c. non



&c. non vt in iudicijs versaret causas. pro R. P. 123 b, Causa iudicata atq; damnata. de Orat. 127 a, In illa omni defensione atq; causa quod esse in arte positum videbatur perquam breuiter perstrinxi atq; attingi. ibid. His duabus partibus omnis est à me illa causa tractata. de Fin. 60 a, Itaq; cōcedo, quod modò dicebas, cadere causa, si qui è nostris aliter existimant. de In. 69 a, A causa caditis, qui nō quemadmodum oportet, agit. Ep. 192 a, Quod si scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato causa cadent. pro Mur. 126 a, Si turpe existimas te aduocato, illum ipsum quem contra veneris, causa cadere. de Orat. 118 a, Siue ex crimine causa constet vt facinoris, siue ex cōtorteria vt hæreditatis, siue ex deliberatione vt belli, siue ex persona vt laudis, siue ex disputatione vt de ratione viuendi. \* pro C. Corn. 1, Quam ego causam longè aliter prætor in concione defendi. ibid. Causam lege Varia de maiestate dico. con. C. Ant. Cuius tu consilium in tua turpissima causa delegisti. de Inu. 55 b, Medicina corporis causa est instituta. de Orat. 127 a, Si in alijs causis intellexissent. Top. 227 b, Definitum genus quæstionis est, quod ἡρώτων Græci appellant, nos causam possimus nominare. Causa certis personis, locis, temporibus actionibus, negotijs cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. Top. 228 a, Omnis quæstio earum aliqua de re est, quibus causæ continentur. Epistol. 198 a, Suscepi causam libertatis. ibid. Quinquatribus frequenti Senatu causam tuam egi non inuita Minerua. Iner. Est causa difficilis laudare puerum.

¶ Cum potestate vocis Propter, vel Pro. Epist. 254 a, Te abesse mea causa molestè fero, tua gaudeo. & 227 b, Peto à te maiorem in modum, vt honoris mei causa, hac laude Hypsonem affici velis. de Finib. 56 b, Vt aut voluptates omitantur, maiorum voluptatum adipiscendarum causa: aut dolores suscipiantur, maiorum dolorum effugiendorum gratia. Anteq. 195 b, Omnium salutis causa decedam. in Vat. 30 b, Tu me charum esse dixisti populo Rom. nō tam mea causa quam reip. nomine. Epist. 239 a, Dolabellæ causa & cupio & debeo. Attic. 245 a, Te rogo vt hoc honoris mei causa suscipias.

¶ Excusatio. I. V. 4, O causam singularem: ô defensionem miseram. Verr. 3, Omen magis patribus conscriptis, quam causa placuit.

† Syntaxis. Causa perfecta, principalis, adiuuans, proxima, continens, antecedens, necessaria, remota. Causam habere. Causam alicui esse. Id causa est. Causa est cur id agam, & quod. Causam quero, quidnam. Causæ sunt, cur. Quid est causa? Nihil est causæ, cur. Ob eam ipsam causam. Si des causam iustam: id est, occasionem. Causam mentiri. Speciosas causas habere: id est, occasiones. Pro magnis causis amici: a rogo. Causa & ratio. In meliore es causa: id est, status. Dicere causas: id est, agere. & In causis orationem habere. Orare capitibus causam. Causam obtinere. Deponere causam: id est, omittere. Ex causa exire: id est, à iudicio abire. Causa iudicata, condemnata. Cedere causæ. A causa cadere. Id agas mea causa. Illius causa debeo. Causam accipio: id est, excusationem.

CAVSIDICVS, ci. non satis peritus causæ patronus. de Orat. 101 b, Non enim causidicum, nescio quem, neq; proclamatorem, aut rabulam conquirimus, sed, &c. Orat. 199 b, Causidicum quendam sequuntur: non illum quidem amplum atq; grandem: subtilem & elegantem tamen, & qui in forensibus causis possit præclare consistere.

CAVSORIS, causam assero. pro Quin. R. 51 b, Nunquid causare, (al. Num quid causæ est) quin ab iudicio abeas turpissimè victus? de Orat. 142 a, An ætatem afferet? id est, causabitur?

CAVSULA, æ. de Opt. 243 b, Lysias paruorum rerum causas scripsit.

CAVTE, callidè. pro Cl. 42 a, A me tamen omnia cautè pedentimq; dicentur. de Diuin. 111 a, & de Leg. 180 b, Sed animaduerti, Quinte, te cautè ab ijs rebus, quæ sensibus perciperentur, abducere diuinationem.

CAVTIO, onis, prouiso. Offic. 9 b, Liberalitas habet multas cautiones. Tuscul. 212 a, A malis natura declinamus, quæ declinatio si cum ratione sit, cautio appellatur. Epistol. 177 b, Quæ cautionem non habent, de ijs non ita valde laboro. pro Mar. 134 a, Tua enim cautio, nostra cautio est. de Diuin. 119 b, Omnis enim prædictio mali tum probatur, cum ad prædictionem cautio adiungitur. de Am. 111 a, Omnino horum vitiorum atque incommodorum summa cautio est atq; vna prouiso, vt ne nimis citò diligere incipiamus. Att. 19 a, Vt priuatis rebus meis adhibeam quandam cautionem & 70 b, Chartam tibi deesse mea cautio est. de Orat. 136 b, Neq; illa mea cautio atq; timiditas in causis negligenda est. pro Fl. 152 b, Defendendi facilis est cautio, latibulis occultorum locorū. pro Sest. 6 a, Hunc Pompeius omni cautione, scelerate, execratione deuinxerat, nihil contra me esse facturum. pro Font. 276 a, Videte quò descendam iudices, quam longè videat à consuetudine mea &

cautione ac diligentia discedere. pro Q. R. 53 a, Est hoc & ex conditione iuris, & consuetudine cautionis firmissimum testimonium. Epist. 103 b, Itaque quando vestre cautiones firmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. pro Dom. 239 a, Cautiones fiebant pecuniarum. Orat. 210 a, Persecutionum cautionumq; præceptio in iure ciuili. \* Q. fr. 302 a, Quæ ad te scripsi, scripsi propter diligentiam cautionis meæ.

† Syntaxis. Cautio est declinatio. (Hic genus cautionis.) Cautione habet res. Cautio & prouiso. Cautiones sunt pecuniarum. Persecutio & cautio in iure ciuili. Adhibenda cautio.

CAVTORIS, \* de Orat. 105 b, Ita & tibi iuriscōsultus ipse pro se nihil nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cautior (al. cantor) formularum, auceps syllabarū. pro Sest. 6 a, Nisi ipsum cautorem alieni periculi suis proprijs periculis terruisset.

CAVTUS, a, um: & CAVTIOR, tuis, prouidus, protectus, pro S. R. 38 a, Is putatur parum cautus prouidusq; fuisse. Qu. fr. 393 a, Cautus & diligens. contra Rul. 65 b, Cautus in periculis, non timidus in contentionibus. I. A. 244 a, Nemo minus timidus, nemo cautior. & 247 b, Sapientia cautiorebus vritur consilijs, est omni ratione protectior. pro S. R. 27 b, In eam partem potius peccant, quæ est cautior. pro Cec. 295 a, Quid verbis satis hoc cautum erat? minimè pro Cec. 287 a, Vt mulieri res esset cautior, curat, &c. Quin. fr. 328 a, Te volo cautum esse in scribendo. Att. 265 b, Cauta & moderata liberalitas.

† Syntaxis. Cautus ac prouidus. Cautus ac diligens. Consilia cautata. Res cautæ. Cauta & moderata liberalitas.

CAVVS, a, um, concauus. de Nat. 54 a, Ventriculus, in quem sanguis à iecore per venam illam cauam influit. \* Toc. lib. Qua caua funda patet.

CE, particula. I. V. 62 a, Atq; huiusce rei iudicium iam continuo video futurum. & 72 b, Ea cupiditas, qua per hosce annos in quibusdam iudicijs vltus es. pro S. R. 19 a, Bona patris huiusce Sex. Roscij. pro S. R. 36, Nullum ius tam sanctū est, quod non eiusce vis atq; perfidia violaret. & ibid. Capito illum acuire, hos fallere: illum identidem monere, vt eaueret, hisce insidiosè spem falsam ostendere, cum illo contra hos inire cōsilia, horum consilia illi enunciare: cum illo partem suam depacisci, hisce omneis aditus ad Syllam intercludere. de In. 84 a, Hæce inter se necesse est cōparari: id est, honestatè & incolumitatè, quas supra diximus. pro S. R. 23 b, Testes in hunc & accusatores huiusce pecunia comparant. de Orat. 89 b, Quis nescit maximā vim existere oratoris, in hominū mentibus vel ad iram aut odium aut dolorè incitantis: vel ab hisce iisdè permotionibus ad lenitatem misericordiamq; reuocadis? & 91 a, Sic in orationib⁹ hisce ipsis iudiciorū, concionū, & c. id est, de quibus loquimur. Tusc. 185 a, Natura nihil habet præstantius quam honestatem, quam laudè, quam dignitatè, quam decus. hisce pluribus nominibus vnā rem declarari volo. Ep. 50 a, Hisce temporibus non pessimè cum ijs est actum, qui, &c.

CECROPS, pis, rex vetustissimus Athenis. de Leg. 183 a, Nam & Athenis iam ille mos à Cecrope, vt aiunt, permansit, corpus terra humani.

CEPENDVM, abeundum. Epist. 168 a, Dandus est locus fortunæ: cedendum ex Italia. Attic. 115 b, Rectè sic censeo, cedendum de oppidis ijs.

CEDENS, tis, concedens, abiens. de Nat. 57 a, Vita beata nulla re, nisi immortalitate cedens cælestibus. Attic. 79 b, Hostes cedentes ab oppido Cassius infecutus est.

CEDITVR, impersonale. Tusc. 149 a, Deinde ita magnos nostram ad ætatem, vt non multum aut nihil omnino Græcis cederetur.

CEDO, dic, da, exhibe. I. V. 93 a, b, Cedò, mihi ipsis Verris testimonium recita. de Cl. 192 b, Cedò quæso orationes. sunt enim & dic. & c. I. V. 209 b, Cedò tabulas. I. V. 98 b, Cedò mihi leges Atinias. de Diu. 138 b, Cedò tandem, qui sit ordo somniorū? de Sen. 81 a, Cedò, qui temp. tantam amissisti tam citò? Att. 153 a, Vidisti igitur virum, vt scripseras? ingemisti? certè, cedò reliqua. & 259 b, Obuiam mihi sit tabellarius, & ego statim: Cedo, inquam, si quid ab Attico. I. V. 130 a, Cedò, cui Siculo, cum is reus fieret, cuius Romanus cognitor factus vnquam sit. \* I. V. 153 b, Cedò mihi vnum ex triennio præturæ, qui octupli damnatus sit. I. V. 149 a, Vnum cedò autorem tui facti. pro Sest. 24 b, Cedò nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio concionem. de Fin. 70 b, Sed cedò caput cœnæ.

CEDO, is, concedo, locum do, me retraho. de Nat. 42 b, Quacūq; mouemur, aër videtur quasi locum dare & cedere. pro Mil. 120 a, Ego cedam atq; abibo. Anteq. 196 a, Non illis victus cedo, sed incolumibus vobis me condono. pro S. R. 38 a, Nam ille lanista iam à gladiatore cessisse videtur. Ep. 53 b, Cedere tēpori. I. V. 143 a, Ea aut erat sceneratio huiusmodi,



vt etiam hic quæstus huic cederet. de Cl. 185 a, Maiores consequi non poterat, & minoris necesse erat cedere. Attic. 280 a, Cedere precibus alciuius, de Cl. 166 b, Tibi ætas nostra cedit, fæcesq; summittit. pro Milon. 116 a, Cedere alicui possessione horrorum. Att. 228 a, Cedere alicui domo. de Leg. 191 a, Vi opprimi in bona causa melius est, quam malè cedere. de Orat. 136 a, Non fugiendi hostis, sed capiendi consilij causa cedere, pro Cec. 285 a, Cedere alicui in aliqua re, vel in agendo aliquid. Ep. 2 b, Luculli sententia cedit religioni de exercitu. de Leg. 157 b, Te historiam tractante effici potest, vt in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus. Tusc. 198 a, Cur succumbis cedisq; fortunæ? Par. 122 b, Cui quidem quæ maximam vim habere dicitur, fortuna ipsa cedit. Epist. 13 b, Metellus, qui summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit. \*pro Sest. 15 a, Metu periculi vestri, non mei, furori hominis, sceleri, perfidix, telis, minisq; cessi. pro Sest. 17 b, Ille verò eidem tempore, quo nos eiusdem furori, eiusdem consilij, eiusdem minis, insidijs, periculis, cessit. ibid. Cesseram inuidiæ, temporij, armis, pactiõni, Reipubl. Hortens. Nec in philosophia cuiquam cessi, & vitæ grauitate præstitit. in Pis. 95 a, I. A. 164 a, Offic. 16 a, *Cedant arma togæ.*

¶ *Abeo, discedo.* de Orat. 162 b, Aeschines propter ignominiam iudicij cessi Athenis. pro Milon. 117 b, Cedere ex ciuitate. Attic. 145 b, Si Cn. Italia cedit, in vrbe redeundum puto. Anteq. 193 b, Cedo inuitus de rep. cedo oppressus de fortuna, de dignitate. Attic. 282 b, Cedebas enim, Brute, cedebas: quoniam Stoici vestri negant fugere sapientis. Oct. 329 a, Cedam tibi in præsentia foro & curia. de Sen. 91 b, Horæ quidem cedunt, & mensis, dies & anni. de Clar. 165 a, Hortensius è vita cessit. de Inu. 84 a, Concedere alteri: id est, cedere.

† Syntaxis. *Cedo ex oppido, ex Italia. Vicius cedit. Fortunæ cedere. Voluntate cedere. Cedere foro, vrbe. Cedere, & abire. Cedunt anni. E' vita cedere: id est, mori.*

**CEDRVS**, dri, arbor odorata. Tusc. 200 b, Cedrum incendamus. alia: *hedychroum*, quod vnguentum est ad niuidam curem efficiendum.

**CELEBER**, & **CELEBRIS**, bre: & **CELEBERRIMVS**, quod celebratur, frequentatur, & colitur, præclarum, honestum, honorificum. ad Her. 7 a, Locus quæritur celebris an desertus. pro Pomp. 10 a, Portus celeberrimæ & plenissimus nauium. pro Ar. 186 a, Antiochiæ (nam ibi natus est loco nobili, & celebri quondam vrbe.) pro Dom. 242 b, Vrbs partes celeberrimæ & maximæ. Att. 191 b, Nihil video, quod tam celebre esse possit. de Diu. 88 a, Nunquã illud oraculum tam celebre, & tam clarum fuisse, nisi, &c. I. P. 87 a, De mea salute, P. Lentuli. Cn. Pompeij, cæterorumque principum celeberrimæ & gratissimæ conciones fuerunt. I. A. 261 a, Hic dies me celeberrima pop. Rom. gratulatione auxit. de Am. 97 b, Ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætissimosq; vidit, illum clarissimum fuisse, cum, &c. I. V. 160 b, Clara res est tota Sicilia celeberrima atq; notissima. & 177 b, Cùm in foro celeberrimo, tanta frequentia hoc tibi obiectum esset.

† Syntaxis. *Locus, portus, vrbs, res, oraculum, concio, gratulatio, forum celebre. Celeber portus, ac plenus. Celebre atque clarum oraculum. Dies celebræ, ac lætus. Celeber, & notus. Ferè semper summo gradu, Celeberrimus.*

**CELEBRANDVS**, a, um, laudandus, ornandus, decorandus. de Inu. 71 a, Summæ virtutis celebrandæ causa Graij de Graijs æternum inimicitiarum monumentum statuerunt. de Orat. 101 b, Senectuti verò celebrandæ & ornandæ quod honestus potest esse perfugium, quàm iuris interpretatio? pro Mur. 142 a, Huius in morte celebranda, grauius tulit pop. Roman. hanc peruersam sapientiam Tuberonis. de Orat. 95 a, Ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus celebrandas, inter nosq; recolendas.

**CELEBRATIO**, onis, laudatio. pro Pl. 279 b, Nihil ex meis est temporibus quod minus mea celebratione commemoratum sit: id est, prædicatione.

¶ *Frequentatio.* pro Syl. 181 a, Quæ domus? quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas?

¶ *Administratio, editio.* Att. 250 a, De celebratione ludorum Bruti tibi assentior.

**CELEBRATVS**, a, um, frequentatus, diuulgatus, illustris, præclarus, honoratus, laudatus. de Clar. 194 b, Cùm iam in foro celebratum meum nomen esset. pro Cluent. 24 b, Res clara, atq; omnium sermone celebrata. pro Mur. 127 a, Vir nulla illustri laude celebratus. I. A. 171 a, In rebus celebratissimis sermone omnium versor. de Or. 101 b, Qu. Mutij ianua maxima quotidie ciuium frequèta celebratur. pro Dom. 241 b, Hoc delatum tum est ad vos Pontifices, pòst omnium sermone celebratum, quemadmodum iste omnia fecerit, &c. pro Cæl. 38 b, Quod omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisq; celebratum est. pro Flac.

160 a, Quid porrò in Græco sermone tam tritum atq; celebratum est, quàm, &c. Qu. fr. 294 b, Quod ita esse, constanti fama atq; omnium sermone celebratum est. pro Fl. 164 a, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum conuentu epulisq; celebratum est. de Per. 212 b, Sed quæ dicta sunt omni superiore oratione, eadem ad celebratum rumorè valent. de Orat. 153 a, Nunc apud Philonem harum causarum cognitio exercitatioque celebratur. pro Sest. 27 b, Aliquem literis & memoria esse celebratum. de Diu. 80 b, Nec vnum genus diuinationis publicè priuatimque celebratum. pro Plan. 279 a, Laudes C. Cæsaris pop. Rom. plurimis iudicijis video esse celebratas. I. A. 166 b, Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati. I. P. 90 b, Qui dies quasi deorum immortalium festi atq; solennes sunt aduentu meo celebrati. Acad. 2 a, Ea ferè sunt & Græcis literis & Latinis celebrata.

**CELEBRITAS**, stis, hominum casus, concursus. Att. 41 a, Odi celebritatem, fugio homines, lucem aspicere vix possum. Att. 48 b, Celebritas mihi odio est. Attic. 45 a, Ego propter viæ celebritatem non commoui me adhuc Thessalonica. & 214 b, Hic locus nunc habet celebritatem maximam. pro Dom. 228 a, Nullis vnquam comitijs campus Martius tanta celebritate omnis generis hominum floruit. Tusc. 220 b, Mercatus, qui haberetur magno ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate. pro Cæl. 47 b, Sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate & clarissima luce lætatur. de Leg. 183 a, Sublata etiam erat celebritas virorum & mulierum. \*pro M. Scaur. Propinquitas & celebritas loci tollit suspicionem. de Inu. 50 b, Opportunitas quæritur ex celebritate loci. in Pis. 93 b, Celebritatem domesticam nobis es antelaturus? Epist. 233 a, Si offendet me loci celebritas.

¶ *Fama, laus, honor, dignitas, & splendor.* Qu. fr. 298 a, Theatrum celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum. pro Ar. 186 b, Hac tanta celebritate famæ cum esset iam absentibus notus, Romam venit. Offic. 42 a, Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis & nominis à patre acceptam. Epist. 96 b, Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum distinemur. pro Mil. 118 b, Clodius spoliatus illius supremi dici celebritate: id est, funere & exequijs. Offic. 53 a, In maxima celebritate atque in oculis omnium viuere. de Orat. 154 b, Cùm Olympiam venisset in maxima illa quinquenniali celebritate ludorum. Item, Consequi celebritatē sermonis hominum: id est, famam. \*Tusc. 154 a, Eademq; famæ celebritate Tyndaridæ fratres habentur Dii.

† Syntaxis. *Ob celebritatem. Via celebritas, Hominum mercatus, domestica celebritas. Frequentissima celebritas. Theatri, iudiciorum, & sermonis celebritas. Celebritate florere. Locus habet celebritatem.*

**CELEBROSAS**, orno comitor. Att. 53 b, Similisq; frequentia & plausus me vsq; ad Capitolium celebrauit.

¶ *Orno, honesto.* I. P. 86 a, Qui frequentia sua egressum vestrum ornauerunt ac celebrauerunt. I. C. 116 a, Quamobrem Quirites celebrato illos dies cum coniugibus & liberis vestris: erepti enim ex crudelissimo interitu vicistis. I. A. 223 a, Semper illius virtutem omnium mortalium fama celebrabit. de Fin. 86 b, Celebrare memoriam nominis alicuius post mortem.

¶ *Frequentio.* pro Sest. 44 b, Is ideo viam munivit, vt tu eam alienis viris comitata celebrares? \*I. A. 222 b, Semper illius grauitatem, constantiam, fidem, præstantiam, in Republica tuenda curam atq; prudentiam, omnium mortalium fama celebrabit.

¶ *Confirmo.* de Orat. 157 a, Tertius ille modus transferendi verbi latè patet, quem necessitas genuit inopia coacta: pòst autem delectatio, iucunditasq; celebrauit. pro Mur. 145 b, Quibus in locis paucis antè diebus factum esse Consulem Murenam nuncijs literæq; celebrassent.

**CELEBRORARIS**, frequentor. pro Mur. 241 a, A quibus si domus nostra celebratur, diligenter obseruari videmur. de Pro. 73 b, Cæsaris literis, fama, nuncijs celebrantur aures quotidie meæ nouis nominibus gentium victarum. I. V. 89 b, Celebratur omnium sermone lætitiæq; conuiuium. Att. 19 a, Conuentus, qui initio celebrabantur, iam diu fieri desierunt. pro Sest. 26 a, Viæ multitudine legatorum vndique missorum celebrabantur. \*Attic. 37 a, Domus celebratur.

¶ *Fio.* pro Dom. 239 a, Seruorum omnium vicatim celebratur tota vrbe descriptio.

¶ *Ornor.* pro Ar. 288 a, Celebrari dies festos ludorum. pro Milon. 120 b, Nos omni in hominum cœtu gratijs agendis, gratulationibus habendis, omni sermone celebramus. pro Rab. 122 b, Quod sermo hominum ad memoriam patrum virtute celebratur. Item: Natura impellit vt hominum cœtus, & celebrari inter se, & sibi obedire velit. pro Fl. 149 a, Ludi quos in palatio nostri maiores fieri celebrariq; voluerunt. pro Arch. 189 b, Cuius ingenio putabat ea quæ gesserat,



gesserat, posse celebrari. & 190 a, Quorum ingenijs hæc feruntur, ab ijs pop. Romani fama celebratur. pro R. P. 129 b, Hæc laus poetarum carminibus celebratur. Epistol. 67 a, Nomen vt nostrum scriptis illustratur & celebratur tuis. p. Sect. 24 a, Hæc fama celebratur. pro Syl. 167 b, Quorum studio ac dignitate celebrari hoc iudicium & ornari vides. \* pro Marc. 132 a, Bellicæ tuæ laudes celebrabuntur, illæ quidem non solum nostris, sed penè omnium gentium literis atq; linguis.

† Syntaxis. *Celebratus locus, ianua, ludus, ludii, sepulchris. Celebrare frequentia, sermone, cōuentu, epulis, maledictis, honore, literis, memoria, aduētū, plausus celebrat aliquē. Celebrare dies memoriam. Aures celebrantur nuncijs. Illustrare & celebrare. Via celebrata.*

**C E L E R I S**, & **C E L E R I O R**, incitatus, volucer, velox. (Tardus, segnis, lentus. de Fin. 132 a, Configebat tardus celeres, stans volantes. ex *Asio*. pro Dom. 228 a, Videbam celerem mihi reditum fore. Orat. 216 b, Mens, qua nihil est celerius. ad Her. 21 a, Si cōtendemus, per continuationem brachio celeri, mobili vultu vtemur. de Orat. 116 b, Oratione celeri & concitata dicere. Oct. 330 b, O miseram & in breui tam celerem & tam variam reipublicæ commutationem. † Syntaxis. *Celer datur menti, reditui, brachio, orationi, commutationi. Celer & concitatus, Celer & varius Reip. status.*

**C E L E R I T A S**, *tis, velocitas, pernitas.* (Tarditas. Tusc. 215 b, Velocitas corporis, celeritas appellatur. p. S. R. 34 b, Quid hæc tanta festinatio celeritatisq; significat? de Diu. 138 a, Id enim & celeritas significat, & vis eorum. & Nat. 55 a, Palpebræ clauduntur & aperiuntur identidem cum maxima celeritate. & 12 a, Deum assidue versari circum axem cæli admirabili celeritate. I. A. 205 a, Celeritate opus est: qua si effemus vsq; bellum nullum haberemus. & 199 b, Legatorum nomen ipsum belli celeritatem morabitur. Epist. 156 b, Adhibere celeritatem in aliqua re. Offic. 26 b, Cauendum est ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Acad. 42 b, In pedibus est celeritas, vis in manibus. p. Qu. 16 b, Tum illam incredibilem celeritatem protuli. pro Fl. 156 b, Homo volubilis præcipiti quadam celeritate dicendi. Orat. 215 b, Breuitate & celeritate syllabarum verba procliuus labi. de Orat. 95 b, Non queritur mobilitas linguæ, celeritas verborum. & 92 b, Exercitatio eloquendi celeritatem incitat. Att. 258 a, Aiunt enim cum Cæsariana vti celeritate. I. A. 226 b, Quem nisi in via quidam retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceret. \* de Senect. 93 a, Cùm tanta celeritas animorū sit. p. C. Cornel. 1, In quo cùm multa reprehensa sint, tum in primis celeritas actionis. de Clar. 184 b, Orator proximus optimis numerabatur propter verborum bonitatem, & expeditam ac profluentem quodammodo celeritatem. I. V. 253 b, Hæc Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis. Acad. 31 a, Quæ terra cùm circum axem se summa celeritate conuertat & torqueat. Acad. 42 b, Naturæ celeritatem ad discendum & memoriã dabant. de Vniu. 199 b, Eorum trium orbium Deus fecit partes celeritates.

† Syntaxis. *Celeritas inest corpori, Deo, festinationi, orationi. Festinatio & celeritas, Celeritas & vis, Celeritatem adhibere, & celeritatem suscipere. Celeritas expedita, & persuens, Exercitatio celeritatem incitat.*

**C E L E R I T E R**, **C E L E R I V S**, *ciid, breui tempore, maturè, quàm primum, propediem.* Att. 249 b, Librum tibi celeriter mittam. Ep. 31 a, Quod vt putabamus, celeriter eras facturus. & 131 b, & 43 b, Lætor virtute alterius principis iam pridem inuētutis, celeriter (vt spero) ciuitatis. de Diuin. 93 a, Nam illud mihi celeriter nunciatum est. I. V. 169 a, Vt ed celerius de isto transigamus, quò maturius ad Apronium possimus venire. \* Ep. 191 b, *Lentuli*. Nisi ego tantam pecuniam tantaq; præsidia, & tam celeriter Cassio dedissem. Ep. 192 a, Id egi, vt per quos celerimè posset, Asia prouincia vectigaliaq; in vestram potestatem redigerentur. *ibid.* Celerius Asia excessisset.

**C E L E R I V S C V L E**, ad Her. 20 b, Celeriusculè dicere.

**C E L E R I M E**, de Fin. \*

**C E L E R O**, *as, celeritate vtor, celeritatem suscipio, festino.* de Vniu. 201 a, Vnum, quod semper vno modo celeraret.

**C E L I M O N T A N V S**, *a, um.* I. P. 92 b, Celimontana porta.

**C E L L A**, *a, templi, sacellum, locus vbi aliquid reconditur & asseruatur. vt granū, vinum, oleum, carnes, & quicquid ad penum pertinet.* cōtra R. 84 a, Capua cella & horreum Campani agri. I. V. 59 b, Cùm frumentū sibi in cellā imperauisset. & 194 a, Pecunia qua frumentū tibi emeris in cellā. & 109 b, M. Cato sapiens cellam penuariã reip. nostræ nutricè plebis Romanæ, Siciliã nominauit. & 190 b, Cùm ex Sicilia & ex legibus frumentū ei in cellā sumere liceret. & iterū 191 a, I. A. 173 a, Conchiliatis peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres. Att. 234 a, Cui totā villā cellamq; tradidi. de Sen. 89 a, Semper boni & assidui domini referta cella vinaria, olearia, & penuaria est. Top. 222 a, Cellis vinarijs & o-

learijs plenis relictis. I. P. 94 a, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atque decupa. I. A. 189 b, Armatus in cella Concordiæ includit. & 164 a, Cùm in hac cella Concordiæ cum gladijs homines collocati stent.

**C E L S I T A S**, *tis, elatio, excelstitas.* Offic. 56 b, Est secundum naturā celsitas & animi magnitudo. *aliàs Excelstitas, ex Nonio.*

**C E L S V S**, *a, um.* & **C E L S I S S I M V S**, *sublimis, erectus, elatus.* de Nat. 54 a, Deus homines humo excitatos cellos & erectos constituit. Tusc. 236 b, Vir celsus & erectus, & omnia quæ accidere possunt, parua ducens. de Orat. 100 a, Aliquē celsum & erectum vagari huc & illuc. pro Syl. 167 b, Celsissima sedes dignitatis. de Diuin. 82 b, *-celsa è vertice montis.* Orat. 202 a, Status celsus & erectus.

**C E L T I B E R I A**, regio. I. A. 233 a.

**C E L T I B E R I**, Tusc. 389 a. de Offic. 8 b.

**C E M I N O R I S**, *vrbs.* Epist. 245 a.

**C E N S A**, censorum. \* de Consulatu suo: Quorum luxuries fortunata censa pepent.

**C E N S E N D I**, I. V. 75 b, Frequentia, quæ conuenit vndique censendi causa.

**C E N S E N D V S**, *a, um, perpendendus.* Parad. 125 a, Si censenda nobis atq; æstimanda res sit, vtrum pluris æstimabimus pecuniam Pyrrhi, & cætera: an continentiam Fabricij? \* pro Flac. 162 b, Sintne ista prædia censui censendo iibid. Si aliena censendo Decianus sua facere posset.

**C E N S E O**, *es, arbitror, puto, existimo, statuo, decerno, æstimo, censum habeo, æstimationem habeo.* Att. 265 b, Quid mihi animi in nauigando censere fore? & *ibid.* Quid dero tempore anni actuaria fore censere? de Orat. 142 b, Sed nunc quoniam id temporis est, surgendum S. C. ex memoria vrbis, Quirites, quid Senatus censuerit exponam. Att. 284 b, De cæteris rebus quid fenserim, quidq; censuerim, audisse te arbitror. de Cl. 184 a, Cùm censerem remissione vocis me periculum vitare posse, in Asiam profectus sum. I. A. 221 b, Ego sic interpretor sensisse maiores, vt causam mortis censuerint, nõ genus esse quærendum. & 190 b, De ea re ita censeo, vt C. Panfa, & c. Epist. 2 b, Crassus treis legatos decernit, nec excludit Pompeium: censet enim etiam exijs qui cum imperio sunt. I. V. 101 a, Consules, si eis videbitur, primo quoque tempore ad hunc ordinem referant, ita vt de republica fideq; sua censuerint. \* pro Flac. 162 a, Num aliter censuit Senatus?

¶ *Æstimo.* pro Flac. 163 a, In qua tribu deniq; ista præda censuisti? & *ibid.* Voluisti magnum agri modum censere. \* *Alij censeri legunt.*

**C E N S E O R I S**, *existimor.* Att. 129 b, Aliter video censeri Marcello & cæteris, qui hic sunt.

¶ *Censum pator.* I. V. 136 b, Quinto quoq; anno Sicilia censetur. erat censa Prætorè Peduceo: quintus annus cùm te prætorè incidisset, censa denuò est. Attic. 17 b, Ne absens censere, curabo edicendum & proponendum locis omnibus: sub lustrum autem censeri Germani negotiatoris est. \* pro Flac. 162 a, Si aliena censendo sua facere posset. Vide **C E N S V S**, *a, um.*

† Syntaxis. *Mihi aliter censetur. Censetur Sicilia. Censa vrbs.*

**C E N S O R**, *oris, qui præest moribus populi, magister morum, præfectus moribus.* de Legib. 185 a, Censores populi æuitates, soboles, familias, pecuniasq; censito: vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor: populi partes in tribus distribuunt: exin pecunia ciuitatis ordines partiunt: equitum, peditumque prolem describunt: cælibes esse prohibent: mores populi regunt: probrum in senatu ne relinquunt: bini sunt: magistratum quinquennium habent: reliqui magistratus annui sunt, eaq; potestas semper esto. pro Cl. 44 b, Censor præfectus moribus, & magister veteris disciplinae & seueritatis. Epistol. 45 b, Cùm hæc scribebam, Censorem iam te esse sperabam, eò breuior est hæc epistola, & vt aduersum magistrum morum modesto. pro Cæl. 42 b, Is fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister. pro Dom. 239 b, Censor, penes quem maiores nostri iudicium senatus de dignitate esse voluerunt. pro Cl. 44 a, Quod item facere censores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduersione. Offic. 75 b, Eosque à censoribus omnibus ignominijs notatos. pro Dom. 338 a, Q. Metellus C. Attinium ex senatu censor reiecerat. pro Dom. 229 b, Vbi cauisti, ne me loco, Censor in Senatu legetet? & 230 a, L. Philippus censor patrem tuum præterijt in recitando senatu. de Or. 134 a, Africanus censor militem quendam ignaum notauit ac tribu mouit. pro Cl. 42 a, C. Geta à L. Metello & Cn. Domitio censoribus ex senatu eiectus est. & *ibidem*, Video igitur iudices animaduertisse censores in iudices quosdam illius iudicij Iuniani, cùm istam ipsam causam subscriberent. & *ibidem*, Atque etiam ipsi inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, vt alter alterius iudicium



ciūm non modò reprehendat, sed etiam rescindat, vt alter de senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet. vt alter in ærarios referri, ac tribu moueri iubeat, alter vetet. de Or. 151 b, Putaui esse censors, ne longius id serperet prouidere. \* I. V. 134 a, In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ summæque faciendæ censori permittitur. de Leg. 193 b, Hæc detur cura Censoribus: quando quidem eos in Repub. semper volumus esse: apud eosdem qui magistratu abierint, edant & exponant quid in magistratu gesserint: deque ijs Censores præiudicent. ibid. Rationes referri causamque exponi Censoribus.

† Syntaxis. *Censor notat, tribu mouet, animaduertit in iudicis.*  
**CENSORIUS**, a, um. quod Censoris est, qui Censor est, vel fuit. de Orat. 142 b, Sed vide ne quid Catulus attulerit religionis, opus hoc censorum est: id autem committere, vide quam sit homini turpe censorio. I. P. 81 a, Magistra censoria. de Pro. 79 a, Censorium iudicium, ac notio I. P. 81 b, Iudicium ratioque censoria. ibid. Censoriam potestatem minuere. Quif. 297 b, In pactionibus faciendis non legem spectare censoriam, sed commoditatem considerandi negocij, & liberationem molestiæ. pro Cl. 26 a, Tabule publicæ censoriæ Latini corruptæ. de Pro. 79 a, Censorium iudicium ac notionem de ciuitate esse sublatam. pro Cluent. 42 b, Censoria subscriptio & notatio censoria. pro Cæl. 44 b, Censoria grauitas. pro Cl. 41 b, Censoria animaduersio. & 44 a, Censoriæ seueritatis nota non inureretur.

\* Syntaxis. *Censorii opus, homo, iudicium, magistra, notatio, ratio, potestas, lex, tabula, subscriptio, grauitas, animaduersio, seueritas.*  
**CENSURA**, æ, censoris dignitas. Att. 60 a, Sanè velim scire, num censum impediunt tribuni diebus inuitandis (hic enim est rumor) totaque de censura quid agant, quid cogitent. de Inu. 52 b, Gracchus pater, quem pop. Roman. ob id factum, quod infulcentem collega in censura nihil egisset, post censuram consulem fecit.

**CENSUS**, a, um. qui venit in censum. (Incensus. pro Arch. 187 b, Eum qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue. L. CENSUS. in Verr. 98 a, Cùm is vnicam filiam haberet, neque census esset, &c. de Orat. 100 a, Quæritur is qui domini voluntate census sit, si non sit conditum iustrum, sine liber? pro Arch. 187 b, Illis censoribus nullam populi partem esse censam. \* pro Flacc. 162 a, Censu es mancipia Amyntæ. ibid. Cùm te audisset seruos suos esse censum.

**CENSUS**, sus bonorum æstimatio, & ipsa bona. pro Cecin. 304 a, Populus cùm in censum vendit, hoc iudicat, cùm ij qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum qui cùm liber esset, ceteri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. pro Cornel. 55 b, Is furatus esset ciuitatem, genus suum e mentitus, irrepisse in censum dicitur. Att. 60 a, Scire velim, num censum impediunt tribuni diebus inuitandis. pro Flac. 157 a, Homo sine honore, sine existimatione, sine censu. pro Cluent. 47 b, Eas se tamen ab eo balneas non ex libris patris, sed ex tabulis & ex censu quærere. in Verr. 121 b, Censu qui isto prætoris sunt habiti, non seruaturum se Metellus ostendit. 134 a, Siculi ex censu quotannis tributa cõferunt, & in censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ summæque faciendæ censori permittitur. pro Cl. 45 b, Africanus cum esset censor, & in equitum censu, C. Licinius sacerdos prodijisset, clara voce dixit, se scire illum verbis conceptis peierasse. Parad. 125 b, Æstimatio census. pro Arc. 287 b, At census nostros requiris, &c. pro Flac. 162 b, Prædia etiam in censu dedicasti. ibid. Sintne ista prædia censui censendo?

† Syntaxis. *In censum venire, irrepere. In censum prodire equitum. Sine censu homo. Esse censui censendo prædia. Æstimatio census.*  
**CENTAURUS**, i, monstrum ex homine & tauro conflatum, nubis pro Iunone & Ixionis congressu. de Nat. 96 b, Nubium vna centauros genuisse dicitur. & in Arat.

*Sin humeros medio in calo Centaurus habebit,  
 Ipseque carulea coniectus nube feretur,  
 Atque Aram tenui caligans vestiet umbra,  
 Ad signorum obitum vis est menenda Fauoni. ibid.  
 Ille autem Centaurus in alta sede loatur.*

de Diuin. 100 b, Quid cùm in Capitolio istus Centaurus ex cælo esset?

**CENTENS**, a, um. centum. Parad. 125 b, Centena festertia.  
**CENTESIMAE**, v, surge dicuntur, cùm pro singulis centenis duodena quotannis persoluantur: quia ideo centesima appellatur, quod in centum mensibus id accipitur: id est, iorem adaquet. vel potius quia singulis mensibus in fœnis centesima sortis pars impenditur, mirum à mensura solutione. Attic. 83 a, Centesimas me obseruaturum dixi, cum anatocismi anniuersario. & ibid. b, Qui centesimis cum anatocismo contentus non esset. & ibid. Nam aut bono nomine centesimis contentus erat, aut non bono quaternas centesima sperabat. & ibid. Vt centesimæ perpetuo fœnore ducerentur: id est, sine anatocismo.

*cismo.* Brut. 289 b, Tributum ex centesima collatum \* Attic. 6 b, A Cæcilio propinqui minore centesimis nummum mouere non possunt. pro Rab. 127 b, Vtrum accessionem decumæ, vt nostri facere coactores solent, centesima, an decessionem de summa fecerit.

† Syntaxis. *Centesimas obseruare, ducere perpetuo fœnore. Ex centesima collatum tributum. Centesima cum anatocismo.*

**CENTIES**, Centies, sexages, & ceteris huius formæ, cùm de pecunijs loquimur, addendum est, centum millia, scilicet tertium nummum. I. P. 98 a, Nonne H. S. centies & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? I. A. 268 a, H. S. ducenties.

**CENTRUM**, tri, locus medius in sphaera. Tuscul. 156 b, Terra in medio mundi sita ad vniuersi cæli complexum, quasi puncti instar obtinet, quod κέντρον illi vocant.

**CENTVM**, pro Milon. 113 a, Serui centum dies penes accusatorem fuerunt. \* Offic. 49 a, Nondum centum & decem anni sunt, cùm.

**CENTVMVIRALIS**, le. de Orat. Centumvirale iudicium. & 99 a, lactare se in causis centumviralibus.

**CENTVMVIRI**, orum. decemviri, centumviri, & cetera huiusmodi nomina delectorum virorum sunt, ad aliquod munus obendum. Nam centumviri iudices erant rerum capitalium. de Orat. 99 a, Res delata est ad centum viros. & ibid. b, Quid qua de re inter Marcellos & Claudios centumviri iudicauerunt. \* de Orat. 99 b, Quid verò clarissima M. Curij causa & M. Coponij nuper apud Centum viros, quo concursu hominum, qua expectatione defensa est?

**CENTVRIA**, æ, centum homines. erat enim populus Romanus in centurias distributus. I. V. 243 a, Præco qui te toties seniorum iuniorumque centurijs illo honore affici pronunciauerit. de Orat. 133 a, Cùm M. Scipio ex centuria sua renunciaret Acidinum consulem, præco ei dixit, Dic de L. Manlio, &c. I. A. 212 a, & de Pet. 209 b, 210 a, & pro Mur. 141 b, Idem centurias equitum sine suffragio esse voluit. pro Pomp. 4 a, Prætor primus centurijs cunctis renunciatus sum. de Cl. 186 b, Itaque paucæ centuriæ ad consulatum defuerunt. pro Dom. 242 a, Vobis campus centuriarumque vna vox omniumque, &c. pro Mil. 109 b, Illa augusta centuriarum auspicia. Postq. 310 a, Vt eadem centuriæ quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent cõtra Rull. 72 b, Deinde ornat eum mulis, tabernaculis, centurijs, supellectili. \* con. C. Anton. Te collatione centuriarum esse sublectum.

**CENTURIATIM**, aduerbium, per centurias. pro Fl. 149 a, Tributim & centuriatim descriptis ordinibus.

**CENTURIATVS**, a, um in centurias distributus, descriptus. pro Dom. 20 b, Centuriata & curiata comitia. & cont. Rull. 71 b, De lege centuriata & curiata. de Leg. 193 a, De comitijs centuriatis.

† Syntaxis. *Centuriata comitia, & lex.*

**CENTURIATVS**, tus, centurionis munus. pro Pomp. 11 a, Imperator, cuius in exercitu veniant centuriatus, atque venierint. I. P. 98 a, Quid centuriatus palam venditos? eequid recordaris?

**CENTVRIOS**, as, in centurias distribuo, centurias conficio. Attic. 260 b, Varroni quidem displicet consilium pueri: mihi non, firmas copias habet: Brutum habere potest, & rem gerit palam, centuriat Capuæ, dinumerat.

**CENTVRIORIS**, ris. Postq. 200 b, Cùm homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriarique vidissem.

**CENTVRIOS**, onis, centuria præfectus & dux. pro Mur. 132 a, Nihil tibi ex ista laude centurio, nihil præfectus decerpit. pro Cor. 62 a, L. Martius primipili centurio cum Gaditanis fœdus icisse dicitur. & I. C. 107 a, \* Manlius iste centurio qui in agro Fesulano castra posuit, bellum populo Rom. suo nomine indixit. Ep. 243 b, Cùm quinque cohortes sine centurione vilo apud Philomelum confedisissent.

**CENTVRIPAB**, atum, oppidum. I. V. 211.

**CENTVRIPINVS**, a, um. I. V. 122 a, Ciuis Centuripinus. I. V. 253 a, Ceturipina quadrimem. & b, Centuripina nauis.

**CEPHALEDITANI**, I. V. 134 b.

**CEPHALVDVM**, oppidum. I. V. 134 a.

**CERA**, æ, Tusc. 171 b, Persæ mortuos cera circumlitos condunt. de Orat. 159 b, Sed verba nos cum iacentia sustulimus è medio, sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus & fingimus. de Nat. 65 b, Si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset. \* Frag. Epist. Ceris delitis. 3, de Nat. deor. Fictor è cera. I. V. 58 b, Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. I. V. 95 a, In codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit. pro Flac. 154 a, In illo testimonio ceram esse videmus. ibidem, Cera deprehensa considerem totius testimonij fictam audaciam manifestò comprehensam atque oppressam teneri.



**CERAMICVS**, ci. locus *Athenis*. de Finib. 57 a, Statua est in Ceramic Chryssippi. de L. 183 a, \* Propter has amplitudines sepulchrorum, quas in Ceramic videmus, lege sanctum est.

**CERAMIVM**, mij. locus *Romæ*. Att. 54 a.

**CERARIVS**, rij. qui ceram tractat. vel. *Cerarium*, rij. pro eo quod cere nomine penditur. \* I. V. 189 a, Ex omni pecunia certis nominibus deductiones fieri solebant, premium pro spectatione & colloquio: deinde pro necio quo cerario. ibid. Cerarium verò quid vocas?

**CERATVS**, a, um. cera inductus & illitus. I. V. 58 b, Tabella cerata cera legitima, non illa in fami ac nefaria.

**CERBERASTES**, stri. L. SERPENTER.

**CERBERVS**, ri. Tusc. 150 a, Triceps apud inferos Cerberus. de Nat. deor. 68.

**CERCOPUS**, copis. de Nat. 22 b, Orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse Cercopis.

\* **CEREALIA**, ium. ludi in Cereis honorem instituti. Attic. 29 a, Emetferam commodè ex Antio in Appiam ad Tres tabernas, ipsis Cerealibus.

**CEREBRVM**, bri. in capite unum ex visceribus. Tusc. 152 a, Alijs pars quaedam cerebri visa est animi principatum tenere. ibid. Alij in cerebro dixerunt animi esse sedem.

**CERES**, tis. frugum numen. de Nat. 38 a, Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. ex quo illud Terentij: Sine Cere & Libero friget Venus. de Nat. 39 b, A gerèdis frugibus Ceres tanquam Geris. & 70 a, Ceres est à gerendo, &c. De sacris Cereris. pro Cornel. 66 a, Sacra Cereris, &c. I. V. 223 a, Sacra Cereris per mulieres ac virgines confici solita. de Nat. deor. 38 a, Cerere nati Liber & Libera. & 10 a, Terra, quæ Ceres diceretur.

**CEREVS**, a, um. ex cere factus. de Nat. 65 b, Omne cereum commutari potest. & 15 b, Fingere aliquid in cereis aut fictilibus figuris.

**CEREVS**, rei. fax cerea. Offic. 68 a, Omnibus vicis statuae factae sunt, ad eas thus & cerei.

**CERIMONIA**, æ. religio, cultus, religio sacrorum. in Ver. 274 b, Quorum sacra maximis & occultissimis ceremonijs continentur. pro Corn. 66 a: Sacra Cereris summa maiores nostri religione confici cerimoniaque voluerunt. de In. 70 b, Religionem eam quæ in metu & ceremoniam deorum sit, appellat. & 82 a, Religio est quæ Dei curam ceremoniamque affert. pro Rab. 96 a, L. Flaccus homo in sacerdotio, ceremonijsque, quibus præerat, diligentissimus pro Dom. 219 b, At etiam alio modo sit constitutus de religione pontificum, quam ceremoniarum ius coegerit. de Ar. 247 b, Stas solennes: ceremonias pontificatu contineri. & 252 a, Sacrificium, quod sit incredibili ceremonia. & 248 b, Omnia solennia ludorum omnibus rebus summa cum ceremonia sunt seruata. I. V. 243 b, Facere ludos maxima cum ceremonia. pro S. R. 37 b, Qui legationis ceremoniam polluerit. contra Rull. 69 b, Domitius, quod per ceremonias populi fieri non poterat, ratione affectus est, vt, &c. de Leg. 181 a, Hoc summam religionem ceremoniamque declarat. & 164 a, Cerimoniarum religionesque in deos tolluntur. pro Dom. 235 a, Hic sacre religionis ceremoniam continentur. Tusc. 155 b, \* Idque Pontificio iure & ceremonijs sepulchrorum intelligi licet: quas maximis ingenijs præditi nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexplabili religione sanxissent.

† Syntaxis. *Cerimonia maxima, & occultissima, stas, solennis, incredibilis. Religio & cerimonia. Metus & cerimonia Deorum. Cerimonia in Deos, ludorum, sepulchrorum.*

**CERNO**, nis. video oculis: sed sapius animo. ad Her. 41 a, Vt de eo si dicas, qui multas hæreditates adierit, prospice tu, qui plurimum cernis. Tusc. 158 a, Ne nunc quidem oculis cernimus quem videmus. \* 2. Academ. Aut nihil superum, aut obscure admodum cernimus.

¶ *Animo.* Epistol. 67 b, Cerno iam animo, quanto omnia vberiora futura sint. I. C. 120 b, Vidcor mihi videre, &c. cerno animo, &c. de Orat. 157 b, Quæ cernere & videre non possumus. de Nat. 11 b, Cernere animo, videre mente. Topic. 222 b, Cernere atque intelligere aliquid animo. Topic. 221 a, Verecundè tu quidem vt omnia, sed tamen vt facile cernere te ardere studio, mecum, vt tibi illa traderem, egisti.

¶ *Quæro, respicio, sequor.* de Legib. 166 a, Gratus est, qui in referenda gratia non suum commodum, sed cum ipsum, cui refert gratiam, cernit.

¶ *Adeo, æstimo.* contra Rull. 74 a, Hæreditatem creuimus. Epistol. 133 b, A te autem peto, vt me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere: id est, adire. Attic. 86 b, Is fratris Appij amorem erga me cum reliqua hæreditate creuit. Attic. 219 b, & 220 a, Non committendum est, vt iniussu meo cernat, &c. Att. 181 a, Pridie nonarum ex testamento creui hæreditatem. & 188 a, Galeonis hæreditatem creui. \* de Leg. 173 b, Quibus Dijs creuerint, procuranto. & 185 b, Quotcumque prætores Senatus creuerint, populusve iusserit.

**CERNOR**, ris. iudicor, discernor, æstimator. Topic. 227 b, Causa certis personis & locis cernitur. Offic. 13 b, Omnino magnus animus duabus rebus maximè cernitur? Part. 236 a, Atque hæc quidem virtutes cernuntur in agendo. Tusc. 232 b, Res genere, non numero cernuntur. \* Acad. Quæ aliqua ex parte cerni videantur.

¶ *Agnoscor.* de Diu. 129 b, Quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus.

† Syntaxis. *Cernere hæreditatem. Cernere animo, cernere atque intelligere animo.*

**CERTAMEN**, nis. certatio, contentio, prælium. de Nat. 79 a, Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen. de Orat. 85 a, Et consulari deuenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen. Brut. 91 b, Magnum mihi est cum illo certamen. de Diu. 100 a, In bello, in quo maius erat certamè & discrimen salutis. pro Fl. 150 a, Qua de re etiam inter deos certamen fuisse proditum est. de Orat. 138 a, In ipso illo gladiatorio vitæ certamine, quo ferro decernitur, multa fiunt ante congressum. Offic. 8 b, Cum altero certamen honoris & dignitatis est. de Clar. 195 a, In patrocinio Siciliensi maximè in certamen veni cum Hortensio. Epistol. 154 a, Si à certamine belli tam necessarij me remouissem. Acad. 47 a, Instituire sibi certamen cum aliquo. Tusc. 188 b, Descendere in aliquod certamen. de Finib. 79 a, Et certamen honestum, & disputatio splendida.

† Syntaxis. *Certamen alicui cum aliquo esse. In certamen deuenire, descendere. A certamine se remouere. Certamen instituire cum aliquo. Belli certamen. Certamen & discrimen.*

**CERTANS**, tis. Tusc. 243 b, Adolescentium greges Lacedæmone vidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, morfu. \* Epistol. 148 b, Planci. Habeo, &c. prouinciam summa contentione ad officia certantem.

**CERTATIM**, pro Sest. 19 b, Cum omnes certatim alius alio grauius atque ornatius de mea salute dixissent. I. A. 128 b, Certatim posthac mihi crede ad hoc opus curretur.

**CERTATIO**, onis. contentio, comparatio. pro Quint. 12 b, Non fuit mihi par certatio cum illo. de Legib. 185 a, Cum populus iudicasset, per populum multæ pœnæ certatio esto. de Am. 102 b, Atque hæc inter eos sit honesta certatio. de Leg. 174 a, Quod sine curiculo & certatione corporum fiat. \* de Fin. 74 a, Relinquitur non mihi cum Torquato, sed virtuti cum voluptate certatio. Quam quidem certationem Chryssippus non contemnit, totumque discrimen summi boni in eadem comparatione positum putat. de Leg. 177 b, Iam ludi publici sint corporum certationes cursu & pugillatione, luctatione curriculaque equorum vsque certam victoriam circo constitutis: cauea, cantu, voce, ac fidibus & tibijs.

**CERTATVR**, de Orat. 99 a, Iudicia in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate ac iure certatur.

**CERTÈ**, scilicet, profectò, certò, sine dubio, sine ulla controuersia. Attic. 48 a, Causam nostram Pompeius certè suscepturus est. Attic. 198 b, Drusus enim certè vendere vult. Quint. frat. 300 b, Certè enim scio te fecisse cum causa. de Clar. 175 b, & Attic. 252 a, Certè enim boni aliquid attulimus, & nouimus fortasse. pro Mar. 131 b, Et certè in armis locorum opportunitas multum valet. Attic. 128 b, Nam certè neque tum peccauimus, &c. neque cum, &c. de Diu. 112 a, Si deus scit, certè illud eueniet: sin certè eueniet, nulla fortuna est. pro Sest. 20 a, Num illo die fuerit? certè non fuit. Attic. 7 a, Quod te modeste ferre certè scio. Attic. 55 b, Certè scio te auere, &c. I. Ver. 76 b, Iste certè staturerat non adesse. pro Fon. 277 b, Quod certè scire potes, &c. Attic. 255 a, Quod quidem certè enitar. & 195 a, & 288 a, Certè quidem negas te nosse. de Diu. 113 a, Certè igitur ignorare melius est. de Nat. 2 a, Alterum profectò potest, &c. alterum certè non potest, &c. Tusc. 234 a, Vbi est animus? certè quidem in te est. Acad. 26 b, Hæc sunt falsa sanè, inuidiosa certè non sunt. Orat. 210 a, Ad dignitatem docere non habet, certè si quasi in ludo: sed si, &c. I. A. 192 a, Hoc insperatum omnibus, consilium, incognitum certè cepit.

¶ *Saltem, cum As.* Tusc. 174 a, Homines mortem optare incipient, vel certè timere desistant. Att. 142 a, Tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudens, at certè ab optima fide proficiscetur. Att. 105 a, Atque certè ille agere debuit. & 256 a, Et si quamuis non fueris impulsor & suator, approbator certè fuisti. de Orat. 61 b, Nobis si ingenium, vt tu putas, non maximè defuit, doctrina certè & ocium, & hercule studium illud dicendi acerrimum defuit.

¶ *Rectè.* de Fin. 83 b, Epicurus naturales diuitias dixit parabiles esse, quod paruo esset natura contenta, certè, nisi voluntatem tanti æstimaretis: id est, rectè diceret Epicurus, nisi, &c.

† Syntaxis. *Certè quidem. Si non prudens, at certè amicus.*

**CERTO**, certè. Epistol. 57 b, Cætera, quæ tibi à multis prompta esse certò scio, à me sunt paratissima. Attic. 38 a, Nam id te cupere certò scio. Ep. 81 a, Aliquid iam actum putabam: non



quod ego certò sciam, sed quod haud difficilis erat coniectura. & 78 b, Ab altera te ipsum nunquam timuisse certò scio. & 131 a, De quo etiam nihil scribente me, te non dubitare certò scio. Attic. 37 b, Sed certò videntur hæc aliquid eruptura. Tuf. 244 a, Nihil ita expectare quasi certò futurū.

† Syntaxis. *Certò scio. Certò id videtur. Certò id futurum est.*  
**CERTO**, as. *decerto, contendo, belliger, certamen mihi est cū aliquo.* de Orat. 115 b, Annibal, qui tot annos cum pop Rom. de imperio certauit. de Cl. 180 a, Cum aliquò dicacitate certare. Acad. 17 a, Certare cum aliquò pugnaciter de aliqua re. I. C. 108 a, Certare cum vñris fructibus prædiorū. in Ant. 226 b, Qui duorum fratrum ætatibus mediis interiectus vitijs cum vñroq; certabat. \* con. C Anton. Qui in sua ciuitate cū peregrino negauit se iudicio æquo certare posse. de Petit. consulat. 206 a. Se Romæ iudicio æquo cum homine Græco certare non posse.

† Syntaxis. *Certare cum aliquo dicacitate, & de aliqua re. Pugnaciter certare.*

**CERTVS**, a, um. **CERTIOR**, **CERTISSIMVS**. *non dubius, non incertus, compertus, aperius, manifestus, notus, exploratus, minimè dubius, raris, nihil habens dubitationis, in quo nulla dubitatio esse potest, quod manu tenetur, vel in manibus habetur, in præsentia aig; ante oculos.* de Nat. 62 a, Græci, quæ affirmant, certiora esse dicunt, quàm quæ apud Sagram. Att. 95 a, De Cælio adhuc nihil certi habebamus. & 81 a, Sed posthac quæ certa non erunt, pro certo negato & 44 a, Ad me, obsecro te, vt omnia certa perscribas. de Nat. 3 a, Quid quæq; de re certi habes, scire cupio. de Fat. 142 b, Quoniam in Fabio certum ponitur, ortum esse cum canicula oriente. Att. 260 a, Omnia igitur velim explices, & ad me certa mitas. & ibid. Tu mihi de his rebus quæ nouantur omnia certa, clara. Attic. 248 a, Ita cum placui, & quidem c c c m. certa, reliqua in spe. Epist. 70 a, Non habeo certum, quæ te res hinc retrahat. Attic. 7 b, Neque id ipsum tamen certum habeo. Epist. 157 b, Is tamen adhuc viuuit, & dicitur victurus: sed tamen de hoc mihi parum certum est. & 17 a, Mihi non tam de iure certum est (quanquam ne id quidem valde dubium est) quàm illud, &c. & 108 b, Quem enim impedimento futurum putas, cum de nobis certum sit nos quieturos. & 175 a, Hycem credo adhuc prohibuisse, quo minus te certum haberemus. pro Syll. 174 a, Respondit se nescire certum. Epist. 141 a, Cras ad te fortasse: sed cum certum sciam, faciam te paulò ante certiorē. Attic. 159 a, Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam. & 193 b, Orobio opinor, sed certum nescio. & 152 a, De aduentu Cæsaris pro certo habebamus. & 276 b, Nō nunciabatur quicquid pro certo haberemus. de Nat. 35 b, Neq; enim mundum pro certo rotundum esse dicitis. Att. 152 a Nunciatum est nobis Cæsarem ad v i i i. calendarum Capuæ, hoc pro certo putauimus. Epist. 124 b, Præterea nunciatum nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. de Cl. 195 b, Dicere aliquid pro certo. pro Quin. 2 b, Is non ita institutus est vt iura societatis & officia certi patris familiæ nosse possit. in Ant. 226 b, Certi fines Macedoniæ certissima conditio, certissimo modo erat etiam illius exercitus: cum Vatinij verò legionibus quid erat Antonio? Ep. 185 a, Vt Antonio ex senatus sententia certas res nunciarent. pro Pomp. 5 a, Aguntur certissima populi Rom. vestigialia. pro Quint. 6 a, Certos mihi fines terminosq; constitui, extra quos, &c. de Nat. 45 b, Qui tam certos cœli motus, tam ratos astrorum ordines viderit. Epist. 36 b, Primo duo capita epistolæ tuæ nihil habent, quod aut definitum sit aut certum, nisi me, &c. de Nat. 64 a, Stellæ curius certos & constantes habent. de Nat. 9 b, Cleanthes æthera certissimum diem iudicat. I. V. 59 b, Qualis erat ista tua accusatio? quæ domestici periculi, metu certissimi & maximè criminis non modò suspicionem, verum etiam mentionem ipsam pertimescat. pro Sestio 14 a, Hoc summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum.

† *Ratum, & confisusum.* pro S. R. 23 b, Certum est deliberatumq;, quæ ad causam pertinere arbitror, omnia dicere. de Orat. 121 a, Mihi certum est à iudicijs causisq; discedere. contra Rul. 87 a, Pro certo polliceor hoc vobis atq; confirmo, & me, &c. Att. 103 b, Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. p. S. R. 32 a, Quod certum est non facere. Att. 205 b, Sibi certum est Romæ manere. & 5 a, Mihi abiurare certius est, quàm dependere. & 247 a, Certum mihi est ad Brutum transire. & 5 a, Certius tibi est me esse hic, quàm mihi te istic.

† *Iudis, securus, fidelis.* Attic. 77 a, Habebam paucis diebus certos homines, quibus dare poteram. Ep. 6 a, Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, nō prætermittam. I. P. 89 a, Deorum hæc sunt in impios pœnæ certissimæ cōstitutæ. Qu. fr. 307 b, Tu velim quamprimum bona & certa tempestate conscendas,

† *Aperius, publicus, notus, infamis.* Qu. frat. 300 a, Certissimus matricida. Att. 248 a, Quem tu illo certiorē nebulonem? pro S. R. 32 a, Iam intelliges certum crimen, quibus suspicionibus coarguatur.

† *Peculiaris, quidam, definitus, selectus, proprius.* de Somn. 127 b, His certus est in cœlo ac definitus locus. Orat. 216 b, Certa quædam & definita lex. pro Marc. 133 b, Certorum hominum ferociam extimescens. de Cl. 170 a, Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. Att. 117 b, Ei statim rescripti, hominemq; certum mihi de comitibus meis. pro Dom. 218 b, Hanc nostram coniunctionem certi homines fictis sermonibus diremerunt. de Orat. 100 a, Certis quibusdam verbis diuortium fieri. & 107 b, Altrictus certa quadā moderatione pedum. & 108 a, Quod quidem certis de causis aliter existimatur. de In. 55 a, Vt certum quiddam & breue exempli causa ponamus. de Orat. 112 b, Infinitum genus quaestionū. (Certum, in quo quid in personis, & in confisuta re, & definita quaeritur. & 119 b, Hæc artem requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur. pro Qu. 5 a, Tribuni, à quibus cum esset certum auxilium petitum, tamen, &c. de Somn. 130 a, Eluiones terrarū, quæ accidere tempore certo necesse est. de Leg. 183 b, Et huic procuracioni certum magistratum præferat. de Diu. 126 a, Cum videretur certo in loco silicem cædere. & 99 a, Elis in Peloponneso familias duas certas habet aruspicinæ nobilitate præstantes. de Inu. 55 a, Sed vtraque suo loco posita vim suam tanquam propriam & certam obunet. pro Quint. 14 a, Diffido satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consistere. pro Cor. 60 b, Vidi ego quosdam Athenis numero Iudicū, atq; Arcopagiarum certa tribu, certo numero. de Or. 146 b, Sunt certa vitia, quæ nemo est quin libenter fugiat. Offic. 24 a, Implicari aliquo certo genere cursuq; viuendi. de Inu. 79 a, Cur in certa verba iurent, cur certo tempore conueniant, certo discedant. de Diu. 104 b, Certis rebus certa signa percurrere. I. V. 13 a, Cephale di mensis est certus, quo mense, &c. pro Quin. 6 a, Totam causæ meæ dictionem in certas partes diuidam.

† *Commonestur, gradu comparationis.* Attic. 136 a, Feceris igitur commodè, mihi que gratum, si me de his rebus, & si quid erit aliud, quod scire opus sit, feceris certiorē & 135 b, Pompeius certiorē me sui consilij fecit. & 127 b, Vtinā tui consilij certior factus essem. Brut. 92 b, Me velim de tuis rebus consilijq; facias diligentissimè certiorē. Att. 10 a, Tu quid agas, vbi sis, cuiusmodi istæ res sint, fac me quàm diligentissimè certiorē. Att. 10 a, Tu velim me certiorē facias, quid de meis mandatis egeris, atque etiam quid de negotio tuo.

† Syntaxis. *Nihil certi habeo, siquid, aliquid. Id certum non ponitur in re. Certa misere, scribere. Habere certum. Certum esse alicui de aliqua re. De iure certum non est. Nondum te certum habemus: id est, de te nuncios certos. Nescire certum. Pro certo habere de: putare, haberi, polliceri. Certum est abire: id est, decerno. Certis hominibus dare literas. Certus nebulosus. Sunt certa vitia, quæ, &c. In certas diuidere partes. Certus & confirmatus animus: id est, fortis. Certiorē facere, &c.*

\* **CERVA**, æ. de Nat. 51 a, Cervæ paulò ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ Sefelis dicitur.

\* **CERVI CŪLA**, æ. I. V. 158 a, Taménne putamus patronū tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum?

**CERVI X**, cis. *posterior colli pars, audacia.* de Diu. 136 a, Testudo capite breui, ceruice anguina. I. V. 258 a, Prætorē tu accusas: frange ceruicem. Or. 202 a, Nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorū. I. A. 231 b, Post aut ceruicibus caput abscedit. I. V. 257 b, Cum istius auaritię pœnā collo & ceruicibus suis sustineret. de N. 12 b, Itaq; impouisti in ceruicibus nostris sempiternū dominum. pro Mtr. 143 a, Qui ab illo in speculis atq; insidijs relictus, in capite, atq; in ceruicibus nostris resisterunt. de Nat. 58 a, Boum terga non sunt ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum. Attic. 282 a, Puer qui à ceruicibus nostris auertisset Antonium. pro Mil. 116 a, Ego Clodij furores à ceruicibus vestris repuli. I. C. 114 b, Non faciliè tantam molem mali à ceruicibus nostris depulsemus. pro S. R. 23 b, Dare ceruices alicui. I. A. 202 a, Dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ. Anteq. 196 a, Ore oppresso ceruices esse præbendas. Tusc. 240 a, Gladium demitti iussit, vt impendèret illius beati ceruicibus. 197 b, Legionæ ad urbem adducere, & eas in ceruicibus nostris collocare cogitat. ad Her. 21 a, Sin erit in demonstratione sermo, paululum corpus à ceruicibus demitemus. pro Dom. 242 a, Remp. in hac causa vestris ceruicibus sustinetis. pro Sestio 26 b, Qui tanta munia suis ceruicibus sustinent, & 22 a, Vt aliquo præsidio caput & ceruices, & iugulum ac latera tutetur. I. V. 178 a, Bene agis, tamen si qui erunt tantis ceruicibus recuperatores, qui audeant in prouincia, cum prætor adsit, contra voluntatem eius iudicare: id est, sanso animo.



† Syntaxis. *Cernices frangere, præbere, dare. A' cornicibus pellere, repellere, depellere. Caput abscindere cernicibus. Collo & cernicibus sustinere. In cernicibus collocare legiones. Quis tanti est cernicibus: id est, tanto animo?*

CERULA, æ. *cera.* \* Att. 245 a, Vereor ne *curnigis* miniata cerula tua pluribus locis notada sint. Att. 258 a, Cerulas tuas minifutulas illas extimefcebam.

CERVSSATVS, ta. *cernissa illius & dealbatus, seu fuscatus.* I. P. 84 b, \* Ceruffata buccæ.

CERVVS, ui. Tusc. 205 a, Natura ceruis & cornicibus vitam diurnam dedit.

CESENNA, æ. *vrbs.* Epist. 267 a.

\* CESONINVS, ni. post redit. in Sen. 207 a. de Prouinc. cōsul. 70 b, Cesoninum Caluentium per contemptum appellat L. Pisonem.

CESPES, tis. pro Cecin. 296 b, Non esse arma cespites neque glebas.

CESSATIO, nis, *intermissio.* Epist. 266 b, Sic tu etiam, si quid scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsisse videaris. de Nat. 21 b, Epicurus nihil cessatione melius existimat. de Leg. 157 b, Legationem aliquā nimirum historia postulat, aut cuiusmodi quampiam cessationē liberam atq; ociosam.

CESSATOR, ris, *piger, lentus, segnis.* Quint. frat. 326 a, De libris Tyranno est cessator, Chrylippo dicam, sed res operosa est. Quint. frat. 326 b, Cūm Electram & Troadam scripseris, cessator esse noli. Epistol. 137 b, Hæc tibi antea non scripsisti, non quod cessator esse solem, præsertim in literis, sed, &c.

CESSIO, onis, *cedo, cessi.* Top. 223 a, Abalienatio est eius rei, quæ nasci potest, aut in iure cessio, aut, &c.

CESSO, as, *nihil ago, vaco, ferio, cessator sum, conuiesco, languo.* de Nat. 6 a, Isto tam immenso spacio quæro Balbe cui pronoe vestra cessauerit. de N. 79 a, Cur tam multos deos cessare & nihil agere patitur? de N. 79 a, & 21 b, At pueri etiā cūm cessant, exercitatione aliqua delectantur. Att. 26 a, Deniq; aliquid aliud extabit, ne tibi planē cessasse videamur. Epist. 265 b, Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo, lego autem libentissimē. Qu. fra. 320 b, Cicero noster, dum ego adsum, non cessauit apud Rhetorem. Acad. 39 a, Nec tamen istum cessare, sed celare quæ scribat existimo.

¶ *Moror.* pro Pro. 72 a, Alterum, si tabellarij non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere.

¶ *Desino, finem facio, desisto.* Quint. frat. 325 b, Illos libros scribere non cessauit, neque cesso. de Sen. 79 b, Gorgias centum & septem compleuit annos, necvquam in suo studio & opere cessauit. Attic. 177 a, Ille non cessat de nobis detrahere. Qu. fr. 306 a, Sin, &c. ne cessaris me certiore facere, vt accurram. & 307 a, De ædificatione tua Cyrum vrgere non cesso.

† Syntaxis. *Cessare, & nihil agere. Cesso dicere, vrgere. Cessat tabellarius: id est, tardus est, morosus. Cessare in studio, & opere.*

CETARIVS, rij, *qui magnorum piscium mercaturam exercet.* Off. 30 b, Cetarij, lanij, coqui, factores, piscatores, &c.

CETVS, ti, *piscis, ingens piscis, belua marina.* de Nat. 48 b, —Centaurus Cedit, equi partem properans subiungere cetis, aliis, & rectius, chelys.

CEOS, vel CEVS, ei, *insula.* Att. 74 a.

CEVS, ea, um. \* de Orat. 141 a, Simonides Ceus. & 154 b, Prodicus Ceus. de Diuin. 107 b, Vti enim Cæos accepimus ortum caniculæ diligenter quotannis solere feruare, coniecturamq; capere. Alij Ceus legunt.

CHALCEDONIVS, ia, *ab vrbe Chalcedone.* Acad. 42. de Orat. 154.

CHALCIDICVS, a, *idem.* de Nat. 64.

CHALDAEORVM, *Babylonij.* pro Mur. 129 b, A quibus dies tanquam a Chaldæis petebantur. de Diu. 80 a, Assyrij qua in natione Chaldæi non ex artus, sed ex genis vocabulo nominati siderū scientiam putantur effecisse. & 99 a, Chaldæi in Syria cognitione astrorum solertiaq; ingeniorum antecellunt. & 193 b, Chaldæi in prædictione & in notatione cuiusq; vitæ ex natali die credendum non esse. Tusc. 169 a, Chaldæorum promissa.

CHALDAICVS, a, um. de Diu. 126 b, Scilax totū hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.

CHAONIA, regio. Att. 92.

CHARACTER, eris. Orat. 209 a, Sed iam ipsa forma restat, & character ille qui dicitur. item: In omni re difficillimum est formam, quod *regulæ* Græcè dicitur, exponere optimi, quod aliud alijs videtur optimum. Qu. fr. 37 b, Dic mihi num aut res, aut *regulæ* non delectat?

CHARITAS, tis, *amor, studiosa propensio.* de Am. 111 a, Ipse se quisq; diligit, non vt aliquam a seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quod per se quisq; sibi charus est. de N. 25 b, Hominiū charitas & amicitia gratuita esse debet. de Am. 102 a, Sensum diligendi & benevolentiae charitatem a na-

tura gigni. de Fin. 59 b, Liberalitas, qua qui vtuntur, benevolentiam sibi conciliant, & quod aptissimum est ad quietē viuendum, charitatem. de Amic. 101 b, Ea charitas, quæ est inter natos & parentes, quæ dirimi nisi detestabili seclere non potest. de Am. 109 b, Cūm cogniti sunt & regum filij inuenti, retinet tamen charitatem: *id est, animi propensione ingeniam*, in pastores, quos patres suos diu esse crediderūt. Att. 280 b, Vt charitas liberorum amiciores parentes reip. redderet. de Orat. 127 b, Hæc res amorē magis cōciliat, illa virtutis defensio charitatem. & 150 b, Parcendum est autē maximē charitati hominū, ne temerē in eos dicas, qui diliguntur. pro Sest. 15 a, Patriam, quæ mihi erat charissima, propter ipsius patriæ charitatem reliqui. Offic. 12 a, Omnes omnium charitates patria vna complexa est. pro Sest. 4 a, Sed benevolentiam & charitatē illius necessitudinis mors filia nō ademit. I. A. 243 b, Nec id fit fastidio meo, sed charitate reipub. Ep. 194 a, Filius tuus, cui nos & charitate & amore tuum officium præstaturus non debes dubitare. de Fin. 59 a, Quid ex eo consecutus est laudem & charitatem, in Ant. 158 b, Credo vos homines nobiles, &c. charitatem ciuium & gloriam concupisse. \* de Prouinc. consu. 75 a, Eum ad populi charitatem deuocant. de Fin. 140 b, Id a communitate & ea, quam exposui, charitate atque societate humana, non abhorrebit. de Leg. 176 a, Sed necesse est charitatem eam præstare, qua Reipub. nomen vniuersæ ciuitatis est.

† Syntaxis. *Charitas & amicitia. Benevolentia & charitas. Benevolentia charitas. Charitate retinere in aliquē. Charitas & amor.*

CHARON, ontis, *inferorum nauia.* de N. 68 a.

CHARTA, æ. *Chartula, membrana, macroculum, & Ptego.* Qu. fr. 316 a, Calamo & atramento temperato, charta etiā dentata res agitur. pro Cæl. 46 a, Chartæ quoque, quæ illam pristinam seueritatem continebant, obfoluerunt. Att. 35 a, Iam enim charta ipsa ne nos prodat, pertimesco. & 70 b, Chartam tibi deesse mea cautio est. Epist. 104 a, An hoc significas, nihil fieri frigidere te ne chartam quidem suppeditari? pro R. P. 129 a, Merces fallaces chartis, linteis, ac vitro delatæ. de Diu. 84 b,

*Voces vtilificas chartis promebat Hetruscis.*

CHARTVLA, æ. Epistol. 104 a, \* Miror quid in illa chartula fuerit.

CHARVS, CHARIOR, CHARISSIMVS, *acceptus, iucundus, antiquus, qui suauitatem filij apud aliquem obtinet.* de Nat. 25 a, Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitia nomen est ductum. I. C. 120 b, Comes alicui charus atque iucundus. pro Cl. 60 a, Hic multis charus atq; iucundus est, de Cl. 165 b, Vir mihi charus atq; iucundus. pro Arch. 190 a, Ennius charus fuit Africano. de Orat. 137 a, Si in homines charos iudicibusq; iucundos inuehare. de Orat. 110 a, Cūm viderem apud me homines mihi charissimos & amicissimos. Epist. 8 b, Quem in primis amamus, charumque habemus. pro Cor. 67 a, Aliquem diligere, charumq; habere. Postq. 204 a, Parēs charissimos habere debem. 342 a, Paucos æquē ac te charos habeo. & 165 a, Omnis visus charos habet me quidem se ipso chariorem. & 35 a, Pompeius nos amat, charosq; habet. I. C. 118 b, Frater charissimus & amantissimus. I. A. 158 a, Dolabella, qui es mihi charissimus. de Orat. 86 b, Cæterique quorum gloria nobis dignitasque chara est. Offic. 12 a, Omnium societatum nulla est charior, quàm ea quæ cum republ. est. chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria vna complexa est. Offic. 38 b, Atq; in has clades incidimus, dum metui quàm charum esse & diligi maluimus. de Fin. 131 a, Sibi quenque charum esse. & ibid. Qui sibi chari sunt, seseque diligunt. & 60 a, Diligi & charum esse, iucundum est.

† Syntaxis. *Charus & iucundus, charus & amicus. Amare, charumque habere. Charissimus, & amantissimus. Charus est ac dilectus. Sibi charus est, seseque diligit. Charum esse, diligi que.*

CHARYBDIS, dis, *locus in freto Siculo periculosus, quod ibi mare sit vorticosum & præceps.* de Atusp. 258 a, Quam deniq; tam immanem Charybdim poetæ fingendo exprimeret potuerunt, quæ tantos haurire gurgites posset? quantas istæ prædas exorbuit. I. A. 173 a, Quæ Charybdis tam vorax tot res tam citò absorbere potuisset? I. V. 265 b, Non Charybdim tam infestam, neq; Seyllam nauis fuisse arbitror. de Orat. 157 b, Charybdim bonorum, voraginem potius dixerim. † Syntaxis. *Charybdis immanis, vorax, infesta, Bonorum: id est, oppum, Charybdis.*

CHELES, les. *Scorpij brachia, in celo signum.* in Arat.

*Iam cali mediā partem terit, vt prius alij*

*Chelæ, tum pectus quod cernitur Orionis. ibid.*

*Exin proiectæ claræ cum lumine chelæ,*

*Ipseque consequitur lucens vis magna Nepai. & ibid.*

*Et pauca Chelæ stella. —*

CHELIDON, nis, *Verris alienigena & amica.* I. V. a. fr. 3.



CHERRONENSIS, sc. I. P. 98.

CHERRONESVS, si. locus Thracie & vrbs. Att. 273 b, Quod scribis postea statuisse te ducere exercitū in Cherronesum, &c. facis ex tua dignitate. contra Rul. 76 a.

CHIMAERA, æ. monstrum confictum. de Nat. deor. 22 b, Res quæ nunquam esse potuerunt, vt Scylla & Chimæra. Att. 32 a, *Πρόσθε λέων, ὄπισθε δὲ δράκων, μέσση δὲ γαυλάρα.*

CHIROGRAPHVM, phi. scriptum manu propria, quæ dicitur. Epist. 183 b, Cuius era refingere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. I. A. 162 a, Quo me teste conuincet: an chirographo? at literæ sunt librarij manu. Attic. 35 b, Non vtar meo chirographo neque signo, si modò erunt eiusmodi literæ, quas in alienum incidere nolim. de Nat. 74 b, Id quoque L. Labienus fecit, qui chirographum sex primorum imitatus est. Ep. 103 b, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. I. A. 156 a, An in commentariolis, & chirographis, & libellis acta Cæsaris firma erunt? Epist. 55 b, Credidi chirographis eius & affirmationi præsentis Laterensis. & 25 a, Extrema pagella pupugit metuo chirographo. & 156 a, Laterensis suo chirographo misit mihi literas, in quibus, &c. exemplar eius chirographi Titio dedi: ipsa chirographa omnia, & quibus credidi, & ea quibus fidem non habendam putauit, Leucispio dabo perferenda. de Clar. 190 b, Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestam rem deferre. \* I. A. 167 a, Cuius domus quæstuosissima est falsorum commentariorum & chirographorum officina.

† Syntaxis. *Two chirographo literas accepi, Vt in suo chirographo, Chirographi cautio.*

CHIRVRGIA, æ. Medicina pars quæ manu medetur. Att. 56 a, Diæta curari incipio: chirurgiæ tædet.

CHIVS, ij. insula. I. V. 86. & 261.

CHIVS, a, um. de Sen. 77 b, Aristot. Chius.

CHLAMYDATVS, a, um. vt crepidatus. pro R. P. 126 b, L. Sylla imperator chlamydatus.

CHLAMYS, dis. vestis militaris & regia, paludamentum. pro R. P. 126 b, Scipionis non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis. ad Her. 38 b, Citharædas palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus varijs intexta.

CHORAGIVM, gj. scenicus apparatus totus, & pompa. Panitur pro Thrasonica quadam ostentatione. ad Her. 39 b, Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur.

CHORDA, æ. nervus. de Orat. 163 a, Voces vt Chordæ sunt intentæ, quæ ad quenq; tactum respondeant. de Nat. 56 a, Itaque plestri similem linguam nostri dixere, chordarum dentes.

CHOREVS, rei. trochens. aliàs Chorivus pes est. Orat. 217 b, Dichoreus est, cum duo extremi chorei sunt: id est, è singulis longis & breuibus.

CHORVS, ri. corona, multitudo, sodalitiū, numerus. pro Mur. 136 a, Catilina stipatus choro iuuentutis. Att. 225 a, Baiana negocia chorumq; illum, de quo scire vis, cum perspexerō, tum scribam. Offic. 75 b, Potest esse vtile, quod sit huic talium virtutum choro contrarium. de Finib. 54 a, Epicurū penè à philosophorum choro sustulisti: id est, è numero. I. A. 197 a, Saltatores, citharistas, totum deniq; commestationis Antonianæ chorum, in tertiam decuriam iudicum scitote esse collectum. \* Oecon. 1, Vbi chorus canentium non certis modis neque numeris præeuntis magistrī consensit, dissonum quiddam ac tumultuosum canere videtur. At vbi certis numeris ac pedibus velut facta conspiratione consensit atq; concinuit.

† Syntaxis. *Chorus iuuenum, philosophorum, virtutum, & commestationis: id est, compotatorum.*

CHRYSIS, æ. annis Sicilia. I. V. 222 b.

CHRYSIPPVS, pi. philosophus Stoicus. Acad. 19 a, Chrysippus qui fulcire putatur porticum Stoicorum.

CHRYSIPPAEVS, a. Acad. 24 a.

CIBARIA, orum. omnia quibus animæ vescuntur & aluntur. pro S. R. 27 b, Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio. ibid. Cibaria vobis præberi videmus. I. V. 11 a, Quæstores liberaliter ex istius cibarijs tractati. & ibid. b, Menstrua cibaria. & 197 a, At vberiora cibaria facta sunt caritate, credo, &c. Att. 93 b, Vnde, inquit, me iubes petere cibaria? & ibid. Dare cibaria alicui. Ep. 76 b, Et existimare debes eo minus ad te, vel de tuis cibarijs, vel de mea liberalitate peruenisse. Tuscul. 182 b, Ferre plus dimidiati mensis cibaria. \* Oecon. 1, Quæ ad cibaria coquenda & conficienda pertinent.

† Syntaxis. *Cibaria locare: id est, apponere, præbere, dare, ferre. Ex cibarijs tractare aliquem. Cibaria menstrua, vberiora facta.*

CIBARIVS, a, um. Tuscul. 247 a, Ptolemæo peragranti Aegyptum comitibus non consecutus, cibarius in casa panis datus est.

CIBVS, bi. esca, passus, epula. de Nat. 50 a, Animalia cibū par-

tim oris hiatu & dentibus ipsis capeffunt, partim vnguim tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum: alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Atque etiam aliorum ea humilitas est, vt cibum terrestrem rostris facillè contingant. de Nat. 30 b, Cleanthes negat vllum esse cibū tam grauem, quin is die ac nocte concoquatur. de Fin. 78 a, Epicurus vtebatur eo cibo, qui & suauissimus esset, & idè facillimus ad concoquendum. de Legib. 183 b, Terra cibos fert, & vt mater cibos suppeditat. de Diuinat. 93 b, Ex quo etiam Pythagoricis interdicitur putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflationem magnam is cibus. & 120 a, In omne corpus diuiso & modificato cibo: aliàs, *mirificato*. I. V. 259 b, Parentes liberis suis cibū vestitumq; ferre prohibentur. de Sen. 84 a, Tantum cibi & potionis adhibendū, vt reficiantur vires, non opprimantur. de D. 93 a, Nunc onusti cibo & vino perturbata & cōfusa cenimus. pro Mur. 141 b, Cato negat verum esse, alluci beneuolentiam cibo. de Finib. 56 b, Cūm cibo & potione fames sitisq; depulsa est. Ep. 257 a, Si postea quam cibum cepisti, videris tibi me posse consequi, tuum consilium esse. \* Oecon. 1, Quæ ad cibum conficiendum vasa constituebantur. Hortens. Cibum subtrahunt. I. V. 259 b, Vt cibum tibi introferre liceat. de Nat. 50 b, At quibus bestijs erat is cibus, vt alius generis escis vescerentur. ibid. Prima cum squilla quasi societatem coit comparandi cibi. ibid. Sic dissimilimis bestiolis communiter cibum quæritur. ibidem, Auis Platalea sibi cibum quærit.

† Syntaxis. *Cibum capeffere dente, ferri à terra, adhibere. Cibum grauis, inflationem habens. Cibo onustus. Ad concoquendum facillus cibus.*

CICATRIX, cis. signum quod sanato vulnere, vel vlcere, heres in corpore. I. A. 212 b, Luclentiam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix. de Inu. 52 a, Quoniam cicatrix est, fuit vulnus. Tusc. 202 a, Nec ille liber vulneribus medetur, sed cicatricibus. cont. Rull. 88 a, Ne reficere obductam iam reipubl. cicatricem viderer. I. V. 236 a, Vt cicatrices populus Rom. iudicesq; aspicerent aduerso corpore exceptas. de Orat. 130 b, Et iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere.

† Syntaxis. *Cicatricem iam obductam reficere. Excepta aduerso corpore cicatrices: id est, vulnerum exceptorum vel plagarum.*

CICERO, onis. Cicero, copix iuuentor ac princeps à Cæsare dictus, Brut. Cicero ad Pompeium accessit, pacis spe adductus. 4. Fam. Exul Thessalonica agebat, 1. ad Quin. frat. A Dolabella alienatus, 16. ad Attic. Sacerdotium non appetiuit, cum posset consequi, 15. Famil. Diodorum à puero audiuit, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Breuitatis magistro vti cogitatus. Bruto, 11. Famil. Poëma ad Cæsarem composuit, 3. ad Quin. frat. In Oratorem suum contulit, quicquid habuit iudicij in dicendo, 6. Famil. Omnem suam curam atq; operam ad philosophiam contulit, 4. Fam. Cum Hortensio cōiunctissimus, Brut. H. S. ducenties ex amicorum testamētis consequutus, 2. Phil. Iudicia Senatus, Italia, gentiū deniq; omnium conseruata patriæ cōsecutus est, 2. de Leg. Urbis conseruator & parens, 9. ad Att. Consul. Rempub. optimā Attici opinione constituerat, quæ esset in potestate optimorum, 3. de Leg. Ab Hortensio in augurum collegium coopatus & inauguratus, Brut. Cur ad ciuile bellū profectus, 6. Fam. Cur armis Clodio non restiterit, post Redit. in Sen. Cicero magnam pecuniam Pompeio mutuam dedit. 11. ad Att. Gabinius receptum in gratiam, in iudicio capitis defendit, pro Rab. Post. Etiam non optime de se meritos defendebat rogatu aliorum, 7. Famil. Suam *ἑὴν πλῆθος οὐκ ἔπειτα* Bruto respondit, 13. ad Atticum. Custodem vrbs, omnibus suis rebus creptis ac perditis, violari ab impijs passus non est, eamq; ex sua domo in ipsius patris domum detulit, 2. de Leg. Pro Titinia Cottæ dixit, Brut. Ab Aristotele dissensit, Orat. Cicero sibi egregium, & ad immortalitatem memoriæ gloriosum duxit, neminem in eum mercede vlla tribunalum potuisse reperiri, nisi cui ne esse quidem licuisset tribuno, 3. de Legib. A Campanis inaurata statua donatus, in Pisonem. Cicero apud Tribun. pleb. Sthenij Thermitani causam egit, 4. in Verrem. Domum de Crasso emit, 5. Famil. Domum ædificauit, 4. ad Att. Fœneratores ex obsidione exemit, 5. Fam. Non ex rhetorum officinis, sed ex medijs Academiae spacijs orator exiit, Orat. Quāto cum plausu exceptus à populo, ad Brut. Cicero Aedilis trinos ludos fecit, pro Mur. Primus homo nouus Cōsul factus est, cont. Rull. 66 b. Prætor primus magna populū voluntate factus, Brut. Multo minus in agendo, quam in scribendo fortis, ad Brut. in epist. Brut. Augur fuit, 2. de Leg. In Sicilia quæstor fuit, 1. in Verr. Cicero socium studiorum habebat Atticum, 7. Famil. Timidus habebatur à nonnullis, 6. Famil. Discipulos dicendi habuit Hircium & Dolabellam, 9. Famil. Cæsare dominante quasi ludum habuit, 9. Famil. Villam habuit, quæ Catuli fuerat, 4. ad Attic. Cicero impi-



ro impiger in scribendo, 2. Famil. In calamitatem incidit, quod ijs credidisset, à quibus nefas putarat esse se decipi, 1. ad Qu. fr. In Reipub. noctem incidit, Brut. Infitutus à Philone, Antiocho, Diodoro, Posidonio, de Nat. deor. 1. A' Cesare inuitatus vt sibi esset legatus, 2. ad Att. Facilis à Cesare iudicatus, 14. ad Attic. Cicero lapsus in verbo Inhibere, 13. ad Attic. Legis ambitus lator, in Vat. & pro Mur. Legatus in Græciam proficiscitur, 14. ad Att. Legatus Pompeio, 4. ad Att. Cicero non multò minor quàm Lælius, 5. Famil. Cicero Prouinciam pro Reipubl. salute neglexit, in Cat. & 11. Philipp. Triumphum neglexit, 15. Famil. A' Qu. Catulo patriæ parens nominatus, in Pison. & pro Sestio, Augur à Cn. Pompeio & Qu. Hortensio nominatus, 2. Phil. Cicero publicanorum ordinem vehementer obseruabat, 4. in Verrem. Cum primùm licitum est, Consulatum petijt & obtinuit, in Rul. Cicero à M. Tullio Rege oriundus, de Clar. Or. Tusc. q. lib. 1. Equestri loco ortus, contra Rul. In Cn. Pompeij exercitu tyro bello sociali, 12. Philippic. Homo per se cognitus, in Catil. Veritate, non ostentatione popularis, in Rull. Senatus comes, de Arusp. respons. Initio dicendi grauius commoueri solitus, pro Deiot. & pro Clu. Nonnunquam de scripto dicere solitus, pro Planc. Cicero omnium patronus, 6. Famil. in epist. A. Cecinnæ, Asiæ totam cum summis rhetoribus peragravit, Brut. Pompeij minus liberali responso perterritus, 3. ad Atticum. Philosophus, 9. Familiar. Sacerdotio amplissimo præditus, 8. ad Attic. Prætor biennio antequam Cos. in Rull. Prætor quæsiuit de pecunijs repetundis, pro Clu. In exilium proficiscens, tri-duo summa cum gloria dicebatur esse rediturus, 1. ad Qu. frat. In Sciliciam, in Verrem inquirendi causa profectus, 3. in Ver. Quatuordecim annis antè prospexit tempestatem, eam qua euersa est Respub. 10. ad Attic. De interitu Cæsaris scripturus putabatur, 12. Famil. Trebonij, Cicero qualis in gerendo consulatu, in Rull. Libros de Officijs quando scripserit, 15. ad Attic. In suis libris de Finibus, quibus personis quem sermonem tribuit, 13. ad Att. Quicquid dicebat, factum Trebonio videbatur, 15. Fam. Quo anno natus, Brut. Quo habitu corporis adolefcens fuerit, Brut. Noster quò modestior est, eò me magis commouet, 15. ad Att. Quo tempore ad causas accesserit, Brut. Quo tempore floruit, Brut. Cicero abiens consulatu, magna frequentia domum reductus, 1. ad Att. Claustra nobilitatis refregit, pro Mur. Post mortem Hortensij, orbæ eloquentiæ quasi tutor relictus, Brut. Ab inani laude & vulgi sermonibus remotus, 15. Fam. Ter Prætor primus centurijs cunctis renunciatus, pro Lege Manil. M. Callidij lenitate orationis reprehendit, Brut. A' Bruto reprehensus, quòd in honoribus discernendis esset nimius, ad Brut. Qua ratione restitutus, 1. Fam. A' P. Lentulo Consule comitijs centuriatis in patriam reuocatus, post Red. in Sen. Cicero ad Brutum de optimo genere dicendi scripsit, 14. ad Attic. De Consulatu suo librum scripsit, 2. ad Attic. Quæ de optima Reipubl. sentiret, sex libris antè scripsit, quàm de legibus. Leges autem, de quibus ad eum, quem probauit, ciuitatis statum accommodauit, 3. de Legibus. Græcum commentarium de rebus suis scripsit, 1. ad Att. Marium scripsit, 12. ad Atticū. Permultas orationes scripsit, Orat. Plura scripsit, quàm quisquam ex Latinis, 1. de Leg. Homines nihili, etiam sciens, familiaritate cõplecti solitus, 1. ad Qu. fr. Facetij mirificè capi solitus, 9. Fam. Maiorem partem nihil curare solitus, 8. Fam. Omnia officio metiri solitus, 8. ad Att. Etiam in stomacho ridere solitus, 2. Fam. Miseratione admodum dolèter vt solitus, Orat. Quo sermone in qua; re vt solutus, 9. Fam. A' primo tempore ætatis iuri studuit, neq; vnquam ita se ad dicendū dedit, vt ius ciuile contemneret, 1. de Leg. Cottam in causâ Arretinorū apud Decemuiros superauit, pro Cec. Cos. perduellionis iudicium sustulit, pro C. Rab. Cicero se totum Philoni tradidit, Brut. Lacrymis & tristitijs se tradebat, 5. Fam. in Ep. Luceij. Cicero doctus in forū venit, Brut. Vindex coniurationis, 5. Fam. Periculo Reip. viuebat, pro Sest. Vtebatur familiarissimè Cæsare, 6. Fam. Viuus gloriola sua perfrui vult, 5. Fa. Ciceronis & Clodij altercatio in Senatu, 1. ad Att. Ciceronis anagnostes puer Sositheus, 1. ad Attic. Ciceronis animū ex eius libris desiderabat Curius, 7. Fam. Ex Ciceronis area expulsus fabri, 4. ad Att. Ciceronis astutia qua Amanes oppressit, 15. Fam. Ciceronis augurium de belli ciuilis magnitudine, 8. ad Att. Ciceronis aures auidæ & capaces, Or. Ciceronis perpetua de pace autoritas nihil valuit, Brut. Ciceronis auus singulari virtute in suo municipio, quo ad vixit, restitit M. Gratio, cuius in matrimonio sororem auiam nostram habebat, ferenti legem tabelariam: quæ quum res esset ad se delata, Scaturus Consul, Veinam, inquit, M. Cicero isto animo atq; virtute in summa Rep. nobiscum versari, quàm in municipali maluisses, 2. de L. Ciceronis bona quæ foedè à Clodianis direpta, pro Domino sua. Ab Antonio nondum victore cuidam Peussio Yr-

binati donata, 12. Philipp. Ciceronis casus, funus Reipublicæ: sed iustum & indictum, de Prouinc. conf. Ciceronis causa quæ incidit in tribunitiam potestatem, nihil habuit contentionis cum tribunatu: nō enim plebs incitata rebus eius inuidit, sed vincula soluta sunt, & seruitia incitata, adiuncto terrore etiam militari, 3. de Leg. Ciceronis cum Sulpitio comparatio, Brut. Ciceronis consilium de Pompeij & Cæsaris coniunctione, 6. Fam. Ciceronis consulatus acta, in Pis. Ciceronis Consulatus ad salutem Reipub. fatalis, in Cat. Ciceronis cura de Reipub. 9. Famil. Ciceronis oratorij dialogi, 4. ad Att. Ciceronis dicta & ioci cuiusmodi, 7. Fam. Ciceronis faecetè dicta ad Cæsarem cum reliquis actis perferabantur, 9. Fam. Ciceronis natalis dies ad 11. non. Ian. 7. ad Att. Ciceronis diligentia, pro Qu. Ciceronis diligentia in explorandis Catilinæ consilijs, in Cat. Ciceronis discessu polluta sunt religionum iura omnia, perditorum ciuium scelere, vexati lares eius familiares, in eorum sedibus, exædificatum templum licentiæ, pulsus à delubris is qui ea seruauit, 2. de Leg. Ciceronis domus in Ceramico, 4. ad Attic. Ciceronis domus in Palatio, & in pulcherrimo vrbsi loco, pro Dom. sua. Prope porticum Catuli, pro Dom. sua. Pecunia publica ex autoritate Senatus ædificata, de Arusp. resp. Ciceronis epistolæ quando edi cœptæ, 16. ad Att. Ciceronis militaria facinora, 2. Fam. Ciceronis stomachi & oculorum fastidium, 2. Fam. Ciceronis festinatio, vt ad diem Verris iudicio adesset, 4. I. V. Ciceronis filius quādō natus, 1. ad Att. Ciceronis filius Athenis operam dabat literis sub Cratippo, 12. Fam. Trebonij. Ciceronis filius cum Bruto, ad Brut. Cicero F. Legionem à C. Antonio ad Brutum abduxit, 10. Phil. Qu. Ciceronis filius quas literas ad Cæsarem miserit, 10. ad Att. Ciceronis filij errata, 16. Fam. Ciceronis filij laus, 12. Fam. Ciceronis filij literæ, 14. ad Att. Ciceronis filij vita, à Clodianis expetita, pro Dom. sua. Ciceronis filia magno ingenio, 1. ad Qu. fr. Ciceronis præclare gesta in Prouincia, 6. ad Att. Ciceronis cum P. Clodio inimicitia, 14. ad Att. Ciceronis infomnium, quum Asiæ prouinciæ præesset, de Diu. lib. 1. Ciceronis magistratu abeuntis iusturandum, 5. Fam. Ciceronis laudatio Porciæ: item M. Varronis & Lollij laudatio, 13. ad Attic. Ciceronis liber de luctu minuendo, 12. ad Attic. Ciceronis liber de optimo genere dicendi quando scriptus, 12. Famil. Ciceronis arguti libri ad Varronem, 13. ad Attic. Ciceronis libri de Officijs, 16. ad Attic. Ciceronis libri de optimo statu ciuitatis & optimo ciue, vel de Rep. 3. ad Qu. fr. Ciceronis tres de Oratore libri, 13. ad Att. Ciceronis libri de Reipubl. quando scripti, 2. ad Qu. frat. 4. ad Attic. Ciceronis tres libri de temporibus suis, versibus scripti, 1. Fam. Ciceronis politici libri omnibus vigent, 8. Fam. Cælj. Ciceronis lippitudo, 2. ad Quin. frat. Ciceronis maiores honoris popularis luce caruerunt, in Rul. Ciceronis maledicentia, ad Brut. Bruti. Ciceronis necessarii Dyrrachini, ad Brut. Bruti. Ciceronis opera libertas erat in ciuitate, 9. Famil. Ciceronis: de Bruto & eius eruditione opinio, Orat. Ciceronis opinio de legationibus laudandi causa missis, 3. Famil. Ciceronis oratio nitorem habet, 13. ad Attic. Ciceronis oratio pro Roscio plena iuuenili redundantia, Ora. Ciceronis orationes quo tempore scriptæ, pro Planc. Ciceronis orationes Consulares, 2. ad Attic. Ciceronis pro Scauro & pro Plancio orationes, 3. ad Quint. frat. Ciceronis orationum Aristarchus erat Atticus, 1. ad Attic. Ciceronis organum Senatus, 11. Famil. Ciceronis ocium nunquam ociosum, pro Planc. Ciceronis pater quando discesserit, 1. ad Attic. Ciceronis pater, quum esset infirma valetudine, in villa egit ætatem in literis, 2. de Leg. Ciceronis peccatum in ornando Ostauio, ad Brut. Bruti. Ciceronis quædam φιλολογοί, 13. ad Atticū, Ciceronis prognostica, 2. ad Attic. Ciceronis profectio, 11. ad Attic. Ciceronis Consulibus prouidentia, pro Syll. Ciceronis prudentia in C. Antonio moderanda, pro Sest. Ciceronis Quæstura obscura, pro Planc. Ciceronis Quæstura Siciliensis, pro Plan. 13. Famil. Ciceronis ratio in orationibus Aeschini & Demosthenis conuertendis, Orat. Ciceronis reditus ab exilio cuiusmodi, in Pison. 4. ad Attic. Ciceronis regnum, pro Syll. Ciceronis regnum forense, 9. Famil. Ciceronis religio in magistratibus incundis, 7. Ver. Ciceronis seruus anagnostes, 5. Famil. Vatini. Ciceronis in rhetorica socij & condiscipuli, Brut. Ciceronis acerrimum in adolescentia studium, Brut. Ciceronis toga omnium armis felicior, 12. Famil. Cassij. Ciceronis Topica vbi & quando scripta, 7. Fam. Ciceronis verbum lussit Cæsar, 7. Famil. Ciceronis verborum fulmina, 9. Famil. In Ciceronis villa cœnauit Cæsar, 13. ad Attic. Ciceronis villæ, Cumanum, Pompeianum, Sinuessanum, 12. Famil. Ciceronis voluntas & studium in Arpinates municipes suos, 13. Famil. Ciceronis vox, fatō publico extincta, Brutus. Ciceronis vox in domesticis periculis potissimùm occidit, 1. ad Quint. frat. Ciceroni, Gabinio & Pisoni Consulibus, non exercitus, sed duces de-



fuerunt, I. Famil. Ciceroni & clarissimis viris visam, de quo ferui & latrones sciuisse se aliquid dicerent, de hoc eodem cunctam Italiam quid sentiret, ostendere, 3. de Leg. Ciceroni absentis quantus honos à Senatu habitus, pro Sextio. Ciceroni è Cilicia decedenti de Hortensij morte allatum est, Brut. Ciceroni à regibus multis allatae literae, 9. Fam. Ciceroni in afflictâ eius fortuna, qui beaucoli fuerunt, post Red. in Sen. Ciceroni amicissima breuitas, pro Qu. Ciceroni quae causa in Asiam proficiscendi fuerit, Brut. Ciceroni M. Cato supplicationem decreuit, 15. Fam. Ciceroni obiectum fuit, eum in nonnullos animaduertisse indicta causa, 5. Famil. Ciceroni vni conseruatae Reip. gratulatio decreta, in Cat. Ciceroni coniunctissimus Hortensius, Brut. Ciceroni meo togam puram dare vellem, 9. ad Att. Ciceroni quae tributa sit merces laborum & vigiliarum suarum, 3. Fam. Ciceroni per fugium erant literae, 5. Fam. Ciceroni redeunti in patriam vt omnes gratulati sint, 4. ad Attic. Ciceroni primò ex togatus post urbem conditam supplicatio decreta, in Catil. Ciceroni quantum tribuerit Hortensius, Brut. Ciceroni à frequenti Senatu triumphus flagitatus, 16. Famil. Ciceronem appellauit exulem Gabinius, 3. ad Quint. frat. Ciceronem Octauius patrem appellat, ad Brut. in epist. Bruti: Ciceronem ambitio ad honorem duxit, 1. ad Attic. Ciceronem impulit Matius, vt philosophica scriberet, 11. Fam. In Ciceronem omnia omnium facete dicta conferri solita, pro Pl. In Ciceronem exulem qui officiosi fuerint, 1. ad Qu. fr. C. Marij in Ciceronem officia, 11. Fam. In Cicerone perfidia Hortensij & Arrij, ad Quint. frat. Ciceronem nostrum in vestrum collegium cooptari volo, ad Brut. Ciceronem qui ex Repub. expulerint, 6. Fam. Cicerone ad spem quandam immortalitatis rapit commemoratio posteritatis, 5. Famil. A. Cicerone conseruata Respub. 15. Fam. A. Cicerone fati scriptum de optimo Reipub. statu, 1. de Leg. Nihil de Cicerone actum legibus, 3. de Leg. De Cicerone reuocando quae decreta, post Red. in Sen. In Cicerone vis animi magna, Orat. Cicerone nemo mitior, in Cat. Pro Cicerone Senatus, & hominum praeerea viginti millia vestem mutarunt, post Red. ad Quint. & pro Sext. Cicerone stante Remp. cadere posse non putarunt, 6. Fam. 18.

CICERO, nis. 1. ad Attic. Cicerones gloriae audissimae. 7. ad Attic. Cicerones nostri interdum mihi amandandi videntur in Graeciam. 6. ad Attic. Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur. 5. ad Attic. Cicerones pucros Deiotarus filius secum in regnum duxit.

CICONIA, æ. auis nota. de Fin. 103 b, Ciconiae aliorum etiam causa quaedam faciunt.

CICUR, ris. animal mansuetum. (ferus, immanis. de Nat. 45 b, Varia genera bestiarum, vel cicurum, vel ferarum. Tuscul. 235 b, Bestiarum immanes alias, quasdam cicures, de Amic. 111 a.

CIENTS, tis. de Nat. 42 a, Naturam esse vim sine ratione cientem motus in corporibus necessarios. & 65 a, Natura illa sunt omnia cientis, vt & agitantis motibus & mutationibus suis.

CIEO, es. commoueo. de Diu. 83 a, Absurdòq; sono fontes & stagna cietis. de Fin. 84 b, & Tuscul. 178 b, Cui viperino morfu venæ viscerum veneno imbutæ tetros cruciatus cient. Poëta.

CIEOR, eris. Tuscul. 152 a, Sic ex corporis totius natura & figura varios motus cieri. de Vniu. 199 a, Cuius orbis semper eodem modo ciebatur. Tuscul. 159 b, Animatum est, quod motu cietur interiore. de Natur. 30 b, Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo. † Syntaxis. Ciens natura, & agitans. Ciere cruciatus, fontes, stagna. Sui motu cieri & agnari.

CILICIA, æ. regio. I. V. 204.

CILICES, licum. ibid. de Diu. 80 b. \* de Leg. Agrar. Additur communis ora Lyciorum atque Cilicum.

CILICIENSIS, se. Epist. 228 a.

CILICENSIS, se. Qu. fr. 300 b, Cilicenis prætor.

CILICIVM, cij. vestis è pilis caprarum contexta. in Ver. 95 b, Cùm iste coria, cilicia, saccos imperaret.

CIMBRI, populi. pro Pom. I. A. 223. Tuscul. 185.

CIMBRICVS, ca, cum. pro Arc. 189 b, Bellum Cimbricum.

CIMMERIORUM, populi. Acad. 16 a, Et Cimmerijs quidem, quibus aspectum solis siue deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci quem incolebant situs, ignes tamen aderant, quo tum illis vti lumine licebat: isti autem quos tu probas, tantis offusis tenebris ne scintillam quidem vllam nobis ad aspiciendum reliquerunt.

CINCINNATÆ, pro cometis, aut crinitis. de Nat. 28 b, \* Quae causa terret animos fulminibus, tum stellis his, quas Graeci cometas, nostri cincinnatas vocant. Alij crinitas legunt.

CINCINNATVS, a, um. Post. 206 b, Quo vultu cincinnatus ganeo patriæ preces repudiauit. & pro Sest. 8 a, Cincinnatus consul. Alijs Cirratus.

CINCINNATVS, ti. de Fin. 66 b, Maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, vt dictator esset.

CINCINNVS, ni. capillus ad ornatum intortus. de Orat. 152 a, Atque eò citius in oratoris aut in poëtae cincinnis aut fuce offenditur, quòd, &c. I. P. 84 b, Erant illi compta capilli & madentes cincinnorum fimbriae.

CINCTVS, a, um. pro Milone 101 b, Non enim corona cinctus vester cinctus est, vt solebat. pro Fla. 151 b, Regio atque prouincia, quae mari cincta est. pro Pomp. 9 b, Sicilia multis vndiq; cincta periculis. I. V. 229 a, Gorgonis os cinctum anguibus.

CINGO, is. coërceo, circundo, munito, tueor. de Nat. d. 79 a, Diliigentiusque urbem religione quam ipsis moenibus cingitis. Attic. 66 b, In campo Martio septa marmorae sumus & tecta facturi, eaque cingemus excelsa porticu. † Syntaxis. Confessus corona cinctus. Regio mari cincta, & periculis.

CINGVLVM, li. oppidum. Att. 111.

CINGVLVS, li. zona. de Somn. 129 b, Cernis terram quasi quibusdam redimitam & circumdatam cingulis: è quibus duos maximè inter te diuersos \* & cœli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixos, obriguiffe pruina vides. Medium autem illum & maximum Solis ardore torrerit. Duo sunt habitabiles, quorum australis ille, in quo qui insunt, aduersa nobis vrgent vestigia, nihil ad vestrum genus. Hic autè alter subiectus a quiloni, quem incolitis, cerne quam vos tenui parte contingat.

CINISIS, pro Qu. 8 a, Eum obsecrauit per fratris sui mortui cinerem. I. V. 99 a, Cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inuisti? I. A. 250 b, Sceleratum dedisse pœnas cineri atque ossibus clarissimi viri. ad Her. 26 b, Nisi miserandum patriæ viderint cinerem.

CINNA, æ. de Nat. 76 a, Cur tot ciuitatis principes à Cinna interempti? Attic. 106 a, Nec in cæde principum clementior hic erit, quam Cinna.

CIRCA, circum. Attic. 60 b, Nostram ambulationem, & ea quae circa sunt, velim cùm poteris, inuisas. Epist. 134 a, Ex literis tuis intellexi perspectum tibi esse animum meum circa curam valetudinis tuae. I. Ver. 192 a, Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. contra Rull. 64 b, Cùm Rullus Capuam & vrbes circa Capuam occuparit. † Syntaxis. Circa locum, personam. Circa negocium, aut valetudinem. At enim Cicero (mirifica locutio) Mihi est animus circa curam valetudinis tuae.

CIRCE, ces, maga. de Nat. 69 a, Circe & Pasiphaë è Perside Oceani filia natae, patre Sole. de Nat. 70 b, Solem Colchis Aetam & Circeam procreasse. Offic. 23 a, Vlysses in illo errore diuturno mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inferuiuit.

CIRCEIENSES, populi. de Nat. 69.

CIRCENSES, ludii. in Ver. 207.

CIRCEVS, a, um. I. V. 63 b, Sed repente ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus est Verres.

CIRCEO, orum. locus. Att. 191 b, & 242.

CIRCIER, ad, non multò secus, propè, ferè. Epist. 33 b, Circiter idus Quintiles puto me ad Iconium fore. Att. 25 a, Nos circiter cal. in Formiano etimus. & 195 a, Pansa circiter calendas affuturus videtur.

\* CIRCVEO, is. circumueo. pro Cecin. 303 a, Cecinna cùm circueceret prædia. Epistol. 162 a, Cùm equites nostrum cornu circuire vellent. Atti. 236 a, Illum circuire veteranos, vt acta Cæsaris sancirent.

\* CIRCVBOR, iris. circumuenior. Epist. 162 b, Milites ab equitatu circuibantur.

CIRCVITIO, nis. circumscriptio, anfractus, periphrasis, ornamentum oratorium. de Diuinat. 116 b, Epicurus circuitiōne quadam Deos tollens rectè, non dubitat diuinationem tollere. ad Heren. 34 a, Circuitiō est oratio rem simplicem assumptam circumscribens elocutione de Diuin. 134 b, Iam verò quid opus est circuitiōne & anfractu? vt sit vtendum interpretibus somniorum, potius quam directò? Deus si quidem nobis consulebat, Hoc facito, hoc ne feceris, diceret, &c.

CIRCVITVS, tus. conuersio, peridus, comprehensio & ambitus verborum, conuatiō, circumscriptio, circinatus, orbis: omnino synonyma. de N. 35 b, Circuitus Solis orbium conuersionem conficiunt annuam. de Somn. 127 a, Cùm hi duo numeri circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint. de Vn. 210 a, Nox igitur & dies vnum circuitum orbis efficit. de Orator. 160 b, Modò ne circuitus verborum sit aut breuior quam aures expectent, aut longior quam vires atque anima patiar. Orat. 204 a, Circuitus continuatioque verborum. Orat. 217 a, Circuitus orationis, quam Graeci *μετῶδης*, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptiōnem dicimus. de Orator.



Orator. 161 b, Cùm illi veteres circuitum & quasi orbem verborum conficere non possent, terna aut bina, aut nonnulli singula etiam verba dicebant. de Orat. 160 b, Oratio conuersiones habeat absolutas. \* Orat. 217 a, In quo quæsitum est, in totone circuitu illo orationis (quem Græci *περίστροφον*, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus) an in principijs solum, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. Or. 215 a, Circuitus ille quem sæpe iam diximus, incitator numero ipso fertur & labitur, quo ad perueniat ad finem & insistat.

\* CIRCUMVITVS, a, um. pro C. Cornel. i, Circuitis rostris.

CIRCULATOR, oris. *circumforaneus homo, vulgaris, vagus, fordidus, quem Horatius, Cyclicum dicit.* Epist. 164 b, \* Bestijs circuitorem quandam actionum notissimum hominem Hispani, quia deformis erat, obiecit. *Pollionis.*

CIRCVLANS, tis. *caput agens & versans.* de Clar. 182 b, Oscitans iudex, loquens cum altero, nonnunquam etiam circulanus: *id est, caput modò huc, modò illuc, quasi in circulum agens.*

CIRCVLVS, li. orbis, forma plana in orbem acta, gyrys, rotundus ambitus, corona hominum colloquentium. de Nat. 35 a, Duæ formæ præstantes sunt: ex solidis globus (sic enim *σφαῖρα* interpretari placet) ex planis circulus aut orbis, qui *κύκλος* Græcè dicitur. de Fin. 138 a, Quosdam videmus cùm non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos aut semicirculos confectari.

¶ *Comersio.* de Somn. 128 a, Stellæ circulos suos orbeshq; conficiunt celeritate mirabili.

¶ *Zona, via.* de Somn. 128 a, Orbis lacteus & circulus lacteus.

¶ *Corona, catus.* de Or. 98 a, Si quemcunq; patrem familiâs arripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis respondisset. Qu. fiat. 324 a, Cato diruptis tabellis de circulo se subduxit. Attic. 33, Sermo in circulis duntaxat, & in conuiujs est liberior quàm fuit.

CIRCVM, circa. in Verr. 143 a, Is prætorem circum omnia fora sedebatur. Att. 130 b, Si Cæsar circum isthæc loca commorabitur. de Opt. 243 b, Tempa quæ circum forum sunt. Acad. 31 a, Nicetas censet terram circum axem se summa celeritate conuenteret. Atti. 144 a, Ii qui circum eum sunt, omnia postulantes. Attic. 129 b, Ea copia, quam Capuæ & circum Capuam comparastis. & 123 b, Volo circum villulas nostras errare. pro Quint. 4 a, Tum Næuius pueros circum amicos dimittit. \* 1. de Diuin. Cohortatione circum conciliabula antecellunt.

† Syntaxis. *Circum loca, hominem. Filios circum amicos dimittere, Terra se conuertit circum axem.*

CIRCVMCVRSO, as. Epist. 95 b, Vt nostras villas obire, & mecum simul leuicula circumcursare posses.

CIRCVMEO, is. *circueo, eo circumo, circundo.* Epist. 121 a, Furius & Lentulus vnâ nobiscum circumierunt. Att. 236 a, Antonij consilia narrabat, illum circumire veteranos.

† Syntaxis. *Circumire loca, & homines.*

CIRCVMEO, is. *spoliator.* I. A. 250 a, Qui se totius belli fluctibus circumiri quàm illum aut egredi aut progredi maluit.

\* CIRCVMIECTVS, a, um. de Diuin. 121 a, Quod anguis domi vestræ circumiectus fuisset. *Alij Circumiectus legunt.*

CIRCVMILIGO, as. *implico, complico.* de Diuin. 122 a, De Roscio potest illud quidem esse falsum, vt circumligatus fuerit angui.

CIRCVMILITVS, ta. *vnctus, inductus.* Tuscul. 171 b, Cera circumlitus.

CIRCVMILVIO, onis. de Or. 96 a, Alluionum & circumluionum iura.

CIRCVMPEDES, serui. I. V. 95 a, Circumpedes homines formosi & literati. L. A. PEDIBVS & PES,

CLASSIS. naues, nauium multitudo. in Verr. 262 b, Naues quibus præfuerat, Cleomeni tradidit, classis populi Romani Cleomenem præesse iubet. pro Flac. 152 b, Hac classe M. Crassus ab Hemo in Asiam, his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit. pro Pomp. 5 a, Qui maximas edificasset ornassetq; classes. Orat. 211 a, Duellius, qui Pœnos classe deuicit. I. A. 221 b, Vt eum classes habere prohiberet.

\* I. V. 253 a, Præclara classis in speciem, sed inops & infirma propter dimissionem propugnatorum atq; remigum. ibid. Tandiu in imperio suo classem iste prætor diligens vidit, quandiu conuiuium eius flagitiosissimum præteruicta est. I. V. 253 b, Posteaquam paulum prouecta classis est, & Pachinum quinto die denique appulsa est. I. V. 255 b, Quo neq; Carthaginensium gloriosissimæ classes, cum mari purpuratum poterant, multus bellis sæpe conata, vnquam aspirare poterunt.

¶ Ordo ciuium & distributio, pro modo census & dignitatis. pro Flac. 149 a, Tributum & centuriatum descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, &c. iuberi veteriq; voluerunt. I. A. 176 a, Prima classis vocatur, renūciatur. Acad. 10 b, Qui mihi cum illo collocati quintæ classis videntur.

† Syntaxis. Classes adificare, & ornare. Classe denicere, nauigare.

CLASTIDIVM, dij. oppidum. Tusc. 219 b.

CLATERNA, næ. vrbs. pro Mil. 215. Epist. 185.

CLAVA, æ. veli genus. in Verr. 222 a, Qui primò cum obsistere ac defendere conarentur, malè mulctati clauis ac fustibus repelluntur. de Sen. 89 a, Habeant igitur alij sibi clauam & pilam.

CLAVDENDVS, a, um. comprimendus, suppressendus. Offic. 44 a, Nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit. de Nat. 54 b, Palpebræ aptissimæ factæ, & ad claudendas pupillas, ne quid incideret, & ad aperendas.

CLAVDICANS, tis. de Or. 131 b, Spurius Caruilius grauius claudicans ex vulnere ob remp. accepto.

CLAVDICATIO, onis. de N. 17 b, In quo stante atq; vestito apparet claudicatio non deformis. & de Or. 132 a, \* Quod in claudicatione animaduerti potuit.

CLAVDICO, as. altero pede nudo, non rectè incedo: translatione, i. tubo, vacillo, infirmus ac debilis sum. de Or. 131 b, Num claudicat? hic clodicat. de Or. 161 a, Sic vulgus, si quid in oratione claudicat, sentit. de Nat. 22 b, Nec vos exitum reperitis, resq; tota vacillat ac claudicat. de Clu. 184 a, In quacunque enim vna planè claudicaret, orator esse nõ posset. Or. 213 b, Quid est cur claudicare aut insistere orationem malint? non cum sententia pariter excurrere. Offic. 24 a, Vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vilo officio claudicare. de Cl. 185 a, Actio paulum cum vitio vocis, tum etiam ineptijs claudicabat. de Fin. 63 a, Qui verentur, ne si amicitiam propter nostram voluptatem expectandam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. Tusc. 23 b, Item beatam vitam etiam si ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multo maiore parte obtinere nomen suum.

† Syntaxis. Claudicat homo, res, oratio, actio, amicitia, vita. Claudicas



*dicat & infestis oratio. Pacillare, & claudicare. In officio claudicare, & ineptis.*

**CLAVDO**, dis. *obstruo, oppilo, obstruo, intercludo.* pro Flac. 159 a, Cùm L. Flacco portas tota Asia clauderat, Cappadocem autem illum recipiebat. Att. 151 a, Cæsar claudere mihi videtur maritimos exitus. Tusc. 239 b, Claudere fores cubiculi. Orat. 219 b, Claudere sententias numeris. Epist. 57 b, Et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi claudit, me insinuabo.

**CLAVDOR**, ris. *occludor.* pro Diu. 224 a, Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas. I. A. 157 b, Forum sepicitur, omnes clauderunt aditus. \* de Arusp. 257 a, Claudi ærarium.

† Syntaxis. *Claudere rem familiarum, consuetudinem, aditus, mare, prouinciam.*

**CLAVDVS**, di. *altero pede læsus.* de Nat. 17 b, Claudum igitur habebimus deum: id est, Vulcanum. I. P. 94 b, Ille claudus, quomodo aiunt, pilam tenere.

**CLAVICULA**, æ. *capreolus in vite.* de Nat. 50 a, Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. de Sen. 88 a, Vitis clauiculis suis quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.

**CLAVIS**, uis. pro Dom. 218 a, Scilicet tu Sex. Clodio omnes horreorum clausas lege tua tradidisti.

**CLAVSTRVM**, stri. *quo aliquid clauditur, valvæ, fores, loca clausa.* I. V. 253 a, Claustra urbis hostibus non committenda sunt. I. V. 211 b, Effringi multorum fores, reuelli claustra. contra Rul. 64 b, Horreum belli sub signo & claustris positum, & 83 b, Corinthus erat posita in angustijs atque in faucibus Græciæ, sic vt terra claustra locorum teneret, & duo maria penè coniungeret. pro Mur. 127 b, Cùm ego claustra ista nobilitatis refregissem. pro Fl. 152 a, Omnes vrbes maritimas claustris imperij nostri contineri. \* Oec. 1, Ouium cæterarumque pecudum fœtus atque fructus claustro custodienda erant.

**CLAVSULA**, æ. *extrema cuiusque rei pars, præserim in oratione, versus, verborum conclusio, exitus.* Att. 92 b, Clausula est difficilis in tradenda prouincia: sed hæc Deus aliquis gubernabit. Ep. 19 b, Quam obrem, quoniam mihi nullum scribendum argumentum relictum est, vt ea clausula, qua soleo, teque ad studium summæ laudis cohortabor. I. V. 154 b, Clausula edicti. I. A. 257 a, Veniamus aliquando ad clausulam, legatos venire non credo. de Or. 131 a, Addidisti clausulam, tota Tarracina, & c. de Or. 218 a, Pedem in clausula non solum extremum pedem, sed etiam proximum superiorem, sæpe tertium etiam intelligere debemus. de Or. 159 b, Clausulas & interpuncta verborum animæ interclusio & angustie spiritus attulerunt. Or. 218 a, Clausula numerosè & iucundè cadens. pro Cel. 51 b, Mimi ergo est etiam exitus non fabule, in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus. \* de Orat. 159 a, Interpirationis, non defatigationis nostræ neque libratorum notis, sed verborum & sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt. de Or. 160 b, Clausulas diligentius etiam seruandas esse arbitror quam superiores, quod in his maximè perfectio atque absolutio iudicatur. I. V. 154 b, Illa verò præclara est clausula edicti.

**CLAVSVS**, a, um. *reconditus, sub signo & claustris positus.* (patens, apertus, promptus, expositus. pro Qu. 17 b, Quintius factur se non ornare magnificè conuiuium, non habere domum clausam pudori & sanctimonie, parentem atque ad eam expositam cupiditati & voluptatibus. in Ver. 161 a, Nemo dubitat, quin eod sit occisus, quod habere clausa non potuerit sua consilia. de Verre. & 224 b, Nullius domus clausa contra tuam cupiditatem potest esse. & 209 b, Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset. Qu. fr. 3 12 a, Atque adhuc clausum mare scio fuisse. \* Or. 216 b, Comprehensio orationis clausa & terminata esse debet. Ep. 187 a, Tuas res ignoramus, tanquam clausa sit Asia. † Syntaxis. *Habere domum clausam, consilia, mare. Res clausa & recondita.*

**CLAVVS**, ui. *gubernaculum navis, cuneolus.* de Sen. 80 b, Ille autem clauum tenens sedet in puppi quietus, & c. pro Qu. 7 a, Clauum tanti impetij tenere, & gubernacula reipublice tractare. I. Verr. 246 b, Beneficium (vt dicitur) trabali clauo figere.

**CLAZOMENAE**, arum. *vrbs, & Anaxagoræ patria.* Tusc. 171.

**CLAZOMENIVS**, ia. de Or. 155 b.

**CLEANTHES**, this. Acad. 3 2 a, Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari & rerum potiri putat.

**CLEMENS**, tis, & **CLEMENTIOR**. *lenis, mitis, mansuetus, misericors, humanus, liberalis.* de Fin. 66 b, Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Attic. 274 a, Si clementes esse voluerimus, nunquam deerunt bella ciuilia. & 106 a, Nec in cæde principum clementior hic erit

quam Sylla. pro S. Rosc. 32 b, Clemens ab innocentia. pro Planc. 265 b, Clemens & misericors iudex. Offic. 27 b, Clemens castigatio.

† Syntaxis. *In disputando clemens. Ab innocentia clemens. Clemens & misericors. Castigatio clemens.*

**CLEMENTER**, mansuetè. (dissolutè. in Verr. 239 a, Quod est factum clementer, dissolutè factum criminari. Antequam 197 a, Clementer audire.

**CLEMENTIA**, æ. *lenitas, benignitas, animi lenitas, humanitas, misericordia, moderatio animaduertendi, placabilitas, mansuetudo, bonitas.* de Inu. 82 b, Clementia est, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis (inferioris melius) concitati comitate retinentur. Atti. 157 b, Cæsarem non voluntate, aut natura non fuisse crudelem, sed quod putaret popularem esse clementiam. & 236 b, Clementiam Cæsari malo fuisse: qua si visus non fuisset, nihil ei tale accidere potuisset. in Ant. 182 b, Cæsar aduersarios clementiæ specie deuinxerat. Quint. frat. 294 b, Omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis. \* Offic. 18 a, Nihil laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia. ibid. Ita probanda est mansuetudo atque clementia, vt adhibeatur Reipub. causa fueritis. Ep. 254 b, Spero homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia. Attic. 234 b, Meam lenitatem & clementiam, & sibi esse gratam, & mihi voluptati magnæ fore.

**CLEPO**, pis. *furor, rapio, furripio: à κλέπτος.* de Leg. 174 a, Sacrum sacræque commendatum qui cleperit, rapseritque; parricida esto. de N. 73 b, Agnum Thyestes clepere ausus est. Tusc. 179 b, Ignem Prometheus clepsit dolo. de Repub. lib. 4, Spartæ rapere pueri & clepere discunt.

**CLEPSYDRA**, dræ. *vas è quo aqua paulatim effluens horas distinguabat, horologium.* de Orat. 155 b, At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat.

**CLIENS**, tis. *qui in fide alicuius est, & patronum habet.* pro S. R. 54 b, Manlius Glaucia tuus cliens & familiaris. I. A. 180 b, Quos clientes nemo habere velit, non modò esse illorum cliens.

**CLIENTELA**, æ. *clientum defensio, tutela, procuratio.* At. 227 a, Scis quam diligam Siculos, & quam illam clientelam honestam iudicè. I. A. 208 a, Ianus Medius in L. Antonij clientela sit. I. V. 221 a, Conabar clientelam tam illustrem, tam splendidæ prouinciæ ad te traducere. Epist. 227, Quare si te fauore vsus erit, amplissimè clientelæ acceptas à maiori bus confirmare poterit. pro S. R. 24 a, Esse in fide & clientela alicuius. & 36 a, Conferre se in fidem & clientelam alicuius. \* in Catil. 1 23 b, Pro clientelis hospitijque prouincialibus, quæ tamen vrbis opibus non minore labore tueor, quam comparo, nihil à vobis nisi huius temporis totiusque mei consulatus memoriam postulo. Postq. 198 b, Amicitia, consuetudines, vicinitates, clientelæ, & c. quid habent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo. Epistol. 130 b, Dolabella. Animaduertis Cn. Pompeium nec nominis sui, nec reum gestarum gloria, nec etiam regum ac nationum clientelis, quas ostentare crebrò solebat, esse tutum.

† Syntaxis. *In clientela esse alicuius. In clientelam, in fidem, & clientelam alicuius se conferre.*

**CLINATVS**, a, um. *inclinatus.* in Arato à Cic. ter vsurpatum. **CLITELLÆ**, larum. *ephippia, quæ umentis imponuntur, ad melius ferendas sarcinas.* pro M. Scaur Ego quia Albanas habeo columnas. clitellis eas apportauit. Attic. 76 a, Clitellæ boui sunt impositæ, non est nostrum onus: sed feremus. *proverbium significans, impar esse sibi impositum onus.*

**CLITELLARIVS**, a, um. *onerarius.* Top. 223 b, Mulus clitellarius.

**CLITERNINI**. L. COLLEI.

**CLIVVS**, ui. *collis.* \* pro Rab. 97 a, Post red. 206 b, Se Nonarum Decembrium cliui Capitolini pœnas ab Equitibus Rom. esse repetiturum. Attic. 22 b, Quem equitatum ego in cliuo Capitolino, te signifero ac principe, collocaram.

**CLOACA**, æ. *locus cauius, per quem sordes publicæ eluuntur.* pro Cec. 291 b, Prætor qui de fossis & de cloacis interdicit. pro Plan. 279 b, Attem facere ex cloaca. *Proverbium: id est, rem abiectionem ornare.* \* pro Sest. 20 a, Corporibus ciuium Tiberrim repleri, cloacas referri.

\* **CLODIANVS**, a, um. in Pis. 84 a, Clodianus canis. pro Mil. 115 a, Clodianum crimen. & 119 a, Leges Clodianæ. & 120 a, Clodiana arma. Att. 16 b, Fabula Clodiana.

\* **CLODIVS**, a, um. pro Dom. 220 a, Sacra Clodiae gentis.

**CLVDO**, dis. *claudio.* de N. 46 a, Mare terram litoribus cludit.

\* **CLVVIANVS**, a, um. Att. 231 a, Horti Cluuiani.

**CLYPEVS**, pei. *scutum.* de Diuin. 100 b, Clypeos Lanauij à muribus esse derosos. de Fin. 85 a, Epaminondas quæsiuit, saluusne esset clypeus: cum saluum esse, & c. \* Or. 220 a, Si quis Phidiae clypeus dissoluerit.



\*CLYTEMNESTRA, *z. fabula*. Ep. 95 a, Quid delectationis habent sexcenti muli in Clytemnestra.

COACERVATIO, onis. *copia, cumulus, aceruus, aggregatio*. Part. 241 a, Atq; hæc quidem vtriq; maximè in peroratione faciendâ, alteri frequentatione argumentorum, & coacervatione vniuersa.

COACERVATVS, a, um. *congregatus, coactus, congestus, cumulat*. Part. 233 a, Singula per se exigua sunt, inuicem tamèn cum sunt coaceruata proficiunt. contra Rul. 63 a, Videtis constitutum & coaceruatum pecuniam.

COACERVO, as. *aggrego*. I. V. 212 a, Et ne fortè hominem existimetis hanc tantam vim emblematum sine causa coacervare voluisse, videte, &c.

COACERVOR, ris. *accumulor, cogor, congregor*. contra Rul. 80 b, Pecuniam coguntur & coacervantur. pro S. P. 40 b, Tantum quantum coacervari vna in domo potuit.

COACESCO, scis. *acitum fieri*. de Sen. 91 a, Vt non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit.

COACTIO, onis. *conspiratio, congregatio, conuenticulum*. de Arusp. 237 a, Veruntamen nocturnis vigilijs & coactione hominum iustitium illud conceptum ac meditatam est. *Alij etiam coitione legunt.*

COACTOR, oris. *qui pecuniam cogit & recipit, officij nomine*. pro R. P. 327 b, Non intelligo hoc quale sit, vtrum accessionem decumq; vt nostri coactores facere solent, centesima, an decessione de summa fecerit. pro Clu. 55 b, Ne multa perquiratur a coactoribus: *id est, ab ijs qui auctioni præsumunt*. inuenitur ea ferrula ad Stratronem peruenisse.

COACTVS, a, um. *expressus*. pro Dom. 251 b, Nunquam de me, nisi coactus ac necessariò dico. de Diu. 123 b, Ergo hoc auspiciam diuini quicquam habere potest? quod tam sit coactum & expressum.

¶ *Congregatus*. pro Cec. 296 a, Coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt vnù in locum congregati. At. 130 b, Quæ si copiam in vnum locum coacta fuerint, hærebis. de In. 62 b, Sed omnibus vnum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissimè percipere videbatur, excerptissimus. I. Verr. 111 a, Iste nauem maximam, Messanæ publicæ coactis operis, ædificauit.

¶ *Viadactus*. de Inu. 74 b, Vt & necessariò sumus in portum coacti.

COACTVS, ctus. *impulsus*. Attic. 287 a, Quoniam efflagitas, coactu tuo scribam. I. V. 251 a, \* Iudicio coactu atq; efflagitatu meo producere ad ignotos tantò potest eum, an recenti re Syraculis apud notos securi ferire.

COAEDIFICOR, ris. *construor*. Attic. 218 a, Campum Martium coedificari.

COAEDIFICATVS, a, um. in Partitionib. 233 b, Loci coedificati. (*Loci vasti*).

COAEO, as. in Verrem 168 a, Sic ad libidines tuas omnia coaestas.

COAEVVS, a, um. *æqualis, cum aliquo ætate coniunctus*. in Vat. 35 b, Nunquam puer aut adolescens inter coæuos fueras. *alijs, cocos: & melius.*

COAGITATIO, onis. *agitatio*. de N. 54 a, Anima calefcit primùm ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonum.

COAGMENTATIO, onis. *nexus, cõpositio, cõstructio, coniunctio*. de Vn. 197 b, Omnis coagmentatio corporis, vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur. de Nat. 49 b, Quæ copulatio rerum & quasi consentiens ad mundi incolumitatè coagmentatio naturæ quem nõ mouet? & 6 a, Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis.

† Syntaxis. *Rerum, corporis, naturæ, labefactata, dissolubilis coagmentatio.*

COAGMENTATVS, a, um. *compactus, compositus*. Tusc. 163 a, Quoniam nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. de Orator. 158 b, Collocationis est componere & struere verba, sic vt ne asper eorum cursus, neve hiuolens sit, sed quodam modo coagmentatus & leuis. de Fin. 105 b, Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis, tam compositum, tamq; compactum, & coagmentatum inueniri potest?

COAGMENTO, as. *compono, coniungo, construo*. de Sen. 92 a, Opus ipsa suum, eadem que coagmentauit, natura dissoluit. Orat. 204 a, Verba enim verbis quasi coagmentare negligat. de Cl. 170 a, Verba compone & quasi coagmenta.

COAGMENTOR, ris. *conficior, tractor*. I. A. 212 a, Docebo ne coagmentari quidem posse pacem.

† Syntaxis. *Coagmetare verba, pacem. Verborum concursus coagmentatus ac leuis. Componere, & quasi coagmentare.*

COAMICVS, de Att. 114 b, Hodie me ante omnes coamicos (*Alij comicos legunt*) stultos senes versaris atque luseris lautissimè. *Poeta.*

COANGVSTO, as. *coarcto*. de Leg. 190 b, Hæc lex dilatata in cunctum ordinem coangustari etiam potest.

COARCTO, as. *confitpo, coangustio*. *X. Dilato, explicio*. de Or. 98 a, Perfice vt Crassus hæc quæ coarctauit, & perangustè referat, in oratione sua dilatat nobis atq; explicet.

COARGVO, is. *indico, redarguo, accuso, conuincio, detego*. Epistol. 38 b, Nõ nostram perfidiam is coarguit, sed indicat suam. pro Mur. 126 a, Fuga laboris incertam coarguit & desidiã. pro Flacco 150 a, Satisne vobis coarguere his autoribus dissolutam Græcorum consuetudinem videt? Attic. 178 a, Sed opinor quiescamus, nec nostram culpam coarguamus. pro Ligario 139 b, Refellere & coarguere mendacium alicuius. pro Syl. 170 a, Illum multorum literæ & nunciij coarguerunt. & 175 b, In eum locum te deducis, vt antequam me commutati iudicij coarguas, te summæ negligentia tuò iudicio conuictum esse fatearis. pro Milo. 180 b, Hunc autem hæc eadem coarguunt. ad Herennium 7 b, Coarguere rem aliquam certioribus argumentis. I. A. 165 b, Coarguere aliquem: *id est, signo aliquo offendere, illum aliquid fecisse*. in Verr. 267 a, Coarguere aliquem avaritiæ. Acad. 41 b, Philo errorem eorum qui ita putarunt, coarguit.

COARGVOR, ris. *conuincor*. in Verr. 224 b, Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, vt getur confessio. ne sua. pro S. R. 31 a, Iam intelliges certum crimen quàm multis suspitionibus coarguatur. de Inuent. 79 b, Aut alijs constitutionibus factum coarguetur. contra Rul. 64 a, Hæc à me suspitionibus & coniecturis coarguuntur. pro Cl. 25 b, Oppianicus digito legata deleuerat, ne lituris coargui posset. Anteq. 195 a, Quorum cognita improbitas me tacente coarguitur turpitudine vita.

† Syntaxis. *Coarguere, & refellere. Avaritiæ aliquem coarguere. Crimen coarguere.*

COAVCTIO, nis. *actio*. in Verr. 191 a, Hoc crimen est, &c. ex coactione annonæ atq; æstimationis.

COBIAMACHVS, chi. *vicus inter Tolosam & Narbonem*. pro Fon. 278 a.

COCHLEA, *z. Græcè κόχλη*. de Diu. 136 a, Vt si quis medicus ægroto imperet, vt sumat Terrigenam, herbigradum, domiporsam sanguine cassam, potius quàm hominum more cochleam diceret. ad Heren. 39 b, Iste tanquam cochlea abscondens & retentans sese tacitus, quo sit tutus, comeditur cum domo sua, & aufertur.

COCLESTIS, stis. *Iscus, qui altero captus est oculo*. de Horatio Coelice. de Legib. 171 a.

COCTVS, a, um. *maturus*. de Senect. 92 a, Poma matura & cocta. (*cruda*. Attic. 222 b, Bene coctus & conditus sermo bonus.

COCVS, ci. vel COQVVS, qui cibos parat & condit. Epistol. 139 a, & 262 a, In ea cæna cocus meus præterius feruens nihil potuit imitari. pro S. R. 41 b, Mitto coquos, pistores, lectiarios, &c. \* in Vat. 35 b, Nunquam puer aut adolescens inter coquos (*al. coquos*) fueras. in Pis. 94 a, Serui forditi ministrant, nonnulli etiam senes: idem coquus, idem attrienis.

COCYTVS, ti. *fluvius apud inferos*. de Nat. 68 a, Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, &c. Tusc. 150 a, Cocyti fremitus.

CODEX, cis. *liber, tabula, tabula accepti & expensæ, & in quo publica acta scribebantur*. pro Qu. R. 45 b, Quomodo H. S. c. c. e. l. i. i. in codice accepti & expensæ non sunt? & ibid. Pro dijs immortales, esne quemquam tanta audacia præditum, qui quod nomen referre in tabulas timeat, id perere audeat? quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? & ibid. Non habere se hoc nomen in codice accepti & expensæ relatum confitetur, sed in aduersarijs patere contendit. & 46 a, Vtrum cætera nomina in codicem accepti & expensæ digesta habes? pro Cluen. 36 b, C. Verres subfortitionem eius in eo codice non habebat, qui tum interlitus proferebatur. & in Vat. 29 b, Codicis tui literas contemplare. I. V. 156 b, & 106 b, Causam in me cõferebat, quod tum codicem obfignassem. pro Syl. 175 b, Referre in codicem. I. V. 108 a, Profere falsum codicem. & 95 a, Codicis extrema cera: *id est, tabularum*. & 100 b, L. Piso multos codices impleuit earum rerum, in quibus intercessit. \* pro C. Cornel. 1, Legere codicem cum intercedatur. ibid. Codicem attigit.

† Syntaxis. *Accepti & expensæ codex. In codicem referre, digerere. Codicem obfignare.*

CODICILLI, orum. *literæ, tabellæ, libelli*. Ep. 56 a, Puer mihi obuiam venit cum codicillis, in quibus erat scriptum. Marcellum, & cæt. Quint. frat. 313 a, Epistolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. Epistol. 141 b, Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exarauit. A. 129 b, Hic hesternò die sententiosas nostras in codicillis & omnia verba referebat. Attic. 59 b, Qui non minus longas iam in codicillorum factis futurorum Consulium paginas habeat, quàm factorum.

† Syntaxis.



† Syntaxis. *Exarare in codicillis exemplum epistolae. Referre in codicillis dicta.*

C O D R V S, dri. de Nat. 61 a.

C O E L A T O R, oris. in Verr. 212 a, Artifices omnes cœlatores & vasculares conuocat. & 214 a, Mittitrogatum vasa ea quæ pulcherrima apud illum viderat, ait se suis cœlatoribus velle ostendere.

C O E L A T V S, a, um. *insculptus, vt argentum & aurum calatum.* Tusc. 240 a, & Or. 220 a, I. V. 134 b, Qui nō tam cœli quàm cœlati argenti rationem ducit. *obserua elegantem annominationem.* & 223 a, Galeæ æneæ cœlatæ opere Corinthio. de Inu. 77 a, Vasa magnificè & preciosè cœlata.

C O E L E B S, bis. *qui vel qua uxorem aut virum non habet.* de L. 185 b, Cœlibes esse prohibent.

C O E L E S T I S, ste. *diuinus, diuus, calites.* Orat. 207 b, Cùm se à cœlestib. rebus refert ad humanas. de Diu. 127 b, Vim cœlestem aliquid ad eos qui in terra gignuntur, pertinere. Brut. 91 b, Res à te gesta est memorabilis & penè cœlestis. Acad. 31 a, Cogitantesq; supera atque cœlestia, hæc nostra, vt exigua & minima cōtemnimus. I. A. 200 a, Tum illæ cœlestes diuinæque legiones. de Somn. 128 b, Orbis cœlestis extimus, qui, &c. Offic. 56 b, Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocavit. I. A. 193 a, Quid est quod de voluntate cœlestium dubitare possimus? de Leg. 160 b, Agnationem nobis esse cum cœlestibus. & 173 a, Diuos, & eos qui cœlestes semper habiti, colunto.

† Syntaxis. *Cœlestes colito. Gesta cœlestia, orbes, vis.*

C O E L I C V L V M, li. de Ar. 251 a, \* L. Pisonem quis nescit his ipsis temporibus maximum & sanctissimum Dianæ facellum in Cœliculo sustulisse?

C O E L I M O N T A N V S, a, um. I. P. 91 a, Cœlimontana porta.

C O E L I T E S, tum. *calicolæ.* de Som. 126 b, Gratias, inquit, tibi ago summe Sol, vobisque reliqui Cœlites, quod, &c. de Diuinat. 130 a, Ego diuum genus esse semper dixi, & dicam, cœlitum, ex Ennio. Tusc. 223 a, Neque ira cœlitum inuectum malum.

C O E L L V S, mons Romæ. Offic. 65 a.

C O E L O, as. *insculpo.* de Diu. 97 a, Atque hanc speciem Praxiteles cœlauit argento.

C O E L V M, li. *altissimum Dei domicilium.* Ep. 143 a, Ille verò te putabat quæsiturum, num vnum cœlum esset, an innumerabilia. de Or. 159 b, Hic status est huius totius mundi atq; naturæ, cœlum vt rotundum, terraq; vt media sit pro Pom. 11 b, Pompeiū omnes sicut aliquem non ex hac vrbe missum, sed de cœlo lapsum intuentur. Qu. fr. 291 a, E' cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum. de Somn. 129 a, Summus ille cœli stelliferi cursus. de Diu. 100 a, Cùm cœlum discessisse visum est, atque in eo animaduersi globi. de Diu. 80 b, Cœlum ex omni parte patēs atq; apertum intueri. de Som. 128 b, Stellæ errantes, quæ versantur retrò contrario motu, atque cœlum. de Diuin. 89 a,

*Quantum multa manus ad cœli cœrula templa*

*Tendebā lachrymans* — pro Rab. 93 a, Quem nō modò foro, sed cœlo hoc ac spiritu censoriæ leges carere voluerunt. Or. 206 b, & pro S. R. 30 a, Ducere animam de cœlo. Attic. 56 b, Milo proscrisit se per omnes dies comitiales de cœlo seruaturum. \* Hortens. Epicurei plures volent esse cœlos. ibid. Eloquentiam in cœlum, credo vt ipse cum ea simul ascenderes, sustulisses. de Consolat. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit. ibid. Omnibus eundem cursum in cœlum patere. \* pro Marc. 135 b, Cum alijs laudibus ad cœlum res tuas gestas effere. Tusc. 153 a, Possè animos cùm è corporibus excesserint, in cœlū quasi in domicilium suum peruenire. Tusc. 154 a,

*Romulus in cœlo cum Dijs genialibus æuam*

*Degit* —

Tusc. 157 a, Per hæc etiam magis necesse est ferantur ad cœlum. de Nat. 49 a, Aer cœli tenuitate & calore temperatus. de Diuin. 127 b, Reliqua tria interualla infinita & immensa à Sole ad Martis, inde ad Iouis, ab eo ad Saturni stellam, inde ad cœlum ipsum, quod extremum atque vltimum mundi est. de Diuin. 129 a, In puero refert ex qua affectione cœli primum spiritum duxerit. de Leg. 173 a, Diuos colunto, quos in cœlum merita vocauerint. Att. 230 a, Quæ nostris amicis diuinis viris aditū ad cœlum dederūt.

¶ *Aer, spiritus circumfusus.* in C. 100 a, Potestne tibi huius vitæ hæc lux, Catilina, aut huius spiritus cœli esse iucundus? de Diuinat. 107 b, Cuius cœli aspiratio grauis ac pestilens est. & 99 b, Apud Hetrufcos propter æris crassitudinem de cœlo multa fiunt. contra Rull. 82 a, Vectigal nec cœlo ac loco calamitosum. de Fat. 141 a, Athenis tenuè cœlum, crassum Thebis. de Nat. 28 b, Cœli temperato: *id est, æris.* in Verrem 240 b, Natura loci ac cœli Syracusarum. Attic. 83 b, Cœli grauitas. de Diuinat. 83 b, Summanus de cœlo istus. de Orator. 99 b, L. Fufius cuiusque particulæ cœli

officeretur, immutata lumina putabat. Tusc. 157 a, Necesse est ita feratur animus, vt penetret & diuidat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventiq; coguntur, quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terræ.

¶ *Translatione, summus gradus & locus.* Attic. 91 b, Salaminij nos in cœlum decretis suis sustulerunt. in Ant. 192 b, Cæsar in cœlum fertur. Attic. 28 b, Si verò ea quæ de me pacta sunt, non seruantur, in cœlo sum. & 35 a, Bibulus hominum admiratione ac beneuolentia in cœlo est. & 34 a, I. A. 180 b, Collegam de cœlo detraxisti. de Nat. 53 b, Epicurus dum palato quid sit optimum iudicat, cœli palatum (vt ait Ennius) non suspexit. Att. 22 b, Attingere cœlum digito.

† Syntaxis. *De cœlo missus, delapsus. Deducere de cœlo animam. De cœlo istus, obseruare, seruare. In cœlum ferre aliquem. In cœlo esse: id est, felicem esse. De cœlo aliquem detrahere. Cœli palatum. Cœlum digito attingere.*

C O E L V S, li. *paser Saturni.* de N. 38 a, Vetus opinio, exectum esse Cœlum à filio Saturno. & 68 a, Aether & dies parentes Cœli. & 70. & 71. ibidem.

C O E M O, mis. *cōemptionem facio, emo.* I. V. 231 a, \* Græci homines non modò non vendebant, sed etiam cōmebant signum, tabulam pictam, ornamentum vrbs. Epist. 254 b, & 105 b, Sylla omnia bona cōemit.

C O E M P T I O, onis. pro Mur. 130 a, Horum ingenio senes ad cōemptionses faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt. & ibidem: Putarunt omnes mulieres, quæ cōemptionem facerēt, Caias vocari. pro Flac. 162 a, In manu (*al. manum*) inquit, conuenerat, sed quero, vtrum vsu an cōemptione? de Orat. 105 b, Mulieris, quæ cōemptionem fecerit, causam defendere.

† Syntaxis. *Cōemptionem facere. Cōemptione in manum conuenire.*

C O E M P T I O N A L I S, le. *qui frequens est in emptionibus.* Epist. 108 b, Si inter series cōemptionaleis vnanale proscrisperit, Curij.

C O E N A, æ. *vespertina mensa.* Quint. frat. 321 a, Venit ad nos Cicero tuus ad cœnā, cùm Pomponia foris cœnaret. pro Cæl. 41 b, Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent, uxores suas redeuntē à cœnā, atreccatas esse à Cælio. pro S. R. 35 a, Non illum redeuntē à cœnā videtis? in Verr. 86 a, Quid ego istius prandia & cœnas commemorare? pro S. R. 28 a, Puerum vocauit, credo cui cœnam imperaret. pro Deiot. 147 b, Cùm te vomere post cœnam velle dixisses. Epist. 136 b, Nec tamen eas cœnas quero, vt magnæ reliquæ fiant: quod erit magnificum, sit & lautum. Attic. 94 a, Vocare aliquem ad cœnam. Epist. 139 a, & I. V. 211 a, Dare cœnam alicui. \* Ep. 107 b, In eas herbas cùm incidissem in cœna angulari apud Lentulum. Epist. 141 b, Te ad cœnas itare dedisse, molestè fero. Epist. 142 a, Vides vt te philosophando reuocare coner ad cœnas. Attic. 149 b, Quas eos cœnas & facere & obire scripsit ad me Sestius? quàm lautas? quàm tempestiuas?

† Syntaxis. *Venire ad cœnam ad aliquem. Redire à cœnā. Cœnam alicui imperare. Vomere post cœnam. Vocare ad cœnam aliquem. Dare alicui cœnam.*

C O E N A C V L V M, li. *triclinium, conclauis.* contra Rul. 85 b, Roma cœnaculis sublata atque suspensa.

C O E N A N S, tis. de Diuin. 92 b, Cœnantibus nobis, & noctu quidem Statius à te epistolam breuem tulit. \* pro M. Scaur. Venenum hospiti aut coniuicæ cœnanti datum.

C O E N A T V R V S, a, um. Att. 221 b, Cùm Cæsar secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venisset, villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret. Qu. frat. 290 a, Apud Pompeium in eius nuptijs eram cœnaturus.

C O E N A T V S, a, um. de Diu. 92 b, Qui vt cœnati quiescerent, visum esse ei, qui, &c.

C O E N I T O, as. *frequentius cœno.* Epist. 102 b, Ego si foris cœnitarem, Cn Octauio familiari tuo non defuissem. & lib. 9, Non desino apud istos qui nunc dominantur, cœnare. Eodem lib. Puto enim te audiuisse, illos apud me declamare, me apud illos cœnare. \* Epist. 142 a, Id foris cœnando facilimè consequere.

C O E N O, as. de Inu. 63 b, Qui cùm in quendam cauponam diuertissent, simul cœnare & in eodem loco somnum capere voluerunt, cœnati discubuerunt. Epistol. 3 b, & Attic. 250 a, Ego eo die casu apud Pompeium cœnabam. pro Deiot. 147 a, At eodem te cùm cœnauisses, reditum dixerat. in Vat. 35 a, Quis vnquam in funere familiari cœnauit cum toga pulla? de Orat. 131 b, Manus laua, inquit, & cœna. Qu. frat. 221 a, Cœnate foris. \* de Orat. 141 b, Cùm cœnaret Cranone in Thessalia apud Scopam. de Finib. 69 b, Benè cœnare, libenter cœnare.

† Syntaxis. *Simul cœnare. Cœnare apud aliquem. Cœnare in funere familiari cum toga pulla. Cœnare, absolutè. Cœnare foris.*



COENULA, æ. parua cœna. Epistol. 141 b, Vereor ne obliuiscere cœnulas facere. & Tusc. 246, Hæsterna cœnula non intellexistis?

COENVM, ni. lutum, pro Dom. 222 a, O' cœnū, ô portentum. Tusc. 220 b, Stoici dicunt omnes stultos insanire, vt malè olere omne cœnum. pro Sest. 7 a, Habeo quem opponam labi illi atque cœno. Attic. 46 a, Pompeius oblitus cœno. \* de Consolat. In cœno iacere.

COENIS, conuenio, adiungor, congregior. ad Attic. 15 b, Cæsar cum eo coire cogitat, & Bibulus cum hoc se putat posse coniungi. Postquam 207 b, Cum hoc coire ausus es? Attic. 103 a, Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræum. pro Dom. 222 b, Collegia medius fidius Tribunorum plebis tota reperientur, &c. quæ cœant de hominum locupletissimorum bonis. pro Clar. 48 b, Dixi Habito statim de eo, qui coisset, quo quis condemnaretur, illum esse liberum. pro Cluent. 49 a, Qui eorum coit, coierit, conuenit, conuenit, &c.

¶ *Iungor, contrahor.* pro Quint. 14 a, & pro S. R. 21 b, Coire societatem voluntariam cum aliquo. de Natur. 50 b, Pinna cum squilla societatem coit comparandi cibi. pro Sex. Rosc. 34 b, Coire societatem præmij vel sceleris cum aliquo. pro Sex. Rosc. 32 b, Coire societatem cum aliquo de aliqua re. in Antonium 163 a, Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses.

† Syntaxis. *Coisère amici. Coire societatem cum aliquo. Coire de salute, & cæ.*

COEPI, sti, insitio, suscipio, incipio. pro Rab. P. 123 b, Vt magis pœniteret cœpisse, quam liceret desistere. Attic. 3 a, Caicam si quando abundare cœpero, ornabo. de Orator. 99 a, Neque se antè causas amicorum tractare cœpisse, quam ius ciuile didicisset. de Fat. 147 b, Nève inde nauis inchoandæ cœpisset exordium. Epist. 153 a, Si latro rursus in Italiam se recipere cœperit, Brutus officium occurrere ei. Att. 115 b, Ipse me Cæsar ad pacem hortatur, sed antiquiores literæ quàm ruere cœpit.

COEPTO, as. incipio in Arato:

— *cæptant tuos cœstringere portus.*

COEPTVS, a, um. I. C. 109 a, Nunc de republica consuli cœpti sumus. de Clar. 167 a, Qua in vrbe primùm literis oratio est cœpta mandari. de Orator. 98 b, Antè petitam esse pecuniam quàm esset cœpta deberi. de Finib. lib. 5, Tum sensim incipit progredi, seseque agnoscere: cœptaque & ea, quæ naturæ apta sunt appetere, & propulsare contraria. \* pro C. Corn. 1, Cœptum igitur per eos, desitum est per hunc.

† Syntaxis. *Cæptus ille est consuli de pace. Litera scribi cœpta.*

COEPTVS, tus. inceptum. de Finib. 115 a, Atq; ipsa institutio hominis si loqueretur, hæc diceret, primos suos quasi cœptus appetendi fuisse, vt se conseruaret in ea natura, in qua ortus esset.

COERARIVS, tij. curator. de L. 186 a, At si quid erit, quod extra magistratus, cœrario vsus sit, qui cœret, [populus creato: eique ius cœrandi dato. *Alij legunt, coharario, & cætera eodem modo.*

\* COERCENDVS, a, um. de Finib. 59 b, Vt coërcendi magis quàm dedocendi videantur.

COERCENS, tis. comprehendens, amplectens. de N. 46 a, Restat vltimus & omnia cingens, & coërcens cœli complexus.

COERCEO, ces. contineo. de Nat. 37 a, Mundus omnia complexu suo coërcet & continet.

¶ *Refreno, domo, reprimo.* Tusc. 185 b, Hoc præcipitur vt ratio coërcet temeritatem. de Fin. 64 b, Cùm enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coërcere. Atti. 81 b, Appius turmas aliquot equitum dederat Sceptio, per quas Salaminios coërceret. & 286 b, Ego verò is sum, qui non modò non supplicem, sed etiam coërcam postulantem, vt sibi supplicetur. in Anton. 231 a, A' progressu coërcuit, à reditu refrenauit. Offic. 37 b, Ijs qui vi oppressos coërcent, sit sanè adhibenda sœuitia. de Or. 143 a, Coërcere aliquem ablatis pignoribus. Att. 16 a, Resecare libidinem, coërcere iuuentutem. Off. 56 b, Eos morte, exilio, vinculis, damno coërcent. de Or. 101 a, Coërcere cupiditates. Top. 224 a, Coërcere aquam. *id est, arcere.* LV. 195 a, Coërcere improbitatem. \* de Clar. 194 b, Vt nimis redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quasi extra ripas diffuentes coërceret.

COERCEO, ris. moderor. Acad. 18 a, Nam si minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coërcetur. de Finib. 49 b, Qui autem moderatiùs id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel admissum coërceri reprimique non potest. \* de Finib. 80 a, Si modestia, si pudicitia, si vno verbo temperantia, pœnæ

aut infamiæ metu coërcerentur.

† Syntaxis. *Cœlum cingit omnia complexu suo, atque coërcet. Plutius coërcere, iuuentutem, libidinem. Coërcere & reprimeri.*

\* COEREO, as. curo. de Leg. 186 a, Si quid erit quod extra magistratus cœrario vsus sit, qui cœret, populus creato: eique ius cœrandi dato. *Alij coharario, cures & curandi legunt.*

COERVLEVS, a, um. L. CÆRVLVVS. de Natur. d. 17 b, Cæsius oculos Mineræ, cœruleos esse Neptuni. in Arat. Cœrulea pistrinx.

COETVS, tus. concilium. de Senect. 95 b, Cùm in illud animorum concilium cœtumque proficiscar. de Finib. 8 a, Opiniones, quæ in senatu, quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilioque sint proferendæ. de Somn. 127 b, Concilia & cœtus hominum iure sociati. in Sal. 274 b, Ea pars, quò tanquam in vnam voraginem cœtus omnium vitiorum excefferat. in Verrem 274 a, Omnesque Dij, qui solennes cœtus ludorum initis. de Orator. 87 b, Dicendo tenere hominum cœtus. de Orator. 149 a, Valde autem est absurdum ei concionem, aut senatum, aut vllum cœtum hominum committere, cui, &c. de Finib. 66 a, b, Cœtus matronarum. I. C. 98 b, Cœtus nefarij. I. C. 99 a, Dimittere cœtum. Cœtu nostro dimisso. \* de Consolat. Te in eorum cœtu locatam consecrabo. de Orat. 130 a, Ne qua dicendi pars in hoc tali cœtu atque in tam accurato sermone præterita esse videatur. in Catil. 98 b, Si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios potest. de Finib. 66 a, Quid necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum sic voluptatem in virtutum concilium adducere?

† Syntaxis. *Hominum cœtus, viriorum, ludorum. Concilium ac cœtus. Cœtus iure sociatus. Cœtum dimittere.*

\* COGENDVS, a, um. congregandus. Att. 91 b, Vt equites Sceptio ad pecuniam cogendam darem.

\* COGENS, tis. colligens, congregans. de Natur. 14 b, Ex his corpusculis effectum esse cœlum atque terras, nulla cogente natura. de Leg. 171 a, Ita principem legem illam & vltimam, mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei.

\* COGITANS, tis. pro Marc. 134 b, Quis est omnium tam nihil vnquam nec de sua, nec de communi salute cogitans, qui non intelligat. ibidem: Equidem dies noctesque de te cogitans extimeleo.

COGITATE', cogitat, consulto. pro Arch. 189 a, Accuratè cogitateque scribere aliquid.

COGITATO', cogitatè. de Offic. 6 a, Permultum interest, vtrum perturbatione, &c. an consulto & cogitato fiat iniuria.

COGITATIO, onis. mentis sensus, mentis agitatio, animi motus, animi sensus, intus sensus, reconditus sensus, meditatio, commentatio, *Pharrosia, intus sermo, cura.* Attic. 159 a, Meas cogitationes omnes explicavi tibi superioribus literis. Attic. 133 a, Obsecro te Cicero suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis, vt, &c. & 147 b, Quomobrem à te peto, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. de Orator. 125 b, In ea cogitatione curaque versor, vt odorer, &c. Attic. 236 b, Hæc me species cogitatioque perturbat. in Antonium 166 a, Attende enim paulisper, & cogitationem sobrij hominis ad punctum temporis suscipe. Parad. 117 a, Nùm illi cogitationem vllam habuisse videntur, aut aurì ad auaritiam, aut, &c. de Amic. 102 a, Qui omnes suas cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. Epistol. 43 b, Complexus sum cogitatione te absentem. de Orator. 144 a, Omne illud tempus meridianum Crassus in acerrima & attentissima cogitatione posuit. & ibidem: Cùm eum in cogitatione delixum esse sensisset. Attic. 141 a, De his rebus rogo vos, vt cogitationem suscipiatis: & 235 b, Quarìs vt suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem. & 147 b, Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt arbitraret, &c. contra Rull. 66 b, 67 a, Versantur in animo meo multæ & graues cogitationes. Brut. 90 b, Cicero tuus nunquam videtur dimittere cogitationem, cuius sit filius. de Orat. 97 a, Subitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit. Orator. 209 a, Qui motus cogitationis celeriter agitur, per se ipse delectat. pro Syl. 179 b, Peterem veniam ex intimis vestris cogitationibus, & ex humanitate communi. de Am. 101 a, Quapropter à natura mihi videtur potius, quàm ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quàm cogitatione, quantum illa res vilitatis cœset habitura. de Orat. 103 b, Multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurrisse. & 120 b, Neque quonies verbum aliquod est scribendum nobis, toties eius verbi literæ sunt cogitatione perquirendæ. de Nat. 9 b, Mens nostra quiduis cogitatione potest depingere. ad Heren. 22 a, Cogitatio quamuis regionem potest amplecti, & in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricati & architectati.



stari. Item: Quis est iste tuus sensus, quæ cogitatio? Brutus ut non probes, Antonios probes? de Nat. 22 a, Sic enim dicebas speciem Dei percipi cogitatione, non sensu, nec esse in ea ullam soliditatem, nec eandem ad numerum permanere, eamque esse eius visionem, ut similitudine & transiitione cernatur, neque deficiat unquam ex infinitis corporibus similitum accessio, ex eoque fieri ut in hæc intenta mens nostra beatam illam naturam & sempiternam putet. pro Mil. 116 b, Fingite animis: liberæ enim sunt cogitationes nostræ, & quæ volunt, sic intuentur, ut ea cernimus, quæ videmus: fingite igitur cogitatione imaginem, &c. I. V. 87 b, Vidi simul cum populo Rom. fori ad ornatum ad speciem magnifico ornatum, ad sensum cogitationemque; acerbis & lugubris. Off. 26 b, Cogitatio in vero exquirere maximè versatur. & 53 a, Nos tantum roboris non habemus, ut cogitatione tacita à solitudine abstrahamur. & 5 a, Omnis autem cogitatio motusque; animi, aut in consilii capiendis, aut in studiis scientiæ cognitionisque; versabitur, aut, &c. Tusc. 158 a, Quidam nequeunt qualis animus sit vacans corpore, intelligere. & cogitationem comprehendere. pro Fl. 160 a, Sed vestrum est iudicis, omnia quæ dici possunt in hominum leuitatem, &c. etiam si à me minus dicuntur, vestris animis & cogitatione comprehendere. Tusc. 215 a, Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ærotatione seiungere. & 186 b, Sermoque; intimus, cum ipse secum, caue turpe quicquam. de N. 69 b, Omnia, quæ nobismetipsis cogitatione fingere possumus. Ep. 50 a, Quoties in eam cogitationem necesse est, ut tu veneris, & nos facere incidimus. de Nat. 6 a, Quod ne in cogitationem quidem cadit. At. 101 a, Si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque; approbas. de Orat. 85 b, Quo eumque; te animo & cogitatione conuerteris. pro Sest. 5 a, Audite literas, & vestram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitare. \* pro C. Cornel. 2, Studia, consilia, cogitationesque; eorum aperiam. Hortens. Congruere cum cogitatione magna voluptas corporis non potest. I. A. 240 a, Postiores cogitationes (ut aiunt) sapientiores solent esse. I. A. 245 b, Horum ego cogitationes non reor. de Nat. 22 a, Sit tantummodo ad cogitationem valent. Offic. 53 a, Ut cogitatione tacita à solitudine abstrahamur. Epist. 159 a, Planci. Quæ mens cum aut quorum consilia à tanta gloria auocauerint, & ad cogitationem consularis bimestris transferent. Ep. 259 a, Videre te tota cogitatione cupio. Att. 30 b, Magnum quid aggrediebamur, & multæ cogitationis atque otij.

† Syntaxis. *Cogitatio digniss. acerrima, attentiss. graviss. Cogitationes suscipere, explicare. In cogitatione versari. Habere, & abijcere cogitationes in studia. Cogitatione aliquem complecti, percurrere aliquem, depingit mens, percipere, fingere. In animo cogitatione distinguimus. Venire in cogitationem. Conuertere se animo & cogitatione ad.*  
**COGITATVM, ti. cogitatio.** contra Rull. 61 a, Hæc non cogitata sapientum, sed optata furiosorum videntur. de Cl. 188 a, Cogitata mentis præclare loqui. \* Att. 225 b, Ut omnia facta, scripta, dicta, promissa, cogitata Cæsaris plus valerent, quam si ipse viveret. Att. 232 a, Ad Cæsaris non modo acta, verum etiam cogitata reuocamus.

**COGITATVS, a, um. meditatus.** I. A. 176 a, Attuleras domo meditatam & cogitatum scelus. pro Dom. 147 b, In posterum, inquit, diem distulit, ut cum in castellum Luccium ventum esset, ibi cogitata perficeret.

**COGITVS, as. meditator, commentor, contemplor, mente conrecto, mente complector, cogitatione complector, animo agito, mente agito, mecum quero, existimo, in animo habeo, mihi in animo est, cogitationem alicuius rei habeo, omnem meam curam desigo in aliqua re, animo & cogitatione comprehendo, in aliqua re cogitationem pono, omnem curam cogitationemque; consigo, memoriam meam ad aliquam rem excito, ratione animoque; lustro, ante oculos meos propono, speciem alicuius rei cogitatione percipio. Mente & cogitatione versor, cogitationem alicuius rei capio, cogitationem suscipio.** de Orat. 104 a, Sagaciter peruestigare quod sui ciues, ipsique; qui audiunt, cogitarent, sentiant, opinentur, expectent. pro Deiot. 151 a, Hæc ego repeti, & dies & noctes cogito. de Leg. 169 a, Nihil in his locis nisi montes & saxa cogitabam. pro Font. 278 b, Vos sapius eandem rem animis agitare, & diutius vno de teste cogitare potestis? con. Rul. 78 b, Vos tamem id potestis cum animis vestris cogitare. de Leg. 169 a, Nam illo liberum soleo uti, siue quid mecum ipse cogito, siue aliquid scribo, aut lego. pro Mil. 112 a, Clodius nihil de extremis Milonis comitibus cogitavit. Att. 159 a, Ad hæc igitur cogita, vel potius excogita. de Orat. 117 a, Et quicquid de sua re cogitarit, in mediū proferat. pro Rab. 96 b, Longius quam vitæ termini postulat, spe atque; animo de se & gloria sua cogitare. Ep. 6 b, Is visus est mihi toto animo de te ac de tuis ornamentis & commodis cogitare. I. C. 108 a, Sed eos hoc moneo, desinant furere, & proseriptiones & dictaturas cogitare. Att. 207 b, De hortis toto pectore cogitemus. Tusc. 187 b, Ad ferendum dolorem placidè & sedatè, plurimum

proficit, toto pectore (ut dicitur) cogitare, quam id honestum sit. Ep. 50 a, Cæpi egomet mecum sic cogitare: Heri nos homunculi, &c. Tusc. 349 b, Docto & erudito homini viuere est cogitare. Ep. 153 a, Si insulam Britanniam cæpero cogitare, eius *ἐπιπολι* mihi adolabit ad pectus. Attic. 228 b, Sed mehercule sic humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis. Att. 27 a, Ludi Antij futuri sunt pridie Non. eos Tullia spectare vult: inde cogito in Tusculanum. Attic. 134 b, M. Lepidus eras cogitavit, *id est, discedere, vel proficisci.* \* con. C. Anton. Consulatum spero aut cogito. pro Marc. 134 a, De nobis quotiens cogitabis, totiens de maximis tuis beneficiis, totiens de mirabili liberalitate, totiens de singulari sapientia tua cogitabis. I. A. 260 a, Iam autem sceddissimam mortem omnes, aut miserabilem fugam cogitabant.

**COGITVS, ris. excogitor, existimo.** Acad. 10 b, Nihil enim agens ne cogitari quidem potest, quale sit. de Diuin. 136 b, Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum.

† Syntaxis. *Repetere, & dies, noctesque; cogitare. Saxa cogitare. De resibus cogitare. Cum animo suo cogitare. Cogita, excogita. Toto pectore cogito. Cogitare amabiliter in aliquem. Cogito hinc Roman.*

**COGNATIO, onis. coniunctio.** I. V. 216 b, Segestani cognatione est cum populo Romano coniunctus esse arbitrantur. de Nat. 19 a, Deorum cognationem libenter agnoscerem. de Fin. 114 a, L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. de Inu. 50 a, Cognatione, quibus maioribus, quibus consanguineis. in Anton. 195 b, An potest cognatio vlla propior esse quam patriæ? in Ver. 219 a, Quæ cognatio studiorum & artium non minus est coniuncta, quam illa naturæ. de Fin. 146 b, Et tota domus coniugio & stirpe coniungitur, serpissensim foras cognationibus primum tum affinitatibus, deinde amicitijs, post vicinitatibus cum ciuibus. pro Syl. 178 b, Cincius nunquam sibi cognationem cum prædijis esse existimauit suis. de Diuin. 94 a, Animus qui deorum cognatione teneatur. Or. 225 a, Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliquo. de D. 115 a, Cum rerum autem aut natura quæ cognationem habent? de D. 115 b, Distantium rerum cognatio naturalis. de N. 65 a, Naturam quasi cognatione continuatam conspire. p. Cl. 20 b, Tulit hoc commune dedecus iam familiæ, cognationis, nominis, grauius filius. \* in L. Pison. Cum tibi tota cognatio in sarcoc aduehatur. de Inuent. 50 a, Hominum genus consideratur in natione, patria, cognatione, ætate. de Orat. 118 a, At verò in foro cognationes, affinitates, vita denique; eorum tota cognoscenda est. I. V. 261 a, Quid verò illa Segestanorum non solum literis tradita, neque commemorata verbis, sed multos officij illorum usurpata & comprobata cognatio, quos tandem fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit? ibid. Hæc ciuitas apud te cognationis ne hoc quidem iuris obtinuit, pro Arch. 185 b, Omnes artes quasi cognatione quadam inter se continentur. Postq. 207 b, Quam affinitatem longè huic ab hoc genere cognatio materna transalpini sanguinis abstulisset. pro Lig. 138 a, Cuius ego in dustræ gloriæque; faueo propter propinquam cognationem. de Diuin. 103 a, Necessè est cognatione diuinorum animorum animos humanos commoueri. de Diu. 115 a, Ut iam sit in natura cognatio. ibid. Ut distantium rerum cognatio naturalis appareat, & b, Quæ ex cognatione naturæ & quasi cõcentu atque; cõsensu, quæ *συγγενεῖται* Græci appellant, cõuenire potest aut fissum iecoris cum lucello meo? aut meus quæsticulus cum cælo, terra, rerumque; natura? de Diu. 137 b, Thesaurus verò, & hæreditas, & honos, & victoria, & multa generis eiusdem, quæ cum somnijs naturali cognatione iunguntur? Att. 202 b, Eum multis verbis agere mecum per cognationem, quæ mihi secum esset.

† Syntaxis. *Cognatio consanguinitatis, patriæ, naturæ, virtutum, Cognatio, concentus et consensus naturæ. Animus deorum cognatione tenetur.*

**COGNATVS, a, um. sanguine coniunctus, habens cognationem cum aliquo, qui alicuius cognatione tenetur, affinis, conueniens.** Postq. 299 a, Pro reditu P. Pompilij multi cognati & affines deprecari sunt. pro S. R. 34 b, Propinqui cognati que optime conuenientes. de Or. 161 a, Nihil est tam cognatum mentibus nostris, quam numeri atque; voces. pro Ccc. 287 b, Suedebant amici cognati que; Celsennæ id. Attic. 213 b, Incidisse eum etiam in illos, in eis in cognatum tuum. de Vn. 198 a, Formam autem maximè & sibi cognatam & decoram dedit. *id est, similem.* Lege **AGNATVS.**

† Syntaxis. *Numerus nobis cognatus, Forma illi cognata, & decorata. id est, conueniens, & decens.*

**COGNITIO, onis. agnitio, intelligentia, inspectio, notio, scientia.** Top. 126 b, Causarum cognitio cognitionem euentorum facit. de Fin. 132 b, Nam quæ corporis sunt, ea cognitionem habent faciliorem. de Nat. 54 a, Ut homines deorum cognitionem cœlum intuentes capere possent. de Orat. 100 a, Cognitionem



iuris magnam ac difficilem esse. & ibid. Nullius mihi artis facilius cognitio videtur. de Orat. 153 a, Nam aut cognitio rei scientiaq; perquiritur, aut, &c. de Fin. 132 b, Natura hominis, in qua sit mirabilis quædam vis rationis, & cognitionis, & scientiæ. pro Flac. 151 a, Vtrum hic tandem disceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiam labem aliquam aut ruinam fore putatis? Att. 263 b, Quæ lex earum rerum quas Cæsar egisset, magnam consulis cognitionem dedit. & ibid. Coss. quorum & lege, & S. C. cognitio & iudicium fuit. de Orat. 208 a, Nam ipsa quidem res in perfacili cognitione versantur. Off. 3 b, Cognitio rerum aut occultarum aut admirabilium, ad bene beatæq; viuendum necessaria est. cont. Rul. 172 b, Orbis terrarum cognitionem alicui sine consilio dari, & poenam sine prouocatione. pro Cor. 61 a, Ipsa enim leges te à cognitione sua iudicio publico repulerunt. de Nat. 57 a, Quæ contuens animus accipit ab his cognitionem deorum. \* Hortens. Vnã esse me beati cognitione naturæ & scientia. de Finib. 50 a, Si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. Cat. Vt expectatio à cognitione, aures ab oculis vincerentur. 3. Ac. Homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitione & scientiæ.

¶ **Iudicium.** de Clar. 172 a, Cùm dies cognitionis esset. pro Dom. 219 b, Hoc compensabo breuitate eius orationis, quæ pertinet ad ipsam cognitionem vestram: quæ cū sit in ius religionis & in ius Reipub. distributa. Tusc. 160 b, Nisi animus in rerum cognitione viguisset. Off. 31 a, Cùm omnis honestas manet à partibus quatuor, quarum una sit cognitionis. ibid. Placet aptiora esse naturæ ea officia, quæ ex cōmunitate, quàm ea quæ ex cognitione ducantur. ibid. Cognitio contemplatioq; naturæ manca quodammodo atq; inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur.

† Syntaxis. *Id habet cognitionem facilem: id est, facile noscitur. Id cognitionem tibi dabit. In cognitione facili hoc versatur. Cognitio & scientia. Cognitio & contemplatio.*

**C O G N I T O R,** oris, qui cognoscit, qui alium in iure defendit, procurator. pro Qu. Rosc. 51 a, Tu Qu. Roscium pro opere & labore quod cognitior fuisset, quod vadimonia obisset, rogasti ut, &c. 50 a, In hanc rem me cognitorem dedisti. & 54 a, Nisi te in suam litem dedisset cognitorem. & ibid. Quoniam tuus cognitior non est factus. de Arusp. 254 b, Cùm in me cognitorem harum omnium rerum illa flamma conijciatur: id est, qui cognoscebam. I. V. 270 a, Homines tenues adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt, ubi neq; noti esse ijs, quod venerit, neq; semper cū cognitioribus esse possunt. & ibid. Cognitor locupletem dare. I. V. 78 b, Cuius Romanum, qui cognitores homines honestos daret, sublatum esse in crucem. I. V. 129 b, Videte porro aliam dementiam, cognitorem ascribit Sthenio. quem? cognatum aut propinquum? non, &c. & 230 a, Sthenius inuenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitior fieret. & ibid. Ceddū cui Siculo, quum is reus fieret, cuius Romanus cognitior vnquam factus sit? & ibid. At credo Sthenius hoc sibi amplum esse putauit, eligere de ciuium Rom. numero, quem cognitorem daret. ad Her. 10 a, Maior annis L X. & cui morbus causa est, cognitorem dat. \* pro Qu. Rosc. 53 b, Quid interest inter eum, qui per se litigat, & qui cognitorem dat? (al. cognitior est datus?) Qui per se litem contestatur, sibi soli petit. Alteri nemo potest, nisi qui cognitior est factus. Itane verò? Cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum I. V. 56 b, Me defensorem calamitatum suarum, me vitorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causæ totius esse voluerunt.

**C O G N I T Ū S,** a, um. spectatus, perceptus, comprehensus, comperitus, perspectus, iudicatus. pro Mur. 129 b, Veriti sunt ne dierum ratione peruulgata & cognita, sine sua opera lege possent agi. Offic. 4 a, Incognita pro cognitis habere. Epist. 6 a, Re perspecta & cognita. de Cl. 177 b, Satis mihi videbar habere cognitum Scæuolam ex ijs rebus, quas, &c. pro Cec. 305 a, Homo singulari pudore, virtute cognita & spectata fide amplissimus. pro Cecin. 305 a, Homo in vtraq; fortuna cognitus, multis signis, & virtutis, & humanitatis. Brut. 191 b, Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum. de Orat. 94 a, Res penitus perspectæ, planæq; cognitæ. Brut. Ex me illud est, quod te velim habere cognitum. de Finib. 142 b, An verò quicquid potest probare, non perceptum, quod comprehensum, quod cognitum non habet? I. V. 132 a, Vt aliquando de rebus ab isto cognitis iudicatisque, & de iudicijs dicere desistamus. \* con. C. Anton. Homo nobilis & valde in hoc largitionis quæstu notus & cognitus. Frag. epist. Cognita virtus. de Orat. 92 b, Nam si ars ita definitur ex rebus penitus perspectis & cognitis.

† Syntaxis. *Cognitum ac peruulgatum. Perspectum & cognitum. Homo cognitus: in bonam partem. Habere quid perspectum, cognitum, & iudicatum. Penitus perspectum, planæq; cognitum. Cognitum & iudicatum. Perceptum, comprehensum, cognitum,*

**C O G N O M E N,** nis. cognomentum. de Am. 96 b, Cato quasi co-

gnomen iam habebat in senectute sapientis. Offic. 75 a, T. Manlius, qui Galli torque detractio cognomen inuenit. de Fin. 53 b, Neq; Torquatus, qui hoc primum cognomen inuenit. pro S. R. 21 a, Duo isti Roscij, quorum alteri Capitonum cognomen est, iste qui adest Magnus vocatur. Offic. 45 a, P. Crassus cū cognomine diues, tum copijs. Attic. 30 a, Noster amicus Magnus, cuius cognomen vnã cū Crassi diuities cognomine consensit. pro Cl. 32 b, Quid tu, inquit, Pæte, (hoc enim sibi Stalenus cognomen ex imaginibus aliorum delegerat, ne si se Ligurum fecisset, nationis magis suæ quàm generis vti cognomine videretur.) pro Mur. 131 b, Quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso præ se ferbat, eandem hic sibi ex Asia nomine assumpsit. de Som. 127 a, Eritq; cognomen id tibi per te partum, quod habes ex nobis adhuc hereditarium. I. A. 186 b, Bombalio, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemq; cordis cognomen ex contumelia traxerit. & 207 b, Hinc enim puto Trebellum sumpsisse cognomen. de In. 65 a, Nomen autem cū dicimus, cognomen quoq; & agnomen intelligatur oportet. ad Her. 34 a, Hoc pacto poterimus dicere sicuti cognomen, quod pro certo nomine collocamus. \* ad Her. 34 a, Pronominatio est, quæ sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, &c. de Senect. 78 a, Quæ sapientia vtinam digna esset opinione vestra, nostraq; cognomine. Attic. 238 a, Ne cognomine tuo lapsus videreris sis.

† Syntaxis. *Cognomen inuenire, assumere, trahere.*

**C O G N O M E N T V M,** ti. cognomen. pro Mil. 110 b, C. Cassinius cognomento Schola. de Fin. 67 a, Vt Heraclitus, cognomento qui *σχολῆς* perhibetur.

**C O G N O M I N A T V S,** a, um. Part. 234 b, Verba ponenda sunt quæ vim habeant iustitiam, nec ab usu sint abhorrentia, graui, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata, superlata.

**C O G N O S C E N D V S,** a, um. noscendus. de Orat. 102 a, Studium cognoscendæ percipiendæq; virtutis.

**C O G N O S C E N S,** qui noscit. ad Her. 29 b, Qui priuatus intollerabili superbia fuerit, cū commodum & sui cognoscere tem videre in potestate qui speret? \* I. V. 112 b, Vt eam causam, &c. isto cognoscere obtineret.

**C O G N O S C O,** cis. nosco, agnosco, percipio, attendo, disco, non me latet, non me fugit, assequor, teneo, habeo, exaudio, animaduerto, cognitum habeo, intelligo, notum habeo, mihi notum est, perspectum mihi est, cerno, notitiam alicuius rei habeo, cognitionem capio. Att. 70 b, Idq; quoniam Philotimum habes, perspicere & cognoscere rationem. Item: Consulis & lege, & S. C. permissum erat, vt de Cæsaris actis cognoscere, statuerent, iudicarent. I. V. 113 b, Causam Verres cognoscebat, Verres iudicabat. Offic. 50 b, Aratus adhibuit sibi in concilium quindecim principes, cum quibus cognosceret. I. A. 204 b, Vt consules cognoscant, qui ager colonus sit, qui cōtra, &c. de Orat. 117 a, Hoc primum præcipiemus, quæcunq; causas erit acturus, vt eas diligenter penitusq; cognoscat. de Clar. 137 a, b, P. Crassus domi ius ciuile cognouit id est, didicit. de Orat. 96 b, Etiam illa cognoram & acceperam, conciliandos esse, &c. Epist. 8 b, Ex eodem de toto statu rerum communium cognosces. Att. 81 b, Habes consilia nostra, nunc cognosce de Bruto. Epist. 5 a, Quæ hic agatur, quæq; acta sint, ea te ex literis multorum & nuncijs cognoscere arbitror. & 48 b, De Marcelli salute paulò antè quàm tu cognouimus. & 161 b, De meo studio erga salutem & incolumitatem tuam credo te cognoscere ex literis tuorum. Att. 86 b, De me imperatore scribis te ex Philotimi literis cognouisse. de Nat. 4 b, Adfint, animaduertant, cognoscant. pro Fl. 157 a, Quem tu cū ephebum Tenni cognosces, quoniam te nudus delectat, semper nudum esse voluisti. Ep. 69 a, Vt ceteri uiuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant. I. V. 237 a, Id adeò non tam ex re, quàm ex istius decretis cognosco. Att. 152 a, Benè enim tibi cognitum sum. \* Oecon. 1, Quod etiam ludicris spectaculis licet sæpe cognoscere. Att. 264 b, Cognoui studia tua in amicis. ibid. Res ista est firma, quam Coss. de consilij sententia decreuerunt, cū & Senatus consulto cognoscerent. I. V. 112 b, Se de hæreditate velle cognoscere.

**C O G N O S C O R,** tis. noscor. Offic. 42 b, Facilius autem in optimam partem cognoscuntur adolecentes, qui se ad claros & sapientes viros bene consulentes reip. contulerunt. de Orat. 104 a, Nihil certum ferri, nihil planè cognosci ac percipi posse. \* Hortens. Vnde facilius quàm ex annaliū monumentis aut res bellica aut omnis Reip. disciplina cognoscitur.

† Syntaxis. *Cognoscere causam (proprie iudicium.) Cognoscere, & percipere. Perspicere, & cognoscere. Cognoscere, statuerere, iudicare. Diligenter penitusq; cognoscere. Cognoscere Medicinam: id est, ad discere. Ex literis, ex aliquo, ab aliquo cognoscere. Certum ferri, & planè cognosci nihil posse.*

**C O G O,** gis. vim facio, impello, adigo, vim adhibeo, vim afferro, necessitatem



*cessitatem affero, compello.* Offic. 62 b, Diogenes contra, num te emere cogit? qui ne hortatus quidem est? de Am. 101 a, Vim hoc quidem est afferre. quid enim refert, qua me ratione cogatis: cogitis certe. Ep. 5 a, Quorum vtrum minus velim, non facile possum existimare: sed si res cogat, est quiddam tertium. de Legib. 172 a, Plato hoc quoque legis putauit esse persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere. I. C. 110 a, Etiam si hominum studia deficiant, dii ipsi, &c. cogant ab eis virtutibus vitia superari. \* Incert. Omnium peccata sic attingit, vt cogat in gemitum.

¶ *Colligo, arguor, concludo.* Brut. 91 b, Hoc cogere volebat, falsas literas esse.

¶ *Congrego.* Ep. 60 a, Recordare cætera, quam citò Senatam cogèrem. I. V. 90 b, Cùm frumentum imperarem, cùm stipendium cogèrem. Att. 130 b, Itaque non amplius xiiii. cohortes Lucetiam cogègi. pro Rab. 91 b, Qui me ex comparata & constituto spatio defensionis in semihoræ curriculum (al. circulum) cogègisti. de Orat. 121 b, Crassus pollicitus est se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem facile redacturum. pro Cecin. 296 a, Neminem cogègeris, ipsi conuenerint sua sponte. & 291 a, Manum facere, copias parare, multitudinè hominum cogere, armare, instruere. & 190 a, Cogere homines armatos. Attic. 245 a, Nec duces simus, nec agmen cogamus. Epistol. 56 a, Marcellus me rogauit vt cogèrem medicos: cogègi, & cunctigud ed sum profectus. pro R. P. 127 b, Ait enim dum Galbinio pecuniam Posthumus cogèret, ex decumis imperatorum pecuniam sibi cogègisse. I. V. 286 b, Cogere pecuniam à ciuitatibus. & 187 a, de Leg. 174 a, Cogere stipem.

*COGORIS, colligor, concludor.* de N. 66 a, Innumerabilia sunt ex quibus effici cogiq; possit, nihil esse quod sensum habeat, quin id intreat. de Leg. 176 a, Ex quibus id quod volumus efficitur & cogitur. de Inu. 58 b, Hic complexio est infirma: aliud enim quàm cogebatur, illatum est.

¶ *Impellor.* pro D. 240 b, Fieri particeps alieni sceleris inuitus cogor. I. A. 355 a, Quid erat causa, cur in senatum heritam acerbe cogèrer? \* *Qfr.* 314 b, Quod Gabinia lege sanctum sit, etiam cogi ex Calend. Februar. vsque ad Calend. Martias legatis Senatui quotidie dari.

¶ *Comprimor.* de Nat. 46 a, Aer extenuatus in sublime fertur, concretus aurem in nubem cogitur.

¶ *Congregor, conuocor.* de Fin. 91 a, b, Cato in ipsa curia solebat legere, dum Senatus cogèretur. de Orat. 100 b, Interea dum hæc quæ dispersa sunt, coguntur, licet, &c. Att. 129 b, Vt reliquæ copiae omnes Brundisium cogèrentur.

† *Syntaxis.* Cogere pecuniam, copias, senatum, autores stipendium, ius ciuile, stipem. Cogere pecuniam ab amicis. Acerbe cogi. Aer cogitur in nubem. Romam coguntur copiae.

*COHÆRARIUS, iij. qui cohæret, & alteri ad aliquod munus adiunctus est.* \* de Leg. 186 a, Si quid erit, quod extra magistratus cohærentio vltus sit, qui cæret, populus creato: eique ius cõranti dato: Alij legunt carario, & cohæret, & cohærendi: alij cures & curandi.

*COHÆRENS, tis. connexus, adhærens, coniunctus.* Offic. 54 b, Qui primùm hæc natura cohærentia opinione distraxisset. de Orat. 138 b, Membra cohærens cum omni corpore. Acad. 44 a, b, Omnis natura cohærens & continuata cum suis partibus. de Nat. 60 a, Res si minus veræ, tamen aptæ inter se & cohærentes.

*COHÆRENTIA, æ. compositio.* de Nat. 57 b, Circuitus Solis & lunæ, reliquorumque siderum, quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent.

*COHÆREO, res. cohæresco, conuenio.* Orat. 210 b, Vt inter se quàm aptissimè cohæreant extrema cū primis. Top. 225 a, Quicquid antecedit quaque rem, id cohæret cum re necessariò: quicquid repugnat, id eiusmodi est, vt cohæreere nunquam possit. pro Cec. 295 a, Sermo familiaris non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. de Ar. 258 a, Etenim hæc vix innixa in omnium vestrum humeris cohærebunt. pro Cæl. 40 b, In quo non modò crimen non hærebat, sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio. item: Illud dico, ea quæ dicat præclare inter se cohæreere. de Vniuers. 197 b, Mundus ita aptè cohæret, vt dissolui nullo modo possit. de Inu. 160 b, Namque alia quibus cohærent homines, è mortali genere sumpsertur. Acad. 43 b, Neque enim materia cohæreere potuisset si nulla vi cõtineretur. \* I. de Leg. Vna eademque natura mūdus omnibus partibus inter se congruentibus cohæret ac nititur. ad Her. 3 a, Vt non propriè cohæreat exordium cum narratione.

¶ *Absolutè: bene res habet in dicto.* pro Pomp. 7 a. Hæc ratio pecuniarum, &c. implicita est cum illis Asiaticis & cohæret.

† *Syntaxis.* Natura cohærens, & continuata. Extrema cum primis inter se cohærent. Mundus aptè cohæret.

*COHÆRES, dis. simul hæres.* Attic. 106 b, Dolabellam video Liuia testamento cum cohæredibus esse in triente. Epist. 221 b, Lucius est cohæres meus: id est, mecum hæres. \* pro Qu. Rosc. 54 a, Hæres sibi soli, non cohæredibus petit.

*COHÆRES CO, scis. cohæreo.* de Nat. deor. 12 b, Atomique cohærescunt inter se; & alia alias apprehendentes continuantur. de Finib. 52 a, Atomos ita ferri, vt concursibus inter se cohærescant.

*COHIBENS, tis. comprehendens, continens.* de Fat. 144 a, Sed interest inter causas fortitudis antegressas, & inter causas cohíbentes inter se efficientiam naturalem.

*COHIBEO, bes. refreno, contineo.* I. A. 184 a, Nisi Cæsar illius furentis impetus crudelissimosque conatus cohíbisset. I. A. 201 b, Vt eius furor ne alium quidè muro cohíbere possent. pro Mil. 116 a, Nunquàm illa è coniugibus vestris effrenatas libidines suas cohíbere potuisset. Acad. 17 b, Effectum illud erit, sapientem assensus omnes cohíbitorum. de Nat. 1 a, & Acad. 23 b, Prudenter Academicos à rebus incertis assensionem cohíbuisse. Acad. 47 b, Cohíbere semper, & ab omni lapsu continere temeritatem. Offic. 36 b, Cohíbere motus animi turbatos. pro Mar. 132 a, Animum vincere, iracundiam cohíbere, victoriam temperare. pro Pomp. 16 b, Qui ab auro gazaque regia manus, oculos, animum cohíbere possit. \* de Senect. 87 b, Id semen occatum cohíbent terra.

† *Syntaxis.* Cohíbent impetus, furor, libidines, assensus, manus, oculos, animum à gaza.

*COHIBITIO, onis. interdictio.* in Verr. 155 a, Sic deportandi dies præstituta tollere cogebat ex area, cohíbitio tollendi nisi pactus esset, vim adhibebat pacti, non voluntatem.

*COHONESTO, as. honesto, decoro.* pro Quint. 9 b, Funus quo amici conueniunt ad exequias cohonestandas. Anteq. 197 b, Quem sæpe vestra laude cohonestatis in Verr. 143 a, Eorum autoritate statuas cohonestare tuas conatus es. Epist. 209 a, Cohonestare aliquem.

*COHORREO, res. horrore & frigore magno afficio.* de Or. 143 a, Ex quo sudore cùm cohorrisset, cum febri domũ rediit. Att. 23 a, Cohorrui primò: etenim erat interitus ciuitatis. & 98 a, Sin iam illas accepisti, scis cohorruisse me, quod tuæ literæ de legionibus Cæsaris afferrent. de Som. 127 a, Quæ vt agnouit, equidem cohorrui.

*COHORS, tis. militum manus, propriè: trāslatione, caterua, multitudo varia hominum.* pro Mil. 114 b, Si Capitoline cohortes cõtra Milonis impetum armate tunc. p Mar. 132 a Nihil ubi ex ista laude cohors, nihil turba decerpit. Qu. fr. 292 a, Domestici & necessarij apparatus, q̄ quasi ex cohorte prætoris appellari solent. I. V. 122 a, Prætor de sua cohorte iudicem dare. I. C. 109 b, Cùm hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem prætoriam. \* I. V. 227 a, Conferre huius cohortem impuram cū illius exercitu inuicta. Att. 87 a, Habet cohortes quadringenas nostra armatura triginta.

*COHORTANDVM, adhortandum.* de Orat. 107 a, illud vereor ne maiorem vim ad deterrèdum habeat, quàm ad cohortandum, &c.

*COHORTATIO, onis. hortatio.* Att. 260 a, Incredibiliter me cõmouet tua cohortatio. de Or. 102 a, Cohortatione aliquis cõcitari ad studium cognoscendæ veritatis. Att. 278 a, Cohortationibus excitari. Ep. 8 a, Quæ quidè mea cohortatio ne tibi inanis aut sine causa suscepta videatur, illa me ratio mouet, vt, &c. pro Clu. 46 a, Cohortatio iudicũ præsentis. Att. 68 a, ἐγὼ καὶ δὲ μὲν illa tua non abieci, quæ mihi heret in visceribus. pro Corn. 65 b, Neque ille summus poëta noster Annibalis illam magis cohortationem, quàm communem imperatorè voluit esse, hostem qui feriet, &c. \* ad Her. 20 b, Amplificatio diuiditur in cohortationè & questionem. Cohortatio est quæ aliquid peccatũ amplificans, auditorè ad iracundiã adducit. ad Her. 21 a, In amplificationibus cū cohortatione vtetur voce attenuatissima.

† *Syntaxis.* Cohortatione commouere, excitare, iucitare aliquem.

*COHORTICVLA, æ. parua cohors.* Epist. 116 a, Cohorticularum nescio quid amifit. Caly.

*COHORTOR, aris. horror, adhorror.* Ep. 19 b, Teque ad studium summæ laudis cohortabor. de Orat. 111 b, Cohortari ad virtutem ardentius, à vitij acrius reuocare.

*COINQUINOR, aris. turpifico, commaculo.* de Natur. 73 a, Summum esse arbitror periculum, matres coinquinari, regiam contaminari stirpem. Poëta.

*COITIO, onis. societas, sodalitas.* pro Pl. 270 a, Dubitatis, inquit, an coitio facta sit? Qfr. 320 b, Quod audisti in cãdidatorum consularium coitione me interfuisse, falsum est. pro Cl. 49 a, Si item de coitione voluisset, adiunxisset.

*COLCHIORUM, regio, & populi.* Orat. 212 b, Auratus aries Colchorum. & ad Her. & 143 a, Att.

*COLEI, testes, seu testiculi, & familiae nomen Lanuuij.* Epist. 149 b, Athonesti Colei Lanuuii, Cliternini non honesti.

*COLENDVS, a, um. obseruandus, amandus.* Epist. 64 b, Mihi tu colen-



colendi aut amandi, aut ornandi voluntas nunquam defuit. de Orat. 122 a, Diligentia præcipue colenda est nobis. cont. Rul. 85 a, Is in Deorum immortalum numero venerandus à nobis & colendus est. Offic. 2 a, In officio colendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudinis. de Leg. 159 a, Cuius muneris colendi efficiendiq; causa nati sumus. Offic. 1. b, Sed hoc quoq; colendum est æquabile & temperatum orationis genus. pro Ar. 188 b, Litteræ adiuvant ad percipiendam colendamq; virtutem.

¶ *Curandus.* pro S. R. 16 a, Qui præesse agro colendo flagitiū putes. & ibid. Studiū quod ad agrū colendū attinet. de N. 56 b, Nos è terræ cauernis ferrū elicimus, rem ad colendos agros necessariam. pro S. R. 25 a, Tot prædia, tam pulchra tam fructuosa pater filio suo colenda ac tuæda tradiderat. de Fin. 114 b, Si igitur illa cultura vitium in vite inderit ipsa, cætera credo velit quæ ad colendam vitem attinebunt.

\* **COLENS**, tis. pro Planc. 276 b, Qui religionem colentes? **COLLACHRYMATIO**, onis. de Or. 125 b, Nec ad misericordiam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui verbis, sententijs, vultu, voce, collachrymatione deniq; ostenderis.

**COLLACHRYMO**, as. *lugeo.* de Somn. 126 b, Ad quæ ut veni, complexus me senex, collachrymauit. pro Sest. \* Histrionicum meum toties collachrymauit.

**COLLATA** TVS, a, um. *dilatatus.* Orat. 115 a, Oratio collata atq; diffusa. (*Angusta atque concisa.*)

**COLLATIA**, æ. regio & oppidum. contra Rull. 85 b.

**COLLATIO**, onis. *comparatio, similitudo.* de In. 52 b, Collatio est oratio, rem cum re ex similitudine conferens. de Diuin. 116 b, Quanquam tu quidem non hostiarum casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum. de Fin. 123 a, Collatio ista te nihil iuuat: nec enim, &c. *Et ibi nonnulla collationis exempla pulcherrima.* de Orat. 102 b, Tum adiungeremus de collationibus signorum. de Nat. 74 b, Quæ est in collatione ista similitudo? Tusc. 228 a, Philosophia ex rationum collatione constat. \* con. C. Anton. Te collatione centuriarum è postremo in tertium locum esse subleuatum. ad Her. 8 b, Collatione vtetur.

**COLLATUS**, a, um. *comparatus.* Acad. 18 b, Qui mihi cū illo collati quintæ classis videntur. pro Pom. 16 b, Si quem haberetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videretur. \* Hortens. Disputatio collata cum horum actis perfectisq; rebus.

¶ *Inuentus.* pro Quint. 47 b, Falsum crimen in purissimam vitam collatum.

¶ *Propinquus, oppositus, obiectus.* de Diu. 131 a, Castra castris collata audiebamus.

¶ *Redactus.* At 207 b, Res ad me sine cōtrouersia collata est.

¶ *Adhibitus.* pro Flac. 158 b, Pecuniam filio auferre licuit ad patris honores collatam.

**COLLAUDANDVS**, da, dum. *ornandus, honestandus.* de Orat. 87 b, Aliquem non cohortandum, sed potius collaudandum videri.

**COLLAUDATIO**, onis. *laudandi actus.* ad Heren. 8 b, \* Vtemur scriptoris collaudatione. de Inu. 78 a, Poterit vti: primum scriptoris collaudatione.

**COLLAUDO**, as. *comprobo, laudo.* Ep. 7 a, Illud tibi affirmo fore, vt cū redieris, ab omnibus collaudere. I. A. 200 a, Eo dem die D. Bruti factum collaudauistis. Att. 152 a, Clementiam Cæsaris per literas collaudaui. & Antequam. 192 b.

**COLLECTA**, æ. *pecunia quæ colligitur à multis, vt fieri solet in dinerforijs, à conuicijs, & alijs in locis.* de Orat. 136 a, Ego verò, inquit ille, quoniam collectam à conuiuia Crasse exigis, nō committam, vt si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi.

**COLLECTIO**, nis. *συναγωγή, congregatio.* pro Pomp. 8 a, Vt eorum collectio dispersa celeritatem persequendi retardaret. de Cl. 193 a, Attuleratq; duas res, quas nemo alius, partitione, quibus de rebus dicturus esset, & collectionem memor & quæ essent dicta contrā, quæq; ipse dixisset. Att. 255 a, Mearum epistolarum nulla est *συναγωγή.*

**COLLECTIVVS**, a, um. *recens, collectus, tumultuarius.* Epist. 97 a, Signa tyrone, & collectio exercitu cum legionibus robustissimis contulit.

**COLLECTVS**, a, um. *collectus.* I. C. 105 a, Exercitus collectus ex senibus desperatis. Offic. 21 a, Multa multorum facete dicta, vt ea quæ à sene Catone sunt collecta, quæ vocantur *συναγής, μίση.* de Orat. 151 a, Res vndiq; collectæ & comportatæ. in Catil. 105 a, Exercitus collectus ex rusticis. pro Dom. 225 b, Vt improborum diu collecta & inueterata cōpresso odio & tacito iam erumpebat in actum.

¶ *Comparatus.* I. V. 66 a, Conseruare famam antè collectam. I. V. 66 a, Existimatio multo labore collecta.

† *Syntaxis.* Sibi colligere, & conciliare beneuolentiam: item gratiam & famam ab aliquo. Colligere inuidiam crudelitatis ex aliqua re. Te collige. Multum virium colligere. Cū te collegeris, iterum dicas. Vnde collige. Collecta, & comportata.

**COLLEGA**, æ. *qui eiusdē cū altero officij & potestatis est.* Off. 29 a, Bene Pericles, cū haberet collegam in prætura Sophocle, & c. I. A. 178 b, Eum, quem collegam regni habebas, dominum habere velles. de Pro. 73 a, Vt cōmune officium censuræ cōmuni voluntate defenderet. de Am. 103 b, Aliquos duos bñ consules & collegas in censura fuisse. \* pro C. Cornel. 1, Nec vehementius ostendere se laturum legem inuito collega, quam ipsi collegæ magistratum abrogare: nec criminiosius, tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam reddendum priuatum introuocare.

**COLLEGIVM**, gij. *conuentus, cætus, vt sacerdotum, opificum, seruorum, & id genus: dicitur etiam Sodalitas.* de Leg. 188 b, Quid enim est tam desperatum collegium, in quo nemo è decē sanæ mentis sit? Ep. 42 a, Amplissimi sacerdotij collegium, in quo nō modò amicitiam violari apud maiores nostros fas non erat, sed ne cooptari quidem sacerdotē licebat, qui cuiquā ex collegio esset inimicus. Offic. 67 b, Cū prætorij collegij Tribuni plebis adhibuissent. de Clar. 176 b, Hic g in collegio sacerdotū esset, condēnatus est. p. Dom. 222 b, Collegia medijs fidius. Tribunorū pl. tota reperitur, hoc iure sublato, quæ cōeant de hominū locupletissimorū bonis. pro Sest. 9 b, Nulla erat societas vectigalium, nullū collegium, nullum concilium, nullum commune consilium. Orat. 276 a, Cooptare aliquem in collegium. de Cl. 165, & 173 b, Cooptatum me ab eō in collegium recordabar. \* p. C. Cornel. 1, Cornelios verò ita multos, vt iam etiam collegium constitutum sit. I. V. 129 a, Me ipsum apud collegij hoc tribunorum plebis, cū eorum omnium edicto non liceret quenquā Romæ esse, qui rei capitalis condemnatus esset, egisse causam Sthenij. I. V. 225 b, Ex amplissimo collegio decemuirali sacerdotes populi Rom. vsque Ennam profecti sunt. pro Dom. 219 b, Quid est tam arrogans? quàm de religione, de rebus diuinis, cerimonijs, sacris, pōtificum collegium docere conari. pro Dom. 228 a, Nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani, qui non amplissimè non modò de salute mea, sed etiam de dignitate de creuerint.

† *Syntaxis.* Collegium desperatum, sacerdotij, prætorium, pontificum, Trib. plebis, decemuirale. Cooptare aliquem in collegium.

**COLLIBET**, bat. *liber.* in Sal. 274 b, Sallustius in eō honore nihil non æquum & verum duxit, quod ipsi facere collibuisse. Sal. in Cic. 270 b, Nihil flagitiosum corpori putasti, quod alteri collibuisse. Epistol. 253 a, Vt simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, spectrum tuum occurrat. de N. 22 b, Quod simul ac mihi collibitū est, præstō est imago.

**COLLIDO**, dis. *frango, contero.* de Natur. 65 b, Humor facile comprimi colliditq; potest.

**COLLIGATIO**, onis. *connexio, vinculum.* de Fat. 146 b, Omnia naturali colligatione conseret contexteq; fieri. de Diu. 106 b, Qui colligatione causarum omnium perspicat animo. Offic. 11 b, Arctior verò colligatio est societatis propinquorum. de Vni. 199 a, Sesquialteris autem interuallis, & sesquiterijs, & sesquioctauis sumptis, ex his colligationibus in primis interuallis sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat.

**COLLIGATVS**, a, um. *vnà nexu, connexus.* de Nat. 4 a, Est admirabilis quædam continuatio seriesq; rerum, vt alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligatæq; videantur. Off. 4 a, Quæ quatuor inter se colligata atq; implicita sunt. de Vn. 202 a, Omne colligatum solui potest. & ibid. Corpora colligata vinculis naturalibus.

**COLLIGENDVS**, a, um. *comparandus, acquirendus.* Ep. 135 b, & Qu. fr. 301 a, Ad istorum beneuolentiam conciliandam & colligendam.

¶ *Recreandus.* de Orat. 87 a, Crassus quasi colligēdi sui causa, se in Tusculanum contulit: *end est, reficiendi & recreandi.*

**COLLIGENS**, tis. *legens, se eligēs.* de Or. 100 a, Vel passim licet carpentē & colligētem repleri ista iuris ciuilibus scientia.

¶ *Comprimens.* de Nat. 46 a, Aer humorem colligens, terram auget imbribus.

**COLLIGO**, as. *cōstringo, ligo, vincio.* Or. 207 a, Atticus annorū septingentorū memoriā vno libro colligauit. p. Rab. 92 b, Ilictor, colliga manus. I. A. 231 a, Alterū Brutus omnia diripere cupiente vitæ suæ periculo colligauit, à progressu arcuit. I. A. 236 a, Ni Brutū colligassemus in Græciam. \* Vnū interiectum medium, & se ipsum, & ea quibus esset interpositum colligaret.

**COLLIGOR**, aris. *cōstringor.* Orat. 213 a, Id enim expectant aures, vt verbis colligatur sententia. \* Hort. Corpora viua cū mortuis, aduersa aduersis accommodata q̄ aptissimè colligabatur. de Vn. 197 b, Vt dissolui nullo modo queat mundus, nisi ab eodem, à quo est colligatus. & 202 a, Quibus vinculis estis tum cū gignebamini, colligati.

† *Syntaxis.* Hæc inter se apta & colligata. Colligata & implicita. Medium extrema colliget. Aliquem colligare in locum quempiam: id est, amandare. Sententia verbis colligata.



**COLLIGO**, *gis. cogo, congreco.* in Cat. 106 a, Catilina ex agris magnum numerum perditorum hominū collegerat. I. V. 209 a, Mouere castra ex aliquo loco, & vasa colligere. Off. 32 a, Ea Possidoniū collegit permulta. de Orat. 97 a, Quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam obseruasse atq; colligisse. de Cl. 184 a, Curio nullam memoriam antiquitatis collegerat. Att. 278 a, Me quidē tum rationes quas collegeras, tum autoritas tua à nimio morore deterruit. de Cl. 189 b, Si ij, quos iam diu colligis, viuerēt. item, Et oratores quos colligo. Qu. de Pet. 213 b, Colligere multa in vnum locum. de Fin. 56 a, Colligere multa argumenta contra aliquē. de Clar. 191 a, Is metuens, ne vitium colligeret, etiam verum sanguinem deprauabat.

¶ *Intelligo, nosco.* Att. 37 b, Ex eo colligere potes, quanta occupatione distingar.

¶ *Acquiro, comparo.* de Am. 197 b, Benevolentiam ciuium blanditijs & assentationibus colligere turpe est. de Leg. 166 a, Vt benevolentiam & bonum rorem colligant, erubescunt, &c. ad Herenn. 2 a, Colligere benevolentiam à persona alicuius. Quin. frat. 517 a, Ex hoc labore magnā gratiam dignitatemq; colliges. de Orat. 155 a, Colligere gratiam ex priuatorum negocijs. de Fin. 116 a, Colligere bonum rorem. Quin. fr. 208 a, Colligere laudem omnium vndiq; in Verr. 239 b, Vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. pro Cluent. 33 a, Qui omnes rumores & concionum ventos colligere consuevit.

¶ *Me recipio, reficio.* pro Pomp. 8 b, Manus eorū qui se ex Mithridatis regno collegerunt. Tusc. 160 b, Cū animus se collegit atq; recreauit. de Orat. 107 a, Vocem ab acutissimo sono vsq; ad grauissimū sonum recipere, & quasi quodā modo colligere. Att. 278 a, Tum me, inquit, collegi, verens ne, &c. & 103 a, Ipsi se collegerunt admiratione integritatis meæ. & 278 a, Iudicium tuum magni æstimans, idq; veritas, me ipse collegi. Ep. 40 a, Tamen vt me collegi, cetera facillima videbantur. & 11 b, Collegi ipse me, & cum ipsa quasi repub. collocatus sum. & 73 b, Rogo te colligas, virumq; præbeas. & 176 a, Sin aliquid virium forte collegerit, sentiat, &c. Tusc. 226 a, b, Quid est autē seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursus in suum locū congerere? pro Qu. 9 b, Tu te collige, aliquid loci rationi & consilio da. de Diu. 92 b, Is primò perterritus somnio surrexit, deinde cū se collegisset, &c. recubuit.

**COLLIGOR**, vel **COLLIGITUR**, *impersonale, intelligitur.* Offic. 45 a, Vnde colligitur, hæc pueris & mulierculis esse grata.

**COLLIMO**, vide **COLLINEO**.

**COLLINEO**, siue **COLLIMO**, *as. dirigo, propositum assequor.* de Diu. 133 b, Qui est enim, qui totū diem iaculans, nō aliquando collineat? de Fin. 94 b, Vt si cui sit propositum collineare hastam aliquid aut sagittam. & ibid. Huic in eius similitudine omnia facienda sunt vt collineat, & tamen vt omnia faciat, quò propositum assequatur.

**COLLINS**, *3 a, um.* de Leg. 182 a, Collina porta.

**COLLIQVEFACTVS**, *3 a, um. dissolutus, liquatus.* pro Clu. 54 a, Venenum colliqvefactum in potione.

**COLLIS**, *lis. mons.* pro Cluent. 52 a, Cū quædam controuersa in collibus esset orta. in Arat. Excelsi colles. \* I. V. 157 b, Quos ego cāpos antea collesq; nitidissimos viridissimosq; vidissem: hos ita vastatos nunc ac desertos videbā.

**COLLOCANDVS**, *3 a, um. aptandus, statundus.* Part. 139 a, & b, Sed & res & verba inuenienda sunt, & collocanda: & alia plura ibi. pro Mur. 30 b, Itaque beneficij collocandi spem perdidistis. pro Cec. 288 a, Pecuniam in prædijs collocare. item: Pecuniæ collocandæ ratio esse debet. Attic. 284 a, Tua nobis autoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum.

**COLLOCATIO**, *onis. dispositio.* Offic. 28 b, Itaq; videtur eadem vis ordinis & collocationis fore. de Orat. 158 b, Collocationis est componere & struere verba, sic, vt neve asper eorū concursus neve hiulus sit, sed quodammodo coagmentatus & leuis. & 113 a, Orat. 220 a, Compositi orationis bene structam collocationē dissoluere permutatione verborum. de Orat. 97 a, Collocatio conformatioq; verborum perficitur in scribendo. de Orat. 124 b, De ordine verborum & collocatione aliquid dicere.

¶ *Aus despondendi filiam.* pro Clu. 57 b, Illum collocatione filiz obstrinxit. Offic. 44 b, Liberales sunt, qui suis facultatibus amicos in filiarum collocatione adiuuant.

**COLLOCATVS**, *3 a, um. dispositus.* pro Pl. 280 a, Huius ego manibus in nauī tuta collocatus, Brundisium petere contendendi. Qu. fr. In quibus tuas virtutes consecratis, & in numero deorum collocatas vides. I. V. 242 a, Ac dilitas alicui data & recte collocata, & in loco posita. I. C. 115 a, Cū signum statueretur, quo collocato atq; ad vos senatumque conuerso vidistis, &c. I. P. 85 b, Quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse cōstabat. Brut. 90 b, Qui

esset eo quò ego sum gradu, Senatus populiq; iudicio collocatus. Postq. 204 a, Populus Romi. cuius honoribus in amplissimo consilio, & altissimo gradu dignitatis, & in hac omnium terrarum arte collocati sumus.

**COLLOCO**, *as. loco, pono, dispono, statuo, accommodo.* Offic. 56 b, Hercules ille quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocauit. I. V. 247 a, Se bene apud istum tam multa precia ac munera collocasse. Ep. 116 a, Bene collocare beneficium. Offic. 48 a, Collocare beneficium apud aliquem. Ep. 197 b, Legionēs ad urbem adducere cogitat, easq; in ceruicibus nostris collocare. de Orat. 213 b, Acutarum grauiumq; vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocauit. Tusc. 183 b, Collocare aliquē in cubili. de Ar. 256 b, Collocare aliquem in tuto. de In. 77 b, Non isto loco verbum istud collocasset. Epist. 25 b, Mihi erat in animo, cū prima æstiuā attigissem, militarem quē rem collocassem, decedere ex Senatus consulto. de Or. 98 a, Tabulas ac signa propalā collocare. de Clar. 388 b, Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. pro Sest. 21 a, Collocare statuā in foro. I. C. 115 a, Simulachrū aliquod ita collocare, vt Solis ortū conspiciat. Part. 120 a, b, Violatur is qui precauit, qui aluit, qui in sede ac domo atq; in repub. collocauit. ad Her. 29 a, Fortuna te collocauit in amplissimo statu. I. P. 92 b, Collocare sibi domicilium in aliquo loco. I. A. 212 a, In hac custodia tanquam in specula collocati sumus. pro Qu. 15 a, Collocare spem in incerto futuri temporis euentu. I. C. 110 a, Sedes ac domicilium collocare. pro Dom. 223 a, Si vos me in meis ædibus collocatis. pro Mil. 105 a, P. Clodius seruum in templo Castoris ad Pompeiū interficiendum collocarat. Qu. fr. 318 a, Columnas neq; retas neq; eregione Diphilus collocarat. & ibid. Ea erat loco posita. de Orat. 98 a, Suo quicq; loco collocare. & 154 a, Collocare aliquem in regno maiorum suorum. pro Dom. 229 b, In eo loco sum, in quo me honores populi Rom. collocauerunt. I. A. 184 a, Non enim patrimonium suum effudit, sed in salutem pop. Rom. collocauit. de Cl. 184 a, Qu. Catulum in prædijs reipub. collocemus. pro Mil. 106 a, Collocare insidias alicui. Quint. frat. 295 b, Qui omne studium suum in doctrina & sapientia collocasset. Offic. 32 a, Tum optimo quicq; ingenio totum se in solitudine & scientia collocaret. \* pro Dom. 241 a, In vrbe monumentū delere Reipub. collocatis ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium.

¶ *Do nuptum.* de Cl. 173 a, Collocare filiā alicui. de Diu. 101 b, Filiam sororis in matrimonium colloco. de Inu. 59 a, P. Scipio Corneliam filiam Tiberio Graccho collocauit.

**COLLOCORIS**, *accōmodor, adaptor.* I. A. 197 b, Lectice collocabantur: id est, deponebantur. in Catil. 116 a, In animis ego vestris omnes triumphos meos condi & collocari volo. Cec. 287 a, Is curauit vt in eo fundo dos collocaretur.

† *Syntaxis. Collocare beneficium apud aliquem, statuam, munera. In nauī collocatus. Alio collocatus gradu, in concilio Deorum, in tuto. Rem militarem collocare: id est, bene constituere. In bono lumine collocare. Domicilium sibi collocare in. Collocare in regno, in matrimonium & collocare filiam alicui. Dorem in fundo collocare. Insidias alicui collocare.*

**COLLOCVPLETANDVS**, *3 a, um. ditandus, augendus.* ad Her. 11 a, Exornatio est, qua vitium rei honestandæ & collocupletandæ causa, confirmata argumentatione.

**COLLOCVTIO**, *ohis. colloquij, sermo.* Ep. 10 b, Hac me mēte fuisse, & senatus ex me te cōsule audiuit, & tu in nostris sermonibus colloctionibusque ipse vidisti. Attic. 186, *Δίξην* quædā, quæ habet colloctione ipsa suauitatē. ad Her. 5 b, Venire in colloctionem cum aliquo. I. A. 231 a, Securæ colloctiones familiarissimæ cum Trebonio.

**COLLOQVIVM**, *quij. collocutio, sermo, congressus, dialogus, sermo nis communicatio.* Attic. 224 a, Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata nō incommo dum. Acad. 2 b, Quasi verò clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat, aut ludicos sermones, aut rerum colloquia leuiorum. Attic. 190 a, In hac solitudine careo omnium colloquio. Epist. 157 b, Colloquia facta improbabam. I. A. 221 a, Cū ad colloquium congressumque eius peruenero. & 244 b, Nempe in Antonij congressum colloquiumque veniendum est. & ibid. Memini colloquia cum acerrimis hostibus. Offic. 52 b, Vt neq; cessaret vnquam, & interdum colloquio alterius non egeret. I. A. 162 a, Tollere amicorum colloquia absentium: id est, litoras. de Sen. 85 a, Hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci. Part. 232 b, Narratio habet colloquia personarum.

† *Syntaxis. Ad colloquium, congressumque venire. Colloquia absentium: id est, litoras.*

**COLLOQVENDI**, de Diu. 99 a, Magi congregantur in Fano commentandi causa, atque inter se colloquendi.

**COLLOQVENS**, *tis. vnā loquens.* de Clar. 184 a, In eo libro vbi se cum Curione colloquentem fecit.



**COLLOQUOR**, *ris. cum aliquo sermonem habeo, vel confero, communico, colloquium facio.* Att. 89 a, Tu velim quàm sepius tecum per literas colloquere. & Ep. 6 a, Per literas tecum quàm sepius colloquar. Ep. 45 b, Utinam Serui saluis rebus colloqui potuissemus inter nos. de Diuin. 94 a, & de Ar. 25 b, Dij cum morientibus colloquuntur. Qu. frat. 3 12 b, Tu verò vt me appelles & interpelles, & obloquare, & colloquare velim. Attic. 179 a, Quibus cum tu de hoc ipso colloquare velim, & ad me quid tibi responderint, scribas. de Orat. 87 a, Qui primo die de repub. inter se collocuti sunt. & Ep. 11 a, Cum ipsa quasi rep. collocutus sum. Att. 97 b, Eadem omnia, quasi collocuti essemus, vidimus. de Or. 87 b, Hoc enim vno prestamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus. Att. 257 a, Antonius à me postulat vt clam colloquatur tecum.

† Syntaxis. *Per literas colloqui. Colloquimur inter nos.*

**COLLUCEO**, *ces. luco.* de Nat. 33 b, Sol longè lateq; collucet. I. V. 87 b, Vidi collucere omnia furtis tuis. & 216 a, Fulgore candelabri collucere & illustrari templum. de Vniu. 200 b, Vt mundus omnibus colluceret. Acad. 26 b, Mare nunc, quia à sole collucet, albescit, & vibrat, dissimileq; est proximo ei continenti.

**COLLUDO**, *dis.* in Ver. 120 b, Qui tibi inimicus esset tanta contumelia accepta, nisi tecum collussisset, & tuæ potius extimationi seruisset quàm suæ.

**COLLYM**, *li. ceruici subiecta pars, ceruix, ceruices.* in Verr. 257 b, Cum istius avaritiæ pœnam collo & ceruicibus suis sustinerent. & 208 a, Homini iam collum in laqueum inferenti subuenire. I. A. 175 a, In collum inuasit: *id est, complexus est.* Qu. de Pet. 206 a, Qui viuo stanti collum gladio secuerit. de Clar. 194 a, Erat eo tempore in nobis procerum & tenue collum. de Nat. 50 b, Cameli adiuuantur proceritate collarum. I. V. 241 a, Ipse autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo. Acad. 6 a, Neq; verò hoc loco expectandum est, cum de remo inflexo aut de collo columbæ respondeam. \* con. C. Anton. Collum secuit hominis. I. V. 164 b, Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbæ: hæc in collum: hæc in crines. pro Clu. 29 b, Vt illum persequeretur, & collo obtorto ad subsellia reduceret. Acad. 20 a, Columbæ collo commoueri.

† Syntaxis. *Collo & ceruicibus sustinere pœnam. Inserere collum in laqueum. In collum inuadere. Colli proceritas.*

**COLLUSIO**, *onis.* in Verr. 154 b, Cum verò verbo iudicium sit in dicto, re quidem vera tuorum cœmitum hominum nequissimorum collusio cum Decumanis socijs tuis, atq; adeò procuratoribus, tamen audes illius iudicij mentionem facere.

**COLLUSOR**, *oris. qui vna ludit, in ludo socius.* I. A. 171 a, Lenticulam de alea condemnatum collusorem suum restituit. & 179 b, Hunc agrum tu compransoribus tuis & collusoribus diuidebas? & 197 a, Vt ei cum M. Curio confessore eodem & collusore facillimè possit conuenire.

**COLLUSTRANS**, *tis. illuminans, illustrans.* de Nat. 44 b, Sol omnia clarissima luce collustrans.

**COLLUSTRATUS**, *a, um. illustratus.* Orat. 200 a, Pictura collustrata. (opaca.

**COLLUSTRO**, *as. aspicio.* Tusc. 241 a, Cum omnia collustrarem oculis, animaduerti, &c.

**COLLUSTRO**, *illustror, illuminor.* de Diuin. 83 b, & 127 b, Luna Solis lumine collustrari putatur.

**COLLVIBES**, *ei. colluisio, sordes, feces.* Att. 146 a, Ette in certamine vinci cum illo facilis patiaris, quàm cum hoc in ea quæ perspicitur, futura colluie regnare.

**COLLVIO**, *onis. idem.* pro Sest. 6 a, Ille sceleratissimus ex omnium scelerum colluione natus. de Somn. 94 b, Cum ex hac turba & colluione discedam. in Vat. 33 b, Leges, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluione Drusi, & inter Syllana arma vixerunt. \* de Arusp. 257 a, Nisi fortè existimatis, hanc tantam colluionem illi, tantamq; euersionem ciuitatis in mentem subito in rostris nec cogitanti venire potuisse.

† Syntaxis. *Ex turba & colluione discedere. Colluisio & euersione ciuitatis.*

**COLLYBUS**, *bi. pecuniæ detrimentum, quod fit apud argentarios, cum ea de regione in regionem sibi deseruiat, & reddatur.* I. V. 89 a, Nam collybus esse qui potest, cum vtantur vno genere nummorum. I. V. 189 a, Certis nominibus deductiones fieri solebant, primum pro spectatione & collybo, deinde pro nescio quo cerario. Att. 187, De Cælio vide quæso ne qua lacuna sit in auro. Ego ista non noui: sed certè in collybo est detrimentum.

**COLO**, *lis. amo, diligo, obseruo, veneror.* Att. 147 b, Aliquot sunt anni, cum vos duos elegi, quos præcipue colerem. Att. 161 b, & Epist. 87 b, Nihil mihi vnquam grauius accidit, quàm quòd meam Tulliam suauissimè diligentissimeq; coluisti.

Epist. 256 a, Colere aliquem absentem memoria. Ep. 49 a, & 199 b, Colere aliquem summa obseruantia. Attic. 195 b, Nunc planè nec victum, nec vitam vllam colere possum. Postq. 203 a, Memoriam vestri beneficij colam benevolentia sempiterna. Att. 207 a, Posthac enim poterimus cõmodius colere inter nos in Tusculano. de Am. 111 b, Neq; solum colent se inter se ac diligēt, sed etiam verebuntur. Att. 34 b, Hic Cæcilius colimus & obseruamus diligenter. pro Fl. 157 a, Ciuitas, quam meus frater in primis colit ac diligit. de Sen. 64 b, Pater tuus quem colui & dilexi. Epist. 144 a, Nam tibi me profiteor & in repub. socium, & in quotidiana vita coniunctum, cum ijs artibus studijsq; quæ colimus. Postq. 203 a, Colere benemeritos. Offic. 2 a, Colere amicitiam, iustitiam, liberalitatem. de Clar. 165 a, Colere aliquem loco parentis. & de Senect. 70 a, in Anton. 179 a, Quem patris loco colere debebas. pro S. R. 36 a, Colere atq; obseruare aliquem. Att. 264 a, Meq; ille mirificè coluit & amauit. de Orat. 123 a, Illi qui hoc solum colendum dicebant: *id est, Rhetoricam.* Part. 122 a, Sequi & colere leges. de Som. 129 a, Qui in vita humana diuina studia coluerunt. ad Heren. 17 a, Studiosè colere societates, atq; amicitias. de Nat. 68 b, Achillem Astypalea insula sanctissimum colit. de Nat. 24 b, Dij quos nos colere, precari, venerariq; solemus. de Nat. 12 b, Pie sancteq; colere Deum. de Inu. 62 a, Crotoniata templum Iunonis religiosissimè colebant. ad Her. 17 a, Religiosè & castè colere aliquid. de Fin. 86 a, Colere diem natalem. pro Arch. 191 a, In qua vrbe imperatores propè armati Poëtarum nomē & Musarum delubra coluerunt. de Legib. 171 b, Colere ius & iustum. pro Font. 280 a, Colere religionem. & de Arusp. 247 b, Colere religiones. & Offic. 54 b, Colere virtutem. Colere bonas artes. L. RECOLO. Colere studium philosophiæ. L. CVLTVS. Tusc. 154 a, & 153 b, Nec cerimonias sepulchrorum tanta cura coluissent, nisi, &c. de Arusp. 250 a, Quæ Persæ semper summa religione coluerunt. pro Fl. 148 a, Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. de Clar. 175 a, Tubero vita seuerus, & congruens cum ea disciplina, quam colebat. de Inu. 82 b, Obseruantia est, per quam superiores veneramur, & colimus. \* Hortens. Lautum victum & elegantem magnificè, neq; minus quàm deceat colere.

¶ *Curo.* pro S. R. 16 b, Maiores nostri suos agros studiosè colebant, non alienos cupidè appetebant. & ibid. a, Quòd alijs prædia coluit, non sibi. \* Oecon. 3, Neq; ferit vitem, neq; quæ sata est, diligenter colit.

¶ *Habito, incolo.* de Nat. 59 a, Qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. Anteq. 194 a, Quam nunc colere gentem instituam. I. V. 274 b, Dex, quæ illos lacus lucosq; colitis. Epist. 24 b, Vrbe, mi Rufe, cole, & ista luce viuere.

¶ *Exorno.* ad Herenn. 28 b, Colere vitam cum virtute: *id est, viuere.*

**COLOR**, *eris. obseruor, amor.* de Am. 106 a, Amicitia non propter indigentiam, sed propter amorem coluntur. de Orat. 107 b, Vereris ne tua domus, si à litigiosis hominibus non colatur, à cæteris deferatur. Epist. 134 a, Coli & amari à multis. pro Qui. 4 b, Amicitia veritate, societas fide, propinquitas pietate colitur. de Am. 161 a, Coli & obseruari ab aliquo.

¶ *Curo, excolor.* cont. Rull. 79 a, Ager qui arari aut coli possit, non qui aratus aut cultus sit. contra Rull. 83 b, Vt esset vrbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare possit.

¶ *Habitor.* in Verr. 228 a, Coliturq; ea pars vrbis, & habitatur frequentissimè.

**COLONARIUM**, *rij. vestigal quod pro re penderetur rustica. in quo sensu etiam vsus videtur Cæsar de bello civilis 3.* Attic. 206 a, Colonarium vide ne nullum debeamus: aliter colonarium.

**COLONARIORUM**, *qui vestigal colonarium exigebant, \* vel homines viles, aut tribus rustice.* Ep. 119 b, Cælij. Nolo te putare, Fauonium à colonarijs præteritum esse: optimus quisq; eum nihili fecit. Alij colonarijs legunt.

**COLONEVS**, *nei. locus, in quo Sophocles Oedipum tragædians scripsit.* de Sen. 81 b, Oedipus Coloneus. de Fin. lib. 5. 124 b, Coloneus locus, cuius incola Sophocles ob oculos verfabatur.

**COLONIA**, *niæ. populus ex vrbe, aut regione, aliò deductus & translatus. Colonia tamen etiam priuilegio siebant, sine soli mutatione.* pro Font. 276 a, Est in eadem prouincia Narbo Martius colonia nostrorum ciuium. pro Cecin. 304 a, In colonias Latinas sæpe nostri ciues profecti sunt, aut sua voluntate, aut legis multa. contra Rul. 84 b, Cum cæteris in colonijs Duumiri appellentur, hi se Prætores appellari volebat. de Clar. 171 b, Cum Triumuir coloniam deduxisset, contra Rull. 63 b, In Ianiculo coloniam constituere. & 73 a, Deducere nouas colonias, renouare veteres. de Diu. 80 b, Mittere coloniam in Asiam. I. C. 109 b, Vrbes coloniarum ac muni-



ac municipiorum. pro Syl. 178 b, Hic patronus, defensor, custos illius coloniarum. item, Qui coloniam deducebat, patronus erat colonorum. de Diu. 101 b, Item in colonia lustranda ab eo, qui eam deduceret bonis nominibus qui hostias ducerent eligebatur. I. A. 179 b, Mos in coloniis deducendis, vt ille qui deduceret, aratrum circumduceret, &c. \* con. Rull. 81 a, In omnes colonias totius Italiae colonos deducant.

† Syntaxis. In colonias proficisci. Colonias deducere, constituere, renouare, mittere, iustrare.

COLONVS, ni. agricultor. pro Cec. 303 a, Qui colonus habuit conductum de Cæsennia fundum. & ibid. Dubium est quin si Cæsennia tum possidebat cum erat colonus in fundo, post eius mortem hæres eodem iure possederit de Or. 125 b, Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus. contra Rull. 64 a, Deducant colonos quos velint, & ijs agros assignent. & 81 a, In omnes colonias totius Italiae colonos deducant. pro Syl. 178 b, Colonorum dissensio delata ad patronos est. \* I. V. 199 b, Coloni populi Rom. atq; aratores vestra seueritate & diligētia, me duce atq; autore, in agros atque in sedes suas reuertantur. I. V. 260 b, Eorumne agrorum colonos, qui à parentibus spe nostri imperij nostræque æquitatis suscepti educatiq; sunt. ad C. Verri nefariam immanitatem & ad eius securam funestam esse seruatos?

COLONVS ager. I. A. 204 b, Vt consules cognoscerēt qui ager colonus esset, quō milites veterani deducti essent.

COLOPHON, onis. Frs. pro Pomp. 10 a.

COLOPHONIVS, a, um. pro Arch. 189 b, Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum. & ibidem de Homeri patria.

COLOR, otis. pigmentum. species prima aspectabilis. Offic. 26 b, Formæ dignitas coloris bonitate tuenda est, color exercitationibus corporis. de Orat. 151 b, Ornatur oratio genere primum, & quasi colore quodam, & succo suo. pro Dom. 243 b, Sed vecors repente sine suo vultu, sine colore, sine voce conficit. de Orat. 161 b, His tribus figuris insidere quidam venustatis non succo illitus, sed sanguine diffusus debet color. de Orat. 193 a, Catonis lineamentis nihil, nisi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erant, flos & color defuit. pro Clu. 28 b, Crebra coloris mutatio. de Cl. 179 b, Urbanitatis color. de Legib. 279 a, Color autem albus præcipuè decorus Deo est cum in cæteris, tum maximè in textili, &c. Tusc. 237 b, Candiduli dentes, venusti oculi, color suauis. \* in L. Pison. Qui colore ipso patriam aspernaris. ad Qu. fr. 315 b, Mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo.

COLORATVS, a, um. tinctus. de Nat. 69 b, Arcus ipse ex nubibus efficitur quodammodo coloratus. de Clar. 179 b, Urbanitate quadam quasi colorata oratio.

COLORO, as. colorem induco, tingo. Orat. 201 a, Eloquentia educata nutrimentis epididactici generis, ipsa se postea colorat & roborat. de Nat. 23 a, Indiuia duæ corpora formare, figurare, colorare, animare non possunt.

COLOROR, aris. de Orat. 114 a, Vt cū in sole ambulem, etiā si ob aliam causam ambulem, fieri natura tamen vt colorer: sic cum istos libros ad Misenum lego, sentio orationem meam illorum quasi cantu colorari.

COLYMBA, bæ. Acad. 20 a, Tu autem te negas infracto remo, neq; columbæ collo commoueri primum curiam & in remo sentio non esse id, quod videatur: & in columba plures videri colores. de Finib. 94 a, Plumæ versicolores columbis, videntur esse donatae.

COLYMBINVS, a, um. Epist. 138 a, Pullus columbinus.

COLYMELLA, æ. prima columna. Tusc. 241 a, Animaduerti columellam è dumis eminentem. \* de Leg. 183 b, Super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiore.

COLYMEN, culmen, princeps. I. V. 188 a, Timarchides columen familiae vestrae. I. A. 252 a, Columen amicorū Antonij Coptyla. pro Flac. 154 a, At istud columen actionis tuæ Mithridates ambulat cum lorica, &c. de Diu. 84 a,

Quid verò Phabi fax, tristis nuncia belli:

Quæ magnum ad colymen flammato ardore volabat? de Diuinat. 84 b,

\* Ni posset excelsum ad colymen firmata decorè

Sancta Ionis species claros spectaret in ortus.

pro Sest. b, Vnum aliquē te ex barbatis illis, columen Reipub. diceret intueri.

COLYMNA, næ. de Orat. 159 b, Columnæ & templæ & porticus sustinent. pro Dom. 225 b, Columnæ marmoreæ ex ædibus meis ad focerum consulis portabantur. Quint. frat. 318 a, Columnas neq; rectas, neq; eregionè Diphilus collocarat. Eas scilicet demolietur. p. Clu. 25 b, Is in discordijs ciuitatis ad eam columnam, ad quam multorum sæpe conuictijs perductus erat, tum suffragijs populi peruenerat.

Qu. fr. 318 a, Columnæ porticus politæ sunt. in Ant. 153 b, Euerio illius execratæ columnæ. de Diu. 84 b,

Inppiter excelsa clarabat scēpva columna.

Columna Menia. L. MENIA. \* pro M. Scaur. Ego qui Albanas habeo columnas, clitelis eas apportavi. ibid. & in Or. 219 a, Incurristi amens in columnas. I. V. 103 b, Ad perpendicularum columnas exigere. ibid. Ferè nullam esse columnam, quæ ad perpendicularum esse possit. ibid. Columnæ ad perpendicularum exigantur. I. V. 105 b, Omnis illæ columnæ, quas dealbatas videtis, machina apposita, nulla impensa deiectæ, eisdemque lapidibus repositæ sunt. ib. In illis columnis dico esse, quæ à tuo redemptore commotæ non sint: dico esse ex qua tantum tectorium vetus delatum sit, & nouum inductum. Quod si tanta pecunia columnas dealbari putassem. I. V. 106 a, Vnam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo? an quatuor illas reponere? ibid. Ostendam in ædibus priuatis, longa difficilique vectura, columnas singulas ad impluuium H. S. quadragenis millibus non minus magnas locatas. I. V. 107 b, Qui maiore pecunia columnas dealbadas quàm ille omnes ædificandas locauerit.

COLYMNARIVM, rij. tributum quod in singulas columnas domus sustentantes exigetur, proprieque quod opulentiam significarent habitantium. Itaque in Cæsare lib. 3. de bello ciuili, Columnaria legunt, non colonaria. Attic. 206 a, Columnarium vide ne nullum debeamus.

COLYMNARIVS, ij. præfectus columnarum tributis. Ep. lib. 8. 119 b, Nolo te putare Fauonium à columnarijs præteritum esse. Calij. Alij colonarijs legunt.

COLVS, lus. bacillus, è quo mulieres pensa trahunt. de Orat. 134 b, Quando ad me venis cum tua colu & lana?

COMA, mæ. capillus. pro Sest. 6 b, Consul vnguentis affluens, calamistrata coma. Postq. 206 b, & de Ar. 254 a, Primum processit madenti coma, composito capillo, &c.

COMAGENE, nes. vrbs, & regio. Epist. 120 a.

COMAGENVS, na. Epist. 240 b, Att. 313 a.

COMATVS, a, um. in Ant. 219 a, Gallia comata: id est, brachata & transalpina.

COMBIBO, bis. imbibio, haurio. de Fin. 91 b, Sed infici iam debet his artibus: quas si combiberit, dum tener est, ad maiora veniet paratior.

COMBIBO, onis. compotor. Epist. 142 a, In controuersijs quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

COMBVRO, ris. vro, cremo, inflammo, incendo, exuro. in Verr. 92 a, & Qu. fr. 300 b, Comburare aliquem viuum. de Diu. 87 a, Comburamus annales.

COMBVSTVS, a, um. crematus, adustus. pro Cl. 23 a, & Ser. Ep. 56 a, Puer ante noctem mortuus, & postridie antequam luceret, combustus est. Att. 226 a, At Cæsar etiam in foro combustus. Tusc. 186 b, Calanus Indus sua voluntate viuus combustus est. de Nat. 14 a, & pro S. R. 33 b, Libri Protagoræ in concione combusti.

COMBVRO, ris. aduro. Quint. frat. 300 b, Aliquem fumo comburi.

COMEDO, dis. comedi, comesum. cibum capio, edo, adedo. de Clar. 184 a, Nisi se collega tuus iactauisset, hodie te isthic musca comedissent. pro Sest. 24 b, Vtque edo non fuit popularis, vt bona solus comesset. Epistol. 139 a, Ego te iacenter bona tua comedam. & 176 b, Quocirca Sagulium negligamus, qui res nouas quærit: non quod veterem comederit, nullam enim habuit, sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. pro Flac. 163 b, Quid attinuit relinquere hanc vrbe? quasi bona comesse Romæ non liceret. Attic. 89 a, Putat enim Pompeius suos nummos vos comedisse, Cæsarem in merito reædificandò diligentiorē fore. de Orat. 131 a, Vt olim tu Crasse comedisse eum lacertum Largij. \* Hortens. Se ad extremum pollicetur prolaturum, quæ se ipsa comest.

COMEDO, ris. edor. ad Her. 39 b, Iste tanquam cochlea, &c. comeditur cum domo sua, & aufertur.

COMES, tis. qui alterum sequitur, affectatur, afflecla, socius. Epist. 229 b, Titus Augustus & comes meus fuit illo miserimo tempore, & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum socius. pro Syl. 179 b, Itaque P. Sylia hoc importunissimo tum honoris, tum etiam calamitatis focio atque comite, & secundas fortunas amittere coactus est, & in aduersis sine vilo remedio atque alleuamento permanere. Epist. 16 a, Me quidem certè tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium comitemque habebis. de Cl. 168 b, Eloquentia pacis est comes, ocijque focia. Epist. 10 a, In eis verò vliscendis, &c. mirificum me tibi comitem præbuissem. de Orat. 91 a, Omnes artes comites ac ministras oratoris esse. Att. 117 b, Ei statim rescripsi, hominemque certum misi de comitis meis. de Amic. 213 b, Quanta illi in oratione maiestas, vt facile duces populi Romani, non comitem dice-



res. de Am. 103 b, Neque se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. pro Mar. 132 b, Huius rei tu ipse es & dux & comes. Tusc. 213 a, Exanimatio metum subsequens, & quasi comes paoris. pro Mur. 137 a, Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Attic. 72 b, Marcellus sedendi comes, etsi ille magistratum non gesserit, erit tamen transpandanus. \* Hortens. Cum videat me & meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, grauitatem, fidem. Incer. In libris de Repub. Platonis me comitem profiteor, in Consolatione filiae Crantorem sequor. I. V. 88 b, Comites eius item apud ceteros hospites collocantur, ibid. Statim negotium dat illis suis comitibus, vt videant & inuestigent.

† Syntaxis. Socius, & comes. Habere aliquem comitem. Præbere se comitem. Dux & comes.

COMESATIO, vel COMESSATIO, onis. *intempesiuum conuiuium, præsertim nocturnum, & à cana.* pro Cæl. 44 b, Comestationes, conuiuia Baijs acta. I. A. 197 a, Torus denique comestationis Antonianæ chorus. in Cat. 106 b, In vino & alea comestationes & scorta querere. de Orat. 158 a, Tempestas comestationis, aut comestatio tempestatis.

COMESATOR, vel COMESSATOR, oris. *qui intempesiuus conuiujs indulget.* pro Cæl. 52 a, Non idem iudicum comesatorumque conspectus. & Attic. 13 a, Vt nostri istic comesatores coniuuionis (aliàs, comesatores) illum in sermonibus Cn. Ciceronem appellent.

COMESOR, vel COMESSOR, aris. *intempesiuus conuiujs & epulis vtor.* Epist. 15 a, Si quando illa dicit, Phædriam intro mittam comesatum: tu, Pamphilam cantatum prouocemus: aliàs commissatum.

COMESVS, a, um. *consumptus, adesus.* in Sal. 275 a, Patrimonio non comeso, sed deuorato. pro Clu. 54 a, Venenum epotum quam comesum celerius potest.

COMETA, vel COMETES, tæ. *stella crinita.* de Natur. 28 b, Stellæ quas Græci cometas, nostri crinitas vocant, quæ nuper magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ. de Diu. 84 b.

*Vidisti & claro tremulos ardere cometas.*

COMICE, *comico more.* de Orat. 145 b, Res tragicas penè comicè tractare.

COMICVS, a, um. *ad comædiam pertinet.* pro Qu. Rosc. 50 a, Comicæ ex artificio comico spectatur. Orat. 23 a, Comici poætæ.

COMINVS, adverb. *de propinquiore loco, propius.* (eminus. de Diu. 116 a, Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima excursio nunc cominus agamus. pro Cor. 59 a, Qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnârit. de Sen. 81 a, Eminus hasta, cominus gladio vti. pro Plan. 274 a, Cominus pugnare. Att. 23 b, Qui me epistola petiuit, ad te, vt video, cominus accessit. pro Cec. 203 a, Etsi non solùm impulsu scutorum, neq; conspectu corporum, neq; ictu cominus, neq; coniectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum, &c. magnas copias pulsas esse & vidimus, & audiuimus. Tusc. 219 b, Video enim vtrunq; cominus ictu cecidisse contrario.

† Syntaxis. Cominus agere, accedere, pugnare.

COMIS, me: & COMIOR, humanis, habens comitatem, suavis, commodus, facilis, benignus, percomis. de Sen. 80 b, Cyrus omnibus in rebus comis erga Lylandrum atq; humanus fuit. pro Corn. 62 b, Comes, benigni, faciles, suaves homines, qui erranti comiter mōstrant viam. de Fin. 81 b, Vir bonus, comis & humanus. pro Mur. 139 b, Quis C. Lælio comior? quis iucundior? & ibi. Nemo eo commodior, comior, moderatior fuit, &c. Att. 80 a, Nil come, nil simplex est. de Cl. 183 b, Quæuola augur percomis est habitus. pro Planc. 272 b, Omnibus comis eram visus. \* Lin.

*Quicquid come loquens atque omnia dulcia linquens.*

† Syntaxis. Comis & humanus. Quis illo comior? In omni re, & in omnibus comis.

COMITAS, tis, facultas. (seueritas, grauitas. Part. 231 b, Idq; comitate fit magis quam vanitate. Quint. frat. 294 a, Cyrus ille à Xenophonte scriptus, cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur. de Clar. 177 b, Scæuolæ multa in seueritate non deerat comitas. de Sen. 79 a, Comitate condita grauitas. de Inuent. 82 b, Clementia est, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. Attic. 95 b, Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio & comitate adolescentis. de Orat. 125 a, & 140 a, Verborum comitas. Offic. 22 b, Contraque parer eius nullam comitatem habuit sermonis. & 42 b, Comitas affabilitasque sermonis maximè conciliat animos hominum. pro Mur. 140 a, Si illius comitatem facilitatemque tuæ grauitati seueritati que asperferis.

† Syntaxis. Comitatem habere. Comitas & affabilitas sermonis. Comitas & facilitas.

COMITATVS, a, um. pro Dom. 228 a, Quem pop. Romanus à porta in Capitolium, atq; inde domum sua celebritate lætitiæq; comitatum honestauit. Att. 135 a, Si Cn. bene comitatus cōscendisset, & Coss. trāsissent. I. C. 105 a, Molestè fero, quòd ex vrbe parum comitatus exierit. pro Cæl. 44 a, Mulier multis viris comitata. I. A. 244 b, Quis audeat luci bene comitatum aggredi. \* Tusc. 250 a, Vt puero vno esset comitator.

COMITATVS, tus. *comitum multitudo, clientela, cætus, numerus, chorus, caserna.* Att. 119 b, Si maneo, & illum comitatū optimorum ciuium desero, cadendum est in vnus potestatem. pro Corn. 68 a, Cum ducibus ipsis, non cum comitatus asseclatoribus confugiant. I. C. 112 a, Cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogi ingredi inciperent. & ibid. Literæ quæcunq; erant in eo comitatu integris signis prætoribus traduntur. Qu. fr. 321 b, Ille ignarus sui comitatus, repentè aperuit lecticam. item, Quæ si quos inter societas est eorum habendus optimus comitatus. pro Milon. 106 b, Cum ueheretur muliebri ac delicato ancillarum puerorumq; comitatu. de Sen. 82 b, Mihi verò illi comitatu nobilium iuuenum fortunati videbantur. Part. 118 b, Regulus virtutum præfidiū munitus, tantoque virtutis comitatu septus. de Ar. 243 b, Cepi equidem maximum fructum, & ex confurrectione omnium, & ex comitatu publicanorum. Epistol. 92 b, Si modò testi satis est ad comitatum nostrum recipiendum. \* I. Ver. 228 b, Aduentum & comitatum cum exercitu & victoria consecratis. I. V. 194 b, Vtrum crimini defensio, an comitatus exilio quaeritur.

COMITER, humane, humane, benigne. I. A. 246 b, Salutare benigne, comiter appellare vnumquēq; de N. 13 a, Tum Cotta comiter vt solebat: Atqui, inquit, &c. Offic. 11 a, Homo qui erranti comiter monstrat viam. pro Cæl. 40 a, Cum aliquo comiter viuere. \* pro Corn. 62 a, Maiestatem populi Rom. comiter conseruet. & b, In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat Comiter esse Communiter. Quasi verò priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. Comes, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur, qui erranti comiter monstrat viam, benigne, non grauatè: comiter quidem certè, non communiter, conuenit.

† Syntaxis. Benigne comiterq; salutare, appellare. Viuere comiter.

COMITIA, orum. *conuentus pop. Rom. commune consilium omnium ordinum, ad creandos magistratus, ad ferendas leges, & alia cum populo agenda.* pro Planc. 269 a, Consul comitia habere cœpit, vocatæ tribus, latum suffragium, descriptiæ, renunciatæ: longè plurimum valuit Plancius. I. A. 176 a, Ecce Dolabellæ comitiorum dies, sortitio prærogatiuè quiescit, renunciatur, ta cet, prima classis vocatur, renunciatur: deinde, vt assolet, suffragia: tum secunda classis vocatur, &c. de Leg. 193 a, Ferri de singulis nisi centuriatis comitijs noluerunt. descriptus enim populus, censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium auxilij, quam fusè in tribus conuocatus. contra Rull. 66 b, Est illud amplissimum Quiritis, quod hoc honore ex nouis hominibus primùm me multis posthabitis affecistis, quòd prima petitione, quòd anno meo: sed tamen magnificentius esse illo nihil potest, quòd meis comitijs non tabellam indicem tacitæ libertatis, sed vocem viam præ vobis indicem vestrarum erga me voluntatum tulistis. Postquam 210 b, Comititia centuriata, quæ maximè maiores iusta dici haberiq; voluerunt. cōtra Rull. 71 b, Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, curiata tantum auspiciorum causa remanserunt. Epistol. 17 a, de comitijs multa, & de lege centuriata & curiata. Quint. frat. 307 a, Gracchus augur recordatus est, quid sibi in campo Martio comitia consulibus habentibus contra auspicia accidisset. pro Rab. 92, Qui in campo Martio comitijs centuriatis, auspicio in loco crucem desigi iubes. pro Mil. 109 b, Quid comitijs in campo quoties potestas fuit? de Pet. 213 b, Video nulla esse comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliqua centuria renunciata suos sibi maximè necessarios. Quint. frat. 323 b, Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnunciationibus magna voluntate bonorum omnium. de Cl. 169 a, Habere comitia contra leges. Attic. 143 b, Comititia consularia à prætoribus haberi non posse. & 53 a, Legem comitijs centuriatis esse perlatam. I. V. 234 b, Satis putabat se ad comitia tempore venturi, si pridie venisset. Ep. 109 a, In campo certè nō fuisti, cum hora secunda comitijs quæstoris institutis sella Qu. maximi, quæ illi cōsulem esse dicebāt, posita esset: quo mortuo nunciato, sella sublata est. Ille autè qui comitijs tributus esset auspiciatus, centuriata habuit, consulem hora septima renunciavit, &c. Attic. 1 a, In campo Martio comitijs tribunitijs ad xv i. cal. Sex. competitorum qui firmi esse videbantur, Galba & Antonius. I. A. 234 b, Quòd si comitia in senatu haberi placet, petat.



cet. petamus, ambiamus: tabula modò noua detur nobis, sicut populo data est. de Legib. 193 a, Comititia illa sunt armis gesta feruilibus. Att. 63 a, Sed ea comitia puto fore vt ducantur. \* I. V. 134 b, Offendit eum mensẽ comitialem, comitijs iam abhinc triginta diebus habitis. contra Rull. 72 a, Sunt igitur Decemviri neque veris comitijs: hoc est, populi suffragijs, neq; illis ad speciem atque ad vsurpationem vetustatis per xxx. lictores auspicioꝝ causa adumbratis, constituti.

† Syntaxis. *Centuriata comitia, quæstoria, tributa, curiata, tribunitia. Comititia habere, gerere armis, ducere.*

**COMITIALIS**, le. ad comitia pertinens. *Qu. fr. 307 b, Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. & 311 a, Dies comitiales exemit omnes. I. V. 134 b, Offendit eum mensẽ comitialem, comitijs iam abhinc triginta diebus habitis.*

**COMITIATVS**, tus. *comitia. de Leg. 186 a, De capite cuius, nisi per maximum comitiatum, &c. ne ferunto. ibid. 189 b, Omnibus magistratibus, auspicia & iudicia dantur, &c. auspicia, vt multos inutiles comitiatus probabiles impedirent. \* de Leg. 193 a, Altera lex de capite cuius rogari, nisi maximo comitiatu, vetat.*

**COMITIVM**, tij: & forum comitium. *locus in quo comitia habebantur, campus Martius, commune consilium. I. V. 149 b, Quid, hoc cuiquam ferendum putas esse? huius argento domos vestras, huius signis & tabulis forum comitium ornari? p. Sest. 20 a, Cùm forum comitium, curiam armatis hominibus occupauissent. I. V. 86 a, Tenes, quem quondam in comitio vidistis. & 87 a, Vidi simul cum populo Romano forum comitium que adornatum, ad speciem magnifico ornatum, ad sensum cogitationemq; acerbis & lugubris. \* de Clar. 192 a, Si angustè & exiliter dicere est, Atticorum: sint sanè Attici, sed in comitium veniant, ad stantem iudicem dicant. de Diuim. 87 a, Ita cotem in comitium illatam nouacula esse discissam. ibid. Cotem illam & nouaculam defossam in comitio.*

**COMITOR**, aris. *assessor, selector. de Finib. 77 a, An est aliquid per seipsum flagitiosum, etiamsi nulla comitetur infamia? de Inu. 63 b, In itinere quidam proficiscientem ad mercatum quendam est comitatus. Tusc. 247 b, Cæteraq; quæ comitantur huic vitæ.*

**COMMACYLO**, as. *maculo, turpifico, fado. pro Cæl. 40 b, Si se isto infinito ambitu commaculasset.*

**COMMEANS**, tis. *de Nat. 7 b, Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem. \* de Nat. 35 b, Nam cùm duo sint genera siderum, quorum alterum spatijs immutabilibus ab ortu ad occasum commeans nullũ vnquam cursus sui vestigium inflectat, &c.*

**COMMEATVS**, tus. *cibaria ad multitudinem aliquam alendam, præsertim belli tempore. Item tempus quod eundem, manèdi, redeundi datur, & præscribitur alicui. pro Pomp. 14 a, Cùm ex omnibus provincijs commeatu & publico & priuato prohibebamur. Attic. 107 b, Suscepto autem bello aut tenenda sit vrbs, aut ea relicta ille à commeatu & reliquis copijs intercludèdus. de Orat. 102 b, Tum adiungeremus de exercitu, &c. de commeatu, de insidijs faciendis atque vitandis, &c. ad Herenn. 5 a, Vt ille qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ interclusissent. I. V. 255 a, Hunc scitote fuisse Heraclitum in ea causa, qui propter grauem morbum oculorum tum cùm nauigaret, & iussu eius qui potestatis habuit, in commeatu Syraculis remanserit. I. V. 248 a, Hanc eam impudentiam iudices ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere, certo precio sexcentenos nummos nauatarum missione constituere, quos qui dederat, commeatum totius ætatis auferebat: iste quod & nauæ nomine, & pro stipendio frumentoq; acceperat, lucrabatur.*

† Syntaxis. *Commeatum auferre. Commeatu prohiberi, intercludi. In commeatu remanere.*

**COMMEDITOR**, meditor, verso. *ad Heren. 22 a, Quare locos, quos assumpserimus, egregie commeditari oportebit, vt perpetuò nobis harere possint. aliàs, egregie comministerque notare, aliàs, commoderque notare.*

**COMMENIN**, sti. *memini. de Orat. 194 b, Quem hominem probè commeminisse aiebat. & 159 b, Id quod tu rectè commeministi. Tusc. 150 b, Ego autem non commemini, antequam sum natus, me miserum.*

**COMMEMORABILIS**, le. *memorabilis. pro Mar. 152 b, Vir commemorabili pietate ac virtute præditus. & de Nat. 52 b, Multa alia in alijs locis commemorabilia proferte possum.*

**COMMEMORANDVS**, a, um. *memoria dignus. I. V. 74 a, O commemoranda iudicia, præclaramq; existimationem nostri ordinis. \* Paradox. 124 a, Quæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio?*

**COMMEMORATIO**, onis. *mentio, recordatio. Quin. frat. 197 a, Me in scribendo commemoratio virtutis delectauit in*

*Verr. 97 a, Verres in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuit. Epist. 67 a, Me commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit. & 146 a, Commemoratio huius rei magnam mihi lætitiã attulit. pro Arch. 191 a, Commemorationem nominis nostri non cum vitæ tempore dimittendam esse, sed cum omni posteritate adæquandam. \* I. V. 147 b, An ab hac eius infamia nequitia, vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? Orat. 208 a, Commemoratio antiquitatis, exemplorum prælatio summa cum delectatione & autoritate orationi affert & fidem. I. V. 269 a, Hæc se commemoratione ciuitatis omnia verba depulsurum, cruciatumq; à corpore deiecturum arbitratur. Tusc. 203 b, Nam illam quidem orationem ex commemoratione alienorum malorum ad maleuolos consolandos esse accommodatam.*

**COMMEMORATVS**, a, um. *pro Planç. 279 b, Nihil ex meis est temporibus, quod minus mea celebratione commemoratum sit.*

**COMMEMORO**, memoro, dico, memini, prosequor, profero, sermonem vsurpo, alicuius rei memoriam vsurpo, crebris vsurpo sermonibus, laudo. *I. V. 231 b, Longum est & non necessarium commemorare que apud quosq; visenda sunt. de Amic. 109 b, Beneficia meminisse debet is in quem collata sunt, nõ commemorare qui contulit. Epistol. 48 b, Omnes enim causæ, quas commemoras, iustissimæ sunt. de Orat. 123 a, Critolaus, quem simul cum Diogene venisse commemoras. de Orat. 149 b, Metrodorus, de cuius memoria commemorauit Antonius. Quin. frat. 297 a, Omnes de tua virtute commemorant. pro R. 95 b, C. Decianus, de quo tu sæpe commemoras. de Sen. 84 b, Quid quoq; die audierim, dixerim, egerim, commemoro vesperi. \* I. V. 227 a, Vrbs direptione commemorabo. I. V. 86 b, Quid ego aduentus istius, prandia, cenas, equos, muneratq; commemorarem?*

**COMMEMOROR**, ris. *Acad. 18 b, Primum quod initio dixisti, videamus quale sit, similiter à nobis de antiquis philosophis commemorari, atq; seditiosi soleant claros viros, sed tamen populares aliquos nominare. pro Dom. 151 a, Quæ si priuatis gloriosa sunt, multò magis commemorabuntur in regibus. pro Qu. 1 b, Nam quid hoc iniquius, aut indignius dici aut commemorari potest?*

† Syntaxis. *Longum est commemorare, quid, &c. Commemorare hoc, &c. de hoc. In Rege id commemoratur: id est, laudatur.*

**COMMENDATIO**, onis. *commissio. Epistol. 42 a, Is cùm antea & suo splendore & nostra cæterorumque amicorum commendatione gratissimus in prouincia semper fuit, tum hoc tempore propter tuum in me amorem nostramque necessitudinem vehementer confidit, his meis literis se apud te gratiosum fore, & ibid. Omnibusq; rebus eum ita tractes, vt intelligat nostram commendationem non vulgarem fuisse. Attic. 121 b, Cui qui noster honos? quod obsequium? quæ etiã ad cæteros contempti cuiusdam hominis commendatio nostra defuit? vt meum iudicium reprehendi à Qu. fratre, vulgoque ab omnibus mallem, quàm illum nõ efferre laudibus. \* Epist. 87 a, Vt ad eam voluntatem tantus cumulus accedat commendatione mea. Epistol. 199 b, Scio quantum ponderis mea commendatio sit habitura. ibid. Caput autem est meæ commendationis, ne patiari, &c. Epist. 205 a, Ei ego pollicitus sum, me ex intima nostra arte deprompturum mirificum genus commendationis. Epistol. 219 a, Vtis intelligat, meam commendationem maximo sibi apud te & adiumento & ornamento fuisse. Ep. 229 a, Si & mea commendatione & sua probitate affectus erit, vt de se bene existimes.*

¶ *Laus, celebratio, comprobatio. Tusc. 148 a, Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expetit gloria, molestia habeat quàm voluptatis. Epist. 8 a, Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. Orat. 207 a, Hunc librum si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine diulgari necesse est. Offic. 42 a, Prima est igitur adolecenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest. Orat. 208 a, Principia acuta sententijs vel ad offensionem aduersarij, vel ad commendationem sui. de Orat. 128 a, Illa pars orationis quæ probitatis commendatione boni viri debet speciem tueri. I. P. 79 b, Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumofarum imaginũ. I. C. 103 a, Homo per se cognitus, nulla commendatione maiorum. de Clar. 173 a, Is magnos honores sine vlla commendatione maiorum est adeptus. pro Flac. 151 a, Aliquis infimo loco natus, nulla commendatione famæ. de Clar. 186 a, Huius mores omnes commendationem ingenij euerunt. de Clar. 194 a, Hæc causa tantum commendationis habuit, vt, &c. Offic. 42 b, Prima igitur commendatio proficiscitur à modestia. pro Deiot. 144 a, Qui commendationem incuntes ætatis ab impietate & scelere duxerit. pro*



Cæl. 38 b, Et meus hic forensis labor vitæque ratio dima-  
nauit ad existimationem hominum, paulò latius commē-  
datione ac iudicio meorum. I. A. 186 b, Nec sentit amens  
commendationem esse compellationem suam. pro Planc.  
265 b, Hoc valeret, inquam, in communi consensu omnium,  
& dulcissima commendatione naturæ. de Orat. 141 a, Fa-  
cillimè teneri ea quæ auribus perciperentur, aut cogitatio-  
ne, si etiam oculorum commendatione animis traderentur.  
de Fin. 72 a, Epicurus in prima cōmendatione volupta-  
tem dixit. & ibid. Vt voluptatem illam Aristippi in prima  
commendatione poneret.

† Syntaxis. *In vulgus commendatio. Commendatio ad gloriam.*  
COMMENDATITIVS, a, um. I. V. 234 b, Tabellæ non  
commendatitivæ, sed tributariæ. Epistol. 62 a, Etsi statue-  
ram nullas ad te literas mittere, nisi commendatitias, ta-  
men, &c.

COMMENDATRIX, cis. de Leg. 167 b, Lex est emendatrix  
vitiolorum, commendatrixque virtutum.

COMMENDATIVS, a, um: COMMENDATIO, COM-  
MENDATISSIMVS. *creditiuus, laudatiuus, commissiuis.* in Anton.  
222 b, Vita Ser. Sulpitij multis erit præclaris que monu-  
mentis ad omnem memoriam commendata. in Ant. 166  
b, Quæres vnquam gloriosior? quæ commendatio homi-  
num memoriæ sempiternæ? pro Corn. 63 a, Quis no-  
strum est, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligen-  
tia commendatio? pro Sest. 7 a, Alter erat opinioe homi-  
num, nobilitate ipsa blanda conciliatricula commen-  
datus. & ibid. Homo falsa opinioe, errore hominum  
commendatus. de Legib. 174 a, Sacrum sacrove commen-  
datum qui clepserit, patricida esto. de Pro. 76 a, Quare sit  
in eius tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati commen-  
data est. I. A. 235 a, Harum rerum omnium decretatio  
consulibus commissæ & commendata est. pro Ar. 189 a,  
Poeta quasi deorum aliquo dono & munere commen-  
dati nobis esse videntur. pro S. R. 37 a, Cui fortunæ viui  
commendata sunt atque concedita. pro Dom. 242 a, Vobis  
ergo meam dignitatem, studium & iudicium non mo-  
dò commissum, sed etiam commendatum arbitraban-  
tur. Epistol. 194 b, Vale, & matrem meosque tibi commen-  
datos habe. Epistol. 187 b, A' te peto dignitatem meam tibi  
commendatam habeas. & 199 b, Cæteris omnibus rebus  
habeas eos à me commendatissimos. pro Cl. 24 b, Spes il-  
la quam mulier in alio commendatam à viro continebat,  
pro Cæl. 38 b, Nec enim vobis satis commendata huius æ-  
tas esse posset, nisi, &c.

COMMENDO, as. *fidei alicuius committo, in alicuius fide ac reli-  
gione depono, concedo, repono, colloco: alicuius virtuti, fidei, fe-  
licitati concedo, trado.* de Orat. 104 b, Filios suos paruos tu-  
telæ populi commendare. pro Pomp. 6 a, Vt se socios dig-  
nos existimetis, quorum salutem tali viro commende-  
tis. Attic. 49 a, Me totum tuo amoris fideique commendo.  
& 229 a, Respubl. ita te mihi commendauit, vt chariorem  
habeam neminem. Epistol. 21 a, Tibi me totum commen-  
do atque trado. & 218 b, Sed vereor, ne quia complu-  
res tibi præcipuè commendo, ex æquare videar ambitio-  
ne quadam commendationes meas. Quint. frat. 299 b, Ti-  
bi me, tibi meas omnes opes fortunasque commendo, ti-  
bi committo existimationem ac spem reliquæ vitæ. Epist.  
28 b, Petis à me vt Bibulo te quam diligentissimè commē-  
dem. Attic. 276 b, & 277 a, Ad petitionem aut commenda-  
tionem honoris tibi Glicona medicum diligentissimè cō-  
mendo. Epist. 42 a, Quæ ne spes eum fallat, vehementer te  
rogo, commendoque tibi eius omnia negocia, libertos,  
procuratores, familiam. & 109 a, Quare, mi Cicero, perse-  
uera constanter nos conseruare, & Sulpitio successoris nos  
de meliore nota commenda. de Ar. 246 b, Pontifices, quo-  
rum autoritati, & fidei, & prudentiæ maiores nostri sacra  
religionisque commendarunt. pro Mur. 124 a, Idem con-  
sul enim vestræ fidei commendat, quem antea dijs im-  
mortalibus commendauit.

¶ *Laudis, probis.* de Or. 109 b, Vt duos summos viros, ijs qui  
neutrum illorum viderint, eorum quibus ambo illi orato-  
res cogniti sunt, viuorum & presentium memoria teste cō-  
mendemus. de Orat. 107 a, Vox quæ vna maximè clo-  
quentiam commendat. de Cl. 186 b, Huius actio non fa-  
tis commendabat orationem. Attic. 209 a, Ligarianam,  
vt video, præclare autoritas tua commendauit. de Orat.  
125 a, Lenis oratio commendat reos. Offic. 42 b, P. Ruti-  
lij adolescentiam ad opinionem & innocentiam, & iuris  
scientiam, P. Mutij commendauit domus. Postquam 207 a,  
Cum eum præter simulatam tristitiam nulla res commen-  
daret.

COMMENDOR, ris. *trador, committor, credor.* Epist. 67 a, Cupio  
res nostras quam celerrimè monumentis cōmendari tuis.  
Ep. 171 a, b, Satis me multa scripsisse quæ literis cōmendari  
possunt, arbitror: id est, commissi. Ep. 68 b, Vt me sempiternæ

gloriæ per eum commendari nolim, qui non ipse quoque  
in me commendando propriam ingenij gloriam cōsequa-  
tur. de Orat. 111 b, Historia qua voce alia nisi oratoris im-  
mortalitati commendatur?

¶ *Laudis.* Ep. 189 a, Neque enim omnium iudicio malim me  
à te commendari. quam ipse tuo iudicio dignè ac mereor  
commendatus esse. de Cl. 184 a, Nulla re vna magis com-  
mendatur orator, quam splendore verborum.

¶ *Fidei committor.* de Fin. 93 a, Simulatque natum sit animal,  
ipsum sibi conciliari & commēdari ad conseruandam. Ep.  
300 a, Zeuxis, quem scribis certissimum matricidam, tibi à  
me intimè commendari.

† Syntaxis. *Homo ad memoriam, & memoria præclaris monumē-  
tis commendatus. Res cōmendata sacro. Commisus & cōmendatus.*  
*Commendatus & cōcreditus. Non modò cōmissus, sed cōmendatus.*  
*Commendatum habe illum. Commendare se iusula, fidei, amoris, fe-  
licitati alicuius. Commendare aliquem de meliore nota. Literis cō-  
mendari: id est, credi. Nulla re vna magis commēdatur orator, &c.*  
*Sibi commendari animal. Conciliare & commendare.*

COMMENTARIORUM, *commentarium.* Ep. 69 a, b, Si enim  
suscepis causam, conficiam commētarios rerum omnium.  
de Cl. 289 a, Cæsar scripsit commētarios rerum suarum.  
Offic. 53 b, 54 a, Quem locum miror à Possidonio breuiter  
esse tractatum (*al. tractum*) in quibusdam commētarijs. pro  
Rab. 93 a, Ex annalium monumentis, & ex regum com-  
mētarijs aliquid conquirere. de Cl. 171 a, Vt & Atticus  
scribit, & nos in antiquis commētarijs inuenimus. I. A.  
153 a, Nihil tum nisi quod erat notum, in C. Cæsar's  
commētarijs reperiebatur. de Cl. 169 a, Possimus T. Corun-  
canum suspicari disertum, quod ex pontificum commen-  
tarijs longè plurimum ingenio valuisse videatur. de Finib.  
92 a, Commentarios quosdam Aristotelicos, quos hic scie-  
bam esse, veni vt auferrem. de Orat. 129 b, Vbi sunt fundi  
Brute, quos tibi pater publicis commētarijs consignatos  
reliquit: id est, *tribus libellis de iure ciuili.* \* in Anton. 167  
a, Cuius domus quæstuosissima est salorum commēta-  
riorum & chirographorum officina. de Fin. 127 a, Duo ge-  
nera librorum sunt, vnum populariter scriptum, quod *ἐπι-  
τηνὸν* appellabant: alterum limatius, quod in commen-  
tarijs reliquerunt.

COMMENTARIOLVM, *libellus.* I. A. 156 a, An in commē-  
tariolis & chirographis & libellis acta Cæsar's firma erunt  
de Fin. 108 b, Quæ res efficit, necesse sit, iisdem de rebus  
semper quasi dictata decantare, neque à commētariolis  
suis discedere. de Orat. 85 a, Quæ pueris nobis ex commē-  
tariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt. Quint. de Per.  
214 a, Volo enim hoc commētariolum petitionis haberi  
omni ratione perfectum.

COMMENTARIVM, *liber ad subsidium memoria comparatus, in quo rerum & negotiorum capita notantur, commentarij.*  
de Cl. 179 a, Ipsa illa censoria contra Cn. Domitium col-  
legam non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis  
commentarium paulò plenius. Epistol. 121 b, Quam quis-  
que sententiam dixerit, in commentario est rerum vrbana-  
rum: quo tu quæ digna sunt, selige. Attic. 19 a, Commē-  
tarium consulatus mei Græcè compositum misi ad te.  
Ost. 329 b, M. Antonius ciuitates donabat ex commēta-  
rio. Epistol. 113 a, Commentarium quere vrbana-  
rum dedi L. Calpurnio, secundum ei qui habes literas tibi  
reddet. I. V. 246 b, Audite decretum mercenarij prætoris  
ex ipsius commentario. & ibid. Recita commentarium. pro  
Syll. 175 b, Ego recentem putarem memoriam cuncti fen-  
natus commentario meo posse superari? Tusc. 202 a, In eo  
est disputatio scripta Carneadis, quam se ait in commen-  
tarium retulisse. de Orat. 102 b, Illa quæ in commētarium  
meum retuli. \* Attic. 102 b, Id reliquum, quod ipse in  
Tusculano me referre in commētarium mea manu voluit.

COMMENTATIO, onis. *cogitatio, meditatio.* de Orat. 97 a,  
Subitam orationem commentatio & cogitatio facillè vin-  
cit. & ibid. b, Et illa commentatio inclusa in veritatis lu-  
cem proferenda est. Epistol. 138 b, Commentationem cau-  
sam abieci. de Orat. 187 b, Is sese quotidianis com-  
mentationibus exercebat. & 119 a, Quos locos multa cō-  
mensatione ac meditatione paratos atque expeditos ha-  
bere debetis. de Cl. 174 a, In exercitationibus commen-  
tationibusque multum operæ ponere. de Orat. 107 b, Su-  
bitæ ad propositas causas exercitationes, & accuratæ ac  
meditatæ commentationes, multi sudoris sunt. Tuscul. 164  
a, Tota enim philosophorum vita, vt ait idem, commen-  
tatio mortis est. Tuscul. 184 a, De exercitatione & consue-  
tudine & commentatione dixi, apage sis: nunc de ratione  
videamus. & 183 b, Tantum exercitatio, meditatio, con-  
suetudo valet.

† Syntaxis. *Commentatio & cogitatio. Commentationibus se exer-  
cere. Meditata & accurata cogitatio. Hic habes Meditatus, pa-  
tiendi vi.*



**COMMENTITIVUS**, a, um. *fictus*. pro S. R. 25 a, Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat. de Nat. 5 b, Commentitia futilisq; sententiæ. & 40 a, Commentitij & ficti Dei. Offic. 59 a, Ficta & commentitia fabula. de Fin. 146 a, Nomina partim noua & commentitia, partim idem significantia. de Nat. 7 b, Parmenides commentitium quiddam coronæ similitudine efficit.

† Syntaxis. *Commentitium & fictum. Commentitium ac futilis. Notum & commentitium.*

**COMMENTOR**, aris. *meditor, cogito, considero, mecum meditor, conficio*. 58 b, Veruntamen id ipsum mecum in his locis commentor, ut ista improbem. I. A. 190 b, Iam accedunt consules multos iam menses de pop. Rom. libertate commentati atq; meditati. I. P. 100 b, Sin autem aliquid sperare volueras, cogitâras id, quod illa trophæa plena dedecoris & risus te commentatum esse declarant. Epist. 95 b, Si me occupationibus relaxâro (nam vt planè exoluam non postulo, & ipsum quidem multos annos nihil aliud commentor) docebo, &c. Tuscul. 196 b, Nam qui hæc audita à docto meminisse viro, futuras mecum commentabar miserias. de Clar. 193 a, Hortensius tanta memoria fuit, vt quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdè redderet. *Vbi etiam pro Scribere seu Annotare poni videtur.* de Diu. 98 a, Magi congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. de Am. 96 b, Cùm in hortos D. Bruti commentandi causa (vt assolet) venissemus. Epist. 148 a, Ad quem paratus venerat, cùm in villa Metelli complures dies commentatus esset. & ibid. Quæ autem in lustris & in vino commentatio potuit esse? de Fin. 153 a, Animaduertuntq; ea quæ domi sunt curiosiùs, incipiuntq; commentari aliquid & discere. Epist. 52 a, Vt autè commitemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. de Orat. 150 b, Magister hic Samnitum summam senectute est, & quotidie commetatur. I. A. 233 a, Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragædiam. pro Quin. R. 31 a, Quæ mihi iste visus est ex alia oratione declamare, quàm in alium reum commentaretur. Att. 142 b, *Orator* meas commentari non desino: *id est, proposita.* de Cl. 194 a, Commentor declamans cum aliquo quotidie. & 172 a, Vsq; illum commentatum in quadam testudine cum seruis literatis fuisse. Epist. 266 b, Is diu & multis lubrationibus commentata oratione vide vt probari possit, re non peccasse.

**COMMENTVM**, ti, res *ficta, excogitata inuentio*. de Nat. 26 b, Opiniorum enim commenta delet dies. de Clar. 193 a, Idè sua, & commenta, & scripta, & nullo referente omnia aduersariorum dicta meminerat.

**COMMEMORAS**, eo, venio, redeo, coëo. Att. 124 a, Crebrò enim illius literæ ab alijs ad nos commeant. pro Pomp. 14 b, Insula Delos, quò omnes vndiq; cum mercibus atq; oneribus cõmeabant. I. V. 245 a, Nauis, quæ ad furta quæ reliquisses, cõmearet. de Nat. 65 b, Cùm eadem (terra, aqua, aer, æther) vicissim retrò commeant. pro Cæl. 45 b, Cuius in hortos iure suo libidines omnium commearent.

**COMMERCIVM**, cij, *usus, familiaritas, affinitas*. de Sen. 85 b, Voluptas nullù habet cù virtute commercium. I. V. 231 a, Mihi cõmercium vilius rei cum illo non est. & 168 a, Is agrum in Segestano (nam cõmercium in eo agro nemini est) conductum habebat. & 133 b, Eilocu illum senatorium ille vendidit, cui ne commercium quidè esse oportebat. ad Brut. 285 b, Si sit cõmercio locus.

**COMMEREOR**, res. *mereor*. de Orat. 105 a, Interrogabatur reus quã quasi æstimationè commeruisse maximè diceret.

**COMMERTIVS**, ta. de Inuent. 12 b, & 59 b, Non castigabo pro commerita noxia. *Plauti.*

**COMMETIOR**, tis, *meior, simul meior*. de In. 51 a, Sepe oportet commetiri cum tempore negocium. de Vn. 200 b, Neq; siderum ambitus inter se commetiuntur.

**COMMIGRO**, as, *migro, domicilium muto, redeo, eo*. Quint. frat. 309 a, Domus tibi conducta est, sed breui in tuam commigrabis.

**COMMILITO**, onis. *in bello socius*. pro Dom. 149 a, Hic adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

**COMMINATIO**, onis. *minatio*. de Orat. 162 a, Orationis aut ipsius tanquam armorum est, vel ad vsum comminatio, & quasi petitio, vel ad venustatem ipsa tractatio.

**COMMINSOR**, tis, *conamentus sum, fingo*. de Fat. 141, Quædam etiam Possidonijus comminisci videtur. de Nat. 37 b, Epicurus monogrammos deos commentus est. Att. 86 a, Nec me hoc vel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes. de Fin. 116 a, Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscetur. \* pro P. Opp. Verisimile non est, tantum scelus M. Cottam esse commentum. ad Heren. 8 a, Quod alius alio reticentior sit in dolore, quòd ingeniosior ad comminiscendum, ibid. Causam non fuisse,

quare quispiam confingeret & comminisceretur.

**COMMUNVO**, is, *frango, diminuo*. I. P. 99 b, Illi statuum istius deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. pro Qu. 4 b, Nullum officium tam sanctum est, quod non auaritia cõminuere atq; violare soleat. Offic. 41 a, Viriatus, quem C. Lælius prætor fregit & comminuit.

**COMMUNVTVS**, a, um. Attic. 57 a, Re familiari comminuti fumus. I. V. 212 b, Is nescio quo pacto dum armis exercetur, annulus aureus quem habebat, fractus est & comminutus.

**COMMISCENDVS**, a, um. de Nat. 31 b, In mari & in scœmina commiscendorum corporum miræ libidines.

**COMMISCO**, feci, *permisceo*. de Am. 111 a, Cuius animus cum suo commisceat, vt efficiat penè vnum ex duobus. ad Heren. 35 a, Ius accusatoris cum iure testimonij commiscebis.

**COMMISCOER**, tis, *misceor*. pro Marc. 132 a, Nunquam enim temeritas cum sapientia commisceatur. pro Dom. 242 b, Cuius *Vesta* ignem non sum passus cum totius vrbs incendio commisceri.

**COMMISERANS**, tis. In Arat.

*Commiserans hominum metuendor vndiq; casus.*

**COMMISERATIO**, onis, *miseratio, misericordia*. de Orat. 163 b, Aliud molestia, sine commiseratione graue quiddam, & vno pressu ac sono obductum. ad Heren. 16 a, Commiserationem breuem esse oportet: nihil enim lacryma citius arefcit.

**COMMISEROR**, atis, *miseror, miseratione afficior, miserationem exprimo verbis, gestu*. I. V. 61 b, Quid cùm commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te trajtere coeperit? Anteq. 196 a, Conqueri & commiserari non licere.

**COMMISSATOR**, oris. L. **COMESATOR**.

**COMMISSIO**, onis, *exhibitio*. Attic. 254 a, Sed tamen rumoris nescio quid affluerat, commissioe Græcorum frequentiam non fuisse. Att. 249 a, Et tecu ago vt iam ab ipsa commissione ad me, quem admodum ij ludi accipiantur, deinde omnia.

**COMMISSVM**, si, *factum, facinus, delictum*. pro Syl. 180 b, Ecquod huius factum aut commissum nō dicam audacius, sed quod cuiquam paulò minus consideratum videretur factum, quæro. Tuscul. 181 b, Enunciare commissam, prodere conscios. de Leg. 137 b, Sacrum commissum quod nec expiari poterit, impiè commissum esto. *Videri hic Cicero loqui de quodam scelere, quod expiari non potest: cuiusmodi Theologi nostri appellant, peccatum in Spiritum sanctum, & peccatum ad mortem.*

**COMMISSVRA**, ræ, *iunctura*. de Nat. 54 a, Quid dicã de ossibus? quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem, & 56 a, Molles digitorum commissuræ de Vniuers. 199 a, Vt & ipse secum, & inter se commissuræ, quæ è regione esset, iungerentur. \* de Nat. 56 a, Digitorum contractio facilis, facilisq; porrectio propter molles commissuras & artus nullo in motu laborat.

**COMMISSVS**, a, um, *factus, inceptus, initus*. pro Mur. 132 a, Pugna quæ cù rege commissæ est, & summa contentione pugnata. I. C. 112 a, Tum interuentu Pontini pugna quæ erat commissæ, sedatur? pro S. R. 37 a, Res tanta, quæ publicè gesta atq; commissæ sit.

¶ *Paratus, admissus*. pro Font. 282 b, Frugi hominem iudices videtis positu in vestra fide ac potestate, atq; ita vt cõmissus sit fidei, promissus potestati. Offic. 25 a, Iura fidei magistratuum commissæ sunt. Offic. 17 b, Vt tutela, sic procuratio Reipub. ad vtilitatem eorū qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissæ est, gerenda est. in Ant. 205 b, Multis rebus nefarijs antè commissis. pro Quint. 11 a, Cõmissum nihil est, quare ad istam rationem perueniretur. pro Mur. 125 a, Nihil commissum contra legem esse defendo. Epist. 40 b, Sed quoniam accidit, si quid à me prætermisum fuerit, commissum facinus & admissum dedecus confitebor.

¶ *Traditus*. pro Dom. 216 b, Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem sunt commissæ. I. V. 149 a, Qui Quæstor consulem suum consilijs commissis, rebus omnibus creditis, spoliare &c. I. A. 235 a, Cùm harum rerum omnium decretatio consilibus commissæ & commendata sit. pro Dom. 213 a, Vt omnis Reipub. dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, Dij Penates, bona, fortunæ, domicilia vestræ sapientiæ, fidei, potestatiq; commissæ credita que esse videantur. I. V. 242 b, Mihi honorem illum non solùm datum, sed etiam creditum ac commissum puto.

¶ *Obligatus*. pro Dom. 242 b, Hanc ego deuotionem capitis mei, cùm ero in sedes meas restitutus, tum deniq; conuictæ esse & cõmissam putabo. I. V. 110 a, Faciemus vt palestinae



petant hæreditatem, quod eam palæstræ commissam esse dicant. & 81 b, Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. & 154 a, Pœnam octupli commissam persequi. Hoc vulgò Cadere in pœnam dicitur.

**COMMITTENDVS**, a, um. *credendus, tradendus, cõmendandus.* Att. 131 b, Quantum ijs copijs committendum sit, non te præterit. de Orat. 99 a, Ego tibi vllam causam maiorem cõmittendam putem? Att. 155 b, Fortunæ sunt committenda omnia, sine spe conamur vlla.

¶ *Facendum.* Epist. 177 a, Non committendum putavi, prius vt Alpes transgrederer, quàm scirem, &c.

**COMMITTO**, is, *admitto, patro, pecco, passor, probor.* de Cl. 184 b, Is ne legens quidè vnquã sensit, quòtum flagitij cõmississet. pro Qu. 184 b, Is nihil alienũ vita superiore cõmisit. p Syl. 168 a, Cõmittere magnũ scelus. pro S. R. 28 b, Committite maleficiũ. in Ver. 77 a, Verres multa in Deos nefariè cõmisit. & 84 a, Ea natura q̄ tantũ facinus cõmisit. de Cl. 168 b, Sed cũ ex eo, q̄a quã cõmitteret cõtra legẽ, quo quis iudicio circũueniretur, sepe ipse in iudiciũ vocaretur, orationes alijs destitit scribere. pro Cl. 36 b, Is condemnatus est, quod contra legem cõmississet. in Ver. 136 b, Censoribus, si quid cõmississent, pœnæ erant legitimæ cõstitutæ. de Inu. 46 b, Qui simili impulsu aliquid commiserint. & ibid. Cũ impulsione aliquid commisisse quid dicit. in Ver. 60 a, Quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum. pro Mil. 113 a, Nihil timent, qui nihil cõmiserunt. de Orat. 130 a, Non cõmittam, vt si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. Att. 118 a, Non puto Cn. nostrum commissurum, vt Domitium relinquat. & 124 b, Non placuit nobis committite, vt temeritas nostra reipublicæ noceret. & 10 b, Id autem vt accideret commissum est Hortensij consilio. & 69 b, Non committam vt tibi cùm possim prodesse, non prosim. & 213, Ne committas, vt frustra properasse videaris. Quint. fr. 290 a, Præsertim cùm id commiserit, vt ille alter annus etiã tertium posset adducere. de Leg. 163 a, Quocirca vercor committite, vt non bene prouisa principia ponantur. I. A. 217 a, Ego nolo quenquã ciuem cõmittere, vt morte multandus sit. Epist. 63 b, Non committam, vt tibi insanire videar. Att. 4 a, Non committam posthac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis. Offic. 43 a, Id enim ipsi fordidum est ad famam, committite vt accusator nominetur. Ep. 39 b, Non est meum committite, vt negligens fuisse videar. & 176 b, Ipsum Cæsarem nihil sanè de te questum, nisi dictũ, quod diceret te dixisse, laudandum a dolescentè, ornandum, tollendum, se non esse commissurum vt tolli possit. I. A. 205 a, In conf. cõtum pop. Rom. quo ore vos commisistis? \* pro L. Varen In legem de sicarijs commisit.

¶ *Mando, credo, concedo, trado.* pro Qu. 18 a, Tibi committo existimationem ac spem vitæ meæ. Quint. frat. 292 b, Si quis est in quo iam defendaris, huic mihi credideris, nullam partem existimationis tuæ commiseris. & 295 a, Vt eos quos tuæ fidei potestatis; S. P. Q. R. commisit & credit, diligas. Epist. 204 b, Neq; te impedio, quo minus susceptum negociũ pro tua fide & diligentia ex voluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam difficilemqu; commisit, gerere possis. pro S. R. 39 a, Quæ posita sunt in suspicionibus ea vestris ingenijs coniecturæqu; committo. Att. 242 b, Autor non sum, vt te vbi committas. pro Dom. 223 a, Qui se populo cõmiserant, repellebãtur. pro S. R. 37 b, Cũ per eius fidem læditur, cui se commiserit. Ep. 42 a, Quid mihi ille nõ commisit? quid non mecum communicauit? Att. 7 b, Itaq; neq; Achaicis, neq; Epiroticis hominibus paulò liberiores literas cõmittere audeo. Att. 18 a, Huic terræ filio nescio cui committite epistolam tantis de rebus nõ audeo. Ep. 16 b, Quos tamen ipsos libros, si quem cui rectè committam inuenero, curabo ad te perferendos. Att. 54 a, Præterea sunt quædam domestica, quæ literis non cõmitto. Epist. 258 a, Quare te neq; navigationi, neq; viæ committas. Att. 138 b, Quorũ causa timidus me fortunæ cõmittebam. Att. 232 a, Huic nihil credideris, nullã partem existimationis tuæ cõmiseris. in Arat. *Hoc caue se pongo studeas committere mense.* Acad. 17 b, Vt tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens committite. in Anton. 244 a, Possũme satis videri cautus, si me huic itineri tam periculoso commiseris? pro Pomp. 10 a, Quis nauigauit, qui non se aut mortis, aut seruitutis periculo committit?

¶ *Facio, inco.* pro S. R. 20 a, Longo interuallo iudiciũ hoc inter sicarios primũ committitur. Qu. fr. 325 a, Ad v. 11. calend. Nouemb. quo die ludi committebantur. Ep. 265 b, Sed vt rationem inco, quo die prælium Panfa commisit, eodem à Gadibus naues profectæ sunt.

¶ *Obligor.* p. Clu. 39 a, Nihilominus enim potest, vt illã multam nõ cõmiserit, accepisse tamen ob rem iudicandã, &c.

**COMMITTO**, ris *trador, credor, cõmendor.* At. 10 b, Sati? est in infamiæ fordibus relinqui, quàm infirmo iudicio cõmitti.

† *Syntaxis.* Pugna & pralium commissum, & pugnatum. Iura magistratui commissã. Commissum facinus, & admissum dedecus. Commissa consiliad est, aperta, credita. Omnia tuæ fidei commissã, creditaqu;. Non solũ datum, sed creditũ & commissum. Illi hoc ne committas. Non committam, vt. Scelus, maleficium committite. Nihil ego commisi. Epistolam rectè committite alicui. Se nauigationi, viæqu; committite.

**COMMODO**, de Orat. 227 b, Inuidetur enim commodis hominum ipsorum, studijs autem eorum cæteris commodandi fauetur.

**COMMODATVS**, a, um. *concessus.* pro Mar. 134 a, Hęc à virtute donata, cætera à fortuna commodata esse videntur.

**COMMODE**, **COMMODVS**, **COMMODISSIME**. *benè, rectè, commodiũ.* pro S. R. 20 a, Non satis cõmodè dicere possim: nam commoditati ingenium est impedimẽto. de Am. 95 b, Multa ab aliquo breuiter & commode dicta. Offic. 51 b, Has res commodissimè Xenophon persecutus est. de Or. 104 b, Aliquid non tantũ parum commode, sed etiam turpiter & flagitiosum dictum. & 105 a, Oratio commode scripta. Attic. 175 a, Quod literas, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commode. pro S. R. 24 a, Hunc pro dignitate laudare nemo satis commode posset. Offic. 47 b, Commode autem quicunque dixit, pecuniam qui habet, &c. contra Rull. 87 b, Commodius fecissent id est, melius. de Inuent. 64 b, Exercitus is, cui præpositus est sapiens imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is qui stultitia alicuius administratur. Attic. 111 b, Sanè commode Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarum. & 156 a, Feceris igitur commode, mihi què gratum, si me de his rebus feceris certior. & 255 a, Magis commode quàm strenuè nauigauit. Epist. 175 a, Et ille cui mandauit, satis scitè & commode tempus ad te cepit a deundi. Offic. 52 a, Sed toto hoc de genere commodiũ à quibusdam, &c. disputatur, quàm, &c. Att. 29 b, Emerferã cõmodè ex Antio in Appiam ad Treis tabernas, cùm in me incurrit Roma veniẽs Curio meus. I. V. 160 b, Cõmodè cùm Appronius è palæstra rediisset statuitur Lollius in illo conuiuio.

† *Syntaxis.* Commode scribere, dicere, facere, nauigare. Scitè & cõmodè adire quempiam.

**COMMODITER**, *commode.* \* ad Her. 22 a, Quare locos, quos assumpserimus, egregiè cõmoditerqu; notare (al. *communiterqu; notare, al. commeditari*) oportebit.

**COMMODITAS**, tis. *opportunitas.* de Inu. 66 b, In occasione commoditas ad faciendum idonea consideranda est. pro S. R. 30 a, Neq; satis commode dicere possum: nam commoditati ingenium est impedimẽto. Offic. 35 b, Qui ex bestijs fructus, aut quæ commoditas percipi possent: nisi, &c. de Amic. 100 a, Amicitia plurimas & maximas commoditates continet. ad Her. 1 a, Non parum habet in se fructus copia dicendi & cõmoditas orationis. Offic. 2 b, & 3 a, Ad vitæ commoditatem iueunditatemqu;, ad facultates rerum atqu; copias, conducat id nec ne, &c. de Natur. 74 b, Omnes meos dolos, fallacias, præstigijs, præstrinxit commoditas patris. \* de Inuent. 42 b, Commoditas quædam praua virtutis imitatrix sine ratione officij, dicendi copiam confecta est. de Nat. 77 b, Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, externas commoditates, vineta, fegetes, oliueta, vberitatem frugum & fructuum, omnem denique commoditatem prosperitatemqu; vitæ à Dijs se habere.

† *Syntaxis.* Commoditates percipere, continere. Commoditates eterna: id est, bona.

**COMMODO**, as. *accõmodo, vtendũ do, inseruio, benignè facio, benefacio, aliquè iuuo.* L. O C C Y P O. I. V. 204 a, At publicè commodasti tritici modium lxx. milia. p. Cæl. 43 b, Mulier, quæ se aurũ Cælio commodasse dicit. ad Her. 40 a, Ait se ædes cuidã ad nuptias cõmodasse. I. V. 204 a, Nomen suũ alicui ad translationẽ criminis cõmodare. Ep. 31 b, Quæ successori cõmodare potest is, qui prouinciam tradit. & 222 a, Quibus tu quæcunqu; commodaues, erunt mihi gratissima. & 223, A te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, vt eo libentius his cõmodes, operæqu; des, quoad fides tua patietur, vt socrus adolescentis rea ne fiat. & 218 b, Quam obrè peto à te maiorẽ in modũ, vt his omnib; in rebus, quantũ tua dignitas fidesqu; patietur, cõmodes. & 223 b, Primũ vt omnibus in rebus ei te cõmodes quoad fides tua patietur. & 219 a, Peto igitur abs te, vt omnibus rebus, quoad sine molestia tua facere possis, ei cõmodes. & 207 a, Cupio ei societari, quibuscunqu; rebus possim cõmodare. & 211 a, Quicquid ei cõmodaueris, erit mihi maiorẽ in modũ gratũ. de Fin. 89 a, Nec enim si tuã ob causam cuiquã cõmodes, beneficium illud habendũ est, sed fœneratio. Ep. 28 b, Quod scribis ad me drachmis ccc. l. i. nihil est quod in isto genere cuiquam possim cõmodare. Frag. epist. Cui ego quibuscunqu; rebus potero, libentissimè commodabo.

**COMMODO**, ris. Offic. 11 a, Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuiqu;







**COMMOTIVN CVLA**, i. e. febricula. Attic. 189 a, Atticæ hilaritatem libenter audio, commotiunculis *συμπυλω*. id est, condoleo, afficior.

**COMMOTVS**, a, um. *affectus, perturbatus*. Attic. 87 a, Equidem sum magna animi perturbatione commotus. ad Heren. 33 a, Commotus non es: cum tibi mater pedes amplexaretur, non es commotus. de Off. 20 b, Qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt. \* de Clar. 176 a, Licinius genere toto feruidior atque commotior. de Diuin. 97 b, Non potest esse vehemens actio, nisi sit animus ipse commotior.

**COMMOMENDVS**, da, dum. *incitandus, afficiendus*. de Or. 125 b, In commouendis iudicibus ijs ipsis sensibus ad quos illos adducere volo, permoueor.

**COMMOMEO**, ues. *moueo, perturbor, afficio, excito, concito, commuto, immo*. pro Rab. 93 b, Nihil me clamor iste commouet, nihil perturbat. de Nat. 3 b, Multorum non modò descendit, sed etiam scribendi studia commouit. I. V. 210 b, Sed magnum & acerbum dolorem commouent ea, mulierculis præfertur. I. V. 125 a, Domo eius omnia abstulit, quæ paulò magis animum cuiuspiam aut oculos possent commouere. de Inuent. 61 a, Indignatio summum in eum odium commouere poterit. ad Heren. 36 b, Duæ res sunt, quæ possunt hominem ad turpe compendium commouere, inopia & auaritia. Attic. 2 b, Crebras expectationes nobis tui commoues. Attic. 45 a, Non commouit me adhuc Theflonica. Epistol. 93 a, Tu cura ut valeas, & te istinc ne commoueas. Atti. 232 a, Nunc quacuque nos commouimus, ad Cæsaris acta vocatur. de Orat. 126 b, Non prius sum conatus misericordiam alijs commouere, quàm misericordia sum ipse captus. pro M. Scau. *Quem purpura regalis non commouit.* \* de Clar. 182 a, Eam admirationem assensionemque commouit. de Inuen. 61 a, Indignatio summum in eum odium commouere poterit. de Orat. 110 b, In quo loco porticus hæc ipsa, ubi inambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones, gymnasium & Græcarum disputationum memoriam quodammodo commouent. de Fin. 124 b, Me quidem ad altiore memoriam Oedipodis, &c. species quædam commouit, inanis scilicet, sed commouit tamen. Attic. 75 b, Ex hoc die clauum commouebis. *at. amouebis, at. anni mouebis.*

**COMMOMEO**, ris. *afficior, excitor*. Pro Font. 283 b, Nec satis commoueor animo ad ea quæ vis cauenda. I. A. 187 a, Tum à sui similibus inuidiam in me aliquam commoueri putat. in Ver. 239 b, Ut nemini minus expediret vllum in Sicilia tumultum aut bellum commoueri. Offic. 39 b, Vehementer amor multitudinis commouetur, ipsa fama & opinione liberalitatis. de Orat. 94 a, Præclare enim se res habeat, si hæc accendi aut commoueri arte possint. pro Pom. 8 b, Tamè nimia longinquitate locorum ac desiderio suorum commouebatur. Quint. frat. 325 b, Miserijs alicuius commoueri. pro Font. 285 b, Nunc eiusdem miserijs ac periculis commouetur. pro Clu. 55 b, Omnis suspicio in eos seruos, qui non comparebant, commouebatur ad Her. 36 b, Quid tibi nunc quicquam obijciam? si probus es, non meruisti: si improbus, non commoueris. \* de Inu. 61 a, Quòd facilius conuestione commoueri possit *animus auditoris.*

† Syntaxis. *Commouere iudices, studia multorum ad indignationem. Ne te istinc commoueas. In aliquem commoueri inuidiam. Desiderio commoueor.*

**COMMUNICATIO**, nis. pro Corn. 61 a, Nunquam à maioribus nostris intermissa est largitio & communicatio ciuitatis. de Fin. 140 b, Nihil est quod latius pateat quàm coniunctio inter homines hominū, & quasi quædam societas & communicatio vtilitatum. de Or. 162 a, Communicatio, quæ est quasi cum ijs ipsis apud quos dicas, deliberatio. *de ornatu quidam loquitur.* Attic. 15 a, Quin mihi nunc te absente sermonis communicatio, quæ mihi suauiissima tecum solet esse, maximè deest.

† Syntaxis. *Largitio & communicatio ciuitatis. Coniunctio, societas, & communicatio.*

**COMMUNICANDVS**, a, um. I. V. 236 b, Num tibi illius viatoræ gloriam cum illo communicandam putas? pro Syl. 168 b, Neque ego hoc partiendè inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor. de Leg. 162 b, Sequitur igitur ad participandum alium alio *(at. ab alio)* communicandumque, iustus natura esse factus. de Amic. 100 b, In periculis aut audeundis, aut communicandis.

**COMMUNICANS**, tis. de Amic. 100 a, Amicitia res aduersas partiens communicansque leuiores facit.

**COMMUNICATVS**, a, um. I. V. 158 a, Socij putandi sunt, quos inter res communicata est. pro Clu. 44 b, Eo tempore iudicia cum equestri ordine communicata sunt. Epist. 181 a, Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiarissimè dicta, scripta, communicata sunt. pro Mur. 142 a, Cum omnis potestas deorum immortalium, aut translata sit ad vos, aut communicata vobiscum.

**COMMUNICO**, as. *confero, credo, partior, impartio, refero, cum aliquo sermones aut consilia confero, participo.* Att. 16 a, Nihil mihi nunc scito tam deesse quàm hominem eum, qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, vnà communicem. Ep. 93 a, Multa prætereo metuo, quæ cum Milone vestro communicauit. Attic. 183 b, Quod ad te scripseram ut cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi scripsit te cum eo locutum. pro Qu. 3 a, Cum de societate inter se multa communicarent. Epist. 6 b, Pompeius sæpe mecum de te communicat. & ibidem: Re cum illo sæpe communicata, Epist. 45 a, Et hoc tempore velle te mecum, si propius accessissimè, de officio vtriusque nostrum communicare. de Am. 109 b, Ut si quam præstantiam virtutis consecuti sunt, impartiant eam suis, communicentque cum proximis. Ep. 183 b, Quod ego periculum non extimesco, modò facti vestri gloriam cum mea laude communicem. Epist. 255 b, Cum mecum inimicitias communicasti. Epist. 251 b, Tum ut quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. de Or. 90 b, Sin ei dicendum erit de iure ciuili, tecum communicabit. pro Dom. 240 a, At si collegium pontificum adhibendum non videbatur, nemòne horum tibi idoneus visus est, ut cum eo dedicationem communicares? pro S. R. 42 a, Desinat causam suam cum Chrysogono communicare. I. P. 80 b, Ego prouinciam cum Antonio communicauit.

**COMMUNICOR**, ris. de In. 76 b, Præmia virtutis non oportere, aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari. Epist. 72 b, Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur. \* I. V. 57 a, Duo crimina vel maxima minuerentur, quæ cum his ciuitatibus C. Verri communicata sunt.

† Syntaxis. *Partiri, & communicare. Vnà communicare alicui, cum aliquo. Cum aliquo de quopiam communicare. Cum aliquo inimicitias, prouinciam communicare.*

**COMMUNIO**, onis. *communitas, consociatio*. de Leg. 169 b, Inter quos est communio legis, inter eos communio iuris est. pro Mil. 121 a, Bona fortunas meas in communionem temporum tuorum contuli. Acad. 12 a, Si dicent ea de quibus differret, se dilucide perspicere, nec vlla communione visorum impediri. Tusc. 229 a, Philosophia homines inter se primò domicilijs, deinde cõiugijs, tum literarum & vobiscum communione iunxit. de Orat. 100 b, Genus est quod sui similes communione quadam, specie autem differentes duas aut plures complectitur partes. pro S. R. 28 b, Multum valet communio sanguinis. de Orat. 149 b, Si manere in pristina cõmunionem voluissent. \* pro Cor. 60 b, Ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis continere videtur ciuitas.

† Syntaxis. *Communio legis, iuris, & sanguinis.*

**COMMUNE**, nis. *Republica, ciuitas, vniuersitas, collegiij*. In. Ver. 138 a, Idem, pro parte in commune Siciliæ contulerunt. de In. 63 a, Ex nostro quoque non nihil in commune contulimus. in Ver. 95 b, Iste commune Miliadum vexauit. in V. 131 b, Statuæ inauratæ à communi Siciliæ datæ.

† Syntaxis. *In commune conferre ex suo. Vexare commune: id est, ciuitatem, Rempub.*

**COMMUNIS**, ne. *coniunctus, vulgaris, contritus, de medio sumptus, late patens.* (*Singularis: proprius, præcipuus.* in Ver. 79 b, Quam iste laudem cõmunem ait sibi esse mecum. de Pro. 69 b, Dolor meus, quem vos communem semper vobis mecum esse duxistis. de Leg. 182 a, Hæc locupletibus ferè cum plebe communia sunt. Attic. 170 b, Hoc est mihi commune cum cæteris. pro Rab. 91 b, Labor in hoc defendendo præcipuè meus est, studium verò conseruandè hominis commune mihi vobiscum esse debet. pro Qu. R. 49 b, Is feruus fuit ei cum Roscio communis. Epistol. 32 b, Qui mos mihi cum Bibulo communis est. pro Qu. R. 49 b, Seruum gratis factum esse cõmunem cum alio, qui precio proprius fuisset. pro Syl. 168 a, Quod mihi consuli præcipuum fuit præter alios, id in priuato cum cæteris est commune. de Amic. 98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de repub. & de priuata fuit, quo cum domus fuit & militia cõmunis. pro Sest. 9 a, Scelera quæ tibi cum eo coniuncta atque communia sunt. pro Cæl. 50 a, Paries qui cum eo mihi fuerat communis. Offic. 91 a, Quod illud est erimen senectutis, cum illud videatis cum adulescentia esse commune? Offic. 14 b, Quare cum hoc commune sit potentia cupidorum cum ijs, quos dixi ociosos, alteri, &c. de Or. 112 a, Hoc quod hæc ars profitetur, cum alia arte cõmune est. Off. 12 a, Propinqui, quibus communis plerumque fortuna est. Orat. 206 b, Quid est tam cõmune quàm spiritus viuus, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus erectis? in Anton. 153 a, Alia porò propria Dolabellæ, quæ nisi collega abfuisset, credo eis fuissent futura communia. de Senectut. 91 a, Omni ætati mortem esse communem. I. P. 191 a, Supplicium legis & iudicij



dicium commune est probis & improbis. Epist. 141 b, Sed potest etiam literas communes cum Oppio ad te dedi, ab Cæsare epistolam accepi. de Senect. 84 a, At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. pro Corn. 60 a, Quod commune est liberorum populorum, non proprium foederatorum. de Cl. 168 b, Hoc studium non erat commune Græciæ, sed proprium Athenarum. de Finib. 140 b, Atque hæc ita iustitiæ propria sunt, ut sint virtutum reliquarum communia. de Leg. 160 b, Vniuersus hic mundus, vna ciuitas communis deorum atque hominum existimanda est. de Orator. 96 a, Ista omnium communia & contrita præcepta didici. Offic. 11 b, Omnia autem communia hominum videntur ea, quæ, &c. de Inu. 51 a, Commune est quod accidit omnibus, eodem ferè tempore, ut messis, vindemia, &c. & ibid. Publicum, commune & singulare. in Verr. 131 a, Loca communia id est publica. de Orat. 92 b, Contra communem opinionem ratione pugnare, ex communi quadam hominum opinione dicere. Offic. 40 a, Cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. I. V. 113 a, Communis fama atque sermo. de Orator. 161 a, Ea sunt in communibus infixæ sensibus. & 153 a, Quod in communi mente quasi impressum sit. I. V. 240 a, Inclusum supplicium, atque à libero spiritu & communi luce seclusum. de Amic. 99 a, Quæ sunt in usu vitæque communi. de Diuinat. 126 b, Sed hæc quidem vitæ iam communis explosit. pro Quint. 13 b, Communi luce priuari. de Amic. 103 b, Sed loquor de ijs, de quibus memoriam accepimus, quos nouit vitæ communis de Orat. 106 b, In communi vitæ & vulgari hominum consuetudine non esse hebetem nec rudem. de Orat. 103 b, In communi vitæ consuetudine. Quint. frat. 293 b, Præter communem fidem, quæ omnibus debetur, præterea, &c. pro Flac. 151 a, Communis humanitatis iure, &c. pro Qu. 9 a, Hæc viri boni faciunt & hominum existimationis & communis humanitatis causa. de Orat. 115 a, Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium literarum & politioris humanitatis expertus. Orator. 207 b, Definire aliquid ad commune iudicium & ad popularem intelligentiam accommodatè. de Orat. 106 b, Hac communi intelligentia contenti esse possumus. cõtra Rul. 78 a, In communi atque eodem quo ceteri iure versari volo. de Orat. 85 a, Graues casus communium temporum. & ibid. Fluctus à communi peste depulsi. pro Planc. 265 b, Hoc valeret, inquam, in communi consensu omnium & dulcissima commendatione naturæ. Epist. 10 b, Quem animum antea tantummodo communi officio ciuium, non aliquo erga me singulari beneficio debitum præstiti. Offic. 62 a, b, Vt utilitas tua communis utilitas sit, vicissimque communis utilitas tua sit. pro Syl. 168 b, Tempus agendi fuit magis mihi proprium quam cæteris: doloris verò & timoris, & periculi fuit illa causa communis. Offic. 11 b, Vt in Græcorum proverbio, Amicorum omnia esse communia. de Or. 98 b, De communibus & peruagatis rebus loqui. & 128 a, Vitium commune & peruagatum. de Finib. 90 b, In omni arte, cuius usus communis vulgaris que sit. Epist. 16 b, Quos libros arbitror Lentulo tuo fore non inutiles: abhorret enim à communibus præceptis. Tuscul. 239 b, Idem cum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex alta turri solebat. Epist. 59 a, Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuam postulare, aut communem recusare. de Inu. 60 b, Commune autem præceptum hoc datur ad enumerationem, vt, &c. Epist. 70 b, Te rogo vt ad cõsuetum nostrum redeas, & ad consuetudinẽ, vel nostram communem, vel tuam solius & propriam. de Leg. 160 b, Inter quos ratio, inter eosdem recta ratio communis est. & ibid. Quibus autem hæc sunt inter eos communia, & eiusdem ciuitatis sunt. de Pro. 73 a, Vt commune officium censuræ, communi animo & voluntate defenderent. Offic. 67 b, Prætores & Trib. pleb. rem nummariam de communi sententia constituerunt. de Amic. 108 b, Simplicem præterea, & communem, & consentientem amicem eligi par est. \* de Fin. 104 a, Theatrum cum commune sit: rectè tamen dici potest, eius esse eum locum, quem quisque occuparit.

† Syntaxis. *Communis dolor mihi tecum. Scelera tibi cum illo cõiuncta & communia. Præcepta communia, & contrita. Ex communi opinione dicere. Communis vitæ & vulgaris hominum cõsuetudo. Commune iudicium & intelligentia. Communis omnium sensus. Res communis, & peruagata. Communis & vulgaris, Communi animo. De communi sententia: id est iunctis animis. Amicus simplex & communis: id est, reciprocus.*

COMMVNITAS, s, is, *communio, societas.* de Amic. 107 b, Tum sit inter eos omnium rerum, sine vlla exceptione, communitas. de Nat. 24 a, Cum deis quid potest nobis esse iuris, cum homini nulla cum eis sit communitas? Acad. 10 a, In eo autem viso si erit communitas sum falso, nullum erit iu-

dicium. in Anton. 206 a, Quæ nobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? Item: Ea ratio, qua societas hominum inter ipsos, & vitæ quasi communitas continetur. Epist. 141 b, Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque vitæ. de Finib. 104 a, Quemadmodum membris vitæ mut priusquam didicimus, cuius ea utilitatis causa habeamus, sic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus. & ibidem: Præclare Chrysippus, cætera nata esse hominum causa & deorum, eos autem communitatis & societatis suæ. Offic. 31 b, Cogitatio in seipsa vertitur, eloquentia verò amplectitur eos, quibus cum communitate iuncti sumus. de Finib. 107 a, Homines natos esse ad congregationem hominum, & ad societatem communitatemque generis humani. *Perpende membrorum synonymiam.* Offic. 10 a, Communitas & societas vitæ spectanda est in delectu dignitatis. Top. 223 a, Vnum adde verbum, iure, iam à communitate res disiuncta videbitur. \* de Finib. 140 b, Id à communitate & charitate atque societate humana non abhorrebit. Offic. 32 a, Magnitudo animi remota à communitate coniunctioneque humana. Ita fit vt vincat cognitionis studium consociatio hominum atque communitas. ibidem: Num hæc communitas, quæ maximè est apta naturæ, sit etiam moderationi modestiæque semper anteponenda.

¶ *Iustitia ciuilis.* Off. 31 a, Omnis honestas manat à partibus quatuor, quarum vna sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis & ibidem: Placet igitur aptiora esse naturæ, quæ ex communitate, quam ea quæ ex cognitione ducantur.

† Syntaxis. *Communitas conditionis, æquitas, legationis, vitæ & vitæ. Ad communitatem ciuilem coniuncti & consociati homines, Communitas & societas: Consociatio & communitas. Communitas coniunctioque.*

COMMVNITER, *promiscuè, de communi sententia.* (.) *Proprie, separatim.* de Fin. 107 a, Nos ita esse natos, vt communiter ad virtutes apti simus. de Inu. 63 b, Cum communiter quedam de omnibus præcipi possint, separatim quoque aliæ sunt cuiusque generis & diuersæ præceptiones. Offic. 40 a, Admirantur communiter illi quidem omnia, quæ, &c. separatim autem, si, &c. pro Fon. 278 b, Aurium iudiciũ promiscuè & communiter omnibus à natura datum. Att. 47 a, Et nos aliquando aut obiurgare, aut communiter consolari desine. de Inu. 80 b, Deinde vtra lex de genere omni, vtra de parte quadam, vtra communiter in plures, vtra in aliquam certam rem scripta videatur. Epist. 209 a, Alia epistola communiter commendauit tibi legatos Arpinatum, hac separatim Quint. Suffidium. de Nat. 50 b, Sic dissimilibus bestiolis communiter cibus quæritur. Att. 172 b, Littere, quas communiter cum alijs scripsisti, & quas nomine tuo. & 276 b, Cum eum videro, communiter constituemus de reditu eius in Anton. 153 b, Atque hæc omnia communiter cum collega pro S. R. 36 b, Possidere aliquid communiter cum aliquo. pro Muræna 126 b, Vt rebus communiter gestis penè simul cum patre triumpharet. Offic. 68 a, Conscripterunt communiter edictum cum pœna. ibid. Edictum quod communiter cõpositum fuerat, solus edixit. de Fin. 91 b, Sæpiusque ista loquemur inter nos, a gemusque communiter.

† Syntaxis. *Promiscuè & communiter. Scribere cum alio communiter, constituere, possidere. Res communiter gestæ.*

COMMVNITIO, onis. de Or. 138 a, Omne principium aut aditum ad causam, & communitatem (aliàs *munitionem*) habere debet.

COMMVNITVS, a, um. I. V. 227 b, Situs vrbs communitus & præclarus ad aspectũ. pro Qu. R. 52 a, Sanctissimis testimonijs causa Roscij cõmunita est. pro Cec. 299 a, Quid refert habere fundum, &c. si parum sit communitum ius? Epist. 244 b, Rexque sine tumultu, sine armis, omni autoritate aulæ communita regnum cum dignitate obtineret.

† Syntaxis. *Communitus, situs, causa, ius, autoritas.*

COMMVMVROR, atis. I. P. 93 a, Ita enim sunt perscripte rationes scitè & literatè, vt scriba ad ærarium qui eas retulit, præscriptus rationibus, secum ipse caput sinistra manu perscrificans, commurmuratus sit.

COMMVTABILIS, le. *mutabilis, inconstans.* pro Mil. 114 b, Vide quàm sit variã vitæ commutabilisque ratio. de Amic. 113 b, Assentatoris animus varius, commutabilis, multiplex. de N. 65 b, Si omnis cetera commutabilis esset, nihil esset ceterum quod commutari non posset.

COMMVTANDVS, a, um. *variandus, afficiendus.* de Petit. 211 a, Cuius frontis & vultus & sermo ad aliõrum sensum & voluntatem commutandus est. de Orat. 128 a, Ad animos commutandos, & omni ratione flectendos. I. C. 116 a, Quæ non ad delendam rem publicam pertinerent, sed ad commutandam.



¶ *Permutandus*. Off. 9 a, *Regulus de captiuis commutandis Romam missus est.*

**COMMUTATIO**, onis. *conuersio, vicissitudo*. Octa. 330 b, O'miseram & in breui tam celerem reipublicæ commutationē, de Inu. 54 a, *Annua commutationes non modò quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt, verùm ad utilitates quoque rerum omnium sunt accommodatæ.* de D. 127 a, *Cùm temporum anni tempestatumque cœli conuersiones commutationesque tantæ fiunt, accessu & recessu stellarum.* Att. 14 a, *Quod affertur Quinto fratri meo commutationem tantam voluntatis.* de Amic. 110 b, *Morum commutationem factam esse.* de Fat. 143 b, *Ita fit, vt commutatio ex vero in falsum fieri non possit.*

¶ *Oratoria exornatio, cum duæ sententiæ inter se discrepantes ex traiectione ita effertur, vt à priore posterior contraria proficiatur, hoc modo: Esse oportet, vt viuas, non viuere vt edas.* ad Her. 33 a.

**COMMUTATVS**, a, um. *mutatus*. Attic. 254 a, *Quintus præceptis meis commutatus est totus.* Epist. 33 a, *Tua ratio postea est commutata.* \* de Inu. 60 b, 61 a, *Cæteras res perperam constitutas, intellectu veritate commutatas corrigi posse.* de Or. 158 a, *Ornandi causa proprium verbum proprio commutatum.* I. V. 150 b, *Si eius regis non solùm instituta, commutato imperio, verumetiam nomē maneret.*

**COMMUTO**, as. *mutō, conuerto, inuerto, contrarium facio, commutationem assero.* de Fin. 142 a, b, *Fures earum rerum quas ceperunt, signa commutant de Peti. 211 b, Commutare & vultum & sermonem ad sensum & voluntatem alterius.* pro Sest. 11 a, *Vt cum patriæ charitate constantiæ gloriam commutaret.* pro Cluent. 44 a, *Qui fidem suam ad perniciem innocentis pecunia commutauit ad Her. 11 b, Multi leue compendium fraude maxima commutauerunt.* contra Rull. 63 b, *Possessionis inuidiam pecunia commutare.* Epist. 50 a, *Mortem cum vita commutare.* I. V. 158 a, *Quis vnquam conatus est omnia iura & consuetudinem omnium, commutare cum vituperatione sine quaestu.* \* Orat. 212 a, *Adiuncti verbi primam literam præpositio commutauit.* I. V. 150 b, *Sed ne legem quidem venditionis decumarum, neque vendundis aut tempus aut locum commutarent.*

**COMMUTOB**, ris. *Offic. 7 a, Sed incidunt sæpe tempora, cum ea quæ videntur digna esse iusto homine, commutantur, fiuntque contraria.* de Inu. 61 a, *Quæ res si sit semel iudicata, neque alio commutari iudicio, neque vlla potestate corrigi potest.* de Finib. 107 b, *Quibus etiam qui assentatur, nihil commutatur animo, & iidem abeunt, qui venerant.* de Fat. 143 b, *Hæc commutari ex veris in falsa nõ possunt.* de Arusp. 258 a, *Quare prouidete, ne Reipub. status commutetur.* \* Off. 7 a, *Ea cum tempore (al. tempora) commutantur.*

† *Syntaxis. Commutare & flectere animos. Commutatus homo, captus. Proprium proprio commutare, & mortem cum vita.*

**COMŒDIA**, diæ. *fabula, Comicoorum ars*. *Offic. 21 a, Quo genere iocandi, eleganti, vrbano, ingenioso, faceto, Plautus noster & Atticorum antiqua comœdia referta est.* de Cl. 185 a, *Atheniensis Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notauerunt.* \* *Incert. Comœdia est imitatio vitæ, speculum consuetudinis, imago veritatis.* Orat. 206 b, *Tragœdum in Comœdijs admòdum placere vidimus.*

**COMŒDVS**, di. *actor comœdiarum*. Orat. 206 b, *Comœdum in tragœdijs, tragœdum in comœdijs placere vidimus.*

**COMPACTIO**, onis. *coagmentatio*. de Finib. 132 a, *Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus valida seruari, quod cõtingit animalibus sensuum distributione, & quadam compactione membrorum.*

**COMPACTO**, aduerbium: *consulid, & quod Vergilius dixit, compositio*. Atti. 166 a, *Non committendum vt etiam compactò prohibiti videamur.*

**COMPACTVS**, eta, etum. *coagmentatus*. de Finib. 105 b, *Quid enim in operibus manu factis tam compositum, tamque compactum & coagmentatū inueniri potest? Obserua trinum verborum synonymiam.* de Vn. 199 b, *Quippe qui animus ex eadem vinctus alteraque natura, adiuncta materia temperatione trium partium & proportione compacta se ipse conuersas, &c.*

**COMPAGES**, gium. *commissura, vincula*. de Sen. 93 a, *Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur.*

**COMPARATIS**, *exornatio rhetorica*. ad Her. 30 a, *Compar appellatur, quod habet in se membra orationis, quæ constant ex pari ferè numero syllabarum.* \* *Hoc non de enumeratione nostra fiet: nam id quidem puerile est.*

**COMPARABILIS**, le. *quod habet comparationem*. de In. 52 b, *Comparabile est, quod in rebus diuersis similem aliquam rationem continet.* & 57 a. (*Diffimile*. de In. 51 b, *Simile ex specie comparabili iudicatur.*

**COMPARANDVS**, a, um. *acquirendus*. de Finib. 88 a, *Quid enim tanto opus est instrumento optimis artibus comparandis.*

¶ *Præparandus*. de Orat. 152 b, *Quare primùm sylua rerum ac sententiarum comparanda est.* \* I. V. 76 b, *Quid ego in hac accusacione comparanda cõstituendaque elaborassem.*

¶ *Conferendus*. I. A. 182 b, *Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum, cæteris verò rebus nullo modo es comparandus.* pro Føn. 280 a, *Nemo Gallus cum ciue Rom. comparandus est.* \* pro Marc. 133 b, *Non iam causæ sunt inter se, sed victoriæ comparandæ.* de Or. 85 b, *Ac ne quis fortè cum alijs studijs, &c. magis hanc dicendi rationem, quam cum imperatoris laude, aut cū boni Senatoris prudentia comparandam putet.*

**COMPARATÈ**, cum *comparacione*. *Topicorum 228 a, Cùm autem quæritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparatè.*

**COMPARATIO**, onis. *collatio, contentio, similitudo, facultas, cõpensatio*. Off. 12 a, *Si contentio quadam & comparatio fiat, quibus plurimū tribuendum sit officij, principes sunt, patria & parentes, proximi, &c. & 30 b, Eorum autem ipsorū quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio & comparatio de duobus honestis vtrum honestius. & 52 a, Utilitatum comparatio fieri solet. & 3 a, Primùm igitur de honesto, tum de vtili, pòst de comparacione eorum differendum.* de Orat. 107 b, *Et illa orationis suæ cum scriptis alienis comparatio non mediocri contentionis est.* Tusc. 235 b, *Et si præstantia debent ea dici, quæ habent aliquam cõparacionem, animus autem humanus cum alio nullo, nisi cum ipso Deo comparari potest.* de Nat. 36 a, *Cùm Solis & lunæ, & quinque errantium ad eandem inter se comparacionem est facta conuersio.* de Cl. 176 b, *Cùm autem ipsum audires sine comparacione, non modò contentus esses, sed melius non quæres.* & 189 a, *Quæ qui sine comparacione alicuius spectaret, satis magna diceret.* Epist. 346 a, *Ex literis tuis cepi fructum duplicem, mihi que in comparacione difficilem ad iudicandū, amorè mne erga me tuum an animum in rempub. pluris æstimandum putarem.* Topic. 227 a, *Parium comparatio nec elationē habet, nec submissiõnem: est enim æqualis.* \* de In. 71 b, *Ipsa comparatio separata à cæteris generibus controuersiarum sic ex sua vi considerabitur.* de Inuent. 72 a, *Qui loci ad ipsam comparacionem pertinebunt.* de Or. 153 b, *Aut simplex est disceptatio, aut ex comparacione. ibi. Comparacionis duo sunt modi.* Top. 226 b, *Vis in comparacione sic cernitur. ibid. Hæc in comparacione meliora.* Top. 227 a, *Vt cum profectus sis, &c. à comparacione maiorum, minorum, parium.*

¶ *Apparatus, præparatio, cautio*. pro Pom. 5 a, *Mithridates omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparacionem noui contulit.* Qu. fr. 303 a, *Nihil de mea comparacione diminuo: id est, de meo apparatu & cautione.* de Cl. 189 a, *Has vias ille tenens, & paratus ad causas veniens, verborum non egens, ipsa illa comparacione disciplinaque dicendi iam in patronorum numerum peruenat: id est, apparatu & facultate.* de Inu. 45 b, *Comparatio criminis est, cum aliud aliquid factum, reëctum aut vile cõtenditur: id est, compensatio.* pro Clu. 58 a, *Totius deniq; huius criminis comparatio ab illa & inuenta & adornata est.*

† *Syntaxis. Contentio & comparatio. Conuersio syderum ad eandem inter se comparacionem. Hoc mihi in comparacione difficile est.*

**COMPARATIVVS**, a, um. *comparabilis*. de In. 71 b, *Deinde oportebit ipsam illam comparatiuam iudicationem exponere, tanquam causam deliberatiuam.*

**COMPARATVS**, a, um. *constitutus, decretus*. pro Dom. 228 b, *Ius à maioribus nostris ita comparatum est, vt ciuis Rom. libertatem nemo amittat inuitus.* pro Clu. 29 a, *Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est, quid, &c. de Diu. 133 b, Si ita natura comparatum esset, vt ea dormientes agerent, quæ somniant, &c. pro Cl. 61 a, O'mira, præclara, atque diuinitus iam à principio Rom. nominis à maioribus nostris ratio comparata, ne quis, &c. de Am. 115 a, *Ita ratio comparata est vitæ naturæ que nostræ, vt alia ætas oriatur ex alia.* Or. 100 a, *Genus est in se unum, quod quasi ad inspicendum delectacionis causa comparatum est.* Or. 217 a, *Id genus quod est ad delectacionem comparatum.* de In. 69 a, *Maleficium de quo iudicium comparatum sit.* pro Cl. 44 a, *Idcirco illa sortitio cõparata est, ne, &c. pro S. R. 35 b, More maiorum comparatum est, vt, &c. Attic. 280 b, Præclare legibus comparatum est, vt, &c. Tusc. 235 a, *Nam cui viro ex seipso apta sunt omnia, quæ ad beatè viuendum ferunt, &c. huic optimè viuendi ratio cõparata est.* pro Rab. 91 b, *Qui me ex cõparato & constituto spatio in semihoræ curriculum cõegisti.* \* pro C. Corn. 2, *Nullo intercessore comparato.* Oecon. 1, *A' Natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam, viri autem ad exercitacionem forensem & extraneam.***



¶ *Collatus*. Orat. 205 b, Et nisi coram erit comparatus illo fortior, per se hic quem dico, probabitur. Quint. frat. 224 a, Si cum Efernino Samnite Pacidianus comparatus videretur.

COMPARATIO, res. *videor, palam sum, adsum*. Ante q. 194 b, Illa conspiratio conflata ita restincta est, vt nulla scintilla compareat incendij. Orat. 220 a, In Thucydide orbem orationis desidero, ornamenta comparent. de Cl. 175 b, Nobis quidem pueris oratio hæc omnium optima putabatur, quæ vix iam comparet in hac turba nouorum voluminum. pro Clu. 55 b, Omnis suspicio in eos seruos qui non comparebant, commouebatur. Att. 186 a, Pompeium non comparere, nec in Balearibus omnino fuisse. pro Rab. 95 a, Comparere in illa armata multitudine bonorum.

¶ *Appareo*. I. V. 103 a, Cum ille dixisset signa & dona comparere omnia. & 266 a, Quærite nunc vestigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareat. pro Syl. 181 a, Quæ ita à fortuna deformata sunt, vt tamen à natura inchoata compareant.

COMPARATIO, as. *paro, preparo*. Qu. fr. 308 b, Pompeius se comparat, homines ex agris accersit. pro Cl. 27 a, Comparare insidias alicui per aliquem. Att. 32 b, Nunquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent. Or. 219 a, Cur de persequis nostris copias comparat contra nos? I. C. 123 b, Quæ quidem non minore labore tueor, quam comparo. Qu. fr. 297 b, Sed te illud moneo, vt te ante compares, & quod vide meditare, &c. pro Cl. 58 a, Neq, solum diligens fuit, vt accusatorem filio suo compararet, sed etiam, &c. de N. 63 a, Sed eas rationes tu ita refellis, vt cum me interrogatur esse videre, & ego me ad respondendum compararim, repente avertas orationem, nec des respondendi locum. pro Mil. 106 b, Milo paulisper dum se vxor, vt fit, comparat, commoratus est. I. A. 24 b, Primum temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum præclarum sibi hoc remedium comparat. & 89 a, Magnificè conuiuium comparat. Epist. 94 b, Reliquas partes diei tu consumebas ijs delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum comparas. de Fin. 62 b, Omnium rerum, quas ad beatè viuendum sapientia comparauit, nihil est maius amicitia. pro Dom. 217 a, Instituire, comparare, perficere aliquam rem. \* *Oecon. I, Qui labore & industria compararet victum*. de Vni. 197 b, Ita contigit vt inter ignem & terram aquam Deus animamque poneret, eaque inter se compararet.

¶ *Confero, comparo, comparationem, contentionem facio*. de Sen. 80 a, Equi fortis senectuti comparat suam. de Orat. 85 b, In hoc ipso numero si diligenter & ex nostrorum & Græcorum copia comparare voles, multo pauciores oratores quam poetæ boni reperientur. pro Dom. 239 b, Quæro pontifices, & hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re compare. Ep. 33 b, Cum meum factum cum tuo comparo, etsi, &c. tamen multo magis meo delector quam tuo. Or. 209 b, Comparare similitudines, vt exemplis, &c. Off. 3 a, Homo per ratione consequentia cernit, similitudines comparat, &c. Ora. 200 a, b, Conferre pugnantia, & comparare cõtraria. de Or. 124 a, Maiora & minora & paria comparabimus sic, &c. \* I. V. 228 b, Vt hominem cum homine compares.

¶ *Acquiro*. ad Her. 30 b, Huic industria virtutem comparauit. pro Qu. 1 a, Quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparauit. de Orat. 101 b, Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia comparauit. Ep. 19 b, Comparare laudem bonis artibus. Off. 42 a, Comparare gloriam ex rebus bellicis. I. V. 234 a, Hunc homini alienissimo à ciuitatibus laudatione per vim comparare. \* ad Her. 32 a, Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulo comparauit.

¶ *Emo*. I. V. 125 b, Studiosè comparare supellestem. Qu. fr. 328 a, Qui ludos H-S. CCC. comparat.

¶ *Constituo, decerno*. pro Qu. 9 a, Itaque maiores nostri ratò id accidere voluerunt, prætores, vt consideratè fieret, comparauerunt. ad Her. 29 a, Bene maiores nostri hoc comparauerunt, vt neminem regem, quem armis cepissent, vita priuarent.

¶ *Facio, conflo, edo*. ad Heren. 33 a, Tumultus C. Gracchi tumultus domesticos comparauit. \* pro Dom. 215 b, His ducibus cum tu in annonæ caritate, in consulibus, in Senatum, in bona fortunisque locupletum, per causam inopum atque peregrinorum, repentinos impetus compares.

COMPARATIO, ris. *compensor*. Off. 36 b, Quæ si longior fuerit oratio, cum magnitudine vtilitatis comparetur.

¶ *Conferor*. de Amicitia. 97 a, Sed hi nec comparantur Catoni.

¶ *Acquiror*. pro Qu. 2 b, Fecit societatem earum rerum, quæ in Gallia comparabantur. pro S. R. 37 a, Idcirco amicitia comparantur, vt commune commodum mutuis officijs

gubernetur. \* *Oecon. I, Mundus muliebris, qui ad dies festos comparatur*.

† *Syntaxis. Spacium comparatum & constitutum. Ille se comparat. Insidias comparare alicui, copias. Mulier dum se comparat, &c. Laudem comparare: tumultus. Ius comparatum à prius. Natura ita comparatum. Ratio diuinitus comparata. De maleficio iudicium comparatum. Legibus comparatum est, vt. Factum cum facto comparare. Hoc cum illo comparetur: id est, compensetur.*

COMPASCO, scis. Top. 221 b, Ex coniugatione huiusmodi est argumentum: Si compascuus ager est, ius est compascere.

COMPASCVVS, a, um. *relictus ad pascendum communiter vicinis*. Top. 221 b, Compascuus ager.

COMPEDES, dum. *solea lignee, quibus pedes captiuorum stringi solent*. Attic. 120 b, Age iam, has compedes, fascies inquam hos laureatos, hæc ex Italia ferre quam molestum est? pro Rab. 94 b, Cum esset vnà Glaucia, etiã ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus. Tuscul. 164 a, Qui in compedibus corporis fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur.

COMPELLATIO, onis, *appellatio*. I. A. 186 b, Idem Quint. Ciceronem compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. Epistol. 198 b, Nec verò postea destitit labefactare eum, qui, &c. Itaque quotidianas compellationes meas non tulit, seque in urbem recepit inuitus. ad Heren. 28 b, Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationem. hoc modo: Te nunc alloquor, Africane, cuius, &c.

COMPELLO, as. *appello, nomino, alloquor*. Attic. 23 b, Nigidius minatur in concione, se iudicem qui non affuerit, compellaturum. I. A. 248 a, Cum hoc compello, prætereò illius ex grege latrocinij neminem. I. A. 278 a, Compellat hospitem præsens, computat, &c. I. A. 286 b, Idem Quint. Ciceronem compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. ad Heren. 5 a, Mimus quidam Actium poetam compellauit in scena, cum eo Actius iniuriarum agit, hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari eum, cuius nomine scripta dentur agenda. Postquam. 206 b, Neque tolim id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit. in Sall. 273 a, Nec enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, vt vicissim tuos compellarem. de Diuinat. 89 a Exin compellare pater me voce videtur, his verbis. Attic. 212 a, Quare da te in sermonem, & perfecta, & confice, excita, compella, loquere.

COMPELLOR, ris. *accusor, nominor*. Postquam. 211 a, Nominati alij compellabuntur, alij citabuntur, alij relegabuntur. Epist. 122 a, Quibus cum parum procederet, vt vlla lege mihi poneret accusatorem, compellari ea lege mea voluerunt, qua, &c.

† *Syntaxis. Cum septimo, Edicto compellare aliquem. Compellare voce aliquem.*

COMPELLO, lis. *impello, cogo, congrego, vexo*. Acad. 28 a, Cum sit campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias compellimus? de Inuent. 42 a, Qui dispersos homines in agris ratione quadam compulsi in vnum locum & congregauit. I. P. 82 b, Me domo mea expulisti, Pompeium domum suam compulisti. de Pro. 75 b, Cæsar cæteras nationes contriuit, compulsi, domuit, &c.

COMPELLOR, tis. *oneror, vexo, afficior*. Epist. 16 a, Cum verò in hunc sensum, & alliciar beneficijs hominum, & compellar iniurijs, facile patior, &c. \* pro Marc. 133 a, Qui ad illa arma fato sumus compulsi.

† *Syntaxis. In angustias compellere, in vnum locum. Cæsar populos compulsi: id est, vexauit.*

COMPENDIARIVS, a, um. *breuis*. Off. 41 b, Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariaz esse dicebat, si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset.

COMPENDIVM, dij. *quæstus, vilis*. Off. 64 b, Is omnino se negat facturum compendij sui causa, quod non liceat, pro Quint. Rosc. 53 a, Si quando me vis peierare, vt paululum tu compendij facias, paratum fore scito. pro Flac. 147 b, In vberrima re turpe compendium effugit. I. Ver. 171 b, In quæstu sunt compendioque versati. ad Heren. 36 b, Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia & auaritia. & 11 b, Multi leue compendium fraude maxima commutauerunt. \* I. V. 110 a, Quos ciues illa Sicilia partim mercibus suppeditandis cum quæstu compendioque dimittit: partim retinet.

† *Syntaxis. Facere compendium: id est, præmium dare. Effugere compendium. In compendio versari. Quæstus & compendium.*



**COMPENSATIO**, onis, *comparatio, praeium, merces, remuneratio*. de N. 6 b, Incommoda vitæ sapientes commodorum compensatione leniunt. Tusc. 246 a, Hac vitæ compensatione sapiens, vt voluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem effectura sit: & dolorem suscipiat, maiorem efficientem voluptatem. ad Her. 32 a. Fortitudo est contemptio laboris & periculi, cum ratione vtilitatis & compensatione commodorum.

**COMPENSANDVS**, a, um, *exaequandus, comparandus*. Antequam 194 b, Si facta compensanda sunt, conferamus æquitatem.

¶ *Instaurandus*. Offic. 47 b, Certis que operis & officijs erit, quod violatum est, compensandum. Att. 114 a, Vix villo ocio compensandam hanc reip. turpitudinem.

**COMPENSATIVVS**, a, um, de Orat. 144 a, Summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur. \* I. V. 242 b, Multa eius in stipendijs damna proferentur, quæ ab isto ætatis fructu dissoluta & compensata sunt.

**COMPENSIO**, as, *comparo, remunero, repoto, exaequo, assequor*. pro Fost. 276 b, Qui *Massiliensis* Gallicorum bellorum pericula populi (at. à populo) Roman. copijs armisque compensarunt, pro Dom. 219 b, Vestræ in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam: sed hoc compensabo breuitate eius orationis, quæ, &c. Orat. 220 a, Ij tamen hoc vitium compensant, vel facultate, vel copia. de Finib. 136 b, Et cum maximis curis & laboribus compensare eam, quam ex discendo capiunt voluptatem. Orat. 218 a, Paucitatem pedum (melius syllabarum) grauitatis suæ tarditate compensat *spondeus*. I. P. 95 b, Sed sit offensus: nonne compensabit cum vno versiculo tot mea volumina. laudū suarum? \* de Fin. 85 b, Rationes (at. Voluptates) tuas te video compensare cum istis doloribus: non memoriam corpore perceptarum voluptatum.

**COMPENSOR**, ris, *exaequor*. pro Mur. 141 a, Neque vlla re alia, quæ à nobis consequuntur, nisi opera sua compensari putant possideant, *quasi remunerari*. de Fin. 85 a, Compensabatur tamen cum his omnibus morbis vesica & viscerum, animi lætitia, quam capiebam, &c. & ibid. Compensabatur cum summis doloribus lætitia. pro Flac. 161 a, Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam. pro Cluent. 49 b, Atq; hæc omnia honoris modis compensantur. † Syntaxis. *Facta compensare, & violatum, & turpitudinē. Compensatur cum dolore lætitiæ.*

**COMPERENDINATIVVS**, tus, de Clar. 172 a, Galbam autem verecundè & dubitanter causam recepisse, vnum quasi comperendinatus medium diem fuisse, quem totum ille in consideranda causa componendaque posuit. I. V. 81 a, Adimo enim comperendinatum, bis vt causa dicatur.

**COMPERENDINATIVVS**, a, um, *comperendinatus gaudens*. I. V. 80 a, Nemo Verrem comperendinatum, sed damnatum iudicabat. I. Verr. 207 a, Posteaquam Verres est comperendinatus.

**COMPERENDINO**, as, *amplius pronuncio, amplio, profero, procrasino, differo*. I. V. 72 b, Tua ratio est, vt secundum binos ludos mihi respondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem.

**COMPERENDINOR**, ris, *comperendinatus vtor*. I. V. 81 a, Glauca primus tulit, vt comperendinaret reus: antea vel iudicari primò poterat, vel amplius pronunciari.

† Syntaxis. *Verres comperendinatus. Reus comperendinatur.*

**COMPERIO**, ris, *certum reperio, deprehendo, comprehendo, comperitum habeo*. de Cl. 190 b, Cùm indicia mortis suæ se comperisse manifestò, & manu tenere diceret. pro S. R. 24 a, 23 b, C. Fimbria diem Scæuolæ dixit, posteaquam comperit eum posse viuere. I. V. 145 b, Vt comperi remotas esse literas societatis, habui rationem annorum. Attic. 225 a, Scripsit se id certis autoribus comperisse. pro Cl. 58 a, Quod ego ex multis audiui & comperi. Epist. 62 a, Ex multis audiui: nam comperisse me non audeo dicere. Acad. 16 b, Et inquireret, qui tibi constares: cùm idem negares quicquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. I. C. 99 a, Hæc ego vix dum cœtu vestro dimisso comperi. pro Syl. 184 a, Nihil de hoc comperi.

**COMPERTVS**, a, um, *certus, indubitatus*. pro Cl. 44 a, Aut illud afferant, aliquid esse quod de ijs duobus habuerit comperitum. pro Cl. 26 a, Facinus manifestò comperitum atque deprehensum. pro Clu. 44 b, & 45 a, Nihil ipsos habuisse cognitum, nihil comperiti.

† Syntaxis. *Manifestò comperire, & manu tenere. Audio, & comperio. De hoc comperio. Habere comperitum. Comperitum & comperensum.*

**COMPESCO**, fcis, *Qu*. de Petit. 213 a, Nec tamen in petendo respublica comescenda est.

**COMPETITOR**, oris, *qui cū alio in petitione concurrat*. Off. 8 b, Vt cùm ciuilitate contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis

est, cum altero, &c. pro Plan. 260 b, Non competitor à quo es victus, sed populus à quo es præteritus, in culpa est. Att. 1 a, Competitores, qui certi esse videbantur Galba & Antonius, & ibid. Catilina certus erit competitor.

**COMPETITRIX**, cis, pro Mur. 333 b, Nam & nos habuimus scenam competitoricem.

**COMPILATIO**, nis, *furum, fraudis*. Ep. 22 a, Quid? tu me hoc tibi madaisse existimas, vt mihi vadimonia dilata, & Chrestii compilationem mitteres?

**COMPILOR**, as, *furor, fraudo, diripio*. in Verr. 83 a, Apertissimè consulens, exercitum, prouinciamque compilauit & 212 a, Vno imperio hostiatum totum oppidum compilauit. de N. 18 b, Alij omnia, quæ possunt, sana compilant. pro Mur. 129 b, Qui ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum scientiam compilauit in Verr. 29 b, Aerarium exhaurire, rempublicam compilare.

**COMPILOR**, ris, *diripior*. de Orator. 133 b, Nihil est quod mihi gratias agas, inquit, si malui compilari, quàm venire.

**COMPINGO**, gis, *constringo*. Attic. 123 b, Pompeius urbem reliquerat, Picenum amiserat culpa, in Apuliam se compererat, ibat in Græciam.

**COMPINGOR**, ris, *impellor*. de Or. 89 a, Oratorem in iudicia & in conciuiculas tanquam in aliquo pistrinum detrudi & compingi videbam.

**COMPITATORUM**, *quadruina loca in quæ nulle viæ conueniunt*, contra Rul. 62, In triuijs aut in compitis auctionari.

**COMPITALIA**, orum, *festi dies, qui in compitis agebantur*. At. lib. 2, Pridie compitalia.

**COMPITALITIVVS**, a, um, At. lib. 7, Compitalitiorum dies. I. P. 81 a, Compitalitij ludi. \* Attic. 24 b, Sed hæc ambulationibus compitalitij referemus.

**COMPLANATIVVS**, a, um, *deiectus, dirutus*. pro Dom. 233 a, Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata.

**COMPLAVDO**, dis, *simul plando*. de Amic. 100 b, in Cod. Germ. Stantes complaudiebant in re facta. *versus lectio, plandebant.*

**COMPLECTOR**, ris, *complexu teneo, meo sinu complexuque recipio, in collum inuado*. de Orat. 100 b, Pater complexus erat filium, flensque cum centumuiris commendasset. Attic. 254 a, Complecti & osculari aliqui. pro Fon. 283 b, Soror fratrem complexa tenet. de Diuin. 101 b, Arcetè complecti aliquem. de Diu. 92 b, Vide in quiete, te repente lætum extitisse, nosque inter nos esse complexos. pro Planc. 280 a, Hic me complexus est, conspersitque lacrymis. \* pro Planc. 281 a, Quid enim possum aliud nisi mœrere? nisi flere? nisi te cum mea salute complecti.

¶ *Amo, excipio, irasce, amicè, charum habeo, faueo, suscipio, defendo*. Attic. 261 a, Cùm Oppius me hortaretur, vt adolescentem, totamque causam manumque veteranorum complecter, dixi me id nullo modo facere posse. Quint. frat. 321 b, Frater eius mecum est multum: quare vt instituisi, complectere adolescentem. Epist. 20 b, 21 a, De ipso Tito Annio tantum tibi polliceor, te maioris beneuolentiæ erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem. Epist. 22 a, Quare de te homine, complecter, mihi crede. de Vniu. 197 b, Mundus ipse se concordia quadam amicitia & charitate complectitur. de Prou. 77 a, Multos est hic ordo complexus honoribus & beneficijs suis. pro Planc. 276 b, Complecti aliquem beneficio. pro Mur. 132 b, Complecti aliquem beneuolentia. Offic. 12 a, Omnes omnium charitates patria vna complexa est. Brut. 280 a, Veterem ex tuis literis libenter complexus sum.

¶ *Comineo, ambio, circundo, comprehendo*. I. V. 213 a, Nullo modo possum omnia illius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. de Somn. 128 b, Circulus extimus, qui reliquos omnes complectitur. de Cl. 166 a, Liber, quo iste omnem rerum memoriã breuiter complexus est. \* de Fin. 74 a, Omnem complectatur mens vitæ consequentis statim. pro Mar. 135 a, Cùm omnium salutem ciuium, cunctamque Rempubl. res tuæ gestæ complexæ sint. de Finib. 99 a, Nostri verò quoddam æstimatione omnino aliqua dignum sit, complecti beatam vitam putent.

† *Syntaxis.* Conciliare inuidiam, offensionem, pecuniam, pacem, fidem, beneuolentiam, charitatem sibi, alicui. Inter ciues conciliare pacem. In oratione conciliatur auditor.

CONCILIUM, lij. *cæsus, congregatio, consilium, numerus, classis.* de Finib. 66 a, b, Quid necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere. & 81 a, Opiniones, quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilio que proferendæ sunt. de Nat. 5 b, Tum Velleius fidenter sanè, &c. tanquam modò ex deorum concilio & ex Epicuri intermundijs descendisset: Audite, inquit, &c. de Diu. 90 b, In Deorum concilium vocari. Sal. in Cic. 290 b, In concilio deorum fuisse. & ibidem: In concilio deorum admitti. Tuscul. 163 b, Ijs deuium quod-

dam iter est seclulum à concilio deorum. in Vat. 32 b, Conuocare concilium. Offic. 59 b, Tum in concilium pastorum se recepit. pro Dom. 228 a, Quoniam plebi quoque vrbanae mores, conuenticula, & quasi concilia quædam esse voluerunt. de Somn. 127 b, Concilia cœtusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. de Sen. 94 b, Cum in illud animorum concilium cœtumque proficiscar. de L. 176 a, Augures possunt concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere. de In. 68 a, Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit. \* Quint. frat. 322 a, Cogito inducere dicentem Apollinem in concilio Deorum, qualis.

† *Syntaxis.* Concilium plebis, virtutum, Deorum, animorum. Concilium ac cætus. Conuenticula, & quasi concilia. In concilium adducere, admittere, proficisci, Concilium habere.

CONCINNE, pulchre, facete. de Or. 116 a, Hæc quidem sunt concinnè distributa, sed non perité. de † 39 b, Concinnè vt multa Timæus: *id est, facete.* pro Qu. 53 a, Huc rogat blandè & concinnè.

CONCINNITAS, atis. *compositio lenis, & numerosa concinnitudo, condocentia.* Orat. 204 a, Collocata verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt. Orat. 210 b, Forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum. de Clar. 168 a, Vt memoriam concinnitatis suæ relinqueret. & 195 b, In ijs ornata sententiarum concinnitas non erat. \* de Clar. 191 b, Quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile. Orat. 204 b, Illam concinnitatem, que verborum collocacionem illuminat his luminibus, quæ Græci quasi aliquos gestus orationis *ἀμυγγῆ* appellant, adhibebit hic subtilis.

CONCINNITUDO, nis. *concinnitas.* de Inu. 47 b, Exordium splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimū debet habere, propterea quòd ex his suspicio quædam apparationis atque artificiosæ diligentia nascitur.

CONCINNO, as. *adorno, aptè compono.* Ep. 194 b, Ego tamen nactus in navigatione nostra pusillum laxamentum, concinnauit tibi munusculum ex instituto meo. de Finib. lib. 5, Vides vt hæc concinnant? \* *al. concinnant.*

† *Syntaxis.* Concinnè dicere. Concinnitas in oratione. Ornamentæ concinnant.

CONCINNVS, a, um: & CONCINNIOR, ornatus, numerosus, elegans, politus, facetus, aptus. nam *Cinnus commissio est.* Qu. frat. 318 a, Mihi erit curæ te cœtorum vt concinnum sit. de Cl. 195 b, Sententiæ non tam graues & seueræ, quàm venustæ & concinnæ. Orator. 202 b, Sophistæ concinnas magis sententias exquirunt, quàm probabiles. de Clar. 190 a, Concinnæ acutæque sententiæ. I. P. 92 a, Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, politus è schola. de Finib. 127 b, Aristo concinnus & elegans. de Orator. 125 a, Concinna, distincta, ornata, festiua oratio. ad Heren. 31 a, Lepida & concinna exornatio. de Orat. 162 a, Reditus ad rem aptus & concinnus. Orat. 198 b, Alij in eadem icuinitate concinniores: *id est, faceti, florentes etiam, & leniter ornati.* I. P. 84 a, Hic autem nec tam concinnus heluo, nec tam musicus iacebat, &c.

† *Syntaxis.* Concinnum rectorum, sententia. Homo concinnus ad persuadendum. Exornatio concinna, reditus ad rem, halluo. Elegans, aptus, & concinnus.

CONCINO, nis. *simul cano, conuenio, quadro.* de Finib. 144 a, Videsne vt hæc concinnant? & hercule mirabilis est apud illos contextus rerum: respondunt extrema primis, media vtrisque, omnia omaibus. de Nat. 39 a, Omnes mundi partes inter se concinentes. \* Oecon. 1, Vbi certis numeris ad pedibus velut facta conspiratione consensit atque concinnuit chorus.

CONCINOR, ris. *canor.* pro Sest. 13 a, Hæc tum à me tanquam fata in ipsa re gerenda concinebantur. Tuscul. 17 e a, Hæc cum pressis & flebilibus modis concinuntur, difficile est, &c.

CONCIO, onis. *conuentus vel multitudo hominum, corona, consilium, concilium, scena.* de Nat. 14 a, Libri Protagoræ in concione combusti. de Orat. 131 a, Quid aliud fuit in quo concio rideret, nisi illa vultus & vocis imitatio? pro Sest. 8 b, Consul aduocat concionem, habet orationem talem, qualem, &c. in Verrem 190 a, Aduocare concionem donandæ causa. de Amicit. 118 b, Concio quæ ex imperitissimis constat. de Finib. 88 b, & Orator. 218 a, Clamor concionis. Attic. 18 a, Ex hac ego lege secunda concionis voluntate omnia illa tollebam, quæ, &c. pro Flac. 149 a, Nullam maiores nostri vim concionis esse voluerunt. pro Flac. 149 a, Quæ scisceretur, aut quæ populus iuberet, semota concione iuberi veterarique voluerunt. & ibid. Græcorum totæ respub. sedentis concionis temeritate administrantur. de Aruspice. 254 b, Non finit eadem ista labe, eas habet conciones, ea misceat, ea turbat. \* pro Flacc. 157 b, Cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium concio ventilata.



Orat. 211 a, Laudari in concione. de Orat. 139 a, Concio capit omnem vim orationis, & grauitatem varietatemque desiderat.

¶ *Oratio ad populum.* pro Sest. 24 a, P. Lentulus habuit concionem de me, ad quam pop. Romani concursus est factus. I. P. 87 a, De mea salute. P. Lentuli, Cn. Pompeij, cætorumq; principum celeberrimæ & grauissimæ conciones fuerunt. Epist. 60 b, Atq; ille me abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. 133 b, & 134 a, Legi concionem tuam, nihil illa sapientius. Antequam. 195 b, In concione mea nihil ponam de rebus meis gestis. Epist. 174 b, Meæq; illæ vehementes conciones, tanquam *οικαμυζιου* esse videntur. contra Rull. 66 a, Eam primam habent concionem, qua gratiam beneficij vestri cum suorum laude coniungant. \* pro C. Cornel. 1, Quam ego causam longè aliter prætor in concione defendi.

¶ *Suggestum.* Att. 54 b, Subitò ille in concionem ascendit & Postquam. 206 b, de Finib. 80 a, Quid enim mereri velis iam cum magistratum inieris, & in concionem ascenderis, vt dicas, &c.

¶ *Syntaxis.* Concionem aduocare, habere. Concio celeberrima, grauissima. In concionem ascendere.

**CONCIONALIS**, le. Att. 13 a, Illa concionalis hirudo ærarij. Qu. fr. 312 a, Clamor concionalis: id est, concionis.

**CONCIONANDVM**. Tusc. 174 a, Quæ cum ita sint, magna tamen eloquentia est vtendum, atq; ita velut superiore è loco concionandum, vt homines, &c.

**CONCIONARIVS**, a, um. Quint. frat. 308 b, Populus concionarius.

**CONCIONATOR**, oris. I. C. 120 a, Intellectum est, quid interest inter leuitatem concionatorum, & animum verè popularem.

**CONCIONOR**, aris. concionem habes. Attic. 152 a, Cæsar postero die in oppidum introiuit, concionatus est, inde Romam contendit. de Ar. 245 a, De religionibus sacris concionatus est Clodius. Quint. frat. 311 b, Cato concionatus est, comitia haberi non sicut. Epist. 163 b, Cum Lepidus concionaretur, atque omnibus scriberet, se consentire cum Antonio. Tusc. 239 b, Idemq; cum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat.

**CONCIPENDVS**, a, um. Hortens. Literis talibusq; doctrinis antè excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui & præparari decet.

**CONCIPENS**, tis. excipiens. de Nat. 42 a, Semen incidens in concipientem comprehendentemq; naturam.

**CONCIPIO**, is. *cum ad semen, & ad generandum propriè pertinet, significat comprehendo, colligo, accipio, imbibio.* de Nat. 31 a, Omnia quæ terra concipiat semina, temperatione caloris oriri & auferre. de Diu. 118 b, Vtrum igitur cū conceperit mola, an cū peperit, ostentum est? pro Cluent. 24 a, Vt id quod conceperat, seruaret, vt saluum parere posset.

*Quisq; Offic. 25 a, Ipsa senectus concipit de decus. de Diu. 125 b, Imbecilli animi superstitiosa ista facile concipiunt. de Orat. 125 b, Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest.*

¶ *Exprobo.* Qu. fr. 316 a, Concipere vadimonium.

¶ *Resco, intelligo, assequor, cogito.* Offic. 73 b, Quod ita iuratum est, vt mens conciperet fieri oportere, id obseruandum est. de Leg. 168 a, Principiò quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente concipimus.

¶ *Admitto, patros, experior, percipio.* Tusc. 163 b, Qui in repub. violanda fraudes inexpliabilis conceperunt. I. C. 105 b, Concipere scelus. I. V. 78 a, Non iste maius in sese scelus conceperit, cum fana spoliaret, & c. quam ijs, si qui istum, & c. sententia sua liberauerint. pro Syl. 170 a, Quod flagitium non cū Antonio conceperisti? de Nat. 14 b, Ita necesse fuit, aut hæc flagitia animo concipere, aut, & c. in Verr. 250 b, Concipere furorem ex maleficio. de Leg. 190 b, Concipere vitium. I. V. 224 a, Concipere magnam cupiditatem auribus: id est, ex auditu.

**CONCIPIOR**, tis. exprimo, pronuncior. Offic. 73 b, Quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere perituri est. \* I. A. 232 a, Hoc sunt grauiora ea, quæ concipiuntur animo, quam illa quæ corpore.

¶ *Excipior, attrahor.* de N. 54 a, Animæ pars redditur respirando, pars concipitur parte quædam quam ventriculū appellat.

¶ *Syntaxis.* *Natura id est, terra concipiens & comprehendens. Concipere ignem. Animo, menteq; concipere. Scelus, furorē concipere. Concipium & comprehensum animo. Concepta macula, surpitu.*

**CONCISIO**, nis. Part. 231 b, Dilucidū fit cōcissione verborū.

**CONCISVS**, a, um. *minutus, breuis, angustus.* de Or. 114 a, Philosophi angustis & cōcisis disputationibus illigati. & 158 b, Quamquā hoc ipsum imus, & c. cōcisius est. de Cl. 170 b, Distinctè cōcisa breuitas. de Or. 200 b, Thrasymachus minutis numeris cōcisius. de Cl. 170 b, Concisæ sententiæ. & in-

terdum nō satis apertè cū breuitate, tum nimio acumine.

\* *Participium vide supra post CONCIDO.*

¶ *Syntaxis.* Concisa disputatio, breuitas, homo, sententia.

**CONCITATIO**, onis. *motus, cōmotio.* Qu. fr. 297 b, Nullæ tuæ vehementiores animi concitationes perferuntur. Tusc. 237 b, Concitatio animi, quam perturbationem voco.

¶ *Tumultus.* de Cl. 169 b, Plebis concitatione & seditione nunciata.

¶ *Instinctus, inflatus.* de Diu. 87 b, Concitatione quadam animi aut soluto liberoque motu futura præsentire. & 97 a, Atq; etiam illa concitatio declarat, vim in animis esse diuinam. & 114 a, Concitatio mentis.

**CONCITATOR**, oris. pro Dom. 215 a, Seditionis stimulator & concitator tu fuisti. pro Dom. 215 b, Clodius concitator tabernariorum.

**CONCITATVS**, a, um: & **CONCITATOR**. *commotus, per-motus, impulsus.* de Som. 129 a, Conuersio cæli concitator, pro Mur. 129 b, Ac te ipsum & animi quodam impetu concitatum. & vi naturæ atq; ingenij elatum iam vsus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. de Orat. 102 a, Si quis esset satis concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ veritatis. de Clar. 193 b, Admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus. \* pro M. Scau. Vxor pellicularum dolore concitata.

**CONCITO**, as. *excito, incito, moueo, facio, conflo, sollicito, inflammo.* de Orat. 104 b, Concitare misericordiam populi. & 130 b, Concitare risum. I. V. 239 b, Concitare inuidiam in aliquem. de Inuent. 60 b, Concitare grauem offensionem in aliquam rem. & iterum 61 a, Concitare magnum odium in aliquem hominem. pro Mur. 139 a, Concitare seditionem ac discordiam. Epist. 18 b, Vt quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis. pro Mil. 109 a, Cū totius Italiæ concursus, quem mea salus concitauerat, facti illius gloriam libens agnouisset. Epist. 166 a, Non modò nationes, sed etiam seruitia concitare. \* de Diuin. 88 b, Quæ vis terra mentem Pythiæ diuino afflatu concitabat. & 135 a, Si ea quoque *visa falsa sunt* diuina: quid instantium Deo? quid inscitius autem est, quàm mentes mortalium falsis & mendacibus visis concitare? Attic. 67 b, Eò magis nunc concitare dicturam. *al. cogitare.*

**CONCITO**, ris. *sollicitor, perturbor, permoueor.* Acad. 36 a, Quò enim spectat illud, nisi vt opifices concitentur. Orat. 208 b, Alterum, quo perturbantur animi, & concitantur. Orat. 126 a, Hominem irasci, dolere, omni animi motu concitari.

¶ *Excitor.* I. C. 119 a, Noua quædam miseri & cōcitari mala. Epist. 144 b, Cū magnum bellum in Cappadocia concitaretur.

¶ *Agitor, incitor, agor.* de Diuin. 94 a, Cū à corpore abstractus animus diuino instinctu concitatur. \* Offic. 15 a, Non sine causa maiores motus animorum concitantur, maioraque efficienda Rempub. gerētibus quàm quietis.

**CONCITVS**, a, um. *commotus, prouisus.* pro Cec. 287 b, Defensor nimium litigiosus, concitus ad rixam.

\* **CONCIVNCVLA**, æ. Attic. 31 b, Quæ vicesima mihi videtur vna conciuacula clamore pedissequarum nostrorum esse peritura.

**CONCLAMO**, as. I. A. 205 b, Cū vos vniuersi vna mente & vna voce iterum à me conseruatam esse rempublicam cōclamastis. in Verr. Conclamant omnes, & approbant ita fieri oportere.

**CONCLAVVS**, uis. *cubiculum, triclinium.* in Verr. 213 a, Vt in singula conclauia, quæ iste & Romæ & in omnibus villis habet, tricenos lectos optimè stratos cum cæteris ornamentis conuiuij quæreret, nimum multa comparare videretur. de Diuinat. 86 a, Conclauē illud, vbi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. de Orat. 141 a, Hoc interim spacio conclauē illud, vbi epulabatur Scopas, cōcidit. Qu. fr. 320 b, Tectum quod super conclauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum. pro Dom. 236 b, Porticus cum conclauibus pauimentata trecentum pedū. Qu. fr. 328 b, In primisq; inferior porticus & eius conclauia fiunt rectè. pro S. R. 29 a, Cū pater cœnatus cubitum in idem conclauē cum duobus filiis isset.

\* **CONCLVDENDVM**. de Diuin. 129 b, Ea sumunt ad concludendum.

**CONCLVDO**, dis. *peroro, efficio, conficio, infero, cōpletor, colligo.* pro Sest. 26 a, Sed vt extremū habeat aliquid oratio mea, concludam illud de optimatibus. de Orat. 137 a, Deinde vt concludamus atq; ita peroremus, natura ipsa præscribit, Orat. 208 a, Post omnia perorationem inflammantē restinguentemve concludere. & ibid. Singulas argumentationes ita cōcludere, vt efficiatur, qd sit cōsequens ijs quæ sumuntur ad quamq; rem confirmandā. & 209 b, Vt argumentū ratione cōcludat. de Inu. 56 b, Hoc si nolis inferre, & inferas quod sequitur, fecit igitur incestum: & cōcluseris argumē-



rationem, & perspicuam fugeris complexionem. de Orat. 128 b, Demonstrare quod concludere aduersarij velint, nō effici ex propositis nec esse consequens. de Nat. 19 a, Argumenti sententiam concludere more dialecticorum. Acad. 8 a, Quod si ita esset, quomodo quēquam conclusisse aliquid aut inuenisse dicerem, aut quæ esset conclusi argumenti fides? de Diu. 65 a, Chrylippus ex ipsi exemplis solerati ratione concludere, hoc modo. de Orat. 126 b, Conclufiq; ita, vt dicerem, & c. I. V. 184 b, Conclufurum me esse crimen decumarum dixeram. & 227 a, Vt aliquando totam huius generis orationem concludam atq; definiam. Attic. 214 b, Dolabellæ nomen iam expeditum videtur, vt etiam repræsentatione concludam: *al. confidam.* de Finib. 78 a, Deinde concludebas, dolorem esse summum malum.

¶ *Clando, cogo, com. Fringo.* de Cl. 167 b, Natura ipsa circumscriptione quadam comprehendit, concluditq; sententiã. Orat. 219 b, Explere & concludere sententiã. de Vn. 196 b, Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. de Finib. 138 a, Ne bestia quidem, quas delectationis causa concludimus, facillè patiuntur sese contineri.

CONCLVDOR, *ris. inferor, colligor.* de Finib. 52 a, Epicurus non quomodo efficiatur, concludaturque ratio, tradit. de Diu. 121 a, Illa igitur ratio concluditur, nec id quod, & c. de Fin. 64 b, Commodius arbitror ex rebus concessis concludi quid velis, & ad exitum perueniri. de Diu. 97 b, Quæ quidem esse reuera, hæc Stoicorum ratione concluditur, si sint Dij, & c.

¶ *Terminor, circumscribor, claudor, finior.* Orat. 216 b, Quorum verborum descriptus ordo aliã aliã terminatione concluditur. Epist. 68 a, Si alicuius accipites varijsq; casus exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissimæ lectiois voluptate. pro Mur. 134 a, Prouincia in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. de Leg. 159 a, Vt hoc ciuile ius quod dicimus, in paruum quandam & angustum concludatur locum naturæ. I. V. 255 a, Vrbe portus cingitur & concluditur. de Orat. 108 a, Orator autem concludatur in ea, quæ sunt in vsu ciuitatum vulgari & forensi. pro Quint. 12 a, In hoc iudiciale iudicium causa omnis concluditur. \* I. V. 297 a, Verbis interdicti non concluditur *vis.* Offic. 11 b, Ab illa immensa societate humani generis in exiguum angustumq; concluditur *societas propinquorum.*

CONCLVSE, *definitis, circumscripsit.* Orat. 214 a, Aptè, & concludè aliqui dicere.

CONCLVSIO, *onis. clausula, peroratio, epilogus, complexio, & argumentatio ipsa.* de Inu. 60 a, Conclusio, est exitus & determinatio totius orationis de Orat. 116 a, Tum alij conclusionem orationis, & quasi perorationem collocant. de Diu. 129 b, Conclusio autem rationis ea probatur, in qua ex rebus non dubijs, id quod dubitatur, efficitur. Academ. 17 b, Hæc conclusio quam habeat vim, consideranda est, *argumentatio, vel ratio.* Qu. frat. 299 a, In extrema parte & conclusione muneris ac negocij tui diligentissimus sis. Orat. 213 a, Conclusio sententiarum. de Orat. 159 a, Conclusio verborum: *id est, clausula.* \* ad Heren. 15 a, Conclusiones, quæ apud Græcos *ἐπιλόγου* nominantur, tripartitæ sunt. Nam cōstant ex enumeratione, amplificatione & commiseratione. In quatuor locis vt possumus conclusionibus: in principio, secundum narrationem, secundum firmissimam argumentationem, in conclusione. de Clar. 167 b, Ante hunc verborum quasi structura & quædam ad numerum conclusio nulla erat: aut si quando erat, non apparebat eam de data opera esse quæsitam, quæ forsitan laus sit, veruntamē natura magis, tum casu nonnunquam, quàm aut ratione aliqua aut obseruatione fiebat.

¶ *Conclusio, exornatio est, quæ breui argumentatione ex ijs quæ antedicta sunt aut facta, conficit id quod necessarè consequatur, & c.* ad Heren. 33 b.

CONCLVSIVNCVLA, *læ.* Acad. 19 a, Vnius argumenti cōclusiuncula, tota causa comprehenditur. \* Tuscul. 184 a, Stoici contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis effici volunt, non esse malum dolorem.

CONCLVSVS, *a, um. clausus.* de Nat. 30 a, Conclusa aqua facillè corruptitur. & ibid. Angustia conclusæ orationis. Or. 198 b, Oratio non conclusa. (*Oratio terminata.* de Orat. 100 b, Omnia quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt. pro Qu. R. 47 a, In hanc formulam omnia iudicia conclusa & comprehensa sunt. Or. 213 b, Sententia aptè verbis comprehensa & conclusa.

¶ *Patrus, decretus.* I. V. 122 b, Facinus crudelitate perfectum & conclusum.

¶ *Collectus, determinatus, definitus.* de Fin. 82 b, Perfecto enim & concluso, nec virtutibus nec amicitijs vsquam locum esse, si ad voluptatem omnia referantur, nihil præterea magis gnopere dicendum.

\* *Illatus.* de Finib. 57 a, Conclusum est contra Cyrenai-

cos satis acutè: nihil ad Epicurum.

† *Syntaxis. Concludere perorationem, argumentationes, sententiam. Argumentum concludis. Comprehendo & concludo. Definitio & concludo. Expleo & concludo. Vrbs portus cingitur & concluditur. Orator in ea conclusus, quæ. Facinus crudelitate perfectum & conclusum.*

CONCOENATIO, *onis. symposion.* de Senect. 86 a, Græci conuiuium tum comotationem, tum concœnationem vocant.

CONCOQVENDVM, *meditandum, agendum, expendendum.* pro Qu. R. 52 b, Tibi diu deliberandum & concoquendum est, vtrum, & c.

¶ *Modificandum.* de Finib. 78 a, Cibus facillimus ad concoquendum.

CONCOQVENS, *tis. immutans.* de Nat. 51 a, Platalea conchas stomachi calore concoquens, & postea euomens.

CONCOQVO, *is. translatio, vinco, strenuè sero.* Qu. fr. 328 b, Hæc odia non sorbeo solùm, sed etiam concoquo.

CONCOQVO, *is. digitor, extor, mutor.* de Natur. 30 b, Cleanthes negat vllum esse cibum tam grauem, quin is die ac nocte concoquatur. & 53 b, Aluus arcet & continet illud quod recipit, vt id mutari facillè & concoqui possit.

† *Syntaxis. Delibera & concoque. Concoquere stomachi calore. O-dia sorbere, & concoquere. Mutas & concoquit calor.*

CONCORDIA, *diæ. consensus, conspiratio.* pro Cluent. 50 a, Equites ordini senatorio concordia coniunctissimos esse cupio. Antequam. 193 b, Pax & concordia extraneis gignetur, cum iam domesticis non insideat, sed publicè prouidentem eripiatur. Epist. 192 b, Vt hanc concordiam & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatē propensè non crederent esse factam. Attic. 133 a, Aliquos perfidia hominum distractos rursus in pristinam concordiam reducere. I. C. 116 b, Reconciliatio concordia. pro Clu. 38 b, Num Marius interpres pacis & concordia non probatur. I. A. 246 a, Si Cinna cōcordiam cum Octauiō cōfirmare voluisset. Att. 101 b, Si ad concordiam res adduci potest. & 143 a, Demetrii liber de Concordia. \* *Oecon. 1.* Ex eiusmodi vocum concordia non solùm ipsis canentibus amicū quiddam & dulce resonat, verùm etiam spectantes audientesq; lætissima voluptate permulcentur. de Fin. 58 b, Quia pacem animis afferat *temperantia:* & eos quasi concordia quadam placet ac leniat.

† *Syntaxis. Gigni concordiam. In concordiam reducere. Ad concordiam adducere.*

CONCORDISSIME. pro Rab. 93 a, Mors illi acerba eius fratris, qui cum concordissimè vixerat.

CONCORDO, *as. confso, congruo, consentio, cum aliquo sentio, idem sentio, concino, concentum seruo.* (*Dissentio.* Tuscul. 215 b, Sic animi sanitas dicitur, cum eius iudicia opinionisque concordant.

† *Syntaxis. Illi concordant. Concordant cum illis nulli.*

CONCORDS, *dis: & CONCORDISSIMVS. consensiens, cōueniens, coniunctus. Concordes sunt, quorum sensus in aliqua re congruunt.* pro Lig. 137 b, An ille cum P. Actio, quàm cum concordissimis fratribus esse maluisset? de L. 190 a, Moderatus & concordis ciuitatis status. de Vniuers. 197 b, Mundus ipse se concordia quadam amicitia & charitate complectitur. de Ar. 254 a, Quod anno antè frater Metellus & concordis etiam tum senatus principi Cn. Pompeio sententiam dicenti excluderat.

† *Syntaxis. Concordis frater, status, amicitia, charitas, senatus.*

CONCREDITVS, *a, um.* pro S. R. 37 a, Cui fortunæ viui cōmendata sunt atque concreditæ.

CONCREDO, *dis. credo, commendo.* pro Qu. 11 b, Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiscens, & concredere solebas.

CONCREPO, *as. perstrepo.* Offic. 66 a, Si vir bonus hanc habeat vim, vt si digitis concreperit, possit in locupletium testamenta nomen eius irrepere, hæc vi non vtatur. contra Rull. 82 a, Qui simul ac decemviri concreperint, expediti ad cædem possint esse. pro Cæl. 51 b, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

† *Syntaxis. Concrepere digitis. Decemviri concrepant, scabella.*

CONCRESCO, *scis.* de Natur. 31 a, Aqua neque conglaciaret frigidibus, neque niue pruinaque concrefceret, nisi eadem se ad demisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

CONCRETIO, *onis. compositio.* de Vniu. 203 b, Causæ, quæ vim habeant caloris & frigoris, concretionis & liquoris. de Nat. 15 b, Epicurus corporum concretionem fugit, ne inertiatur & dissipatio consequatur. Tuscul. 162 a, Deum esse mentem solutam quandã & liberam, segregatam ab omni concretionem mortali, & c.

CONCRETVS, *a, um. mixtus, conflatus, compositus, quasi conglutinat, copulatus, coagmentatus, fictus.* Tuscul. 162 a, Nihil est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natū atque



atque fictum esse videatur. Tusc. 163 a, Quoniam nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. & 161 a, Quid enim obsecro te, terræ tibi, aut hoc nebuloso & caliginoso caelo, aut fata, aut concreta videtur tanta vis memoria? & ibid. Quid illa vis? quæ, &c. ex hæcne tibi terrena mortaliq; natura, & caduca cœcreta videtur? & 158 a, Nam nunc quid foreamina illa, quæ patent ad animû à corpore, terrenis cœcretisq; corporibus sunt intersepta quodâ modo. Tusc. 157 a, Necessè est, vt animi feratur ad cœlû, & ab his perumpatur & diuidatur crassus hic & cœcretus aër, qui est terræ proximus. de N. 34 a, Aër purus ac tenuis. *(Calum crassum atq; concretû.)* de Diu. 107 b, Pingue & concretû esse cœlû. de N. 16 a, Species deorum, quæ nihil habeat cœcreti, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis. de Vniu. 199 b, Deus omne quod erat concretû & corporeum, substernebat animo. de Nat. 46 a, Aër fufus & extenuatus in sublime fertur: cœcretus autè in nubem cogitur. Tusc. 242 a, Initia vnde omnia orta, generata, cœcreta sunt. Tusc. 160 a, Nam sanguinem, bilem, pituitam, &c. videor posse dicere, vnde concreta & quomodo facta sint. de Nat. 65 b, Corpus concretum ex elementis. & 66 a, Etenim aut simplex est natura animantis, &c. aut concretum ex pluribus naturis. de D. 84 a,

*Cum claram speciem concreto lumine luna*

*Abdidit.* — I. P. 84 a, Animal ex nefarijs stupris, ex ciuili cruore, ex omnium scelerum importunitate & flagitiorum impunitate concretum.

† Syntaxis. *Concretû corpus, natura, vis memoria, aër, calum, initia, animal. Mixtum è concretû. Crassum è concretû. Pingue è concretum. Aër in nubem concretus cogitur. Concretum ex, &c.*

CONCVBINA, nœ. de Orat. 100 a, Cùm quæretur, &c. & de eius matre: quæ si iudicaretur certis quibusdam verbis, non nouis nuptijs fieri cum superiore diuortium, in concubina locum duceretur.

CONCVBITVS, tus. *coniunctio, complexus veneris.* de Nat. 10 b, Concubitus deorum cum humano genere.

CONCVBIVS, a, um. *cum omnes cubant, intempertus.* de D. 93 b, Qui cùm cœnati quiescerent, concubina nocte visum est in somnis ei, &c.

CONCVLCO, as. *protero, obiter.* I. P. 92 b, Piso ad portâ Aesquilinam, Macedonicam lauream conculcauit. pro Flac. 157 b, & pro Dom. 235 b, Proterere & cōculcare aliquem.

CONCVLCO, aris. Att. 125 a, Conculcari miseram Italiam videbis proxima æstate, ab vtriusq; mancipijs, &c.

CONCVMO, bis: vel CONCVBO, as. de Fat. 146 a, Quia ita fatum sit, & concubiturum cum vxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. & 126 a. de Inu. 51 b, Si peperit, cum viro concubuit.

CONCVPISCO, scis. *cupio.* de Nat. 6 b, Quid autem erat quod concupisceret Deus mundum signis ornare? de Finib. 60 a, Quæ autem cupiditates inanes sunt, his parendum nõ est: nihil enim desiderabile concupiscunt. de D. 91 a, Cuius mors ita gloriosa fuit, vt eam concupisceret filius. I. A. 202 a, Quid concupiscas, tu videris: quod concupiueris, certè habebis. Epist. 147 b, & 149 a, Concupiscere aliquid perniciosum. pro Clu. 22 b, Is Saffian in matrimonium ducere concupiuit. pro Qu. 12 b, Sicut tu semper summè concupisti. Att. 140 a, Cn. nosser Syllani regni similitudinem concupiuit. & 11 a, Cæsar omnia omnium concupiuit. Orat. 197 a, Qui res magnas, & maximè expetendas concupiunt. pro S. R. 36 a, Prædia alterius concupiscere. Parad. 125 b, Diuitias infinite concupiscere. I. A. 158 b, Credo vos non pecuniam, non opes violentas & potentiam, sed charitatè ciuium & gloriam concupisse. \* Acad. 46 a, Cùm perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaq; & condolecere, & concupiscere, & extimescere, & efferi lætitia dicerent.

CONCVPITVS, a, um. Tusc. 214 a, Nam cùm est concupita pecunia, nec adhibita continuè ratio, &c. permanat in venas illud malum, &c.

CONCVRRENDVM. pro R. P. 125 b, Si vobis nunciaretur hanc legem ferri, concurrendum ad curiam putaretis. & ibid. Conuolaretis ad rostra.

CONCVRRO, tis. *conuenio, conuoluo, fugio.* Qu. fr. 302 b, Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurreret. pro Qu. 14 b, Vt statim de iure aliquis concurreret. *(al. cucurrerit)* non toto triduo dcc. millia passuum conficiuntur. I. V. 234 a, Concurrat ad me maxima multitudo. pro Milon. 109 a, Ipse eunctæ Italiæ cupienti signum dedit, vt ad me restitendum Romam concurrerent. Att. 253 a, Ad Balbum scripsi, vt si quid tale accidisset, vt non concurrerent nomina, subueniret, &c. Offic. 30 a, Quæ vt concurrant omnia, optabile. pro Plan. 276 a, Sæpe concurrat, vt eodem tempore multa mihi agenda sint. de D. 137 b, Nemo somnijs crederet, nisi ista casu nonnunquam fortè temerè concurrerent. ad Herenn. 7 b, 8 a, Si quæ supra dicta sunt, signa concurrunt,

de Fin. 131 a, Res enim contrariæ concurrunt. contra Rull. 68 b, Concurrunt plures vno tempore librarij, descriptam orationem ad me afferunt. Att. 20 b, Et raptim in eam sententiam pedarij concurrerunt. Ep. 162 a, In aciem copias de vico produxit, & sine mora concurrat. Att. 120 a, Nulla est sedes, quò concurrat, qui temp. defensam volunt. ad Brut. 90 b, Ne darem perditis hominem parum sanum, quò concurrerent. Orat. 211 a, Cùm autem nobis non dicitur, sed nobiscum, quia obscœnius concurrerent literæ.

¶ *Confligo, contendo, pugno.* I. A. 255 b, Vtrum sit æquius, concurrere an consentire, &c. ex epistola M. Antonij, de Orat. 159 a, Verba ne asperè concurrant, nè ve vastius diducantur.

CONCVRRITVR, *concursum fit.* I. A. 228 b, Concurritur vndique ad commune incendium extinguendum. contra Rull. 68 b, Concionem aduocari iubet, summa cum expectatione concurritur.

CONCVRSANS, tis. de Nat. 48 b, Corpora huc & illuc temerè concurrantia.

CONCVRSATIO, onis. Ep. 2 b, Libonis & Hippei nõ obscura cursatio & contentio in eam opinionem rem adduxerunt. pro Dom. 216 a, Quid puerorum illa concursatio nocturna? de D. 138 b, Cedò tandem, quid sit ordo, aut cōcursatio somniorum. I. A. 236 b, In tanta concursatione perturbatorum. \* de Clar. 187 a, Qui nullo acumine eam tamen verborum copiam præbebat populo cum multa cōcursatione magnoq; clamore. cont. Rull. 62 a, Tam illa omnibus in prouincijs, regnis, liberis populis, quàm acerba, quàm formidolosa, quàm quæstuosa concursatio Decemuiralis futura sit, non videtis? I. A. 236 b, Necessè est in tanta concursatione perturbatorum rerum temporibus potius parère quàm moribus. Epist. 153 b, Planci. Fratrem meum assiduis laboribus concursationibusq; confectum grauius te habuisse, antè tibi scripsi.

CONCVRSIO, onis. *concursum.* Orat. 211 a, In ea oratione est crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte vt vitiosam fugit Demosthenes. ad Her. 27 b, Si fugiemus crebras vocalium concursiones. Acad. 40 a, De corpufculorum concursione fortuita loqui. de Fin. 25 a, Corpora indiuidua in infinito inanita ferri, vt concursio nibus inter se cohærescant. Top. 227 a, Concursio rerum fortuitarum affert aurotatem. \* Tusc. 157 a, illam verò funditis eijciamus indiuiduorum corporum, leuium & rotundorum, concursionem fortuitam: quam tamen Democritus concalectam & spirabilem: id est, animale esse voluit. de Vniu. 201 b, Quæ in orbibus Deorum concursiones antecessionesq; eueniant.

¶ *Exornatio oratoria.* de Orat. 162 a, Concursio, quæ verborum exornatio est.

CONCVRSO, as. Ep. 95 b, Vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula concursare *(al. circumcurfare)* possis. pro S. R. 31 b, Qui armati noctes diesq; concursabant. pro Mur. 134 b, Præsertim cùm iam hoc nouo more omnes ferè domos omnium concursent. de D. 135 a, Deos immortales cōcursare omnium mortalium non modò lectos, verùm etiam grabatos, &c. Att. 9 a, Concurfabant barbatuli iuuenes. I. V. 241 b, Tum inquam, concursant cæteri prætores. & 251 b, Obire prouinciam, & concursare.

† Syntaxis. *Concurfare. Villas, lectosq; concursare. Obire è concursare.*

CONCVRSVS, sus. *conflictio, cōuentio, motus, effusio, cōcursio.* Att. 76 b, Cōcursus fuit ex agris & vicis, & ex domibus omnibus. de Cla. 192 a, Cùm Demosthenes dicturus erat cōcursus audièdi causa ex tota Græcia fiebat. Att. 274 a, b, Nã tantæ multitudinis, quantâ capit vrbs nostra, cōcursus est ad me factus. I. V. 211 a, Què cōcursum factû in oppido putatis? & 249 a, Et cōcursus vndiq; fiebat. Att. 10 b, Clamor cōcursusq; fit. p. Deiot. 149 a, Quos cōcursus facere solebat, quàm se iactare? de D. 119 a, Cùm Bubulcus clamorè edidisset, cōcursum esse factû, totamq; in eum locû Hetruriã conuenisse. Att. 74 b, De concursu legationû priuatarû, & de incredibili multitudine, quæ mihi mirabilem in modum Ephesi præstò fuit, audisse te puto. I. P. 90 b, Qui dicã effusiones hominum ex oppidis, quid concursum ex agris? pro Dom. 242 a, Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorumq; concursus. Attic. 279 a, Omnis omnium concursus de te futurus est. Acad. 18 a, Mihi autem magis videtur non potuisse sustinere concursum omnium philosophorum. Ep. 69 b, Quæ cogitatio vi tempestatum & concursu calamitatum labefactata atque conuulsa. de Fin. 88 b, Quid tanto opus est concursu honestissimorum studiorum. \* Frag. ep. Ad quem cùm fieret concursus. de Clar. 167 a, Quinque artium concursus maximarum quantam vim, quantamq; difficultatem habeant. Attic. 253 b, Capto oppido miram lætitiã commutationemq; animorum, concursumq; vndique.



¶ *Conflatus*. Part. 239 a, Ex rationis, & ex firmamenti conflitione, & quasi concursu quæstio exoritur. de N. 14 b, Mundum esse factum concursu atomorum fortuito. de Orat. 158 b, Collocationis est, componere & struere verba sic, ut neve asper eorum concursus sit, neve hiulus. Orat. 211 a, Extremorum verborum cum insequentibus primis concursus, aut hiulus voces efficit aut asperas. \* Partit. 231 b, Quæ coniunctio verborum neq; asperos habeat concursus, neq; disiunctos atq; hiantes.

CONCVSVS, a, um. pro Mil. 116 b, Concussa hominum licentia, & cupiditatis fractis.

\* CONCVTIENS, tis. Tusc. 213 a, Terrorem definiunt metum concutientem. Ex quo fit ut pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequatur.

CONCVTIOTIS, *vehementer commoueo*. in Ant. 181 a, Is leges Cæsaris, ut rempub. concutere posset, euerit.

CONDECENTIA, *tiæ concinnitas, decorum, ornatus*. de Orat. 161 b, Orator verbis quidem ad aptam compositionem & condecenciam, sententijs verò ad grauitatem orationis vtatur.

CONDEMNATVS, a, um. pro Sest. 21 b, Rerum capitalium condemnati. pro Cluent. 41 b, Scæuola condemnatus est alijs criminibus. I. A. 171 a, Antonius Licinium Lenticulam de alea condemnatum restituit. pro Flac. 155 a, Poles item pecuniæ publicæ est condemnatus. I. P. 88 a, Tuum factum est condemnatum iudicio amicorum. I. V. 161 a, Cuius etiam familiares de vi condemnati sunt. Epistol. 84 b, Ea ciuitas, in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuenterunt.

CONDEMNŌ, as. *damno, accuso*. (Absoluo, libero. Epist. 18 a, Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te criminē. I. V. 95 b, Ego hoc vno crimine illum condemnem necesse est. de Pro. 74 a, Qui Gabinij literas insigni quadam nota & ignominia noua condemnastis. de Orat. 99 a, Cæteros non dubitabo primùm inertie condemnare sententia mea, post etiam impudentiæ. Epistol. 238 a, Piso sceleris condemnat generum suum. de Nat. 40 b, Condemnare alicquem causa incognita. I. V. 113 a, Hunc hominem Veneri absoluit, sibi condemnat. Brut. 90 b, Ego fidem cõsulum non condemnabam, quæ suspecta vehementer erat. I. P. 88 a, Amici tui silentio temeritatem tuam condemnauerunt. I. P. 82 b, Crudelitas tu furcifer senatum consul in concione condemnas? de Orat. 105 a, Cuius responso sic iudices exarserunt, vt capitis hominem innocentissimum condemnarent.

CONDEMNŌR, is. pro Cec. 302 b, Condemnari sponsionis. (Vincere sponsionem. pro Qu. 2 b, Arbitrium pro socio condemnari. pro S. R. 37 a, Turpissimo iudicio condemnari. I. V. 112 b, Condemnari iniuriarum.

† Syntaxis. *Condemnatus rei capitalis, furto, de alea.*

CONDICŌ, cis. *dicto conuenio, significo*. Epistol. 15 b, Crassus penè à meis laribus in prouinciam profectus est. nam cum mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis.

CONDIMENTVM, ti. *conditio, sapor qui cibos commendat*. de Fin. 83 b, Socrates dicebat cibi condimentum esse famem, potioni sitim. Offic. 76 b, Nam vt tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortasse non nihil, vtilitatis certè non habebit. de Amic. 108 b, Accedat huc suauitas oportet sermonum atq; morum haudquam mediocre condimentum amicitie. de Orat. 134 a, Hæc omnium sermonum condimenta sunt. Qu. fr. 294 a, Scueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.

CONDIO, is. *preparo, comparo, tempero*. pro Clu. 32 b, Qui vitia quæ ab natura habet etiam studio atq; artificio quodam malitiæ condidit. Orat. 215 a, Omnino duo sunt quæ condiant orationem, verborum numerorumque iucunditas. Epistol. 107 b, Isti herbas omnes ita condiant, vt nihil possit esse iucundius. Tusc. 171 b, Persæ mortuos cera circumlitos condiant. Attic. 200 a, Hilaritate tristitiam temporum condiebamus.

CONDIOR, is. *sapore suauis donor*. Tusc. 247 a, Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, sitis, fames: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiantur. & ibid. Quis hoc non videt, desiderijs ista condiri omnia? de Orat. 128 a, b, Oratio illa temperata est, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur.

† Syntaxis. *Condire epulas, mortuos, orationem, tristitiam. Cæs. cõditus sale, & faceris.*

CONDISCIPVLVS, li. Tusc. 156 b, Dicæarchus cū Aristoxeno æquali & cõdiscipulo suo. de N. 8 b, Xenocrates Aristotelis condiscipulus. pro Syl. 170 a, Et se meum condiscipulum in pueritia cõmemorauit fuisse. Att. 78 b, Tui condiscipuli. \* pro Q. Gall. Multos etiam condiscipulos habet in theatro, qui simul literas non didicerunt. de Leg. 160 a, Non vereor condiscipulorum ne quis exadiat.

CONDISCO, scis. pro Qu. Vt in pecunia tua condisceret, qui pecuniæ fructus esset pro Planc. Condiscas, censeo mihi paulò diligentius supplicare.

CONDITIO, onis. *condimentum*. de Nat. 55 b, Perspicuum est enim, quod compositiones vnguentorum, quod ciborum conditiones, quod corporum lenocinia processerint. de Diu. 104 a, Natura fruges terræ, baccasque arborum generi humano dedit, & earum cultus conditionesque tradidit.

¶ *Modus, ratio, lex, pactum, pactio, consensio, fortuna, status, ius*. Ep. 163 b, Adde huc, quod literæ perferri nulla conditione poterunt. Epist. 174 b, Legionem Martiam & quartam negant, qui illas norunt, vlla conditione ad te posse perducere. de Fin. 138 a, Appetit animus aliquid agere semper, nec vlla conditione quietem sempiternam possit pati. pro Mar. 132 a, Ea vicisti, quæ & naturam & conditionem, vt vinci possent, habebant, & ibid. A quo etiam ipsius, victoriæ conditio, visque deuita est. pro Rab. 63 b, Harum rerum non solum euentus atq; perperissio, sed etiam conditio, expectatio, mentio denique ipsa indigna homine libero est. Epist. 71 b, Homines nos ea lege nati sumus, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: nec est recusandum, quod minus ea qua nati sumus, conditioe viuamus. p. Mur. 138 a, Iniquam legem & miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit, &c. de Vniu. 202 a, Homines mortali conditione esse generatos. Tusc. 198 b, Alienum appetis, qui mortalis natus conditione postules immortalium. Att. 237 b, Ea conditioe nati sumus, vt nihil, quod homini accidere possit, recusare debeam. Tusc. 158 a, Et quid ergo intelligit, quantum mali ex humana conditioe deieceris? I. A. 264 a, Ita pro mortali conditioe vitæ immortalitatem estis consecuti. Ep. 197 a, Omnem conditionem imperij tui statimque prouinciæ mihi demonstrat Tratorius. de Diu. 127 b, Omnes eodè tempore ortos eadè conditione nasci. pro Cor. 50 b, Alicui grauem legem vitæ & conditionem cõstitui. Ep. 73 b, Et qua conditioe omnes homines, & quibus temporibus nati sumus, cogitet. pro Mur. 135 a, Sed nõ libenter duriorum fortunæ cõmuni conditionem te autore constituit. Offic. 9 a, Est autem infima conditio & fortuna seruorum. pro Cæl. 49 b, Serui, quos intelligebat non communi conditione seruitutis vt, sed licentius cum domina viuere. pro Cor. 59 b, Serui quorum vis & fortunæ conditio infima est. pro Mar. 133 a, Cum ipsius victoriæ conditioe, iure omnes victi occidissimus. Attic. 285 b, Nisi forte non de seruitute, sed de conditione seruendi recusandum est à nobis. Parad. 123 b, Qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimè seruitutis. I. C. 107 a, O conditionem miseram non modo administrandæ, sed etiam conferendæ reipubl. pro R. P. 125 a, Prouideret ne durior vobis conditionem statuatis. I. C. 122 a, Seruus est nemo, qui modò tolerabili conditione sit seruitutis, qui non, &c. pro Corn. 62 a, b, Ille populus in superiore conditioe causaque ponit. de Sen. 91 b, At senex eo meliore conditioe est quàm adolescens, cum id quod sperat ille, hic assecutus est. Ep. 79 a, Nec debes dubitare, quin aut aliqua re. sis futurus qui esse debes, aut perditam nõ afflictiore conditione quàm cæteri. cont. Rul. 89 a, Libera meliore iure sunt, quàm soluta, &c. soluta meliore in causa sunt, quàm obligata: immunia commodiore conditioe sunt, quàm illa que pensant. Ep. 47 b, Quæ quia nõ vides, mihi non videris meliore esse conditioe, quàm nos qui videmus. & 48 b, Atque hoc ipso melior est tua quàm nostra conditio, quod tu quid doleas scribere audes, nos ne id quidem tute possim? I. C. 123 a, Quæquam inest in vno loco conditio melior externæ victoriæ, quàm domesticæ, quod, &c. Epist. 119 a, Non expeditur successio, quando Galliæ, quæ habent intercessorè, in eandem conditionem, quam cætera prouinciæ, vocantur. pro Dom. 226 a, Ego pro patria mori dubitarem hoc meliore conditione quàm Decius, quod ille, &c. ego, &c. I. C. 117 a, Earum rerum quas gessi, non est eadem fortuna atq; conditio, & illorum qui, &c. quod mihi, &c. illi, &c. & 118 a, Mihi hæc conditio cõsulatus data est, vt omnes acerbitates perferrem. de Prou. 72 a, Et in vtriusque pari scelere disparem conditionem facit. Ep. 53 b, Ea denique videtur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, vt optimè actum eo videatur esse, qui, &c. pro Clu. 44 b, Hanc conditionem (supplicij) maiores in bello timiditati militis propositam esse voluerunt. pro Flac. 151 a, Hæc etiam in homine ipso de quo agitur, negligenda sunt: tamen in conditioe atq; in exemplo perumescenda videntur. pro Clu. 49 b, Conuerte nunc ad cæteros ordines, easdem vitæ conditiones nõ perferent. contra Rull. 77 a, Qui se misericordia senatus, non agri conditione defendunt. pro Cæl. 40 a, Quare ista conditio, iudices, respuat, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. I. C. 111 a, Et quod salutis certa lætitia est, nascendi incerta conditio. pro Qu. 3 b, Quintius deteriori tempore absens auctonatur, Scapulis difficiliore conditione dissoluit.



dissoluit. pro Cluent. 37 a, Aequa conditione disceptare. & ibid. Iniqua conditione causam dicere. contra Rull. 69 b, Paucas tribus non certa conditione iuris se sortis beneficio fortuito ad usurpandam libertatem vocare. pro Pl. 251 a, Est enim conditio liberorum populorum, posse suffragijs vel dare, vel detrahete quid velit cuique. & 260 a, Si illam accusationis conditionem sequar: id est, ut necesse habeam hunc illi anteporere. pro Cor. 59 b, Hanc tu igitur conditionem statuis tuis ciuibus, ut quod ijs, quos Gaudanis adiutoribus armis subegimus, liceat, id ne liceat ipsis, &c. pro Cael. 41 b, Et contra periculosissimas hominum potentias, conditioni omnium ciuium prouidere. pro R.P. 128 b, Quid ergo ista conditio est testium, ut quibus creditum non sit negantibus, iisdem credatur dicentibus. & 125 a, Qui suo iudicio essent illam conditionem vitæ secuti. Epistol. 21 b, 22 a, Ea; mihi conditio maneat, qua profectus sum. I.A. 226 b, Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certissimo modo etiam erat illius exercitus. I.A. 208 b, Scilicet ad eum legatos misimus, non ut pareret, sed ut conditiones ferret, leges imponeret. & 206 a, Quæ vobis potest cum hoc gladiatore conditio, æquitatis legationis esse communis? & 193 b, Hostis, cum quo nulla pacis conditio esse possit. de Pro. 79 a, Præsertim cum ab illis aliquotiens conditio C. Cæsari lata sit, ut eisdem leges alio modo ferret, qua conditione auspicia requirebant, leges comprobabant. pro Cael. 45 a, Hinc licet conditiones quotidie legas: id est, tibi ab amatoribus latas. Epistol. 118 b, Alterutram ad conditionem descendere vult Cæsar, ut aut, &c. aut, &c. Epistol. 123 b, Cæsar fert illam conditionem, ut ambo exercitus tradant. & 261 a, Feruntur omnino conditiones ab illo, ut Pompeius eat in Hispaniam, &c. & ibid. Accepimus conditiones: sed ita, ut remoueat præsidia ex ijs locis, quæ occupauit. & ibid. Sin ille suis conditionibus stare noluerit, bellum paratum est eiusmodi tamen quod ille sustinere non possit, præsertim cum à suis conditionibus ipse fugerit. Tuscul. 168 b, Quid est igitur quod querere, si repetit, cum vult? ea enim conditione acceperas. pro Quin. 16 a, Quo in loco conditionem tuli, si vellet pecuniam petere, Quintum iudicatum solui satisfactorum, dum ipse si quid peteret, pari conditione vteretur. pro S.R. 23 b, Hanc conditionem misero ferunt, ut optet, vtrum malit, &c. Attic. 133 a, Nec Pompeium ad vllam conditionem accessurum putabam. Orat. 220 b, Aut reperiam ipsa eadem conditione, qui vult, ut, &c. pro Quint. Rosc. 52 a, Est hoc & ex conditione iuris, & ex consuetudine cautionis firmissimum argumentum. Quint. frat. 307 a, Si conditio valde bona fuerit, fortasse non omittam. pro Qu. 18 a, Transigere cum aliquo qualibet, dummodo tolerabili, conditione. Attic. 133 b, Qui ut adduci tali tempore ad vllam conditionem possit, magis opto quam spero. pro Quin. Hunc conditionibus quoad potest, producit. pro Qu. 8 a, Conditionem æquissimam repudiare. & 4 b, Aliquem iniquis rationibus ad suas conditiones perducere. & 3 b, Aliquem suis conditionibus in ipso articulo temporis adstringere. de Orat. 93 a, De ijs credo, rebus, inquit Crassus, ut in conditionibus scribi solet, quibus sciam poteroque. de Legib. lib. 3, Nihil porò tam aptum est ad ius conditionemque naturæ. Topic. 228 a, A naturæ ius profectum sit, an ab aliqua quasi conditione hominum & pactione. pro Ar. 190 b, Iussit ei præmium dari sub ea conditione, ne quid postea scriberet. pro Milon. 116 b, Fingite cogitatione imaginem huius conditionis meæ, si possim efficere, ut Milonem absoluatis: sed ita, si Clodius reuixerit. Epistol. 86 a, Autea conditione daret, si reciperes te correcturum. \* I.V. 180 a, b, Ad tuam veniam conditionem. de leg. Agrar. Mysia & Phrygia item conditioni legiq; parebunt. pro Milon. 119 b, Si in gladiatorijs pugnis & infimi generis hominum conditione atque fortunæ timidos & supplices, & ut viuere liceat obsecrantes, etiam odisse solemus.

† Syntaxis. *Conditio misera, humana, mortalis, commodior, dispar, difficilis, aequa, dura, infima, tolerabilis, afflicta, iniqua, certa, par. Conditiones facere, proponere, ferre, accipere. Vt conditione, producere aliquem. Ad conditiones perducere, accedere. Sub conditione. Meliori esse conditione, mala. Adduci conditione.*

**CONDITOR**, oris. qui cibos condit & parat, cocus. pro Cluent. 32 b, Atque etiam ipse conditor totius negocij guttam adspersit huic Bulbo. Postq. 207 a, Hi sunt conditores instructoresque conuiuij.

**CONDITVS**, a, um: *conditior, a condendo, gratus, falsus, temperatus.* de Sen. 89 a, Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium & venatio. Att. 222 a, Nec id solum, sed bene cõsto & condito sermone bono. de Orat. 152 a, Vnguentum summa & acerrima suauitate conditum. de Clar. 174 b, Nisi id quod dicitur, sit voce, vultu motuque conditius. & 180 b, Nemo vnquam vrbaniatate, nemo lepore, nemo suauitate

conditior. de Sen. 79 b, Comitatus conditã grauitas. de Or. 129 b, Nulla oratio vnquam fuit lepore & festiuitate conditior. pro Mur. 140 a, Quare non erunt illa quidem meliora, sed certè condita iucundius. Offic. 27 a, Sale conditus & facietijs Cæsar. de Nat. 56 b, \* Agri multa ferunt mianu quæ sita, quæ vel statim consumantur, vel mandentur condita vetustati. *Potesse etiam legi condita: id est, abscondita, reposita.*

**CONDITVS**, a, um. *absconditus, repositus.* de Legib. 181 a, In eo sepulchro regem nostrum Numam conditum accepimus. & ibid. Nam siti dicuntur ij qui conditi sunt. de Diuin. 107 a, Sic in causis conditæ sunt res futuræ. de Diuin. 131 a, Quamobrem Sibyllam quidem sepositam & conditam habeamus.

¶ *Constitutus, editus, edificatus.* Tusc. 148 b, Homerus fuit ante Romam conditam. pro Mur. 136 a, Sic vt ei iam exploratus & domi conditus consulatus videretur. Orat. 215 a, Ab hoc qui cœpit conditas ab illo qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas. de Diu. 126 b, Ex illa olea arcam esse factam, & conditas sortes. in Verr. 216 b, Segeftam ab Aenea conditam esse demonstrant. \* Incer. Romam conditã Olympiadis sextæ anno tertio.

**CONDO**, is. *abscondo, repono, recondo.* de Nat. 57 b, Neque homines murium ac formicarum causa frumentum condunt. Tusc. 253 b, Metrodorus omne bonum in visceribus medullisque condidit. pro Cl. 32 b, Qui illi pecuniæ, quam condidit, spe iam atque animo incubaret. contra Rul. 80 a, Ut liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere.

¶ *Constituo, instituo, construo.* de D. 98 b, Qui res publicas constituerunt, qui vrbes condiderunt. I.C. 111 a, Romulus, qui hanc urbem condidit. I.V. 86 a, Tenes, qui urbem illam condidisse dicitur.

¶ *Facio, edo, compono.* de Leg. 171 b, Condere leges. ad Att. 13 b, Græcum poema condidit. Orat. 133 b, Condere iustrum. \* 4. de Repub. Si quis occentauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret.

¶ *Confirmo.* pro Dom. 232 b, Rempublicam condere meo discessu, quam omnium interitu occidere malui.

**CONDOR**, is. *reponor, abscondor.* I.V. 132 b, Literas in ærario sanctiori condi imperaui. I.C. 116 b, In animis ego vestris omnes triumphos meos condi & collocari volo. I.V. 251 a, Condi in carcerem. in Ara. Et Cepheus conditur ante lumborum tenus.

**CONDOCEFACIO**, cis. *doceo, commoneo.* Tusc. 245 b, Nemo est enim, qui corum bonorum animorum putet esse iudicem, eumque condocefaciat, ut ea quæ bona malæ videatur, possit contemnere.

**CONDOCEFACTVS**, etia, *doctus.* de Nat. 58 b, Belluæ domitæ & condocefactæ.

**CONDOLEO**, les. *doleo.* de Orat. 143 a, Namque latus ei dicenti condoluisse, sudoremque multum consecutum esse audiebamus. Tusc. 186 b, Nos si pes condoluit, si dens, sed factum dolere corpus, ferre non possumus. Tusc. 156 b, Dicæarchus ne condoluisse quidem vnquam videtur, qui animum se habere non sentiat.

**CONDOLESCO**, scis. *cõdoleo.* Acad. 46 a, Cum perturbatiõnem animi illi ex homine non tollerent, naturaque condolefcere, & concupiscere, & extimescere, & efferrilætitia dicerent.

**CONDONANDVS**, a, um. Offic. 49 b, Qui pecunias creditas debitoribus condonandas putant.

**CONDONATIO**, onis. I.V. 68 b, Bonorum possessionumque contra omnium instituta additio & condonatio.

**CONDONATVS**, a, um. *concessus.* pro Clu. 40 a, Qui illud acerbe tulit, non sibi ac defensionis suæ condonatum esse Oppianicū. pro Plan. 275 a, Datus est tibi ille, condonatus ille.

**CONDONO**, as. *dono, concedo, do, omitto.* pro Quint. Rosc. 54 a, Suam partem Roscius suo nomine condonare potuit Flauio. Epistol. 130 a, A te peto, ut eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi condones. Anteq. 196 a, Non enim illis victus cedo, sed incolumibus vobis me condono. Epistol. 66 b, & 74 a, Meam animaduersionem & supplicium, quo vfusus eram in eum quem cepissem, remitto tibi & condono. I.V. 99 a, Ut liberis eius bona eriperes, & cui tibi commodum esset, condonares. \* I.V. 97 b, Dicit se posse ei condonare edicto hæreditatem. ibid. Cui condonarat hæreditatem ereptam liberis.

¶ *Ignosco, indulgeo.* pro Mil. 102 b, Nec deprecatur sumus, ut crimen hoc nobis propter multa eius in rempubl. merita condonetis.

**CONDONOR**, is. I.A. 173 a, Apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur. Offic. 49 a, Cum alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniæ. \* pro M. Scäu. Ut M. Aemilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum aui gloria, sordidissimæ genti ac, propè dicam, pellitis testibus, condonetur.







Senatus, de suffragijs populi, & de iure ciuitatis, legis inter se conditiones contulerunt.

¶ *Aggrego, aduno, comparto.* I. V. 35 a, Siculi ex censu quotannis tributa conferunt. & 138 a, Iidem pro parte in commune Siciliae contulerunt. pro Qu. 2 b, Conferre aliquid in commune.

¶ *Adhibeo, aduicio.* Epist. 151 b, Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quod &c. & 48 a, Omnem meam curam atque operam ad philosophiam contuli. & 258 b, Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. & 144 a, Vt omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. & ibid. Quicquid in eum iudicij officijque contuleris, id ita accipiam, vt in meipsum te putem contulisse. & 146 a, Itaque commemoratio tua benevolentiae eius, quam erga me à pueritia contulisses, magnam mihi latitiam attulit. pro Arch. 189 b, Omne studium atque ingenium contulit Archias ad populi Romani gloriam laudemque; celebrandam. Attic. 52 b, Conferre plurimum laboris ad conficiendum aliquid. Epist. 17 a, Quantum literis, quantum studijs veteribus, nostris delectationibus consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui haec semper amasti, libentissimè conferemus. & 211 a, Magnopere à te quaeso, vt ad eam voluntatem, si quam in illum ante has meas literas contulisti, quam maximam commendatione postea cumulus accedat. Att. 207 b, Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. pro Pomp. 5 a, Is omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui contulit. Att. 98 a, Per fortunas confer te ad eam curam, vt de omni statu meo cogites. Offic. 33 a, Omnes meas curas & cogitationes in rempublicam conferebam. Att. 52 b, Eundem te plurimum operam, studij, diligentiae, laboris, ad conficiendum reditum meum contulisse. \* de Orat. Quicquid vocis ac linguae, omne in istum turpissimum calumniae quaestum contulisti.

¶ *Comunico.* Att. 83 a, Quid opus est, inquam, potius, quam rationes conferatis assident, subducunt, ad nummum conuenit. Att. 19 b, Cum erimus congressi, tum si quid res ferret, coram inter nos conferemus. ad Att. 39 b, Coram breui conferre, quae volumus, licebit. & 260 a, Coram igitur hoc quidem conferemus. de Diu. 114 a, An haec inter se aruspices omnes contulerunt & ibid. Quomodo ista obseruatio est collata inter ipsos item: Habere quibus cum possis familiares conferre sermones. Epistol. 93 b, Interque nos conferre sollicitudines nostras. de Fin. 25 a, Quotidieque inter nos ea quae audiebamus conferebamus neque; erat vnquam controuersia, quid ego intelligeret, sed quid probarem. de Fin. 113 a, Conferam tecum quam cuique; verbo rem subijcias: nulla erit controuersia. Att. 25 b, Si quid *Θεοφώνος* tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris.

¶ *Promiscuae potestates & praecipue horum verborum, pono, repono, tribuo, iacio, congero, conflo, misceo, admonuo, appropinquo, conijcio, transiero, infuso.* de Ar. 251 b, Nec confero nunc in te vnum omnia. Attic. 196 b, Cum in filium causam conferret. de Orat. 164 b, Scitum est enim causam conferre in tempus. pro Quint. 2 b, Naeuius vocem in quaestum contulit. Attic. 135 a, In me conferre omnem temporum illorum culpam. I. P. 93 b, Plebs in cuius tu infamiam, ea quae per latrones de me egeras, contulisti. Offic. 10 b, Conferre officia in aliquem & ibid. a, Conferre beneficium in aliquem. pro Flac. 154 b, Conferre inuidiam mortis alicuius in aliquem. de Orat. 125 a, Conferre crimen in aduersarium. pro Font. 276 b, Galli cum M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. I. P. 90 a, Conferre signa cum hostibus. pro Plan. 269 a, Conferre pedem, vt aiunt, aut propius accedere. in Verr. 154 a, Conferent boni capita: id est, capita inter se appropinquabunt, vt secretè inter se colloquantur. pro Cec. 289 a, Omnes eodem tempore se in fugam conferunt. de Orat. 162 b, Cum Aeschines cessisset Athenis, & se Rhodum contulisset. Epist. 190 b, 191 a, Exclusus ab Antiochia Dolabella, Laodiceam se contulit. de Clar. 191 a, Crassus initio aetatis ad amicitiam meam se contulit. Att. 40 b, Illud cum peruenire non liceret, statim iter Brundisium versus contulit, ante diem rogationis. Epist. 174 a, Meumque; iter eò contuli. \* cont. Rull. 78 a, Si est aequum, praedas ac manubias suas imperatores non in monumenta Deorum immortalium, neque; in vrbs ornamenta conferre: sed ad Decemuiros reportare. Oec. 1, Metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. pro Marc. 133 b, Dij omnem spem salutis ad clementiam victoris & sapientiam contulerunt. de Nat. 59 b, Eam facultatem differendi huc potius conferas.

CONFERROR, *tis, comparor.* Orat. 198 a, Parua enim magnis saepe rectissime conferuntur. de Inuent. 81 b, Similitudo infirmatur, si demonstrat illud quod conferatur, ab eo cui conferatur, diuersum esse genere, natura, &c. \* I. V. 80 a,

Omnium antè damnatorum scelera, furta, flagitia, si in vnum locum conferantur, vix cum huius parua parte aequari conferrique; posse. pro Marc. 131 b, Omnes nostrorum imperatorum, &c. res gestas cum tuis, nec contentionum magnitudine, nec numero praeliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorum, posse conferri.

¶ *Coniocio.* pro Planc. 266 a, Multa in Plancium quae nunquam ab eo dicta sunt, conferuntur. de Inu. 51 a, Imprudentia in purgationem confertur. Ep. 110 a, Ais enim, vt ego discesserim, omnia omnium dicta, in his etiam Sestiana in me conferri. 62 b, Nam comperisse me non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te aiunt falso in me solere conferri.

† *Syntaxis.* Conferre curam, operam, diligentiam, consilium, studium, iudicium, ingenium, in, & ad. Conferre aliqua inter se. In tempus, in hostem, causam, & culpam conferre. Conferre officia, inuidiam in aliquem. Signa, castra castris, iter aliquo. In aliquem conferre crimen.

CONFERTVS, *a, um, refertus, plenus.* de Fin. 78 a, Vita denique; conferta voluptatum omnium varietate. Tusc. 200 a, Vel totus liber potius abiiciendus est: est enim confertus voluptatibus. pro Sest. 7 b, Ociosa vita & conferta & plena voluptatibus. Acad. 31 b, Tunc inane quicquam putes esse? cum ita completa & conferta sint omnia, vt, &c.

† *Syntaxis.* Vita conferta & plena voluptatibus. Completum & confertum.

CONFESSIO, *onis, confitentis actio.* de Diu. 87 a, Gracchus auspiciores auctoritatem confessione errati sui comprobauit in Ant. 257 b, Vt confessionibus ipsius omnia patefacta eius parricidia videretis. pro Sest. 28 a, Cum ad vos indicia, literas, confessiones communis exitij detuli. I. C. 114 a, Lentulus patefactus indicijs & confessionibus suis. Octau. 330 b, Liceat semel impune peccare, sit erranti medicina confessio. Epist. 117 a, Quid si nefarias de patre confessiones audisses? Acad. 47 a, Rerum obscuritas ad confessionem ignorationis adduxit Socratem. in Verr. 224 b, Conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua, manifestis maleficijs tenetur. pro Mil. 104 a, In confessione facti defensionis suscipi potest. pro Cluent. 48 b, Neque; haec tua recusatio, confessio sit captæ pecuniae, sed, &c. Postq. 198 a, Confessione inimicorum esse conuictum, &c. Att. 16 b, Confessio temeritatis. de Inu. 33 b, Taciturnitas imitatur confessionem. \* I. V. 270 a, Sua confessione induatur ac iuguletur necesse est.

\* CONFESSVS, *a, um, passiuè.* I. V. 177 a, Quam improbam, quam manifestam, quam confessam rem pecunia redimere conentur.

CONFESTIM, *sine vlla mora, illico, statim, actiuum.* (ex interuallo. Att. 116 b, Ecce Cassij literae, Vibullium è Piceno currere ad Cn. confestim insequi Caesarem. pro Cluent. 58 a, Mulier confestim huc aduolauit. in Anton. 200 b, Rem administrandam arbitrator sine vlla mora, & confestim gerendam censeo. Epist. 35 a, Confestim Iconium veni. Acad. 6 a, Confestim ad eum ire perreximus. de Inu. 51 b, Et caetera quae factum aliquod similiter confestim, aut ex interuallo solent consequi. de Inu. 67 a, Quae gestum negocium confestim, aut ex interuallo consequuntur.

† *Syntaxis.* Res administranda, sine mora, & confestim gerenda.

CONFICIENDVS, *a, um, absumendus.* pro Syl. 150 a, Duæ rationes conficiendae pecuniae, aut versura, aut tributo: nec tabulae creditoris preferuntur, nec tributi confectio villa recitatur.

¶ *Cogendus, conflandus.* contra Rull. 72 b, Primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniae conficiendae de vestris vectigalibus alienandis.

¶ *Curandus.* Attic. 52 b, Idemque; tu plurimum operam, studij, diligentiae, laboris, ad conficiendum reditum meum contulisti. \* Oecon. 1, Quae ad cibum conficiendum vasa constituebantur. ibid. Quae ad cibaria conficienda & coquenda pertinent.

CONFICIENS, *tis, & sumus, efficiens.* de Finib. 145 b, Sed haec cum coporis bona sint, eorum conficientia certe in bonis numerabis. Parad. 238 a, Conficiens autem causa alia est absoluta & perfecta per se alia aliquid adiuuans, & efficiendi socia quaedam.

¶ *Vberior.* pro Flac. 155 a, Ciuitas conficientissima literarum. CONFICIO, *cis, facio, curo, efficio, absoluo, procuro, praesto, exequor, compleo, expedio, transigo.* Epistol. 96 a, Quod si mihi permisisses, qui meus amor in te est, conficissem cum coheredibus. Attic. 191 b, Tu cum Apella Chio confice de columnis. & 3 b, De Acutiliano negotio, quod mihi mandaras, confeci. & 220 b, Te spero cum Publico conficissem. de Orat. 109 b, Conficere munus susceptum. Epist. 24 b, Cum tu haec leges, ego iam annum munus confeceram. & 66 a, Nam si hoc expectandum sit, tum totum bellum conficiam,



ciam, viginti oppida sunt, &c. in Anton. 222 a, b, Exequi & conficere mandata. Quint. frat. 315 a, Facies, vt mea mandata digeras, persequare, conficias. Quin. frat. 309 b, De Tullia nostra spero nos cum Crassipede confecisse. pro Corn. 64 b, Marius plurima bella & gessit & confecit. Epist. 66 b, De Dionysio, si me amas, cōfice. pro Pom. 15 b, Pompeius difficili reipubl. tempore exercitū confecit. Att. 125 a, Conficere exercitus maximos. & 4 b, Quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. de Orat. 119 b, Quare illam partem, &c. perpoliam atq; conficiam. de Clar. 195 b, Hortensius tamen hunc cursum confecit. de Orat. 138 b, Conficere motus animorum. de Senect. 78 a, Confeci longam viam. Attic. 24 a, Valde hoc velim amanter diligenterq; conficias. de Somn. 127 a, Scipio bellum maximum confecit. Numantium exscindens. pro Sext. Rosc. 31 a, Per quos homines tantum facinus conficere potuit. Epistol. 132 b, Reditum, si me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice. de Clar. 188 a, Sed tamen suauitas vocis & lenis appellatio literarum, bene loquendi famam conferat. Attic. 150 a, Cū in spem venero de compositione aliquid me conficere, statim te certio rem faciam. Pat. 238 a, Nam sunt aliæ causæ quæ ipsæ conficiunt, aliæ quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. in Verr. 213 a, Mulieristi stragulam vestem confecit. de Orat. 154 b, Hippias gloriatus est, &c. annulum quem haberet, pallium quo amictus, foccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. ad Heren. 28 b, Exclamatio conficit significationem doloris. Attic. 11 b, Biduo per vnum seruum confecit totum negocium. & 263 a, Te oro vt hoc negocium ita agas, ita tractes, ita conficias, vt, &c. Attic. 104 b, Conficere aut deponere negocium. pro Plan. 264 b, Conficere legationem & mandata. Orat. 214 a, Isocrates propè centum confecit annos. pro Cal. 45 a, Qui omnem vitæ suæ cuius in labore corporis conficeret. de Vniuers. 202 a, Qui rectè curriculum vitæ à natura datum confecerit. Tusc. 168 a, Vt cū LX. annos confecerit, reliquos dormiat. de Nat. 18 b, Sol cursus annuus conficit, cuius lustrationem mensibus spacio luna complet. & ibid. Stellæ disparibus temporibus eadem spacia cōficiunt. pro Flac. 163 b. Vt pecuniam quam confecerat, non consumpsisse, sed Flacco dedisse videatur. \* Oecon. Cetera conficeret opera. de Inuen. 61 b. In hac *conquestione* primum animum auditoris mitem & misericordem conficere oportet.

¶ *Paro, immuto, attero, mollio.* de Nat. 53 a, Dentes aduersi aucti diuidunt efcas, intimi autem conficiunt.

¶ *Absumo, abligorio, perdo, pessundo, vinco, vexo.* pro Flac. 163 b, Patrimonium quod conficere potuit, dissipauit. Attic. 96 b, Conficere rationes. Epistol. 153 b, Sed ego eum hortatus sum isto proficisci, quod illa valetudine magis cōficere se, quam me tueri posset in castris. Att. 42 a, Meus me mæror quotidianus lacerat & conficit. pro Mar. 132 b, Vetusitas omnia conficit ac consumit. de Nat. deor. 21 b, Ibes maximam vim serpentum conficiunt. de Orat. 91 b, Quos nos in foro, quos in ambitione, quos in Repub. quos in amicorum negocijs res ipsa ante confecit, quam possimus aliquid de rebus tantis suspicari. Att. 172 a, Me conficit solitudo. de Diuin. 131 a, Quæ vetustas est, quæ vim diuinam conficere possit? pro Sext. 24 b, Cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit. de Inuen. 76 a, Licinius hostes consecutus est & confecit pro Mil. 109 b, Hæc sic nuper, vt scitis, me ad regiam penè confecit. Postquam. 206 a, Qui cū suam rem non minus strenuè, quam postea publicam confecisset, egestatē & luxuriam domestico lenocinio sustentauit. pro Mar. 131 a, Nihil est opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & consumat vetustas. \* de Fin. 61 a, Mærores qui animos exedūt conficiūtq; curis. pro Mil. 109 b, Magnum Miloni fuit conficere illam pestem nulla sua inuidia, Antonij verò maxima gloria?

CONFICIOR, *tis, celebror.* de Nat. deor. 71 a, Dionysios multo habemus primū, &c. quartum Ioue & Luna natum, cui sacra Orphica putantur confici. \* de Fin. 61 a, Conficiuntur & angore & metu: maximeq; cruciantur, cum.

¶ *Perdor, excrucior, vexo.* Orat. 199 b, Desiderium quo conficior, requifrens, &c. Epistol. 56 b, Conficior curis. & 153 b, Curis confectus. de Aruspic. 253 b, Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. Offic. 57 b, Fame & frigore conficit. Attic. 40 b, Maximo dolore conficior. in Verr. 266 b, In quibus *plagis maioribus* te ab eodem me superiore ex loco confici & cōcidi necesse est. Epistol. 234 a, Conficior enim mærore, mea Terentia, nec me meæ miseræ magis excruciant quam tuæ vestræq; & ibid. Quare cū dolore conficior, tum etiam pudore. Attic. 179 a, Non loquor plura, ne te quoq; excruciem: ipse conficior venisse tempus, cum, &c.

¶ *Comparor, colligor.* in Verr. 104 a, Permagnam is dicit ex ea re pecuniam confici posse. \* Acad. Ex quo potest probabi-

liter confici, cum rectè primum esse.

¶ *Absoluo.* Attic. 245 b, Sic enim annum tempus conficitur.

¶ *Perficio, fio.* Att. 51 a, Vno capite quo reuocabor, modo res conficiatur, ero contentus. pro Clu. 33 a, Sententijs decem & sex absolutio confici poterat. pro Quin. 14 b, Tri-duo DCC. millia passuum conficiuntur.

CONFICITVR, *colligitur, consequitur, sequitur, concluditur.* de Inu. 56 a, b, Aut ita, vt id solum quod conficitur, inferatur, de Inu. 80 b, Ex quo conficitur, vt si, &c.

† *Syntaxis. Pecuniam conficere. Reditum conficere: id est, procurare. Negocium, bellum, munus annum, exercitum. De pace conficias. Perpoliam, & conficiam. Amanter conficere. Cibum conficis dentes. Confici curis, dolore. Conficere, & absumere. Hostes cōsequi, & conficere. Sacra conficiuntur. Id conficitur: id est, concluditur. Conficitur iter, & spacium temporis.*

CONFICTIO, *ohis, machinatio.* pro S. R. 24 a, Criminis confictionem Erucius suscepit.

CONFICTVS, *a, um, fictus.* in Verr. 278 a, pro S. R. 25 b, Hæc conficta à poetis arbitrari esse, vt, &c. \* ad Heren. 8 b, Confictam fabulam dissipare.

CONFIDENS, *tis, temerarius, audax.* p. Cecinna 290 a, Phormio nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus Phormio. in Anton. 210 a, & 233 b, Nequam est homo ille atque confidens. Tusc. 193 a, Qui fortis est, idem est fidens. nam confidens mala consuetudine loquendi, in vitio ponitur.

CONFIDENTER, *tius, ssumè, animosè, audacter.* de Orat. 111 a, Et cō quidem loquor confidentiūs, quod Catulus auditor accessit, cui, &c. ad Heren. 7 b, Confidentissimè resistere. pro Cæl. 46 b, Dicam enim iam confidentiūs de studijs eius honestis. ad Heren. a, Aliquid confidenter, malitiosè, flagitiosè factum.

¶ *Aliquando in vitio ponitur dictio Confidenter: id est, temerè.*

CONFIDENTIA, *tiæ, impudentia, audacia.* de Orat. 132 b, Tanta confidentia estis, auferte. istam enim superbiam, &c. pro Flac. 148 a, Videte quo vultu, qua confidentia dicant. I. A. 180 a, Confidentia & temeritas tua. ad Heren. 7 a, Quæ signa confidentiæ sunt, non innocentia.

CONFIDO, *dis, audeo, non timeo.* (despero, diffido. Offic. 15 a, In quo ipso considerandum est, ne aut temerè desperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. Tusculan. 193 a, Discrepat enim à timendo confidere. Epistol. 53 a, Ij autem, qui essent, audem scribere, nisi te intelligere confiderem. Quint. frat. 315 b, Hæc me, vt confidam, faciunt. Tusculan. 164 b, Nihil nimis oportet confidere. Attic. 66 a, Confido rem, vt volumus esse. Epist. 122 a, Quam rem tibi confido magnæ laudi fore. Attic. 97 b, Spero, quæ tua temperantia est, & herculè, vt me iubet Acastus, confido te iam, vt volumus, valere. in Verr. 272 a, Ego mei officij rationem confido esse omnibus notam. pro Cluent. 31 a, Sicuti vestra æquitate nixi confidimus. Epistol. 205 b, Tibique, vt confido, gratias agam. Tusculan. 166 b, Quem te & opto esse, & confido futurum. Epistol. 195 a, Id ego & speraram, prudentia tua fretus: & vt confiderem, fecerunt tuæ grauissimæ literæ. Att. 131 a, Non magnoperè his legionibus confido. de Finib. 55 a, Non existimat oportere nimium nos causæ confidere. de Amic. 98 b, Ego verò non grauarer, si mihi ipse confiderem. pro Flac. 147 a, Cur sibi confidat, qui, &c. Attic. 137 b, Optimatibus verò tuis nihil confido, nihil iam ne inseruio quidem. & 262 b, Itaque accusabar ab eo, quod parum constantiæ suæ confiderem. in Ant. 194 b, Nisi vestræ virtuti constantiæque confiderem. Attic. 5 a, Ne dubites mittere, & arcæ nostræ confidito. 125 b, Quanto autè ferocius ille causæ suæ confidet, cū vos viderit? &c. Tusc. 326 a, Qui enim poterit, aut corporis firmitate, aut fortunæ stabilitate confidere? pro Quint. Rosc. 45 a, Ego facultate causæ confusus, vide quod progrediar. pro Cl. 18 a, Niti & magnoperè confidere aliqua re. Attic. 131 b, illum, quos antea confidebant, metuunt. Ep. 190 b, Exclusus ab Antiochia Dolabella, nulla alia consus vrbe, Laodiceam se cōtulit. Att. 131 a, Exercitum firmum habere oportet, quo cōfidamus percurrere nos posse. Quint. frat. 202 b, Confidere animo. de Ar. 251 b, Hoc & tu confides magis, & nos propè iure diffidimus. Ep. 178 b, Tribus exercitibus quibus nos oportere confidere.

† *Syntaxis. Confido, Nimis confidis. Sibi confidere causæ. Animo confidere, corporis firmitate.*

CONFIGO, *gis, figo, vulnero.* de Fin. 132 a, Configebat tardus celeres, stans volantes. ex Actio. Aca. 22 b, Hercules vt Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis. pro Mur. 129 b, Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit. Proverbium.

¶ *Pono, figo.* In Ant. 210 a, Configere omnes vigilias, curas & cogitationes in reipublicæ salute.



**C O N F I N G O**,gis, *fingo*. pro S. R. 23 b, Crimen incredibile confingunt. pro Deiot. 146 b, Id vos facinus ab optimo viro cogitatum esse confingitis. I. V. 127 a, Confingere aliquid criminis. ad Heren. 8 a, Confingere & comminisci aliquid rumorem. \* & b, Aut inimicos nostros, aut homines natura maleuolos & maledicos confinxisse rumores dicemus.

**C O N F I N I S**,ne, *vicinus finitimus*. ad Heren. 27 a, Qui perueniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans.

**C O N F I N I V M**,nij, *finis*. Offic. 46 b, Conuenit autem in omni re contrahenda, in vicinitatibus & confinijis æquum & facilem esse, multa multis de iure suo concedentem.

\* **C O N F I O**,is, *conficior*. Att. 133 b, Balbi. Vt res sine sanguine conficeret. *Alij legunt conficereur*. Attic. 142 a, Balbi & Oppij, Quod facilius & maiore cum dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota conficeret.

**C O N F I R M A N D V S**,a,um. In Anton. 228 a, De quibus confirmandis & faciendis legem comitijs centuriatis laturus est. de Diu. 95 a, Satis est ad confirmandam diuinationem, semel ita esse aliquid diuinatum.

**C O N F I R M A T I O**,onis, *fides*. de Inu. 52 a, Signum est, quod sub sensum aliquid cadit, &c. & tamen indiget testimonij & grauioris confirmationis, vt cruor, &c. de Inu. 50 b, Confirmatio est, per quam argumentando nostræ causæ fidem & auctoritatem & firmamentum adiungit oratio. \* ad Her. 13 a, In confirmatione rationis multa vitanda in nostra, & obseruanda in aduersarij ratione sunt vitia: proptereaque diligentius consideranda sunt, quod accurata confirmatio rationis totam vehementissimè comprobatur argumentationem. Ep. 186 b, Spem omnem habemus in te, & in meo Bruto, non solum ad præsens periculum, sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis.

¶ *Consolatio*. Epist. 80 a, Superioribus literis beneuolentia magis adductus, quam quod res ita postularer, sui longior: neque enim confirmatione egebat virtus tua.

**C O N F I R M A T O R**,oris, pro Clu. 32 b, Res parum certa videbatur: sequester & confirmator pecuniæ desideratur.

**C O N F I R M A T V S**,a,um, *fortis*. pro Quin. 14 a, Diffido satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consistere. Epist. 9, Difficile est sensum in republica, præsertim rectum & confirmatum deponere. pro Cluent. 23 a, Salsia lætanti iam animo & spe optima confirmata, nubis Oppianico: de Am. 110 a, Omnino amicitia corroboratis iam confirmatisque & ingenij, & ætatibus, iudicandæ sunt. Epist. 32 b, Et reuera confirmata amicitia commemoratio officiorum superuacanea est. I. V. 148 a, Quam sibi nondum confirmato consilio, sed ineunte ætate susceperat. Anteq. 195 a, Hoc incommodum in vno confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem.

**C O N F I R M A T V R**,certum est. I. V. 11 a, Quorum omnium testimonij de hac pecunia confirmatum est.

**C O N F I R M O**,as, *affirmo, asseuero, promitto*. Att. 254 a, Hoc mihi non modo confirmauit, sed etiam persuasit. de Am. 97 a, Qualis, vt arbitror, nemo vnquam erit, & vt confirmare possum, certè nunquam fuit. de Orat. 109 a, Certè (vt hominem confirmare oportet) nullus est, &c. Item, Hoc verò fieri planè nõ potuisse confirmo. Att. 221 a, & pro Pom. 17 b, Ego tibi confirmo, eam, &c. de Clar. 167 a, Hoc sine vlla dubitatione confirmauerim. Ep. 83 a, Memini me ex multis audire, te de glorioso & celeri reditu meo confirmare. cont. Rull. 68 b, Omni hoc vobis ratione confirmare possum, me, &c. Ep. 80 b, Ego tibi hoc confirmo, nihilo te, &c. pro Ar. 188 b, Difficile est hoc de omnibus confirmare. Ep. 40 a, De me tibi sic promitto atque confirmo, me, &c. & 9 a, Veruntamen ipse me confirmo ad eius voluntatem, à quo honestè disseare non possum. *alias confirmo*.

¶ *Consolator*. Attic. 12 a, Confirmare & excitare afflictos animos bonorum. Epist. 80 a, Neque enim confirmatione nostra egebat virtus tua, neque erat ea mea causa atque fortuna, vt cui ipsi omnia deessent, alterum confirmarem. Qu. fr. 304 a, Nunc erige te & confirma, si qua subeunda dimittatio erit.

¶ *Corroboro, stabili, firmum reddo, probo, comprobo*. de Orat. 92 b, Vt id quod intenderemus, confirmare, & id quod contra diceretur, refellere possemus. de Orat. 116 a, Nostra confirmare rationibus & argumentis, deinde contraria refutare. de Inu. 52 b, Exemplum est, quod rem confirmat aut infirmat, &c. de Diu. 116 b, Quamquam tu quidem non hostiarum casum confirmas fortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum. de Orat. 128 b, Argumentum ratio ipsa confirmat, quæ, &c. Att. 264 a, Decretumque Coss. quod ij secundum Buthrotios fecerunt, des operam, vt Plancus noster quam primùm confirmet. de Finib. 55 a, Confirmare aliquid exquisitis rationibus.

¶ *Vires assumo*. Epist. 256 b, Mihi placebat, si firmior esses, vt

te Leucadem deportares, vt ibi te planè confirmares.

**C O N F I R M O R**,ris, *roboror, comprobor*. pro Dom. 222 a, Hoc verbis illis sanciri, aut suffragijs confirmari potest?

† *Syntaxis*. Hoc ego confirmo, & tibi, & de hac re. Ad voluntatem alicuius confirmare se. Confirmo & promitto. Excito, & confirmo. Erigere se, & confirmare. Sancire, & confirmare.

**C O N F I S I O**,onis. \* Tusc. 226 b, Et si fidentia: id est, firmam animi confisio, scientia quædam est & opinio grauis, non temerè assentiens.

**C O N F I T E N D V M**, de Nat. 10 b, Esse igitur deos, confitentium est.

**C O N F I T E N S**,tis, de Fin. 69 a, Quod mihi quidem visus est, cum sciret, velle tamen consistentem audire Torquatum.

**C O N F I T E O R**,eris, *præ me fero, agnosco*. (*inficior*. Attic. 38 b, Vecturis quod confessus esset se cum telo fuisse, in carcere coniectus est. de Nat. 28 a, Vir sapiens peccatum suum, quod celari posset, confiteri maluit. I. A. 163 b, Cum homines nefarie de patriæ parricidio confiterentur. in Sall. 274 b, Sallustius confessus est vobis audientibus adulterium. I. C. 113 a, Cum id posset inficari, repente confessus est. pro Sest. 11 a, Tacendo loqui, non inficando confiteri videris. pro Ar. 188 b, Quod tu nunc de tuo patruo prædicas, nemo nunquam adhuc de sese est confessus. pro Dom. 231 b, De criminibus obiectis non confiteri. contra Rull. 88 a, Concordiæ patronum me in hunc annum confessus sum. pro Cl. 36 a, Stratonem aliquid de veneno esse confessum. Epist. 59 b, Me abs te cupisse laudari, aperit atque ingenuè confitebat. pro S. R. 38, Confiteri de maleficio. de Leg. 175 b, Confiteri religiones. I. A. 208 b, Quo etiam, vt confitear vobis Quirites, minus hodierno die contendi. Ep. 14 b, Nemo est cuius officij me tam esse deuinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam.

† *Syntaxis*. Confiteri peccatum, de adulterio.

**C O N F I X V S**,a,um, *transfixus, notatus*. de Orat. 131 a, Nuculam an confixum vis facere? id est, verbis confingere, & exagitare. \* de Arusp. 245 a, Etiam sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriosi solet, ducentis confixum Senatulusconsultis. I. A. 243 a, Meminerant eius sententij confixum Antonium. de Nat. 51 b, Capras in Creta feras, cum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere.

**C O N F L A G R A T V S**,a,um, ad Her. 26 b, Quomodo vrbs æterbillimò concidat incendio conflagrata.

**C O N F L A G R O**,as, *ardeo*. Anteq. 192 b, Ne omnes conciderentis, ardoreque flammæ conflagraretis. I. V. 84 b, Ille miser furtorum istius inuidia conflagrauit. de Nat. 44 b, Conflagrare terras necesse est. I. C. 103 a, Inuidiæ incendio conflagrare. \* I. C. 116 b, Neque hanc urbem conflagrare, sed se in hac vrbe florere voluerunt.

† *Syntaxis*. Conflagrare ardore flammæ, inuidia, Inuidiæ incendio, & absolute, Conflagrare.

**C O N F L A N D V S**,a,um, pro Sest. 18 a, Quæ ratio aut auferenda aut conflagranda pecuniæ non reperiebatur?

**C O N F L A T V S**,a,um, *compositus, coagmentatus, paratus, comparatus, acquisitus, factus*. pro Cæl. 39 b, Monstrum ex contrarijs diuersisque atque inter se repugnantibus naturæ studijs cupiditatibusque conflatum. pro S. R. 18 b, Inuitiam nouo scelere conflata putant oportere defendi. \* de Inu. 63 a, Ex his duabus diuersis sicuti familijs, &c. vnum quoddam est conflatum genus à posterioribus. de Orat. 120 a, Illam Norbani seditionem, & c. iure esse conflata. Partit. 240 b, A reo querela conflati criminis, &c. præferetur. pro Qu. Rosc. 53 a, Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium est. pro Cluent. 21 a, Hoc totum à matre conflatum est & perfectum. pro Cluent. 34 a, Summam illi iudicio inuidiam infamiamque esse conflata. pro Cluent. 38 a, Maxime eius opera, cum quæstor esset, in exercitu seditionem esse conflata. I. C. 102 b, Nactus es ex perditis atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis conflata improborum manum. pro Syll. 169 b, Conflato gladiatorum ac fugitiuorum tumultu. pro Syll. 173 a, Exercitus perditorum ciuium clandestino scelere conflatus. pro Syll. 174 b, Ea domi eius pleraque conflata esse conflabat. pro Lig. 142 b, Qui horum consensum conspirantem & penè conflatum in hac propè æqualitate fraternam non nouerit. I. A. 173 b, Quod bellum ciuile natum, conflatum susceptum opera tua est. de Nat. 46 a, Mare sic terram appetens littoribus cludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur.

† *Syntaxis*. Conflatum monstrum, consensus, iniuria.

**C O N F L I C T I O**,onis, *conflictus, contentio, quasi concursus*. Parat. 139 a, Ex rationis autem, & ex firmamenti conflictione, & quasi concursu, quæstio exoritur. & ibid. Rationum & firmamentorum contentio. Par. 234 b, Rerum inter se pugnantium conflictio. & 239 a, Ille status & quasi conflictio cum aduersario. & de Inuent. 46 a.

**C O N F L I C T O R**,atis, pro Quin. 7 b, An vt honestiore iudicio con-



cio conflictere? at sine summo scelere propinquum tuum iugulare non potes. Ep. 142 b, Noli pati litigare fratres, & iudicij turpibus conflicari. Att. 156 b, Fortuna, qua illi florentissima, nos duriore conflicati videmur. Ep. 90 a, Cæsar ditius velle videtur eos habere sollicitos, à quibus se putat diuturnioribus esse molestijs conflicatum: *alias conflictum.* ad Her. 13 a, Homines multis & magnis incommo dis conflicantur, propter immensam pecuniæ cupiditatē de Leg. 162 a, Qui canem & felem vt deos colunt, non eadem superstitio, qua cæteræ gentes conflicantur. de Ar. 253 b, Cum his conflicari, & pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino molestum. \* I. V. 162 b, Iniquissimis verbis, improbissimis recuperatoribus conflicari.

† Syntaxis. *Fortuna conflictauit, & ab hoste, Superstitione conflicari. Cum aliquo conflicari.*

**CONFLECTVS, ctus, conflicto.** de Nat. 31 a, Lapidum conflictu atq; tritu ignem elici videmus. pro Cec. 293 a, Impulsu scutorum & conflictu corporum magnas sæpe copias pulsas esse. de Diu. 217 a, Si nubium cōflictu ardor expressus se emisit, id esse fulmen.

**CONFLEGENDI.** I. A. 262 b, Panfa princeps prælij faciendi, & cum Antonio conflegendi fuit.

**CONFLEGENDVM.** Postq. 211 a, Cùm mihi priuato conflegendum viderem cum eo exercitu, qui, &c. pro Cec. 293 b, Vt conflegendum sibi & armis decertandum putent. de Inuent. 79 a, Sæpe id quod scriptum est recitando, sæpe cū scripto factum aduersarij conflegendo. ad Herenn. 3 b, De his rebus cautè conflegendum est, in quibus tabulæ aut allicuius firma autoritas videbitur interfuisse. \* de Finib. 106 b, 107 a, Vniuersa enim ratione cum tota vestra conflegendum puto.

**CONFLEGO.** *contendo, concurreo, dimico, prælior, prælio decerto, prælium facio, prælium committo, signa consero, manum consero.* pro Cec. 286 b, Potuisti leuiore actione confligere. pro Domo 226 b, Sperauit iisdem se copijs cum illo posse confligere, quibus cum ego noluissem dimicare. pro Corn. 68 a, Cum ducibus ipsis, nõ cum comitatu affectatoribusq; cōflegant. I. P. 83 b, Confingere armit. de Off. 16 a, Et manu cū hoste confingere. Offic. 16 b, Temerè autē in acie versari, & manu cū hoste confingere, immane quiddam & belluarum simile est. & 17 a, Cleombrotus inuidiam timens, temerè cū Epaminunda confl. x. I. C. 209 b, Causæ, quæ inter se confingunt Ep. 174 b, Reliquisq; rebus pro nostra salute contra sceleratissimam hostium conspirationem confingamus. de Finib. 53 b, Torquatus cū Latinis conflixit apud Vesperim. Tusc. 219 b, Iratūmne censes Herculem conflixisse cum Erymanthio apro? pro Pomp. 9, Qui sæpius cum hoste conflixit, quàm quiscquam cum inimico concertauit.

† Syntaxis. *Cum aliquo confingere, & contra aliquem. Actione cōfingere, manu, armis, copijs.*

**CONFLO, as, cogo, conflo.** in Anton. 194 a, Ille cū exercitū nullum haberet, magnum repente conflauit. pro S. R. a, Eius rei quæ conflauit hoc iudicium, mentio facta non est. I. V. 132 a, Venus, quæ totam illam accusationem iudiciumque cōflarat. pro Cluent. 19 b, Faciamque vt intelligat in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia cōflarat. de Ar. 253 b, Clodius nefarias cum multis scelerū pactiones societatesq; conflauit. ad Herenn. 7 b, Nam quibus horum sensus potest conflare suspicionem. I. C. 102 a, Si mihi conflare vis inuidiam. pro Cæl. 43 a, Conflare inuidiam alicui iuueni ex communi infamia iuuentutis.

**CONFLOOR, ris.** I. V. 135 b, Quod cuiq; negocij conflare volebat, nullo labore faciebat. pro Syll. 169 a, Quibus ipsis tum conflare periculum putabatur. Offic. 4 a, Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod querimus honestum.

† Syntaxis. *Negotium conflare, bellum, mendacium, inuidiam, infamiam, seditionē, tumultum, crimen, iniuriam, pactiones, societates, suspiciones. Periculum alicui conflare.*

**CONFLEVENTS, tis.** Epist. 166 b, A confluyente Rhodano castra moui.

**CONFLEVO, is, concurreo, conuenio, peruenio, fluo.** de Cl. 188 b, Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc urbem multi in quinque loquentes, ex diuersis locis. Tusc. 176 a, Quod accidit etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint. de Inuent. 43 a, Hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit. in Sal. 274 b, Nisi fortè te in ea castra coniecisti, quò omnis sentina reipublicæ confluxerat. de Leg. 170 a, Fibrenus rapidè dilapsus citò in vnum confluit. pro Planc. 177 a, Causæ pleræque ad nos confluant. I. V. 227 b, \* Qui porus cū diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur & confluant. Epistol. 166 a, Neque tamen dubito, quin omnes, qui super sint de Hirtij exercitu, confluant ad eum.

† Syntaxis. *Confluere homines, landes, dignitatem, Reipubl. sententiam, in castra.*

**CONFORMANDVS, a, um.** de Orat. 86 a, Oratio conformanda est non solum electione, sed etiam constructione verborum. de Orat. 86 b, Orator ita conformandus est, vt, &c. \* de Orat. 92 a, Cur, &c. de frangendis cupiditatibus, conformandis hominum moribus, litera in eorum libris nulla inueniretur?

**CONFORMATIO, nis, forma, compositio, exornatio.** Topic. 222 b, Non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrari non possunt, cerni tamen animo atq; intelligi possunt: vt si vsucapionem, si agnationem definias. quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædam conformatio insignita & impressa in intelligentia, quam notionem voco, ea sæpè argumentando definitione explicanda est. de Or. 141 b, Facillimè animo teneri possunt ea quæ percipiuntur auribus aut cogitatione, si etiam oculorum commendatione animis tradantur: vt res cæcæ & ab aspectus iudicio remotas conformatio quædam & imago & figura ita notet, vt ea quæ cogitando complecti vix possemus, intuendo quasi teneamus. de Nat. 11 b, Compositio membrorum, & conformatio lineamentorum. Tusc. 158 b, Quasi verò intelligant animus qualis sit in ipso corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. de Orat. 97 a, Ipsa collocatio conformatioq; verborum perficitur in scribendo. de Nat. 43 a, Animantis figura conformatioque membrorum tantam naturæ solertiam significat. de Orat. 94 b, Conformatio quædam & figura totius oris & corporis cū ipso homini nascuntur. & 161 b, Inter conformationem verborum & sententiarū hoc interest, quòd verborū tollitur, si verba mutaris: sententiarum permanet, quibuscunq; verbis vti velis. de Nat. 22 a, Omnem talem conformationem animi, philosophi motum inanem vocant: id est, cūm de Hippocentauro cogitamus. Offic. 71 b, Altera pars honestatis cernitur in conformatione & moderatione continentæ & temperantiæ. ad Heren. 40 b, Conformatio est, cum aliqua quæ non adest persona confingitur, quasi adfit, &c. \* de Orat. 86 b, Quæ actio vocis conformatione ac varietate moderanda est. de Clar. 177 a, Nihil non ad rationem, & tanquam ad artem dirigebat. Verum multò magis hoc idem in sententiarum ornamentis & conformationibus.

† Syntaxis. *Conformatio insignita & impressa in intelligentia. Lineamentorum conformatio. Corporis, verborum, membrorum, sententiarum, vocis.*

**CONFORMATVS, a, um, infitusus, conceptus.** pro Arch. 185 b, Quòd si hæc vox huius hortatu præceptisque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit, &c. de Natur. deor. 65 a, Mundum non ædificatum, sed à natura conformatum puto.

**CONFORMO, as, compono, fungo, effingo, figuro, formo, informo.** pro Arch. 188 b, Quas imagines ego mihi proponens, animum & mentē meam ipsa cogitatione hominū excellentium cōformabam. de Fin. 53 b, Ad maiora quædam nos natura genuit & conformauit. ad Her. 22 b, In primo loco rei totius imaginem conformabimus pro Mur. 138 b, Consilium tuū vituperare non audeo, nonnulla in re forsitan conformare, & leuiter emendare possim. \* Ep. 9 a, Ipse me conformo ad eius voluntatem. *Alij confirmo legunt.*

**CONFORMO, ris, aris, fingor.** de Finib. 107 a, Vna pars philosophiæ, qua mores conformari putantur.

† Syntaxis. *Mundus conformatus, non ædificatus, Animum & mentem cogitatione conformare. Rei imaginem conformare. Conformare consilium, & emendare, & mores.*

**CONFOSVS, a, um, transfixus, traiectus, confectus, necatus, strangulatus.** pro Syl. 173 a, Quinq; hominibus comprehensis ac confosis, interitu reipub. liberaui.

**CONFRACTVS, a, um.** de L. 181 a, Quæq; in porca fracta iura sunt.

**CONFRINGO, gis, frango, infringo.** pro Flac. 161 a, Membra vroris fustibus debilitauit, manus contudit, digitos confrigit, neruos concidit. pro Mil. 108 a, Nisi esset is consul, quæ eam præturam auderet possedet; confingere.

**CONFUGIENDVM.** de Orat. 90 a, Illustrare oratione, si quis istas ipsas artes velit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem.

**CONFUGIO, gis, cōcurreo, insugio, profugio, perfugio, præsidij vel auxilium ab aliquo peto.** Excipio. Tusc. 166 a, Priamum, cūm in aram cōfugisset, hostilis manus interemit. Ep. 51 b, Nõ enim vt tum me à republica mæssū domus excipiebat, quæ leuaret, sic nūc domo mærens ad reipublicam cōfugere possim, vt in eius bonis acquiescā. Tusc. 229 a, Ad te cōfugimus, à te opē petimus. pro Qu. 2 a, Quintius tot tantisque difficultatibus affectus atq; afflictus in tuā fidem, veritatē, misericordiā confugit. pro Fon. 280 b, Confugere ad opem alicuius. Offic. 41 a, Confugere ad aliquē virtute præstantē. pro Clu. 41 b, Ille diffidēs rebus suis, ad Stalenum & ad pecuniā cōfugit. Postq. 266 a, Qui nisi in aram tribunatus confu-



confugisset, profectò, &c. pro S.R. 223 b, Roscius de amicorum sententia Romam confugit. Attic. 47 a, Ex quibus *actis* statuum, in tuosne agros confugiam. \* Her. 7 a, Confugiet ad imprudentiam, stultitiam, adolescentiam, vim, perfradationem.

**CONFVND O**, dis. *perturbo, misceo, conturbo*. pro Dom. 238 b, An tu hæc ita confundis & perturbas? de Vniu. 203 b, Cum ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os offusus, se confundit & contulit. Ac. 16 a, Ea philosophia quæ confundit vera cum falsis.

**CONFVSE'**, *permixtè*. (*discretè, electè*, de Nat. 63 b, Quare, si videtur, noli agere confuse, vt hoc explicemus hac disputatione, quod quæritur. de Finib. 70 a, Epicurus contemnit differendi elegantiam, confuse loquitur. de Inuent. 52 b, In præsentia tantummodo partes argumentandi confuse & permixtè dispersimus, post discretè & electè in genus quoque causæ digeremus. Acad. 12, Non confuse in Ant. 214 b, Confusius acta res est, quàm, &c.

**CONFVSI O**, nis. *perturbatio*. de Leg. 174 b, Suos deos aut nouos coli, confusionem habet religionum. de Finib. 149 b, Atque hæc coniunctio confusioque virtutum, tamen à philosophis ratione quadam distinguitur. de Nat. deor. 1 b, Quibus sublatis perturbatio vitæ sequitur, & magna confusio. pro Mur. 135 b, Confusionem suffragiorum flagitasti. \* Offic. 46 b, Quàm optimè cõstituti iuris ciuili summo semper in honore fuit cognitio atq; interpretatio: quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt.

**CONFVSVS**, a, um. *perturbatus, turbulentus, varius, permixtus, habens confusionem*. de Inu. 50 a, Veruntamen non incommodum videtur, quandam syluam atq; materiam vniuersam antè permixtam & confusam exponere omnium argumentationum. pro Sest. 3 b, Sed quoniam singulis criminibus ceteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sestij, de genere vitæ, &c. Contendamq; in hac confusa atque vniuersa defensione, vt nihil, &c. Offic. 19 b, Si hoc de quo loquimur, decorum est, id totum quidem cum virtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. de Diu. 115 b, Vis quædam diuina, quæ confusa toto mundo est & 92 a, Nunc onusti cibo & vino, perturbata, & confusa cernimus. de Cl. 173 b, Sed nec illa oratio eiusmodi est, vt à pluribus confusa videatur. de Orat. 124 a, Ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil vt sit primum, nihil vt secundum. Orat. 216 a, Omnes in oratione esse quasi permixtos & confusos pedes. de Diuin. 105 a, Vis quædam sentiens, quæ est toto confusa mundo. de Orat. 124 b, Vt re distinguantur *puncta argumentorum*, verbis confusa esse videantur. Acad. 29 b, Anaxagoras dixit materiam infinitam esse, sed ex ea particulas similes inter se minutas, eas primum confusas, postea in ordinè adductas mète diuina. \* 1. de Leg. Omnes homines inter se natura confusi prauitate dissentiunt.

† Syntaxis. *Confundo & perturbo. Se confundere, & conferre cõ. Temporum confusio. Confusa & permixta disputatio. Kis diuina toto mundo confusa.*

**CONFVSTATI O**, nis. *dissolutio, reprehensio*. ad Her. 1 b, Confutatio est contrariorum locorum dissolutio.

**CONFVTO**, as. *refello, refuuo, reprehendo, diluo, coarguo, infirmo, dissoluo, redarguo, explodo, conuincio, frango, eicio, abicio, aduersaria enert, falsum esse doceo, tollo*. de D. 81 b, Cotta hic disputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. Tuscul. 245 b, Maximisque doloribus affectus eos ipsos inuentorum suorum memoria & recordatione confutat. Par. 242 b, Confutare audaciam alicuius.

**CONGEL O**, as. *conglacio*. Epist. 25 a, Erat in eadem epistola veteris ciuitatis: gaudebam sanè, & congelasse amicum nostrum lætari ocio.

**CONGEM O**, mis. *simul gemo*. pro Mur. 130 b, Senatus congemuit frequens.

**CONG ERO**, ris. *congrego, accumulo, comporro*. pro Pomp. 3 a, Res omnes pulcherrimas Mithridates ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat. de Diuin. 96 b, Midæ dormienti formicæ tritici grana in os congesserunt. de Clar. 192 a, Illud minus curo, quòd congessesti operarios omnem. I.A. 186 a, Antonius in Cæsarem maledicta congessest. de Cl. 196 b, Vt te eripias ex ea, quæ ego congessest in hunc sermonem, turba patronorum. pro Dom. 145 b, In quem dii atque homines omnia ornamenta congesserunt. pro Planc. 264 a, Minturnenses C. Mario viaticum congessest, nauigium dederunt. pro Planc. 276 b, Sed hoc nescio quo modo frequenter in me congessesti, saneq; in eo creber fuisse, te idcirco, &c. pro Mil. 113 b, Congerere crimina in aliquem. Att. 186 a, *Brui*, Si omnia simul congessestis.

**CONG ERO R**, ris. *congregor*. Tuscul. 251 b, Congerantur in vñ omnia. de Amic. 170 a, Neq; verendum est ne plus æquo quid in amicitia congeratur.

**CONGESTVS**, a, um. *collectus*. de Diu. 122 a, Tritici grana in os pueri Midæ congesta. pro Pomp. 3 a, Innumerabilis pecunia congesta in illam domum est. \* Oecon. 1, Cum verò paratæ res sub testum essent congestæ.

**CONGESTVS**, stus. *comportatio*. de Diuinat. 122 b, Herbam autem asperam credo extitisse auium congestu, non humano satu.

**CONGIARI VM**, rij. *imperatoris domum: à congio, mensuræ genere vini, & similitum*. Att. 257 b, Legiones congiarium ab Antonio accipere noluerunt. Att. 150 b, Vehemètem auaritiam video fuisse, spem magni congiarij. I.A. 182 b, Cæsar muneribus, monumentis, congiarijs, epulis multitudinem imperitam lenierat. Epist. lib. 8, Plancus magno congiario donatus est à Cæsare. *Calij*.

**CONGLACI O**, as. *congelo, dureco*. de Nat. 31 a, Aqua neque conglaciaret frigidibus, neq; niue pruinaq; concreceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta diffunderet. Epist. 115 b, Curioni nostro tribunatus conglaciatur.

**CONGLOBATVS**, a, um. *coherens, congregatus*. de Nat. 45 b, Terra vndique in sese nutibus suis conglobata. Ac. 29 b, Figura conglobata. Partit. 234 b, Definitiones conglobatæ.

**CONGLOBOR**, ris. *cogor, colligor*. de Nat. 49 a, Mare cum supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, congloratur vndiq; æqualiter, neq; redundat vsquam.

† Syntaxis. *Terra suis nutibus conglobata.*

**CONGLVTINATI O**, nis. *coniunctio*. de Sen. 92 a, Omnis conglutinatio recens ægrè inuenerata facile diuellitur. Or. 204 a, Circuitus conglutinatioq; verborum.

**CONGLVTINATVS**, a, um. I.A. 189 a, Antonius ex his tot vitijs conglutinatus est. Att. 15 b, Sic tueor, vt possim, illam à me conglutinam concordiam.

**CONGLVTINO**, as. *coniuugo, copulo, confio, compono*. de Sen. 92 a, Sic hominem eadem optimè quæ conglutinavit, natura dissoluit. ad Heren. 6 b, Ita poteris animi vitium cum causa peccati conglutinare. Att. 106 b, Tu soles conglutinare amicitias testium in ijs tuis. de Am. 102 b, Epist. 181 a, Vitæ dissimilitudo non est passa voluntates nostras consuetudine conglutinari.

† Syntaxis. *Conglutinatus homo vitijs. Conglutinare concordiam, amicitias, voluntates. Consuetudine animos conglutinare ac volumtates.*

**CONGRATVLATI O**, nis. Att. 274 b, Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatioq; me commouet, propterea quòd, &c.

**CONGRATVLO R**, aris. *signis lætitiæ ostendo, cum aliquo gaudeo*. pro Pl. 273 a, Sed ea res haud scio an plus mihi profuerit, quàm si mihi essent omnes congratulati. pro Sest. 7 a, Mihi denique homines præcipuè congratulabantur, quòd habiturus essem, &c. \* pro Marc. 134 a, Etsi persæpe virtuti, tamen plerunq; felicitati tuæ congratulabere.

**CONGREDIENDI**, Att. 249 b, Illud præclare, quòd te consolata est spes breui tempore congediendi.

**CONGREDIENS**, tis. *coiens*. de Nat. 46 b, Luna tum congediendi cum sole, tum digrediens, &c. \* 2. de Glor. Aiax cum Hectore congediendi.

**CONGREDIO R**, ris. *conuenio, pugno*. Attic. 133 a, Sed ego cum hæc scribebam, nec illos congressuros, nec si congressi essent, Pompeium ad vllam conditionem accessurum putabam. & 276 b, Filius tuus à me abest, in Macedonia congediatur. & 38 a, Cum eo, vt res indicat, sæpe congressus est. & 97 a, Sed explora rem totam, vt quo die congressi erimus, consilium capere possimus. pro Cæl. 48 b, Vbi congressus cum seruis Luceij Cælius? pro Pl. 261 a, Venio nūc ad populi partes, qui si tecum congediatur, &c. de Natur. 26 a, Næ ego incautus, qui tecum congedi conatus sum. pro Lig. 138 b, Tubero contra Cæsarem congressus est armatus. pro Mur. 149 a, Quare remoue autoritatem & congedere mecum criminibus ipsis. pro Syl. 176 a, Nondum statuo te virium satis habere, vt ego tecum luctari & congedi debeam. I.P. 92 a, Si ipsi coram congedi poteris. Att. 279 b, Qui in Achaia congressus P. Dolabella milites habente, quoduis adire periculum, &c. maluerit. Topic. 229 a, Status, in quo primum insistit, quasi ad repugnandum congressa defensio. \* con. conc. Q Met. Congedi non licet cum resistente.

† Syntaxis. *Luna cum sole congediendi. (digrediens. Congedi, absolue: id est, coire, colloqui. Congedi cum aliquo: id est, contendere. Congedi, etiam absolue: id est, pugnare.*

**CONGREGABILIS**, le. *congregatus, quod facillè congregatur, & amans socium*. Offic. 32 a, Apum examina congregabilia natura sunt.

**CONGREGATI O**, nis. de Finib. 107 a, Homines nato esse ad congregationem hominum de Finib. 104 a, Nos ad cõiunctionem congregationemq; hominum, & ad naturalè communitatem esse natos.

**CONGREGATVS**, a, um. pro Dom. 226 b, Ex quo indicare potestis,



potestis, quanta vis illa fuerit oriens & congregata, cum hæc Cn. Pompeium terruerit, iam distracta & extincta. de Nat. 50 b, In quo admirandum est, congressione aliquo inter se, an iam inde ab ortu naturæ ipsæ congregatæ sint. p. Dom. 23 1 a, Multitudo hominum congregata ex seruis conductis. Ac. 25 a, b, Niuem ex aqua esse congregatam. Par. 121 a, Latronum multitudo vnum in locum congregata. pro Cec. 296 b, Coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt vnū in locum congregati. \* Tusc. 23 5 b, Earum ipsarum *bestiarū* partim foliaguas, partim congregatas esse voluit natura.

**C O N G R E G O**, as. colligo, contraho, conuoco, coaceruo, aggrego, congo, frequento, coniungo, in vnum locum compello. pro Qu. 9 b, Is, qui cum te aut voluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. de Nat. 9 b, Chryssippus magnam turbam congregat ignotorum deorum: *id est, colligit.* de Orat. 87 b, Quæ vis alia potuit aut dispersos homines vnum in locum congregare. & pro Sest. 22 b, Tusc. 161 a, Qui dissipatos homines congregauit. de Fin. 134 b, Homines æqualibus delectantur, libenterq; se cum his congregant. in Vat. 34 a, L. Paullū in idem Vettij indicium, atque in eundem hunc numerum congregasti. pro Rab. 93 a, Atq; ibi se cum tuo patruo & cæteris congregare. I. A. 261 a, Ciues vnum se in locum ad curiam congregabant.

† Syntaxis. *Congregare in vnum locum, ex seruis, secum, in numerum. Congregare se.*

**C O N G R E S S I O**, onis. congressus, colloquium, sermo. (Digressio. Topic. 22 5 b, Amori congressio causam attulit, amor flagitio. Quint. frat. 304 a, His de causis hoc malum, quod te non vidi, minus acerbum fuit, quam fuisset tum congressio, tum verò digressio nostra. pro Cluent. 26 a, Nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone dignum putabat. I. A. 169 a, Persuasiq; vt eum à tua non modò familiaritate, sed etiam congressione prohiberet. \* de Orat. 101 a, Omnia sunt posita ante oculos, collocata in vsu quotidiano, in congressione hominum. Offic. 26 b, Sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium versetur.

**C O N G R E S S V S**, sus. pugna. de Orat. 138 a, Ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur.

¶ Colloquium, congressio. I. A. 244 b, Nempe in Antonij congressum colloquiumque veniendum est. pro Sest. 25 a, Omnes aditum, sermonem, congressum tuum fugiunt. Ac. 2 b, Quasi verò clarorum virorum tacitos congressus esse oporteat, aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leuiorum. pro Syll. 170 a, Cum interim Sylla cum eisdem ne mediocri quidem sermone & congressu coniungeretur. pro Plane. 273 a, Eorum neminem à congressu meo ianitor absteruit. Orat. 199 b, Congressus nostros, consuetudinem victus, sermonesque doctissimos requiro. Attic. 20 a, Mihi verò vt inuideant piscinarii nostri, aut scribam ad te alias, aut in congressum nostrum reseruabo. Att. 178 a, Si quis congressus fuerit mihi cum Cæsare. Attic. 14 a, Ac mihi persuaseram fore, vt omnia placarent inter vos, non modò sermone ac disputatione, sed conspectu ipso congressuq; vestro.

¶ Societas. de Nat. 50 b, In quo admirandum est, congressione aliquo inter se, an iam inde ab ortu naturæ ipsæ *bestiolæ* congregatæ sint.

† Syntaxis. *Venire in colloquium, & congressum alicuius. In congressum reseruare. Fugere & requirere congressus.*

**C O N G R V E N S**, tis. aptus, accommodatus, conueniens, consensuens. (Repugnans, discrepans. de Orat. 162 b, Actio menti congruens esse debet. de Finib. 13 8 b, Actiones virtutibus congruentes. de Leg. 163 b, Siue Aristotelem & Theophrastum cum illis re congruentes, genere docendi paulum differentes. de Cl. 175 a, Tubero vita seuerus, & congruens cum ea disciplina quæ colebat. Par. 234 b, Actio congruens & apta ad animos permouendos. de Orat. 147 b, Ij sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum & congruens nominè. de Finib. 74 a, Eadem ratio fecit hominem hominum appetentem, cumq; his natura & sermone & vsu congruentem. Epist. 141 b, Initium suspitionis mihi fuerunt literæ tuæ, quibus literis congruentes fuerunt aliæ postea multorum. Epistol. 106 a, Sed tamen erat aptum bibliothecæ, studijsque nostris congruens. Acad. 12 a, Maximè autem conuincuntur, cum hæc duo pro congruentibus sumunt, tam vehementer repugnantia. de Leg. 162 a, Oratio verbis discrepans, sententijs congruens. de Cl. 177 a, Gestus cum sententijs congruens. \* 1. de Leg. Mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohaeret ac nititur. de Fin. 85 b, Nihil in hac præclara epistola scriptum ab Epicuro congruens & conueniens decretis eius reperietis.

† Syntaxis. *Actio congruens, homo. Sumere aliqua pro congruentibus. Aptum, & congruens, & contra. Cum aliquo congruens.*

**C O N G R V E N T E R**, conuenienter. de Orat. 146 a, Ad id quod

agitur, aptè congruenterq; dicere. de Fin. 93 b, Congruenter naturæ, conuenienterq; viuere.

**C O N G R V O**, is. conuenio, consensio. (Discrepo, repugno. I. V. 134 b, Siculi suos dies mensis que congruere volunt cum Solis lunæq; ratione. Attic. 111 a, Reliqua patebant, & cum Terentia summa congruebant. de Orat. 162 b, Non omni causæ congruit orationis vnum genus. de Finib. 94 a, Principijs congruere debent quæ sequuntur. de Amic. 101 b, Si aliquid nacti sumus, cuius cum moribus & natura congruamus. Attic. 27 b, Valde eius sermo de Publico cum tuis literis congruebat. de Fin. 85 b, Quanquam ea epistola cum sententia eius philosophi nullo modo congruebat. Offic. 54 b. Etenim quod summum bonum à Stoicis dicitur, conuenienter naturæ viuere, id habet hanc (vt opinor) sententiam, cum virtute congruere semper. Tusc. 244 a, Congruere naturæ, & cum ea conuenienter viuere. de Diuin. 100 b, In his omnibus responsa aruspicum cum Sibyllæ verbis congruebant. de Leg. 166 b, 167 a, Hi de re vna solùm dissident, de cæteris mirificè congruunt. Tusc. 215 a, b, Corporis temperatio, cum ea congruant inter se, è quibus constamus, sanitas dicitur. pro S. R. 28 b, Cum multæ causæ conuenissent in vnum locum, atq; inter se congruere videntur. de Ar. 250 b, Ea pars legis tuæ quæ congruebat cum iudicio senatus. pro Mar. 133 b, Nostri sensus vt in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant. de Inu. 46 b, Nam illa que prima dicuntur, si vehementer velis congruere & coherere cum causa, ex eis ducas oportet, quæ post dicenda sunt. \* Hortens. Congruere cum cogitatione magna voluptas corporis non potest.

† Syntaxis. *Cum aliquo, & alicui congruere. De hoc non congruunt illi. Ista inter se congruunt. Congruere, & coherere in aliqua re.*

**C O N I E C T I O**, onis. coniectus. pro Cec. 293 a, Ictu cominus coniectione telorum magnas copias pulsas esse. de Diuin. 135 b, Idem somniorum coniectionem definit hoc modo, esse vim cernentem & explanantem, quæ à dijs hominibus significatur in somnijs.

**C O N I E C T O R**, oris. interpres somniorum, portentorum, rates. de Diuin. 136 a, Desert ad coniectorem quidam somniasse se ouum, & c. de Diu. 89 b, Somnij interpretatio à coniectoribus facta. Patrit. 130 a, Vaticinationes, & responsa sacerdotum, aruspicum, coniectorum. \* Top. 230 a, Vaticinationes & responsa sacerdotum, aruspicum, coniectorum. de Diuin. 89 a, Tum coniectorem postulat pacem petens. Vt se edoceret obscraans Apollinem. de Diuin. 95 b, In quo genere aruspices, augures, coniectoresque numerantur. de Diuin. 108 a, Ennij. Non habeo denique nauis Marsium augurum, & c. Non Isacos coniectores. de Diuin. 121 a, Quod etiam coniector quidam & interpres portentorum non in scitè dicitur ei respondisse: qui cum ad eum retulisset, quasi ostentum, & c. Hoc ille responso satis aperte declarauit. de Diu. 133 b, Insani sua visa coniectori non narrant. de Diuinat. 134 a, Quid igitur conuenit ægros à coniectore somniorum potius, quam à medico petere medicinam? ibid. Coniectores ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quid cuique rei conueniat, ex somnijs, aut quid quamq; rem sequatur intelligunt. de Diu. 136 a, Respondit coniector, thesaurum de fossis esse sub lecto. ibid. Miste coniectori quantum visum est de argento. Tum ille, nihilne, inquit, de vitello?

**C O N I E C T V R A**, ræ. opinio, suspicio, diuinationis, promissio, anguratio, existimatio, signum, sensus, æquus. Att. 187 a, Quod autè sino hanc rem *æquor* à te. de Inu. 64 a, Omnis igitur est causa, & persona, ex facto ipso coniectura capienda est. Epist. 94 b, Omnino si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui somnachi: coniecturam enim facio de meo. de Inu. 65 b, Hæc ad aliquam coniecturam faciendam pertinent. I. V. 245 b, De cæteris ex hoc coniecturam facere debebitis. de Diu. 139 a, Coniectura, quæ in variis partibus duci potest, non nunquam etiam in contrarias, nihil incertius, & c. 138 a, b, An ea quæ dixi, quicquam aliud significant, nisi acumen hominum, ex similitudine aliqua coniecturam modo dè huc, modo dè illuc ducentium? Att. 125 a, Non ariolans vt illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens iam iamq; maiora, & c. & 206 b, Quam tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ. de Diu. 125 a, b, Etiam si fieri possit coniectura vera somniorum, tamè isti qui profitentur, eam facere non possunt. & 122 a, Cur autem de passerulis coniecturam facit? pro Mur. 134 b, Ex vultu coniecturam faciunt, quantum quisq; animi habeat. de Diu. 95 b, Facta etiã coniectura in Dionysio est, qui, & c. & 96 b, Fiunt certæ diuinationum coniecturæ à peritis. de Cl. 169 b, Tantummodo coniectura duor ad suspiciandū, pro Cl. 37 b, Iam hæc diuinationo est: sed vide ne mea coniectura multò sit verior. Att. 236 b, Cupio antequam Romam venio, odorari diligentius, quid futurum sit: quæquam verior, ne nihil coniectura aberrem. contra Rull. 64 a, Hæc à me suspitionibus & coniectura coarguuntur. Orat. 208 b, Cui



Cum de verò ambigitur, quid quæri coniectura solet. pro Flac. 147 b, Iudicare aliquid coniectura. pro S. R. 28 b, Tametsi non temerè creditur, neque leui coniectura res penditur. pro S. R. 35 a, Etiamne in tam perspicuis rebus argumentatio quærenda, aut coniectura capienda est? pro Qu. R. 48 a, Multam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura. de Diu. 133 b, Ex ebriorum visis innumerabilia coniectura trahi possunt, quæ futura videantur. pro Dom. 216 a, Nonnulli ad illam rem rationem cõiecturamque reuocabant, qui, &c. de Ar. 256 b, Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaq; raperemur. pro Cæl. 51 b, Hæc causa ab argumentis, à coniectura, ab ijs signis quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est. de D. 85 b, Artes quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles. 95 b, Alia subito ex tempore coniectura explicantur. Attic. 136 b, Transisse enim cum iam putabat, coniectura dierum ac tempestatu. Epist. 127 a, Quanquam quòd me coniectura ducat, habeo. item: Sed ea vos coniectura prospicitis. Attic. 1 a, Petitionis nostræ huiusmodi ratio est, quòd adhuc coniectura prouideri possit. pro Pomp. 9 a, Multa præterea consultò, sed ea vos coniectura perspicitis. pro Dom. 215 a, Neq; id coniectura prospiciebamus, sed iam experti videbamus. Epist. 5 a, Quæ autem posita sunt in coniectura, quæque mihi videntur fore, ea puto tibi à me scribi oportere. I. A. 228 a, Quis sapientior ad coniecturam rerum futurarum? de Nat. 9 b, Chrissippus magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidè informare possimus. I. V. 248 b, Quid eius sit, coniectura vos assequi debetis. & ibid. & Att. 191 b, Coniectura bona est. Attic. 28 a, Quantum coniectura auguramur. I. V. 101 b, Ex vno de cæteris coniecturam facere. & 166 b, pro Mar. 126 a, Huius rei coniecturam de tuo ipsius studio facillimè ceperis. de Orat. 136 b, Facere coniecturam de se. \* Partit. 233 a, In primo coniectura valet. ibid. Nunc coniecturæ locos quæro. In verisimilibus & in proprijs rerum notis posita est tota. ibid. Et ad id quod agetur, ex singulis coniectura capienda. I. V. 207 a, Est boni iudicis paruis ex rebus cõiecturam facere vniuscuiusque & cupiditatis & incontinentiæ.

† Syntaxis. Coniecturam capere, facere, ducere. Coniectura prospicere, duci, aberrare, coarguere, iudicare, pendere aliquid, explicare quippiam, conineri.

CONIECTURALIS, le. inficialis. Top. 229 a, Prima quæstio aut inficialis, aut coniecturalis appellatur. Top. 224 b, Sed locus hic magis ad coniecturales causas valet. ad Her. 7 b, Coniecturalis status. de Inu. 63 b, Nunc à coniecturali constitutione proficiscemur, cuius exemplum sit hoc expositum. In itinere quidam, &c. de D. 114 a, Omne genus coniecturale in hoc ferè genere ponebas.

CONIECTVS, ctus. coniectio. Att. 55 b, Qu. fratris domus fracta coniectu lapidum. pro Pl. 263 a, Oculorum coniectum præbuerunt. \* de Orat. 163 b, Oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione, tum coniectu, tum hilaritate, motus animorum significamus aptè cū genere ipso orationis.

CONIECTVS, a, um. I. C. 100 b, Ego tuas petitiones ita cõiectas, vt vitari non posse viderentur, parua quadam declinatione effugi. Att. 278 a, In te omnium coniecti oculi sunt. de Orat. 129 a, b, Coniectis oculis, gestu omni imminente, inquit, &c. pro Mur. 143 b, Hæc omnia crimina à multitudine in tuam nimiam diligentiam, Serui, coniecta sunt. pro Sest. 11 b, Inimici oratio vana improbè in clarissimos viros coniecta. de Diu. 92 b, Tum ei dormienti visum est, &c. se interfectum in plaustrum à caupone esse coniectum & super stercois iniectum. I. V. 112 a, O præclarè coniectum à vulgo in illam provinciam omnia communis famæ atque sermonis. \* de Orat. 180 a, Calculis in os coniectis. I. A. 15 a, Vt honestis decurijs potius dignus videatur, quàm in turpe iure coniectus.

¶ Coniectura notus. Qu. fr. 321 b, Quòd epistolam diu in manibus habui, ideo multa coniecta sunt, aliquid alio tempore. de Diu. 104 b, Ea quibus bene percepta sunt, non sæpe falluntur, malè coniecta, maleq; interpretata falsa sunt nõ rerum vitio, sed interpretu inficitia. de Diu. 122 a, Hæc non tam admirabilia sunt, quàm coniecta bellè.

CONIICIO, cis. coniectura assequor vel consequor, coniecturam facio, coniectura prospicio vel perspicio, agnosco, auguror, interpreto, diuino, existimo. I. V. 250 a, Quàm multos esse oporteret, ex ipso nauigio conijciebat. Attic. 236 a, Sed citò coniecisti Lanuuij te fuisse. de Orat. 147 b, De me enim conicio. Qu. fr. 328 a, Quàm te velim cautum esse in scribendo, ex hoc conicio, quòd, &c. de Clar. 169 a, L. Brutus, qui de matre suauanda ex oraculo Apollinis tam acutè coniecisti. de Diu. 111 a, Num igitur, quæ tempestas impèdeat, vates melius conijciat quam gubernator? & ibid. Bene qui conijciat, vatem hunc perhibeo optimum.

¶ Consero, iacio, trudo, emitto. Epistol. 114 b, Nam disputando coniecisti illam vocem Cn. Pompeius, omnes oportere senatus dicto audientes esse. I. A. 164 a, Negociumque transigisses, ni se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset de Diu. 117 b, Sed te mirificam in latebram coniecisti. Offic. 45 b, Demetrius Periclem vituperabat, quòd tantam pecuniã in præclara illa propylea coniecisti. I. V. 239 a, Conijcere aliquem in vincula, vel in carcerem. Epist. 183 b, Resp. iacet in ijs perturbationibus, in quas eam ille coniecisti. I. C. 104 a, Cum illum ex occultis insidijs in apertu latrocinium coniecimus. pro Dom. 226 b, Clodius Pompeium foro priuauit, domum coniecisti. Attic. 76 b, Appius in vltimam provinciam se coniecisti Tarsum vsque. pro Cæl. 50 b, Sin se in intimum conijcere vellent, non satis commode calceati & vestiti id facere possent. & 51 a, Licinium illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse. de Orat. 161 b, Cum quis se mente ac voluntate conijcit in versum, verba sequuntur. pro Plan. 265 a, Conijcere maledicta in aliquem. pro Qu. 9 b, Ergo in eum qui, &c. omnia tela coniecisti. pro Planc. 277 a, Conijcere causam in locos: id est, diuidere. Parad. 116 a, Ego verò illa ipsa ludens coniecisti in locos communes. de Diu. 183 a, Quam legem eisdem propè verbis nostri viri in decimam tabulam coniecerunt. Att. 255 b, Itaque id proœmium coniecisti in eum librum quem ad te misisti. Ep. 118 b, In Epicuri nos aduersarij nostri castra coniecimus. de Ar. 244 a, Conijcere telum, & emittere telum. \* pro Planc. 277 a, Te iccirco in locos causam conijcere voluisti.

CONIICIO, ris. agor, impellor, emittor. in Verr. 265 a, In Laturias statim conijciebantur. I. P. 100 a, Nulli conijcientur in hunc ordinem, nulli eximentur. Tuscul. 169 a, Conijci in carcerem. Tuscul. 230 a, Conijci in eculeum. I. V. 134 a, Nunquid igitur oportet nisi tres sortes conijci? vnam educi? nihil, conijci iubet tres, &c. de Ar. 354 b, Cum in me flamma illorum temporum conijciebatur, excepi, & pro patria solus exarsi. in Vat. 31 a, Omnia tela in te conijcientur. \* pro Lig. 140 b, Tuberonis fors coniecta est ex Senatus consulto.

† Syntaxis. Conijcere ex, & de se. Conijcere se in fugam. Conijcere maledictum, telum in aliquem. Conijcere sortes, aliquem in carcerem, vincula.

\* CONISCANS, tis. in L. Pis. Caput opponis, cum eo coniscans.

CONIUGATA, orum. coniuncta. Top. 221 b, Coniugata dicuntur, quæ sunt ex verbis generis eiusdem: vt sapiens, sapienter, sapientia.

CONIUGATIO, onis. coniugatio. de Sen. 88 a, Caput coniugatio, & religatio, & propagatio vitium. \* Top. 221 b, Hæc verborum coniugatio coniugatio dicitur, ex qua huiuscemodi est argumentum. Top. 224 a, Cuius primus est locus ex coniugatione, quam Græci coniugatio vocant, finitimus notationi.

CONIUGIVM, gij. coniugium, matrimonium. Offic. 11 b, Prima societas in ipso est coniugio. pro Clu. 57 b, Præterea quid eam sibi domum coniugij delegit, in qua, &c. Attic. 97 b, Etiam me hercule lætatur sum sermone Pylæ de coniugio Tullie meæ. \* Oecon. 1, Maritale coniugium sic comparatum est à natura.

CONIUGO, as. coniungo. Offic. 12 a, Est ea iucundissima amicitia, quam morum similitudo coniugauit. \* de Fin. 74 a, Quæ mens disiuncta coniugat.

CONIUNCTA, orum. coniugata. de Or. 123 b, Ex coniunctis sic argumenta ducuntur.

¶ Adiuncta, locus dialecticus. Part. 230 a, Alia ex coniunctis appellantur argumenta.

CONIUNCTE, isimè. simul, coniunctim. (simpliciter, separatim. de Or. 131 b, Si quando risu coniunctè re verboq; moueatur. de Am. 93 b, Coniunctissimè & amantissimè viuere cum aliquo. & de Or. 143 b, de Orat. 123 a, Simpliciter dici.) (Coniunctè efferrè. Epist. 67 a, Coniunctè malle cum cæteris rebus nostra contexere, an separare, &c.

CONIUNCTIM, coniunctè. Cæl. Ep. 117 b, Nève quid coniunctim de ea re referretur à Coss. de Inu. 44 a, Ac mihi videtur coniunctim agendum de materia & partibus.

CONIUNCTIO, onis. copulatio, necessitudo, affinitas, cognatio, societas, cõsociatio, cõgregatio, conuenientia, conuinatio, quasi concensus atq; cõsensio. Ep. 8 b, Quidd mihi de filia & Crassipede gratularis, agnosco humanitatè tuam, & spero nobis hanc coniunctionè voluptati fore. Ep. 53 b, Sin minus, me certè in omnib. reb. fatis nostræ cõiunctioni amoriq; facturum, Att. 89 b, Dixerim me vel plurima vincula te cū summa cõiunctionis optare, & sunt amoris arctissima: tantu abest, vt ex quo astricti sumus, laxari aliquid velim. I. A. 248 a, Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & cõiunctione depesco. I. A. 262 b, Hoc pro coniunctione & beneuolentia nostra mihi sumpsi, vt id à te peterè, quod, &c. Ep. 207 b, Quæsturæ cõiunctio liberorū necessitudini pro-



xima est. de Finib. 104 a, Nos ad coniunctionem congregationemq; hominum, & ad naturalem communitatem esse natos. Ep. 208 a, In omnibus nouis coniunctionibus inter est, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitia fores aperiantur, & 214 b, Idque ipse pro familiaris consuetudine sæpe ex me audierat, quam suavis esset inter nos & quanta coniunctio. pro Dom. 218 b, Hanc nostram coniunctionem certi homines fictis sermonibus diremerunt. & 237 a, Eius autoritas propter tantam coniunctionem affinitatis minor est putanda. pro Planc. 263 a, Iam municipia coniunctione etiam vicinatis vehementer mouentur. pro Cæl. 44 a, Rationem tantæ familiaritatis, & tantæ consuetudinis, tantæ coniunctionis reddas necesse est. I. A. 218 a, Quorum est nemo, qui non mecum habeat aliquam coniunctionem gratiæ. de Am. 100 a, Si eximeris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionem: id est, amicitiam. Off. 3 a, Commune animantium omnium est, coniunctionis appetitus procreandi causa. de Diu. 133 a, Hac igitur mentis & ipsius mundi diuinitate & coniunctione cum externis mentibus cerni quæ sunt futura, continuatio coniunctioq; naturæ. de Diu. 134 a, Coniectores ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam uocant *conuentionem*, quod cuique rei conueniat ex formis, & quid quanq; rem sequatur, intelligunt. \* Partit. 231 a, Habeo de simplicibus uerbis: nunc de coniunctione quæro. Numeri quidam sunt in coniunctione seruandi, consecutioq; uerborum. & b, Suaue erit genus dicendi coniunctione, quæ neq; asperos habeat concursus, neque disiuictos atque hiantes. ibid. Constructio uerborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.

¶ Coniunctio, pro ea quam partem orationis faciunt Grammatici. Orat. 209 b, Cum demptis coniunctionibus, dissolutè plura dicuntur.

¶ Enunciatio genus, in qua & adhibetur. de Fat. 142 b, Ergo hæc quoq; coniunctio est ex repugnantibus, & est Fabius, & in mari Fabius morietur. & ibid. Non & natus est quis oriente canicula, & is mari non morietur. & 143 a, b, Ex conexo transferri ad coniunctionem negationem, hoc modo: Si cui uenæ sic mouentur, is habet febrem: non & alicui uenæ sic mouentur, & febrem is non habet. Top. 225 b, Coniunctionum negantia.

¶ Verborum quadam exornatio est, cum interpositione uerbis, & superiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores, hoc modo: Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut uetustate, ad Her. 32 b.

† Syntaxis. Coniunctio quæstura, affinitatis, uicinitatis, beneuolentiæ, naturæ, mentis. Conuenientia, & coniunctio. Hominum coniunctio, congregatio, communitas.

CONIUNCTVS, est, si unus iunctus, copulatus, continens, adiunctus, coherens, consentiens, implicatus cum aliquo, communis, sociatus, connexus, habens societatem, coniunctionem gratiæ, quasi deinctus, necessarius. (i. disiuictus, solitarius. Att. 13 a, Multa consuetudine cõiuncti inter nos sumus. de Am. 103 b, Tum etiã cum ijs inter se coniunctissimos fuisse M. Curium & T. Coruncanum. Att. 229 b, Ut nosmetipsi inter nos coniunctiores simus. in Verr. 216 b, Non solum amicitia, sed etiam cognatione cum aliquo coniunctum esse. pro Cl. 50 a, Equites ordini senatorio concordia coniunctis. esse cupio. At. 263 a, Me paterna necessitudine coniunctum semper habuisti. pro Planc. 264 a, Qui est cum illo maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. I. A. 154 a, Urbis mihi coniunctissima. pro Syl. 178 a, Homo mihi coniunctissimus officijs, usu, consuetudine. de Am. 311 b, Homines beneuolentia coniuncti. I. V. 219 a, Quæ cognatio studiorum & artium propemodum non minus est coniuncta, quam illa generis & nominis. pro Syl. 168 a, Non enim iam se vlllo officio cum illo coniunctum putat, qui, &c. de Clar. 165 a, Vir egregius coniunctissimusq; mecum consiliorum omnium societate. pro Dom. 218 b, Quod par amicitie fuit vnquam coniunctus, quam, &c. Ep. 231 a, Nihil potest esse coniunctus, quam nos inter nos sumus. de Or. 87 a, Antonius summa cum Crasso familiaritate coniunctus. Att. 142 a, Ut per te qui utriq; es coniunctus, res tota conficeret & ib. b, Cum utriq; sis maximè necessarius, & 264 b, Homo familiarissimus, & mihi omnibus. reb. coniunctus. de N. 41 b, Deos inter se quasi ciuili conciliatione & societate esse cõiunctos. Ep. 214 b, Lucius magna mecum necessitudine cõiunctus est. de Or. 139 a, Hæc & natura, & utilitate, & tractatione coniuncta sunt. de Or. 148 a, Philosophia oratori cõiuncta maximè de D. 125 a, Primum extra sunt cõiuncta mundo. Off. 39 b, Iustitia coniuncta intelligentiæ. Oct. 319 a, Mea salus cõiuncta publicæ saluti. pro Sest. 3 b, Dolor coniunctus officio. Off. 2 a, Præcepta naturæ coniuncta: id est, naturalia. de Sen. 89 b, Virtuti tuæ fortuna coniuncta est. de N. 7 a, Motus sensui coniunctus & continens. I. C. 104 a, Latrones scelerum fœdere inter se ac nefaria societate coniuncti. pro Cæl. 39

b, Quis turpioribus uiris coniunctior? Off. 10 a, Talis autem simulatio, uanitati coniunctior est, quam liberalitati. Ep. 54 a, Cum omnium nostrum periculum esset coniunctum suo. de D. 125 b, Conueniens & coniuncta inter augures constantia. de Orat. 156 b, Verba continuata & coniuncta. pro Sest. 9 a, Scelera quæ tibi, cum illo coniuncta atq; communia sunt. de Am. 111 b, Ut quoniam solitaria non posset uirtus ad ea quæ summa sunt peruenire, coniuncta & sociata cum altera perueniret. pro S. R. 24 b, Quæ uita est maximè disiuicta à cupiditate, & cum officio coniuncta. de Cl. 194 b, Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. de Or. 86 b, Celeritas & breuitas & respondendi & lacessendi subtili uenustate atq; urbanitate coniuncta. de Or. 106 a, Dicendi uis egregia summa festiuitate & uenustate coniuncta. Ep. 69 b, Declarat enim summam beneuolentiæ coniunctam pari prudentia. I. A. 190 b, Ea summa miseria est, summo dedecore cõiuncta. de Or. 164 a, Verba neminem mouent, nisi eum, qui eiusdem linguæ societate coniunctus est. I. V. 68 a, Vita multis uitijs flagitijsq; coniuncta. de Leg. 157 b, Fannij ætate coniunctus Antipater. de Cl. 189 a, Varro cum Sicinio ætate coniunctus. I. V. 233 b, Postea decernitur, ac non uariè, sed propè coniunctis sententijs. I. P. 86 a, Qui discessus cum gloria potius esse coniunctus quam cum probro putaretur. de Am. 98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de re pub. & de priuata fuit. Ep. 46 b, Quod existimas meam causam cõiunctam esse cum tua. \* Occ. 1, Propter hoc mas cum foemina est coniunctus. Hortens. Ita nostros animos cum corporibus copulatos, ut uiuos cum mortuis esse coniunctos. de Arusp. 250 a, Maiores tui coniuncti cum his religionibus.

† Syntaxis. Coniunctus cum aliquo, alicui. Coniuncti inter se, amicitia, cognatione. Habere aliquem coniunctum officijs, usu, consuetudine. Familiaris, & omnibus rebus coniunctus. Coniunctum & cõtinens. Coniunctum & commune. Coniunctum & sociatum. Vitijs uitijs coniuncta. Coniunctus alicuius ætate: id est, proximus. Constantia conueniens, & coniuncta inter amicos. Philosophia oratori coniuncta maximè.

CONIUNGENDVS, a, um. pro Cl. 26 b, Similitudo morum multum ualet ad coniungendas amicitias. Att. 119 b, Ut mihi vel consilium meum cum illius consilio, vel cum fortuna coniungenda esse uideatur.

CONIUNGENDO, gis. copulo, coniungo, conglutino, confocio, congrego, coagmento, concilio, concesso. Att. 262 b, Ego ad prætores missi, ut se nobis coniungerent. pro Deiot. 151 a, Deiotarus, quo cum mihi amicitiam resp. conciliauit, hospitium uoluntas utriusq; coniunxit. I. A. 210 b, Quoniam nos ab ineunte ætate illius usus, consuetudo, studiorum etiam honestissimorum societas similitudoq; coniunxit. pro Pom. 9 a, Quantum illud bellum factum (al. futurum) puteris, quod cõiungant reges potentissimi. I. P. 83 b, Quem ego ciuem meo iudicio cum deorum immortalium laude coniungo. Qu. fr. 297 a, Difficile est ea, quæ commo dis, utilitate & propè natura diuersa sunt, uoluntate coniungere. Ep. 63 b, Non dubito quin Resp. nos inter nos conciliatura coniuncturaque sit. pro Qu. 9 b, Is qui cum te aut uoluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. I. V. 233 a, Coniungere necessitudinem cum aliquo. Postq. 205 a, Nunquam dubitasti meam salutem cum salute communi coniungere. pro Qu. R. 47 b, Fallo socium, qui se in negotio coniunxit. Attic. 162 b, Volare dicitur Petreius, cum Afranio coniunxisset. Ep. 109 b, Eamq; epistolam cum hac cõiunxit. \* de Or. 88 a, An uerè tibi Romulus, &c. Sabinorum cõnubia coniunxisset, & eloquentia uideretur, non cõsilio & sapientia singulari? de Arusp. 255 a, Nisi consules causam coniunxisset secum confirmaret. de Fin. 105 a, Cum amicis aut bene meritis consociare aut coniungere iniuriam.

CONIUNGOR, ris. pro Syl. 170 a, Cum interim Sylla cum eisdem ne mediocri quidem sermone & congressu coniungeretur. de Cl. 175 a, In doctrina Academicorum veterum differendi ratio coniungitur cum suauitate dicendi & copia. I. V. 207 b, Portus, qui cum diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur, & confluunt. de Pro. 78 a, Quod me secum ne beneficijs quidem uidebat posse coniungi. de Orat. 137 a, Neq; tanti est illud quod uidetur procedere, ut cum aliquo malo coniungatur. Qu. fr. 293 a, Aliquem hospitio, & amicitia cum aliquo coniungi. Quin. fr. 294 a, Cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur. \* de Fin. 140 b, Tota domus coniugio & stirpe coniungitur. Ep. 73 a, Cum in tui familiarissimi iudicio ac periculo tuum crimen (al. nomen) coniungeretur.

† Syntaxis. Coniungere aliquem cum deorum immortalium laude: id est, a quæ laudare ac deos. Conciliare & coniungere inter se amicos. Coniungi, & confluere.

CONIUNX, gis. pariceps, connubij. Att. 118 b, Vagamur egenes cum coniugibus & liberis. de Nat. 73 a, Qui non sat habuit



buit cōiugem illexisse in stuprum. \* de Inu. 61 a, Quæ in parentibus, liberos, coniuges, consanguineos, supplices crudeliter facta dicentur. I. V. 69 a, Quibus liberos coniugesque suas integras ab istius petulantia conservare non licitum est. I. C. 122 b, De coniugum vestrarum ac liberorum anima vobis iudicandum est. I. A. 186 b, Tux cōiugis, bonæ femina locupletis quidem certè, Bambaliō quidam pater. Qu. fr. 303 b, Quid quod mulierē miserimam, fidelissimā coniugem, me prosequi non sum passus, ut esset quæ reliquias calamitatis communes liberos tueretur.

**C O N I V R A T I O**, onis. *conspiratio, consensio*. I. C. 105 b, Ut omnes factam esse apertè coniurationem contra rēmp. videretis. I. C. 114 b, Tanta hæc in rēmpub. coniuratio manifestè inuenta atque deprehensa est. & 119 a, Hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem à ciuibus nunquam putavi. Off. 61 a, Nam si omnia faciendā sunt quæ amici velint, non amicitia tales, sed coniurationes putandæ sunt. \* I. C. 97 b, Cōstrictam iam omnium horum conscientia teneri coniurationem tuam non vides? I. C. 98 b, Nec priuatā domus parietibus continere vocem coniurationis tuæ potest. I. C. 100 a, Nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum. I. C. 102 b, Princeps coniurationis. & 103 a, Qui coniurationem nascentem non credendo corroborauerunt. & b, Qui non videat cōiurationem esse patefactam. ibid. In his periculis coniurationis & insidijs versamur. I. C. 114 a, Ut ex tanta coniuratione tantaque vi ac multitudine domesticorum hostium, novem hominum perditissimorum pœna Repub. conservata, reliquorū mentes sanari posse arbitraretur *Senatus*. I. C. 119 a, Et mea virtute atque diligentia, perditorum hominum patefactam esse coniurationem decrevistis. I. C. 122 b, Obsessa facibus & telis impiæ coniurationis vobis supplex manus tradit patria communis.

**C O N I V R A T V S**, a, um. pro Fon. 278 b, Testibus cupidis, iratis, coniuratis, non credendum esse. pro Mur. 136 b, Homines iam tum coniuratos cum gladijs in campum deduci à Catilina sciebam. pro Plan. 280 b, Exules coniurati. \* I. C. 99 b, Si te interfici iussero, residet in Repub. reliqua coniuratorum manus: sin tu exieris, exhaurietur ex vrbe tuorū comitum magna & perniciofa sentina Reipub. I. C. 122 b, Quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam.

**C O N I V R O**, as. *consentio, conspiro*. pro Syl. 180 a, Catilina contra Rēmp. coniuravit. & ibi. b, Ij quos coniurasse cognitum est. de Ar. 252 a, Hi quibus cum coniurasti. pro Mil. 113 b, Seruos Milonis sibi confessos esse de interficiēdo Pompeio coniurasse. Epist. 63 a, Scito me tantum habere æris alieni, ut cupiam coniurare.

**C O N N E C T O**, ctis. *coniungo*. (*separo*. de Nat.

*Aeternum ex astris cupiens connectere nodum.*

**C O N N E C T O R**, tis. *iungor*. de Orat. 158 a, Nam illud quod ex hoc genere profluit: non est in vno verbo translato, sed ex pluribus continuatis connectitur. Att. 252 a, Ista verò quæ tu connecti vis, aliud quoddam separatum volumen expectant. de Diu. 131 b, *ἀνεστῆς*, cūm deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur. de Diu. 141 b, Si verum est quod ita connectitur: si quis oriente canicula natus est, is in mari non morietur. de Fin. 63 a, Amicitia cum voluptate connectitur.

**C O N N E X I O**, onis. de Or. \*

**C O N N E X V M**, xi. *enunciati & conclusionis genus*. Acad. 24 b, Ratio cōnexi, cūm cōcesseris superius, cogit inferius cōcedere. de Fat. 143 a, Si quod primum in connexo est, necessarium est, fit etiam quod consequitur necessarium. \* ibid. Ut negationes infinitarum coniunctionum potius quàm infinita connexa ponant. & b, Quod non possit isto modo ex connexo transferri ad coniunctionum negationem.

**C O N N E X V S**, a, um. *nexus, aptus, coniunctus*. I. P. 81 b, Persequere his funeribus connexos dies. de Nat. 45 b, Qui tam certos cœli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se apta & connexa viderit. de Fin. 118 a, Est apud illos ordo rerum conservatus, & omnia inter se apta & cōnexa. de Orat. 138 a, Connexum sit principium consequenti orationi, ita vt, &c. de Som. 128 b, Nouem tibi orbibus connexa sunt omnia. Part. 242 b, Sic inter se pleraque sunt connexa & apta, vt, &c. \* de Nat. 48 a,

*Inde Fides leniter posita & connexa videtur.*

\* Syntaxis. *Apta, & inter se connexa. Connexa, & apta.*

**C O N N I T O R**, tis. *niur, operando conor*. Off. 43 b, Quantū conniti animo potes, quantū labore contendere, tantum fac vt efficias. de Fin. 134 b, Cūm autē paulum firmitatis aecesseris, connituntur vt se erigant, & manibus vtuntur. in Arat.

*Atq; genu flexo ianuis connititur ingens.* de Diuin. 89 b,

Deinde eius germanum cornibus connitit in me arietare. **C O N N I V E N D V M**. pro Fl. 151 b, In quo etiam si quid errasset, omnes boni conniendum esse arbitrarentur.

**C O N N I V E N S**, tis. Tuscul. 174 a, In medijs vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno. de Nat. 55 a, Oculi somno conniuentes, palpebris tanquam inuoluti quiescunt. de Ar. 252 b, Conniuentes oculi abai tui.

**C O N N I V E O**, ues. *palpebras oculorum moueo, modò claudēs, modò aperiens: dissimulo*. pro Cæl. 46 a, Multa nobis blandimenta natura dedit, quibus sopita virtus conniueret. I. A. 156 b, Sed ea ipsa concedo, quibusdam in rebus etiam conniueo. pro Cæl. 50 a, Prò dij immortales, cur interdum in hominū sceleribus maximis conniuetis? de Ar. 256 a, Qui in tot tantisque sceleribus conniuebant.

**C O N N I X V S**, a, um. *fulsus, firmus*. Tusc. 185 b, Ratio connixæ per se & progressa longius fit perfecta virtus.

**C O N N V B I V M**, bij. *coniugium*. Antequam. 196 b, Tuque particeps connubij, focia regni regina Iuno. Top. 222 a, Mulier nupta cum eo cui connubij ius non est. Off. 1 b, Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. \* de Orat. 88 b, An verò tibi Romulus, &c. Sabinorum connubia coniunxisset eloquentia videtur, non consilio & sapientia singulari?

**C O N N V S**, ni. Epist. 140 b, Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen, is Connus vocitatus est: num id obsecrum putas?

**C O N O R**, aris. *æto, experior, molior, emisor, incumbo, id ago, vt, &c. id molior, id pugno, vt, &c.* de Or. 114 a, Poetas omnino quasi alia quadam lingua locutos non conor attingere. de Or. 145 b, Sed priusquam illa conor attingere, proponam, &c. de Orator. 206 a, Vidēsne profectò D. mosthenem multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle. pro Sext. Rosc. 27 a, Non modò facere non possum, verum ne conor quidem. pro Qu. 14 a, Dixi mihi videri ore durissimo esse, qui presente eo gestū agere conaretur. pro S. R. 41 b, Multa efficiere, plura conari. Or. 217 b, Id fortasse non perfecimus, conati quidem sumus. de Vniu. 101 b, Hæc si verbis explicare conemur, frustra laboremus. I. C. 108 b, Quibus hoc precipiendum videtur, vt desperent se id quod conatur, consequi posse. pro Clu. 56 a, Mater in filij caput quæstionem habere conata est. & 52 a, Hæc si T. Actius cogitasset, profectò ne conatus quidem esset dicere, id quod multis verbis egit, iudicem nō deuinctum legibus esse oportere. pro Deiot. 147 a, Quod & occultum conari & cautiùs efficere potuit. Or. 199 b, Magnum opus omnino & arduum Brute conatur: sed nihil difficile amanti puto. Epist. 57 a, Et afferam rationes, quibus te à molestijs coner abducere. & 4 b, Qui nunc, &c. si qua conabuntur agere, satis prouidum est, &c. Epist. 110 b, Ea est enim conatus, quibus patefactis, &c. Epist. 52 b, Aut enim bellum renouare conati sunt, & hi se in Africam contulerunt. de Arusp. 245 b, Si impetum in me facere conabitur, resistam, & eius conatus refutabo. \* pro P. Oppio, Hoc verisimile est, tantum scelus Oppium esse conatum?

† Syntaxis. *Conor attingere. Conari multa.*

**C O N Q V A S S A T I O**, onis. *concuissio, commotio*. Tus. 215 a, Morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conuassatione & perturbatione gignuntur.

**C O N Q V A S S A T V S**, a, um. *concuissus, commotus*. pro Sest. 15 b, & in Vat. 32 b, Exteras nationes illius anni furore conuassatas videbam. Ep. 50 b, Omnes prouinciæ conuassatae sunt. de Diuin. 100 b, Apulia maximis terræmotibus conuassata est.

**C O N Q V E R E N D V M**. pro Sest. 5 b, Nihil ab eo prætermisum est, quod aut pro republica conquerendum fuit, aut pro reo disputandum.

**C O N Q V E R O**, ris. *deploro*. Ep. 60 b, Nihil tecum de tui fratris iniuria conqueror. Epist. 120 a, Contristauit hæc sententia Cornelium, & scio cum conquestum esse cum Scipione. in Verr. 226 a, Non illi decumarum imperia, non honorū direptiones, non iniqua iudicia, non importunissimas istius libidines, non vim, non contumelias, quibus oppressi erāt, conquerebantur, sed, &c. & 271 a, Si ad saxa hæc conqueri, ac deplorare vellem. & 157 a, Tanta vis erat iniuriatum, vt homines quiduis perpetui, quàm non de istius prauitate & iniurijs deplorare & conqueri mallent. pro S. R. 22 b, Conqueri de scelere & iniurijs alicuius. 20 a, Grauitè cōqueri. Tus. 186 a, Cōqueri fortunā aduersam, non lamētari decet.

† Syntaxis. *Conqueri cum aliquo. Conqueri, ac deplorare aliquid: & contrā. Conqueri de aliqua re. Conqueri, non lamētari.*

**C O N Q V E S T I O**, onis. *querela*. \* de Inu. 61 b, Conquestio huiusmodi de reb. partes petere oportebit. Conquestio est oratio auditorū misericordiam captans. In hac primū animū auditoris mitem & misericordem cōficere oportet, quò faciliùs cōquestione commoueri possit. pro Mur. 125 a, Me non minus Seruij Sulpitij conquestio, quàm Catonis accusatio commouebat. Qu. fr. 294 a, Vbi nullum auxilium est, nulla conquestio.



**CONQVIESCENDVS**, a, um. de Ora. 160 b, Notatur autem maximè similitudo in conquescendo.

**CONQVIESCO**, scis. *quiesco, confideo, desino.* Orator. 206 b, Ita postremò eijciuntur, vt ne ad saxa quidè conquescant pro R. P. 129 b, Hyeme omnia bella iure gentium conquescunt. pro Mil. 114 b, Si Italia à delectu, vrbs ab armis sine Milonis clade nunquam esset conquesitura. pro Corn. 53 b, Is à pueritia vsque ad hanc ætatem à continuis bellis & victorijs nunquam conquesiuit. pro Dom. 233 a, Nunquam conquesceat fluctus bonorum. cont. Rull. 64 b, Vestigal, quod intermissis alijs non conquescat. pro Mil. 108 b, Itaque quando illius postea sica conquesiuit? Epist. 2 a, Quoniam tu nisi perfecta re de me non conquesisti. de Fin. 138 a, Videmus igitur vt conquescere ne infantes quidem possint. Atti. 4 a, Ex omnibus molestijs ac laboribus vno illo in loco conquesimus. Epist. 129 a, & Att. 20 b, Quod nos quoque imitatur, vt possumus, & in nostris studijs libentissimè conquesimus. Epist. 18 b, Vt ætas nostra iam ingruescens in amore atque in adolescentia conquescat tua. de Am. 100 a, In amici mutua beneuolentia conquesceret. Epist. 51 b, Habebam, quò confugerem, vbi còquiescerem, cuius in sermone & suauitate omnes curas doloresq; deponerem. pro Pomp. 6 a, Etiam si irruptio nulla facta sit, tamen agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquescit. pro Arch. 187 b, Hic homo suppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuicio defessæ conquescant. Att. 199 a, Conquescent literæ, nisi quid noui extiterit.

† Syntaxis. *Conquesimus in aliqua re, dum quiescè nobis est, atq; tranquillè. Quiescit studium: id est, intermissis, cassat.*

**CONQVIRO**, ris. *inuestigo, magna diligentia quero.* cont. Rull. 83 b, Statim conquisituri sunt aliquid sceleris. Offic. 73 b, Conquirere suauitates vndique. ad Her. 1 a, Græci scriptores ne parum multa scisse viderentur, ea conquisuerunt, quæ nihil attinebant, vt ars cognita difficilior putaretur. de Orat. 145 a, Sed quid ego vetera conquiram? l. V. 208 b, Conquiri Diodorum iubet. de Orat. 102 a, Non enim hoc conquirimus, sed, &c. \* Hortens. Vt aliorum facta & euentu conquiram.

**CONQVIROR**, ris. *indagor.* Epist. 65 b, Ego tamen terra marique vt conquireretur, præmandauit: & profectò illum reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit. de Finib. 88 a, Sed ea nullam aliam ad rem, nisi ad voluptatem conquiruntur.

**CONQVISITVS**, exquisitè, diligenter, doctè. ad Her. 16 a, Conquisitè conscribere aliquid.

**CONQVISITIO**, onis. de Pro. 70 a, Exercitus superbissimo delectu, & durissima conquisitione collectus. de Vniu. 196 a, Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium.

**CONQVISITOR**, oris. *cui aliquid conquirendum mandatum est.* Att. 115 a, Nullus vsquam delectus: nec enim conquisitores *παροισωπάραι* audent, cum ille adfit. item pro Mil. 114 a, \* Vt nonnulli conquisitores tui dicitant.

**CONQVISITVS**, a, um. *exquisitus, insensit.* Tusc. 240 a, Incendebantur odores, mensæ conquisitissimis cibus extruebantur. de Ar. 257 a, Si quis aliquem fictis conquisitisque vitijs deformatum vellet inducere contra Rul. 85 b, Isti ab Rullo conquisiti atque electi coloni.

**CONSALVTATIO**, onis. Attic. 33 a, \* Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica, &c. à bonis impertiuntur.

**CONSALVTO**, as. *saluto.* de Orat. 109 b, Qui cum inter se, vt eorum vsus ferebat, amicissimè consalutassent. in Anton. 171 b, \* Quam mimè ex oppidis municipales homines honesti obuiam necessariò prodeuntes, non vero illi & mimico nomine, sed Volumniam consalutabant. *Al. salutabant.*

**CONSANESCO**, scis. *sanor, sanus, sfo.* Ep. 51 b, Nunc hoc tam graui vulnere, etiam illa quæ consanuisse (*al. consensuisse*) videbantur, recrudescunt.

**CONSANGVINEVS**, a, um. *sanguine coniunctus, propinquus.* de Inu. 50 a, Cognatio, quibus maioribus, quibus consanguineis. \* l. de Leg. Nec se intelligunt esse consanguineos. de In. 61 a, Quæ in parentes, liberos, coniuges, consanguineos, supplices, crudeliter facta dicuntur.

\* **CONSATVS**, a, um. *confessus.* de Vniuers.

**CONSAVCTIO**, as. *saucio, vulnero.* ad Her. 30 a, in hoc autem crebro & celeri vulnere corpus confauciari videtur.

**CONSCELERATVS**, a, um. *sceleratus.* pro S. R. 29 b, Quæ furia dies noctesque parentum pœnas à consceleratissimis filijs repetant. \* l. V. 94 b, Pirata consceleratus. ad Octa. 331 a, Cui, &c. forma per dedecus pecuniam, & nomen nobile conscelerata impudicitia (*al. consceleratum impudicitia*) dedisset.

**CONSCENDENS**, tis. Ep. 40 b, Tamen vt vult tua interesse, conscendens iam nauem, Epheso Laodiceam reuertit.

\* At. 231 a, Quinto Nonarum conscendens ab hostis Cluuianis in phaselum episcopum has dedi literas.

**CONSCENDO**, dis. *ascendo.* Qu. frat. 307 b, Tu velim quàm primùm conscendas, ad meque venias. Attic. 135 a, Si Cn. bene comitatus conscendisset, & consules transissent. Ep. 199 a, Quamobrem conscende nobiscum, & quidem ad puppim: vna nauis est iam bonorum omnium, &c. \* de Diuin. 95 a, Naues subito perterriti metu conscendistis.

† Syntaxis. *Conscendere nauem, ad puppim.*

**CONSCENSIO**, onis. *ascensus.* de Diu. 94 b, \* Conscensionem in naues cum fuga fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore.

**CONSCIENTIA**, tiæ. *recordatio, animi quadam ratio, vis & lex, à qua & de rebus factis, & secus admonemur.* de N. 77 a, Et virtutis & vitiorum sine vlla diuina ratione graue ipsius conscientia pondus est: qua sublata iacent omnia. Attic. 210 a, In omni vita sua quenquam à recta conscientia transfuersum vnguem non oportet discedere. pro Mil. 113 a, Magna vis est conscientia in vtramque partem, vt neque timeant qui nihil commiserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccarint. I. A. 182 a, In ipsa conscientia rebus factorum satis magnus laborum fructus est. Attic. 195 b, Mea mihi conscientia pluris est quàm hominum sermo. Par. 123 b, Timor ex conscientia peccatorum exoritur. Antequam. 195 b, Illi scelerum suorum conscientia cruciati, populo Rom. pœnas dabunt. I. C. 97 b, Patere tua consilia non sentis? constrictam iam omnium horum conscientia teneri coniurationem tuam non vides? *vbi pro conscientia & notitia sumitur.* & 115 a, Is recitatis literis conscientia conuictus repente conticuit. & 107 a, Homo audacissimus conscientia conuictus reticuit. pro Cæl. 42 b, Qui non modò à facto, sed etiam à conscientia suspicione abest. de Cla. 187 b, Qui in hoc communi malo consoletur se, cum conscientia optima mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinae. de Fin. 59 b, Quòd si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiam sepi esse & muniti videntur, deos tamen horrent: easque ipsas sollicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur, à dijs immortalibus supplicij causa importari putant. Parad. 119 a, Te conscientia stimulat maleficiorum tuorum. Offic. 69 a, Hunc tuas conscientia labes in animo censes habuisse: quæ vulnera? de Leg. 163 b, & 164 a, & 198 b, Itaque pœnas luunt, non tam iudicij, quàm quòd eos agitant insectanturque furia, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientia, fraudisque cruciati. de Offic. 60 b, Sceleris est pœna tristis, & præter eos euentus qui sequuntur, per se ipsa maxima est: cum verò iurato dicenda sententia sit, meminerit Deum se habere testem: id est, vt ego arbitror, mentem suam, &c. pro Dom. 241 b, Aliquem conscientia peccati profugisse. Epist. 36 a, Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officij mei. Att. 146 b, Præclara igitur conscientia sustentor, de Leg. 164 a, Angor & sollicitudo conscientia vexat impios. pro Cluent. 29 a, Consilia conscientiaeq; facinorum supplicio digna sunt. l. V. 273 b, Illi ad quos conscientia contagio pertinebit. ad Heren. 7 b, Acculator dicit aduersarium eum ad eum ventum sit, erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, &c. quæ signa conscientia sunt. de Finib. 70 b, Epicurus in magnis interdum versatur angustijs, vt hominum conscientia remota nihil tam turpe sit, quod non voluptatis causa videatur esse facturus. I. P. 87 b, Tu oppressus conscientia scelerum tuorum & 88 b, Impedita & oppressa mens conscientia. & ibi. a, Horum alter sic fuit infirmatus conscientia scelerum & fraudum suarum, vt non sit ausus, &c. \* pro Mil. 113 b, Quæ quamuis etiam mediocrium delictorum conscientiam percussissent.

† Syntaxis. *Conscientia pondus, angor, vis. Conscientia te vexans malefacti. Officij conscientia fretus. Conscientia sustentari præclara. Conscientia signa: id est, laesa, vel peccati. Conscientia opprimi. Mens impediatur, & opprimatur conscientia.*

**CONSCINDO**, dis. *discindo, scindo, discorpo.* Ep. 104 a, Epistulam tuam conscindi innocente: nihil enim habebat, quod non vel in concione rectè legi posset. Attic. 34 a, Conscindere aliquem sibilis.

**CONSCINDOR**, ris. *laceror.* Attic. 134 a, Is me ab optimatibus ait conscindi. \* l. V. 459 b, Ibi cum pugnis & calcibus conscissus esset.

**CONSCISCO**, scis. *infero.* in Verr. 176 b, Aratores mortem sibi ipsi conscuerunt. de Cl. 168 a, Themistocles veneno sibi mortem conscuit. Epistol. 97 a, Mortem mihi cur consciscerem, causa non vita est: cur optarem, multa, & ibid. Aut capiendus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. de Nat. 27 b, Iunius necem sibi ipse conscuit. pro Clu. 54 a, Is mortem sibi ipse consciscet. Att. 285 b, Nec incolumis fui Cæsare viuò, nisi postquam illud conscicui facinus.

† Syntaxis.



† Syntaxis. *Consciscere sibi mortem. Consciscenda mors voluntaria. Facinus consciscere.*

**CONSCISSVS**, a, um. Epistol. 107 a, Quod epistolam conscissam doles, noli laborare, salua est domi.

**CONSCIVS**, a, um. *particeps, socius, testis.* pro Clu. 29 a, Is conficius illi facinori fuisse putabatur. de Or. 192 a, Vides officium agi meum quoddam, cui tu es conficius. I. V. 229 a, Nolo viros primarios esse temeritatis & mendacio conficios. Epist. 179 b, Conficius autem mihi eram, nihil à me commissum esse, quod d. &c. Tuscul. 177 a, Et si mihi conficius sum, nunquam me cupidum fuisse vitæ. Off. 66 a, Ego mihi nullius culpæ conficius sum. pro Cæli. 48 b, Huic tanto facinori tua mens liberalis conficia esse non debuit. pro Cæli. 52 a, Serui conficij multarum rerum. pro Deiot. 574 a, Horum, inquit, eram conficius. & ibid. Habere aliquem conficium maximi sceleris. Epist. 92 b, T. Pomponius homo omnium meorum in te studiorum & officiorum maxime conficius. pro Font. 277 a, Satisne vobis multos satis idoneos testes & conficios videtur ipsa fortuna esse voluisse earum rerum, quæ, &c. de Finib. 72 b, Facile vt excogitet, quod occultè, sine teste, sine vlllo conficio fallat. ad Heren. 22 b, Et eius rei multos dixere testes & conficios esse. \* Attic. 165 b, Qui mihi & in publica re socius, & in priuatis omnibus conficius, & omnium meorum sermonum & consiliorum particeps esse foles. Att. 146 b, Si mihi nullius culpæ conficius sum ego.

† Syntaxis. *Facinoris conficius, & facinori. Testis & conficius boni & mali. In hoc tibi sum conficius.*

**CONSCRIBO**, bis scribo, compono. de Sen. 94 b, Sed illos etiã de quibus audiui & legi, & ipse conscripsi. Atti. 221 a, Conscripsi de his ipsis libris epistolã ad Cæsarem. Ad Her. 1 a, Vt de ratione dicendi conscriberemus. Epist. 104 b, Institui Topica Aristotelica conscribere, ab ipsa vrbe communitus amantissima tui. Att. 191 b, De Antonio Balbus ad me cum Oppio conscripsit. pro S. R. 35 a, Volumè quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse. Ep. 193 b, Milites, quos Dolabella ex Asia conscripserat, è Syria fugientes in Pamphylia venerunt. \* pro Clu. 57 a, iam videtis illam nefariam mulierè, iudices, eadem manu, &c. hanc fictam questionem conscripsisse.

**CONSCRIBOR**, ris. pro Dom. 244 a, Cùm homines in tribunali Aurelio palam conscribi centuriarique vidissem. pro Sest. 10 a, Cũ ferui yicacim conscriberentur, decuriarentur.

**CONSCRIPTIO**, onis. *scriptio.* pro Cl. 58 a, Falsæ conscriptiones questionum.

**CONSCRIPTVS**, a, um. *scriptus.* de Cl. 176 b, Liber, quem de consulatu & rebus gestis suis conscriptum molli & Xenophonteio genere sermonis misit ad A. Furium. pro Cl. 57 a, Fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferre.

¶ Ad hæc **CONSCRIPTI** dicebantur, qui ex equestri ordine patribus adscribebantur, vt numerus senatorum expleretur. hinc postea senatores omnes, Patres conscripti appellati. I. C. 118 b, Quare P. C. consulite vobis, &c. ad Her. 31 a, Demus operã Quirites, ne omnino Patres conscripti circumscripti putentur.

\* **CONSECRANDVS**, a, um. de Consolat. Si vllum vnquam animal consecrandum fuit.

**CONSECRATIO**, onis. *dedicatio.* pro Dom. 238 a, An consecratio nullum habuit? dedicatio est religio? pro Dom. 237 b, Clodius suis se dicit manibus domum cuius optimi consecrasset. quæ tua fuit consecratio? pro Dom. 237 b, & 238 b, Consecrationes fiebant aut à Pontificibus, aut à Tribunis pleb. pro Dom. 239 a, In consecratione statuebantur aræ, quæ religionem afferrent. \* pro Cor. 61 b, Sanctiones sacranda sunt, &c. consecratione legis. ibid. Vtrum à capitis consecratione, an obsecratione legis sacrosanctum factus esse confirmas?

**CONSECRATVS**, a, um. *sacer.* (Profanus. in Verr. 200 b, Hunc Cupidinem, quod consecratus erat, nõ attigit. item, Aristes cum Libero patre eodem in templo consecratus. ad Qu. fr. 296 b, Vrbes in quibus tuas virtutes consecratas vides. Tuscul. 155 a, Vetera iam ista & religione omnium consecrata. Tuscul. 176 a, Qui certis quibusdam destinatisque sententijs quasi additi & consecrati sunt. in Catil. 118 a, Campus consularibus auspicijs consecratus. I. V. 225 a, Sicilia Cereri consecrata est. & 119 a, Mutia honor hominis deorum religione consecratus. I. V. 69 a, Delubra sanctissimæ religionibus consecrata. Tuscul. 190 a, Ars eius atque vtilitas deorum immortalium inuentioni consecrata: id est, medicina. pro Sest. 27 b, Neque si hanc opinionem in illo sanctissimo Hercule consecratã videmus, minus existimemus, &c. pro Mur. 124 a, Illa solennis comitiorum precatio consularibus auspicijs consecrata. de Nat. 69 b, Certæ tempestates populi Romani ritibus consecratæ. & 71 b, Quarum rerum vtilitate video etiam consecrata simulachra. de Diu. 21 b, Belluas à barbaris propter beneficium consecratas. de Leg. 175 a, Ex hominum genere consecrati, vt Hercules, &c. de Diuin. 123 a, & 101 a, Ex eo Aio loquenti ara in noua via

consecrata est. Quint. frat. 296 a, Virtutes tuas consecratas, & in deorum numero collocatas vides. pro Cl. 26 a, Martiales quidam Larini appellantur ministri publici Martis, eique Deo veteribus institutis consecrati. de Arusp. 249 a, Clodium esse consecratum Miloni. Part. 233 a, Locus consecratus. (Locus profanus, \* de Nat. deorum 69 b, In pleiisque ciuitatibus intelligi potest, ac uendæ virtutis gratia, aut quo libentius Reipub. causa periculum adiret optimus quisque, virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. Tuscul. 230 a, Cuius Socratis multiplex ratio disputandi, rerumque varietas, & ingenij magnitudo, Platonis memoria & literis consecrata. de Nat. 38 a, Quo ex genere Cupidinis & Voluptatis & Lubentiniæ Veneris vocabula consecrata sunt. de N. 41 b, Ob eamque causam maiorum institutis Mens, Fides, Virtus, Concordia, consecratæ & publicè dedicatæ sunt.

**CONSECROR**, as. dico, dedico, sacro, religiosum facio, monumentum facio, sanum alicui facio, mortuum in locum aliquem infero. de N. 77 b, Quamuis menti delubra, Virtuti & Fidei consecremus, tamen, &c. Quin. frat. 298 b, Amplissimum monumentis consecrare memoriam nominis sui. de L. 170 a, Patria, cui nos totos dederè, & in qua nostra omnia ponere & quasi consecrare debemus. pro Dom. 223 b, Quid nunc apud pontifices agis? te meam domum consecrasset, te monumentum fecisset, in ædibus meis te signum dedicasse. de Leg. 174 a, Ne quis agrum consecrato, auri, argenti sacrandi modus est. pro Ar. 191 a, Fuluius Martis manubias Musis consecrauit. Att. 190 b, Ego illum consecrabo omni genere monumentorum. I. V. 215 a, Se in illo conuentu ciuium Rom. dare, donare, dicare, consecrare candelabrum Ioui Opt. Max. de Nat. 41 b, Consecrare & publicè dedicare aliquem deum. & 38 a, Liber, quem maiores nostri consecrauerunt. pro Dom. 238 a, C. Attinius bona Qu. Metelli consecrauit, foculo posito in rostris, adhibitoque tubicine. pro Dom. 241 b, Consecrare aram in litore. de N. 67 a, Omne ferè bestiarum genus Aegyptij consecrauerunt. de Diu. 21 b, Aegyptij nullam belluam nisi ob aliquam vtilitatem consecrauerunt. de Leg. 175 a, Athenienses Impudentiæ sanè fecerunt: sed virtutes, non vitia consecrare decet. de N. 90 a, Mater Phalaridis visa est videre in somnis simulachra deorum, quæ ipsa Phalaridis domi consecrauisset, &c. \* de Cõfolat. Te approbantibus Dijs immortalibus ipsis in eorum cœtu locatam, ad opinionem omnium mortalium consecrabo. 2. de Leg. Græcia Cupidinum & Amorum simulacra in gymnasijs consecrauit.

**CONSECROR**, ris. I. V. 141 a, Apud omnes Græcos hic mos est, vt honorem hominibus habitum in monumentis huiusmodi nonnulla religione deorum consecrari arbitrentur. pro Cor. 61 b, Aut pœna, cùm caput eius qui contrã facit, consecratur. pro Mil. 117 a, Qui tyrannos necarunt, prope ad immortalitatem, & religionem, & memoriam consecrantur. de Leg. 175 a, Bene verò quod mens, pietas, fides, consecratur manu: quarum omnium Romæ dedicatæ publicè templa sunt. I. V. 215 b, Tui nominis æterna memoria simul cum templo illo consecratur. pro Dom. 237 a, An putatis, si is potestatem tenuerit, & aliquid dixerit, domum vnus cuiusque consecrari posse? \* de N. 39 a, Aër lunonis nomine consecratur. I. V. 215 a, Id candelabrum etiam antè iam mente & cogitatione sua fratrisque sui consecratum esset.

† Syntaxis. *Additus & consecratus. Consecrari Deorum religione. Ars inuentioni Deorum consecrata. Literis consecratum. Consecrare domum, facere monumentum, signum dedicare. Consecrare & dedicare aliquem. Consecrare aliquem ad memoriam, & religionem, & Aër consecratus nomine lunonis. Caput alicuius consecrari.*

**CONSECTARIVS**, a, um. de Finib. 117 b, Illud verè minime consecrarium, sed in primis hebes, illorum scilicet nominum gloriationem dignam esse beatam vitam, quod non possit sine honestate contingere, vt iure quisquam gloriatur. item, Nunc venio ad illa tua breuia, quæ consecraria esse dicebas: & primò illud quod nihil potest esse breuius, bonum omne laudabile, laudabile autem omne honestum: omne igitur bonum honestum: ò plumbeum pugionem. de Fin. 117 a, & 96, Consecraria me Stoicorum breuia & acuta delectant.

**CONSECTATIO**, onis. *captatio, aucupium.* Orat. 212 b, In huius concinnitatis consecratione, Gorgiam fuisse principem accepimus.

**CONSECTATRIX**, cis. *auceps.* Offi. 76 a, Libidines sunt consecatrices voluptatis.

**CONSECTIO**, onis. *sectio.* de Diuinat. 104 b, Nisi consecctionis materiæ fabricam haberemus. alia consecctio. de Natur. 56 b, Arborum consecctione, omni que materia & culta & syluestri, partim ad calefaciendum corpus igni adhibita, & ad mitigandum cibum vtuntur: partim ad edificandum. Magnos verò vsus assertit ad nauigia faciendã.



**C O N S E C T O R**, aris. *imitor, quæro, sequor, aucupor, capro.* de Or. 87 b, Ac, ne omnia consecræ, comprehendam breui. I. P. 91 b, Leuitatis est, inanem aucupari tumorem, & omnes vmbas etiam falsæ gloriæ consecrari. de Orat. 119 a, Tardi ingenij est, riuulos consecrari, fontes rerum non videre. de L. 157 a, Sifenna in historia puerile quiddam consecratur. Tusc. 230 a, Cicero genus disputandi Socratis consecratus est. Offi. 44 a, Alexander beneuolentiam Macedonum largitione consecratur. de Orat. 146 b, Vitium quod nonnulli de industria consecratur. Attic. 212 a, Ne existimes, qui non debita consecrari solent, quod debeatur remissuros. de Fin. 55 b, & 94 a, Nemo est qui dolore ipsam, quia dolor sit, amet, consecratur, adipisci velit. pro Cæc. 275 a, Si tam verè homines verba consecrarentur quàm rem. Offi. 17 b, Bonus cuius non opes aut potentiam consecratur. Orat. 200 b, In Panathenæico Isocrates ea se consecratur fatetur. & de Or. 117 a, Vitiosa consecrari imitando. \* Tusc. 176 b, Qui illa aut non approbant, aut non studiosissimè consecratur.

¶ *Insequor, irgeor, vexo, premo.* Att. 33 a, Consecrari aliquem clamoribus, & conuijs, & sibilis. de In. 76 a, Licinius hostes consecratus est, & conficit.

† *Syntaxis. Consecrari beneuolentiam, hostes, aliquem, conuijs, sibilis.*

**C O N S E C T V S**, ta. in Arat.

*Hic quantum terris consecratus pellitur orbis. Alij consecutus legitur.*

**C O N S E C V T I O**, onis. *consequentia, connexum.* de Inuen. 52 a, Simplex conclusio ex necessaria consecutione conficitur. de Fin. 56 b, Ipsa deductio molestitæ consecutionem affert voluptatis. \* de Finib. 74 a, Quæ mens & causas rerum & consecutiones videat.

¶ *Συδέσσις: id est, apta verborum compositio, & constructio.* Part. 231 a, Consecutio verborum in coniunctione seruanda, ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratione: nã vt in simplicibus verbis, quod non est Latinum, sic in coniunctis, quod non est consequens, vituperandum est.

¶ *Quæstio qualitaris, qualitas ipsa.* de Orat. 153 a, Cognitionis tres modi, coniectura, definitio, &c. vt ita dicam, consecutio. & ibid. Consecutio tractatur, cum quid quanque rem sequatur, inquiritur. vt illud: Sitne aliquando mentiri boni viri.

**C O N S E C V T V S**, a, um. in Anton. 159 a, Proximo, altero, tertio, denique reliquis consecutus diebus non intermitterbas, &c. \* Frag. ep. In quo tua me prouocauit oratio, mea consecuta est segnis. Hortens. Eius omne institutum voluntatemque omnem successio prospera consecuta est.

**C O S E N E S C O**, scis. *senex fio, cuius & etate ingravesco.* Att. 30 a, Noster amicus magnus, annis cognomen vnã cum Crassi diuitis cognomine consensescit. pro Cluent. 20 b, Soror in huius amantissimi sui fratris manibus & gremio, mœrore & lachrymis consensescit. Attic. 37 b, Deinde omnes illius partis autores ac socios etiam nullo aduersario consensescere. de Orat. 106 b, & pro Cl. 18 b, Veteres leges aut ipsas sua vetustate consensuisse, aut nouis legibus esse sublatas. de Sen. 83 a, Quamuis consensuerint vires, atque defecerint. \* Epistol. 51 b, Nunc verò hoc tam graui vulnere, etiam illa, quæ consensuisse (*al. consensuisse*) videbantur, recrudescunt.

**C O N S E N S I O**, onis. *consensus, conspiratio.* Tusc. 154 b, Omni in re consensio omnium gentium lex naturæ putanda est. Epist. 13 b, Quo in discrimine mirifica senatus, incredibilis Italiae totius, & singularis bonorum omnium consensio in metuendo extitit. de Amic. 98 b, Et id in quo est omnis vis amicitiae, voluntatum, studiorum & sententiarum summa consensio. pro Font. 277 a, Consensio Gallorum. Brut. 91 b, Res omnium consensione laudata. Postquam. 212 a, Nulla de illis magistratum consensio. Attic. 156 b, Quorum societas & sceleratæ consensionis fides, quod eruperit, vides. *Obserua. Ad bona, ad perniciem.* \* in Clod. Manet illa in Republ. bonorum consensio. pro Marc. 134 b, Si ad humanos casus incertosque euentus valetudinis, sceleris etiam accedat insidiarumque consensio.

**C O N S E N S V S**, us. *consensio, conspiratio, quasi concentus conuenientia, cognatio.* Tusc. 155 a, Omnium consensus naturæ vox est. I. A. 103 b, Nunquam inter senatum & vos consensus maior vlla in causa fuit. de Nat. 65 a, Illa mihi placebat oratio de conuenientia consensuque naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. & ibid. Iste quasi consensus, quam *συμπάθειαν* Græci vocant. de Diu. 112 a, Rerum natura vno consensu iuncta est atque continens. de Orat. 144 b, Mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur. de Finib. 140 b, Conspiratio consensusque virtutum. Attic. 274 b, Omnium ordinum consensus. pro Dom. 228 a, Vnus consensus om-

nium. de Ar. 258 a, Consensus ordinum est diuisus. Epist. 12 a, Maxima vis est in consensu bonorum. \* Frag. ep. Bellum ex consensu ciuitatis confectum iam haberemus. pro Dom. 228 a, Omitto ciuitatum, nationum, prouinciæ, regum, orbis denique terrarum, de meis in omnes mortales meritis vnum iudicium, vnumque consensum. pro Lig. 142 b, Qui horum consensum conspirantem & penè conflatum in hac propè æqualitate fraternæ non nouerit. Tusc. 154 b, Nec verò id collocutio hominum aut consensus efficit. Tusc. 155 b, Vt Deos esse natura opinamur: qualesque sint ratione cognoscimus: sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium. de Diu. 115 b, Quæ ex cognatione naturæ & quasi concentu atque consensu, quam *συμπάθειαν* Græci appellant, conuenire potest aut fiffum iecoris cum lucello meo? aut meus quæsticulus cum cælo, terra, rerumque natura?

**C O N S E N T A N E V S**, a, um. *aprus, conueniens, consentiens, veriffimilis.* (*Dissentaneus, sed aquæ hæres, vt aiunt.* de N. 34 a, Cùm in æthere astra gignantur, consentaneum est in ijs sensum inesse & intelligentiam. Offi. 76 a, Non id spectandum est quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere. de Fat. 147 a, Stoicis consentaneum est oracula comprobare. Offi. 2 a, Hæc disciplinæ si sibi consentaneæ esse velint, de officio nihil queant dicere. Or. 203 b, Dicere significat quasi aptum esse, consentaneumque personæ & temporis. Epist. 56 b, Relinquebatur triste quoddam & his temporibus consentaneum genus literarum. de Nat. 37 b, Actiones consentaneæ appetitionibus. Offi. 56 a, Hæc formula Stoicorum rationi disciplinæque maximè consentanea. Epistol. 34 a, Quod quidem erat consentaneum cum ijs literis, quas ego Romæ acceperam. de Diu. 136 a, Obscura somnia minimè consentanea sunt maiestati deorum. Offi. 14 a, Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, cum frangi cupiditate. & 19 b, Decorum est esse quod consentaneum sit hominis excellentiæ, &c. I. A. 223 b, Eiusque mors consentanea vitæ fuit. Epistol. 100 b, Cum his ea consentanea & consequentia sint, ne deorum quidem veritate est dubitandum. de Leg. 174 a, Optimæ reipublicæ leges dare consentaneas. Offi. 36 a, Perspicere, quid in quaque re verum sincerumque sit, quid consentaneum cuique, quid cõsequens. Part. 230 a, Vt ea quæ sunt ipsi contrariõve eius aut similia, aut dissimilia, aut consentanea, aut dissentanea. de Or. 124 a, Ex consentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus argumenta ducuntur.

† *Syntaxis. Mors vitæ consentanea: id est, similis, consentiens. Cõsentaneum & consequens. Aptum & consentaneum.*

**C O N S E N T I E N S**, tis. *conueniens, conspirans.* de Diu. 133 a, Animorum cõsentientium multitudine repletum esse mundum. de Diu. 98 a, An dum bestia loquantur, expectamus? hominum consensiente autoritate contenti non sumus? Attic. 65 b, Nemo in terris est mihi tam cõsentientibus sensibus. de Sen. 90 a, Cuius de laudibus omnium est fama consensiens. de Diu. 127 a, Cùm stellæ in eam partem venerint, quæ coniunctum aliquid habeat, aut consensiens, ea triangu- la illi & quadrata nominant. de Nat. 29 b, Tanta rerum consensiens, conspirans, continuata cognatio. Attic. 282 b, Ciuitas in retinenda libertate consensiens. de N. 40 b, Copulatio rerum & quasi consensiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. de Fin. 62 b, Epicurus quantos quantaque amoris conspiratione consensientes tenuit amicorum greges? Tusc. 242 b, In quo à doctis positum est consilium omnis vitæ consensiens & penè conspirans. Acad. 33 a, Epicurus, cuius est disciplina nunc notior, neque tamen cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consensiens. de Clar. 177 a, Motus cum verbis sententis que consensientes.

**C O N S E N T I N I**, *populi Italiae.* de Fin. 50 b, Lucilius Persij, Scipionis & Rutilij iudicium reformidans, aiebat Tarentinis se & Consentinis & Siculis scribere.

**C O N S E N T I O**, tis. *congriso, conuenio, consentaneus sum, idem sentio, cum aliquo facio, in sententia alicuius maneo, iudicio vel opinione alicuius fio, cum aliquo sentio, in eadem voluntate vel opinione sum, conspiro, coniuuro.* I. A. 157 a, Omnes enim iam ciues de reipub. salute, vna & mente & voce consentiunt de Amic. 112 a, De amicitiae utilitate omnes vno ore consentiunt. I. V. 33 b, Tu nos qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas. I. A. 192 b, Omnes mortales vna mente consentiunt, omnia arma contra hunc cõcapienda. pro Sest. 24 b, Causa in qua omnes ordines ciuitatis vnã consentiunt. I. A. 193 a, Omnes deos ad rempub. conferuendam arbitror consensisse. de Sen. 90 a, In quem illud elogium vnicum plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. contra Rull. 63 a, Si consenserint possessores non vendere, quid futurum est. I. A. 163 b, Cùm homines nefarij confiterentur, se urbem inflammare consensisse. I. V. 259 a, Serui, quos iste belli faciendi causa consensisse iudicauit.



dicauit. Ep. 92 a, Qu. Curtius consensus eum Hispanis quibusdam, si Pompeius in oppidum venisset, eum comprehendere, ad Casaremque deducere. Acad. 92 a, Ratio nostra consentit, oratio pugnat. & 14 a, Sed mihi ne utquam cor consentit cum oculorum adpectu. Epist. 146 b, Literæ recitatae in senatu nequaquam consentire cum oratione Furnij visæ sunt. de Finib. 89 a, Non elogia monumentorum hoc significant? velut hoc ad portam, vno ore cui plurimæ cõsentiuunt gentes, populi primarium fuisse virum. & ibid. Id ne consensus de Calatino plurimas gētes arbitramur? & c. Epist. 170 a, Vt principijs consentiant exitus. Atti. 102 a, Hæc eis, quæ de Fabio acta scribis, valde consentiunt. Part. 232 b, Si personis, si temporibus, si locis ea quæ narrabuntur, consentiunt. I. C. 121 b, Cæteri verò ad communem salutem consentiunt. I. A. 135 a, Atque his principijs reliqua consentiebant. pro Mur. 124 a, Vt vestras mentes atque sententias cum populi Romani voluntate suffragijsque consentiant. Off. 2 a, Hic si sibi ipse cõsentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur, fit, & c. pro Clu. 30 a, Iudices tamen in Oppianico sibi constare, & superioribus consentire iudicijs debuerunt. de Vn. 196 a, Consentire sibi, & consentire secum, & constare sibi: idem. Attic. 262 a, Consenti in hac cura, in qua sum, vt me expediã. Off. 20 a, Delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt. \* Oecon. 1, Vbi chorus canentium non certis modis neque numeris præequentibus magistris consentit. Ibid. At vbi certis numeris ac pedibus velut facta conspiratione consensus atque concinuit.

† Syntaxis. *Esse alicui consentientibus sensibus. Omnium fama cõsentiens. Consentiens, conspirans, continuata cognatio. Coagmentatio naturæ consentiens. Consentiens & conspirans consilium. De hoc omnes consentiunt, & vnã consentiunt. Consentire de, & ad: cum datiuo. Cum lepore consentiunt partes.*

CONSEPTVS, a, um, munitus, clausus, septus. de Sen. 89 b, Ager conceptus ac diligenter constitus.

CONSEQUENS, tis, insequens, futurus, quod consequitur. (Repugnans, primum. Part. 230 a, Ex ijs rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellatur, alia ex cõsequentibus, alia ex repugnantibus. de Fin. 121 b, Cùm consequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit, non posse esse verum. Or. 198 a, Cernere consequentia, repugnantia videre. de Cl. 178 a, Quæ quibus propositis sint, quæque non sint consequentia. de Or. 128 b, Id quod concludere velis, non effici ex propositis, nec esse consequens. de Leg. 158 b, Quoniam scriptum est a te de optimo reipublicæ statu, consequens est vt scribas tu idem de legibus. de Orat. 138 b, Connexum autem sit principium consequenti orationi. & 159 a, Si verba extrema cum consequentibus primis iungentis. Part. 231 a, b, Vt in simplicibus verbis quod non est Latinum, sic in coniunctis quod non est consequens, vituperandum est. Orat. 208 a, Vt efficiatur, quod sit cõsequens ijs quæ sumuntur, & c. Tusc. 233 a, Vitium est consequentia reprehendere, cū prima concesseris. de Fin. 112 a, His propositis, tenuit prorsus consequentia. & ibid. b, Sic consequentibus vestris sublati prima tolluntur. & 95 b, Videamus nunc quàm sint præclara illa, ijs quæ nunc posui cõsequentia. Or. 207 a, Quod cuique consequens sit, quodque contrarium. Tusc. 232 a, Hoc probato consequens est illud, & c. & ibi. b, Assentior alteri consequens esse, quemadmodum, & c. & 238 a, Contrariorum contraria sunt consequentia. de Fin. 72 a, His omnibus, quos dixi, consequentes sunt fines bonorum, Aristippo simplex voluptas, & c. & 100 b, Cùm his ea consentanea & consequentia sint. Offic. 36 a, Perspicere, quid in quaque re verum sincerumque sit, quid consentaneum cuique, quid consequens. & 3 a, Homo rationis particeps, per quã consequentia cernit, causas rerum videt, & c. de Diu. 106 b, Homo signis quibusdam consequentia declarantibus futura præsentit. & 117 b, Ex eo significatiõnem rerum cõsequentium quærimus. de Diu. 139 a, b, Philosophi in primis acuti, & consequentia & repugnantia vidēt. \* de Fin. 74 a, Omnemque complectatur mens vitæ consequētis statum.

CONSEQUENTIA, tiæ, consecutio, consecrarium, connexum. de Diu. 107 a, Qui cursum rerum euentorumque consequentiam diuturnitate pertractata notauerunt. ad Her. 41 a, Per consequentiam significatio fit, cùm res quæ sequuntur aliquam rem, dicuntur.

CONSEQUOR, ris, adipiscor, assequor, obineo. (Repugno. pro Cæl. 41 a, Qui ex reipublicæ causa gloriosam victoriam cõsecutus est. Offic. 68 a, Qui omnia honesta negligunt, dummodo potentiam cõsequantur. Ep. 5 b, Vt tuam pristinam dignitatem & gloriam consequare. & 8 b, Omnia, quæ ne per populum quidem sine seditione se assequi arbitrabantur, per senatū consecuti sunt. & 71 b, Quod si id egissemus ego atque tu, & c. omne tempus vnã fuissetis, quod quantum fieri poterit, consequamur. pro Plan. 261 b, Quem ma-

gistratum iam octingenti ferè consecuti sunt. pro Dom. 237 a, Opus erat scientia: quam etsi omnes consecuti sunt, tamen peritiores verustas facit. Qu. fr. 295 b, Nos ea quæ consecuti sumus, his studijs & artibus adepti sumus. I. V. 74 b, Inuestigare & consequi aliquam rem. Qu. de Pet. 205 a, Etsi tibi omnia suppetunt, quæ consequi aut vsu homines, aut diligētia possunt, tamē, & c. I. V. 21 a, Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. Postquam. 198 b, Quis vestra in me beneficiã enumerare aut consequi possit? de Vniu. 196 a, Si minus id quod habemus, in animo consequemur, (al. autem, omnino consequimur) haud erit mirum. de Fin. 56 a, Vt reiiciendis voluptatibus maiores alias consequatur. Ep. 24 a, Vel quia videmur eam famam consecuti, & c. de Offic. 12 b, Si minus imitatione tantam ingenij præstantiam consequi possumus. Offic. 42 a, Magnam laudem & à summo viro, & ab exercitu consequatur. de Fin. 56 a, Quid ex eo cõsecutus est? laudem & charitatem. \* con. C. Anton. Quam dignitatem reliqua vita es consecutus. Frag. ep. Quæ es ab Senatu summo cum honore cõsecutus. de Nat. 10 a, Homines qui immortalitatem essent consecuti. de Vni. 196 a, Si similitudinem veri consequatur oratio. de Offic. 12 b, Quid quisque nobiscum vel sine nobis aut possit consequi, aut nõ possit. de Offic. 34 a, Vt honestis consilijs iustis que factis, nõ fraude & malitia se intelligant ea, quæ velint, consequi posse. de Som. 129 a, Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expectendam gloriam consequi potes? ¶ *Asringo, itinere æquo.* Ep. 257 b, Si itatim nauigas, nos Leucade consequere. Att. 40 a, Nihil mihi opratius cadere potest, quàm vt me quam primum consequare. I. C. 105 b, Si accelerare volent, ad vesperam consequatur. Attic. 40 b, Nunc tu propera, vt nos consequare. & 41 b, Tu nihilominus, si properaris, nos consequere. & 129 b, Non est nobis committendum, vt has x i i i. cohortes hostis accedere, aut itinere me consequi possit.

¶ *Sequor, persequor, imitor.* de Pat. 142 a, Qui aut, & c. is nõ videt quæ quamque rem res consequatur. & 143 a, Si quod primum in cõnexo est, necessarium est, sit etiam quod cõsequitur necessarium. de Finib. 103 b, Ex quo illud natura consequitur, vt communem vtilitatem nostræ anteponamus. de Diu. 91 b, Atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles consecuta: id est, Aristoteles scribit prima statim euenisse. I. A. 159 a, Libertatem pax consecuta est. de Orat. 98 a, Hæc Crassus cùm dixisset, silentium est consecutum. de Clar. 170 a, Hunc Cethegum consecutus est atate Cato. de Orat. 143 a, Tum latus ei condoluisset, sudoremque multum consecutum esse audiebam. pro Mur. 144 a, Si hæc elapsa de manibus nostris in eum annus, qui consequitur, redundãrint. Epist. 4 b, Doleo eiusmodi tempora post tuam profectiõnem consecuta esse, & c. de Somn. 128 a, Hunc Solem, vt comites consequuntur, alter Veneris, alter Mercurij cursus. Epist. 59 b, Visa est oratio non iniucunda, & mediocris quidam est risus consecutus. Quint. fr. 311 b, In eam tabulam magni risus consequabantur. de Leg. 173 a, Eum igitur morem cum breuitate, si potero, consequar. de Orat. 113 b, Verborum propè numerum sententiarum numero consequi. de Nat. 10 a, Chrysippus, quem Diogenes cõsequens in eo libro, qui inscribitur de Minerua, partum louis disjungit à fabula. pro Pomp. 10 b, Quæstum consequi. de Clar. 185 b, Maiores consequi nõ poterat, & minori necesse erat cedere. ad Her. 11 a, Consequi videtur vt doceamus, & c. \* Tusc. 123 a, Ex quo fit, vt pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequatur. de Finib. 58 b, Vt nulli propter eas voluptates dolores consequantur.

† Syntaxis. *Consequens id non est. Nunc consequens est, vt in coniunctis (id est, in oratione) non consequens vituperatur. Consequentia prædicere. Euentorium consequentiam tenere. Inuestigare & consequi aliquid vsu, diligētia. Factum consequi memoria. Consequi laudem ex aliqua re, & ab aliquo. Consequi aliquem celeritate, itinere. Consequi aliquem atate. Consequitur, vt videamus.*

CONSERENDO, Acad. 27 b, Iam istuc te quoque impediēt in nauigando, in conferendo, & c.

CONSERO, ris, conserui, conserui, planto, sero, semino. de Nat. 52 b, Indus non aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit. Tusc. 154 b, Ergo arbores seret diligens agricola, quarū aspiciet baccam ipse nunquam: vir magnus leges, instituta, remp. conseret.

CONSERO, ris, conserui, conserui, confertum, confertum, coniungo, pugno. Tusc. 219 b, Atque hic collocuti sunt inter se priusquam manum consererent, leniter & quietè. pro Mur. 128 a, Signa contulit manum conseruit. Attic. 115 a, Conserete manum cum hoste, vel cum alio quopiam. Antequam. 195 b, Non patiar, vt opera mea manus inter vos conseratis, eadesque ciuium inter se fiat.

† Syntaxis. *Manum conserere inter se, cum aliquo.*



**CONSERTE**, *coniunctè*. de Fat. 146 b, Omnia naturali colligatione, confertè, contexteque fieri.

**CONSERVVS**, a, um, *vnà eum manu*. de Orat. 88 b, Multisque præessem, qui aut interdico tecum contendere, aut te ex iure manu confertum vocarem, quòd in alienas possessiones tam temerè irruisses. pro Mur. 129 b, Eum fundum ego ex iure meum esse aio, quid tum inde? ibi ego te ex iure manu confertum voco. & ibidem, Vnde tu me ex iure manu confertum vocasti, inde ibi ego te reuoco. & 131 a, & Epist. 101 b,

*Non ex iure manu confertum, sed mage seruo*

*Rem repetunt.* — Attic. 241 b, Debuerat autem non ex iure manu confertum, sed quæ sequuntur, tu quoq; scribes. *Ex iure manu confertum, formula est antiqua, quæ vrebantur in vindicanda possessione, qui simul contendebant.*

† Syntaxis. *Ex iure manu confertum aliquem vocare. Repetere manum confertum ex iure.*

\* **CONSERVANDVS**, a, um, I. V. 232 b, Vt quisque eis rebus tuendis conseruandisq; præferat. Off. 4 a, Pulchritudinè, constantiam, ordinem in consilijs factisq; conseruandam putat *natura ratioq;*.

**CONSERVATIO**, onis, *custodia*. de Orat. 100 b, Sit ergo in iure ciuili finis hic, legitima & vsitata in rebus causisque ciuium æqualitatis conseruatio. Offic. 20 b, Via quæ ducit ad conuenientiam conseruationemque naturæ. Off. 35 a, Frugum fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio. & 26 b, Si attentos animos ad decoris conseruationem tenebimus.

**CONSERVATOR**, oris, *seruator, præses, custos*. Attic. 124 a, Alterum existimari conseruatorem inimicorum, alterum defertorem amicorum. pro Fl. 150 a, Mithridatem conseruatorem Asiæ nominabant. Anteq. 194 a, Vtrum vt custos accipiar? an vt proditor excludar? si vt conseruator, vestra erit ignominia: si vt oppugnator, præcisæ erunt omnia. pro D. 218 b, Conseruator reip. Att. 145 a, Me nonnulli conseruatorem istius vrbs esse dixerunt. pro Sest. 15 a, Custos & cōseruator vrbs. Epist. 184 b, & de Ar. 157 b, Conseruator patriæ. (*Prodiur patriæ.*)

**CONSERVATRIX**, cis, de Fin. 130 b, Omnem naturam esse conseruatricem sui.

**CONSERVATVS**, a, um, de Diu. 124 a, Ius augurum diuinationis opinione principio constitutum est, postea reip. causa conseruatum ac retentum. Ep. 13 a, Ciues mei à me conseruati. \* pro Marc. 136 b, Omnibus me rebus à te nō conseruato solūm, sed etiam ornato.

**CONSERVO**, as, *custodio, tueor, retineo, seruo, adseruo, tutor, reseruo, foueo, teneo*. Anteq. 194 b, Qui hoc imperij domicilium factum tectum ab omni periculo conseruaui. de Nat. 12 a, Si aliquis in mundo est, qui regat, qui gubernet, qui conseruet omnia. Antequam 195 b, Ego apud vos non loquar, quos conseruaui? Attic. 297 a, Vt vos eam necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere & conseruare patiantur. pro Pomp. 6 a, Quæ accepistis, tueri & conseruare nō posse. pro Corn. 62 a, b, Seruare & conseruare maiestatem. Offic. 72 b, Conseruare iusiurandum. pro Quint. R. 45 b, Conseruare ordinem. Attic. 84 a, Sed ordinem conseruabo tuum. Orator. 207 b, Conseruare & notare tempora. de Orat. 133 b, Conseruare pecuniam. I. V. 101 a, Quod alterius mortui voluntatem conseruabat. Ep. 61 b, Si poteris, velim tuam pristinam erga me voluntatem conserues. Ep. 36 b, Hæc ad te scripsi liberius, fretus cōscientia officij mei beneuolentiæque quam à me certo iudicio susceptam, quoad tu voles, conseruabo. & 57 b, Tuorumque meritorum erga me memoriam conseruabo. \* in Pis. 80 a, Ego agrum Campanum, si diuidi non oportuit, conseruaui. pro Dom. 241 a, In vrbe, quam suis laboribus ac periculis conseruaui. I. A. 265 a, Cumq; Rempub. vrbem, templa Deorum immortalium, bona fortunasque omnium liberosq; conseruaui. *imperatores* dimicatione & periculo vitæ suæ. I. A. 238 a, Maximam eius & singularem laudem præmitto. Cuius enim predicatio nondum omnibus grata est: hanc memoriæ potius quam vocis testimonio conseruemus. de Fin. 94 a, Vt se conseruet in naturæ statu.

**CONSERVOR**, ris, Offic. 31 b, Res familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpitudō: conseruari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. I. C. 116 b, Vt omnes salui conseruemini. I. C. 111 a, Non minus iucundi sunt ij dies quibus conseruamur, quam ij quibus nascimur.

**CONSERVVS**, ui, *qui eidem domino cum alio seruit*. Quint. frat. 318 b, Eo die quatuor eius conseruos & discipulos Venasii cuniculus oppresserat. pro Cluent. 55 b, Is noctu duos conseruos dormientes occidit. Epist. 184 b, & Part. 123 a, O rem miseram: dominum ferre non potuimus, conseruo seruimus.

**CONSESSOR**, oris, *assessor, qui alteri assidet*. de Finib. 77 b,

Aulus Varius, qui est habitus iudex durior, dicere conserfori solebat, aut hoc, &c. Att. 31 a, Modò te cōserfore specta re liceat. *spectaculum*. I. A. 197 a, Vt ei cū M. Curio conserfore eodem & collusore facile possit conuenire. pro Flac. 151 a, \* Ne accusatoris conserforibus, conuiuiis contubernalibus ciuem ac supplicem vestrum dederitis.

**CONSESSVS**, sus, *homines significat vno in loco confidentes*. pro Mil. 101 b, Non enim corona conserfuss vester cinctus est, vt solebat. pro Flac. 154 b, Cū hic Dorylenis efferretur magna frequentia conserfussque vestro. I. V. 79 b, In conserfuss conserfussque vestro. Tusc. 155 b, Frequens conserfuss theatri. Attic. 11 a, Non enim vnquam turpior in ludo talatio conserfuss fuit. pro Quint. 2 b, Præconum conserfuss. \* pro C. Cornel. 1, Quòd passus esset tum primum à populari conserfuss senatorijs subsellia separari. pro Quint. 2 b, Tollitur ab atrijs Licinij atque à præconum conserfussu in Galliam Næuius. I. V. 79 b, Qui non conserfussu, conserfussuque vestro commoueretur. Tusc. 155 b, Frequens conserfuss theatri, in quo sunt mulierculæ & pueri, mouetur audiens tam grande carmen. de Senect. 90 b, Cū Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu venisset, in magna conserfussu, locum ei à suis ciuibus nusquam datum. ibidem, Quibus cum à cuncto conserfussu plausus esset multiplex datus.

† Syntaxis. *In conserfussu & conserfussu senatorum. Theatri frequens conserfussu.*

**CONSIDERO**, des, *simul assideo, confido*. de Cl. 167 a, In ratulo propter Platonis statuum confedimus. I. V. 79 b, Quo die primum iudices citati in hunc reum confedistis. Acad. 41 b, Quæ cū sunt dicta, in conserfussu confedimus omnes. Att. 11 a, Vt primum iudices confederunt. de Sen. 90 b, Legati in certo loco confederant. pro Flac. 49 b, Cur homines istheatri certo confederant. de Orat. 87 b, Et omnes in ijs sedibus, quæ erant sub platano, confedisse dicebat. de Arusp. 245 a, Cū mihi stans tacenti minaretur, voce tantum attingi legum initium, & iudicij confedit ille, conticui.

¶ *Maneo, moror, sum*. de Diu. 97 a, & 122 a, Platoni in cunis dormienti apes in labellis confederunt. de Fin. 59 b, Sic cuius in mente confedit iustitia, hoc ipso quod ad est, turbulenta non potest fieri. de Diu. 95 b, Equus cuius in iuba exaxem apum confederat. Orat. 205 b, Hoc in eia de qua loquor mediocritate confedit. de Ar. 249 a, Quorum ludorū religio tanta est, vt ex vltimis terris accersita, in hac vrbe confederit. Att. 75 a, Antequam aliquo loco confedero, literas à me non expectabis. Att. 25 a, Cūm Quin. noster iam in ocio confederit. Ep. 243 b, Quinque cohortes apud Philomelum confederunt. & 27 b, In eisdem solitudines tu ipsè venies, in quibus nos audies confedisse. Acad. 3 b, Tum eodem spacio confedimus. \* in L. Pis. Hic cūm ad Padum Placentiæ fortè confedisset.

¶ *Minuo, sedor*. de Cl. 173 b, Ardor animi confedit. pro Mur. 128 a, Confedit vtriusque nomen in quæstura. Acad. 22 a, Furor confedit. de Clar. 167 b, Eorum aspectu omnis quæ me angebat de repub. cura, confedit.

† Syntaxis. *Confidere propter statua: id est, ad iudices in reum confidentes. In conserfussu, confidere. In certo loco confidere. Iustitia in mente confedit, in ocio, aliquo loco. Confedit ardor, furor, cura.*

**CONSIDERANS**, tis, Tusc. 228 b, Equidem eos casus mecum ipse considerans, huic incipio sententiæ diffidere. Hortens. Quæ nobis dies noctesque considerantibus, magna spes est.

**CONSIDERANTIA**, *consideratio*. Qu. fr. lib. 3. Ep. Cuius in hoc vno considerantiam & ego sustinebo.

**CONSIDERATE**, tius, *cogitatio, cogitatio, consiliū, prudenter, iudicio*. pro Qu. 9 a, Ita q; maiores nostri rarò id accidere voluerunt, prætores vt consideratè fieret, cōparauerunt. Off. 19 a, Agere, quod agas, consideratè. Off. 27 b, Cūm ira nihil rectè fieri, nihil consideratè potest. & 10 b, Beneficiæ quæ iudicio, consideratè, constantèq; delata sunt. Att. 136 a, Quid ais, si hic temperantiùs egerit, cōsideratiùs consiliū te daturum, qui potest? Attic. 146 b, Consideratiùs utilitatē nostræ consulero.

**CONSIDERATIO**, onis, *circumspectio, animaduersio, ratio*. Acad. 32 a, Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum, consideratio contemplatioque naturæ. Acad. 10 a, Sin ex circumspectione aliqua, & accurata consideratione, quod visum sit, id se dicent sequi, tamen exitum non habebunt.

† Syntaxis. *Consideratio, & circumspectio. Consideratio & contemplatio.*

**CONSIDERATVS**, sismus, *prouisus, meditatvs*. de Ar. 244 a, Nihil feci non diu consideratum, & multò antè meditatū. de N. 64 a, Ratiocinatio, est diligens & cōsiderata faciendū aliquid aut non faciendū excogitatio. Part. 122 a, Cui viuendi via considerata atq; prouisa est. pro Qu. 2 b, C. Quintiùs vna in re paulò minus cōsiderat, qui, &c. p. Syl. 180 b,



Factum quod paulò minus consideratum videatur. de In. 32 b, Ratio bene considerata. de Cl. 178 a, Considerata tarditas. pro Font. 280 a, Illud verbum consideratissimum nostræ cōsuetudinis arbitror. pro Cec. 283 a, Illud considerati hominis esse putamus non contendere, &c. \* Incer. Quod iudicis lenti & considerati est proprium.

**C O N S I D E R O**, ras. *reputo, cogito, commentor, animaduerto, circumspicio, conspicio, specto, existimo, contemplan, intueor, attendo, rationem habeo, expendo, pondero, ante oculos meos pono, vel pro. pono, ratione animoque lustrō, animo & cogitatione complector, animum ad aliquam rem refero, ante oculos meos volitat, mente mea circumspicio, animo intueor, animo contemplan, expiscor.* pro S. R. 26 a, Age nunc refer animum sis ad veritatem, & considera, quæ studia à patribus, &c. Att. 102 a, Id coram considerabimus, quale sit: habet enim res deliberationem. Ep. 238 a, His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, consideretis. Part. 121 a, Nunquamne homo amentissime te circumspicies? nunquamne quid facias considerabis, ne quid loquere? Attic. 110 b, Sed de hoc tu videbis: quippe cum de ipso ac de me ista considerare velim. & ibid. Sed velim consideres, quid faciendum putes. Epist. 152 a, Flagitare Senatus instituit Cornutum, ut referret statim de tuis literis: ille se considerare ait velle. pro S. R. 36 a, Age nunc ex ipsius Chryfogoni iudicio Rosciorum factum consideremus. in Verr. 153 b, Considerate cum vestris animis vosmetipsi, &c. in Verr. 207 a, Contemplari & cōsiderare aliquid. & 271 b, Vide etiam atq; etiam, & considera quid agas. \* ad Her. 7 b, In præterito tempore oportet considerare, vbi fuerit.

**C O N S I D E R O R**, ris. de Inuent. 45 a, Vnaquæque constitutio ex se & ex sua natura consideratur. Offic. 30 a, Veri etiam poetæ suum quisque opus à vulgo considerari vult, ut si quid, &c.

\* Syntaxis. *Considerata viuendi via, & proposita. Homo consideratus. Considerata excogitatio, tarditas, factum. Considerare de aliqua re. Cum suis animis considerare homines. Contemplan, viuere, considera. Ex se, & sua natura aliquid considerare.*

**C O N S I D I T U R**, Orat. 144 b, In syluam venitur, & ibi magna cum audiendi expectatione confiditur. *al. consideratur.*

**C O N S I D O**, is. *confideo.* de Leg. 170 b, Sed si videtur, confidamus hic in umbra. Att. 26 a, Quinetiam dubito, an hic Antij confidam. de Vniu. 195 b, Senfus mouentia quæ sunt, eadem in opinione confidunt. de Orat. 160 b, Verborum iunctio variè distincteque confidat. de Prou. 76 a, Quæ Alpes iam licet confidant, aliàs, *Cōcidant.*

\* Syntaxis. *Considerare in umbra. Considerare in opinione. Verborum iunctio, confidat distinctè.*

**C O N S I G N A N D U S**, a, um. de Vniu. 200 a, Sidera ex quibus erat motus temporis consignandus.

**C O N S I G N A T U S**, a, um. *obligatus, signatus.* de Orat. 129 b, Ij fundi, quos tibi pater publicis commentarijs consignatos reliquit. & pro Cl. 46 b, de Leg. 193 a, Publicis literis consignatam memoriam publicam nullam habemus. Tusc. 160 b, Nec fieri posset, ut à pueris tot rerum atq; tantarum in fitas & quasi consignatas in animis notiones, quas *civitas* vocant, haberemus, nisi, &c. de Diuin. 98 b, Clarissimus monumentis testata consignataque antiquitas: *id est, ipsa exempla.* in Verr. 171 a, Ratio certa est, Aetnensium & publicis & priuatis literis consignata. pro Deiot. 150 b, Quæ publicis populi Romani literis monumentisque consignata sunt. pro Flac. 154 a, I. V. 59 a, Ijdem literis illius prætura, & tuæ quaestura consignata est.

**C O N S I G N O**, as. *obsigno, signo, firmo.* Acad. 1 b, Vt literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus: sic ille in animo res insculptas habebat. Postquam. 310 b, Priuilegij vim autoritate honestissimorum hominum & publicis literis consignauit. \* Epist. 205 a, Quam commendationem his literis consignare volui.

**C O N S I G N O R**, ris. pro Qu. 4 b, Tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur.

\* Syntaxis. *Consignata memoria, notiones. Antiquitas testata, & consignata monumentis. Literis consignare monumentis mandanda. Consignare signis: id est, sigillis firmare.*

**C O N S I L I A R I U S**, rij. *autor, præscriptor, qui consiliū dat.* de L. 192 b, Augur meminisse debet, Ioui Opt. Max. se consiliarium & administrum datum. Attic. 225 b, Ratio ædificandi inquit consiliario quidem & autore Vestorio. I. V. 117 a, Interea amici & consiliarij eius molestè ferre cœperunt, Heraclium profugisse. Attic. 48 b, Si me à meis consiliarijs proditum & protectum vides. Epistol. 3 b, Non inuito rege ipso consiliarijs que eius, & 10 b, Sed cerè & ego te autore amicissimo & sapientissimo, & tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & beneuolo cerè vsus esses.

**C O N S I L I A N D U M**, *consulendum, deliberandum.* Att. 244 a, Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad consilian-

dum legatione, vehementer expecto: est enim inexplicabilis. *Legitur etiam, de tua: & pro ad consiliandum, alij ad consiliandum, legunt: sed consiliandum melius.*

**C O N S I L I V M**, lij. *deliberatio, cogitatio, animaduersio, ratio, cogitatio, quod aliquis sequitur aut spectat, consulum, sententia.* de Inu. 65 b, Consilium est, aliquid faciendi, non faciendive excogitata ratio. de Orat. 114 a, In rebus magnis memoriaque dignis consilia primùm, deinde acta, postea euentus expectantur. de Inu. 82 b, Cupiditas consilij gubernatione regitur. Ep. 182 b, In consilio capiendi prudentia, in dando fides requiritur & religio. & 145 a, Consilium plenum prudentiæ & fidelitatis. de Or. 88 a, Prudentium consilia. Attic. 124 b, Leuatur enim omnis cura cum aut consistit consilium, aut cogitando nihil explicatur, & 256 b, Nihil debet, qui consilium dat, præstare præter fidem. Attic. 142 a, Consilia ex euentu, non ex voluntate à plerisque probari solent. & ibid. Quod verissimum nobis videbitur, de eo quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus: quod si nō fuerit prudēs, at cerè ab optima fide & optimo animo proficiscetur. Ep. 7 a, b, Totius facti tui iudicium, nō tam ex consilio tuo, quàm ex euentu homines sunt facturi. pro Cl. 35 b, Minus fidele consiliū alicui dare. I. A. 240 b, Optimus est portus pœnitenti mutatio consilij. Attic. 256 b, Nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiam dixit esse. & 235 b, Consilia temporum sunt, quæ in horas commutari vides. & 132 a, Et simul scito labare meum consiliū illud, quod iam satis tibi fixum videbatur. I. A. 212 b, Turpe est viro prudenti, præsertim in re tam perspicua, consilium intelligendi defuisse. contra Rull. 67 a, Cui non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur? Epist. 18 b, Nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consilijs paruisset. *Qu. fr. 327 a, Recordare consilium nostrum, quod fuerit profectiois tuæ: nō enim comoda quædam sequebatur parua ac mediocria.* Attic. 127 b, Nec mihi tantum sumo, ut meum consiliū valere debuere: securus sum tuum. & 243 b, Quid ætati sit credendum, magni consilij est. & 155 a, Nihil mihi adhuc accidit, quod maioris consilij esset & 40 a, Capere consilium de sententia alicuius. & 203 a, Ipse venirem Romam, si satis cōsiliū quadam de te haberem. & 228 a, Nec alia causa profectiois mihi vlla fuit, cum consilium cepi legatū à Cæsare. & 108 a, Subito cepi consiliū, ut exirem. pro Dom. 236 a, Qui perniciosus reip. consilia cepisset. I. V. 116 b, Capit consiliū de amicorū sententia, non adesse ad iudicium. Off. 60 a, Principes cōsiliū hoc ceperunt, nomē Tarquiniorum memoriamque regni esse tollendā. in Ant. 167 a, Tu quem Narbone consilium interficiendi Cæsaris cepisse notissimum est. pro Sest. 29 a, Is à te consilium P. Sestij accusandi petijt. Ep. 237 b, Metuo ne id cōsiliij ceperimus, quod non facile possumus explicare. de Fat. 140 a, Maximè nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad concordiam ciuium pertinent. Ep. 46 b, Exquirete consilium alterius. de Or. 111 b, Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia. Ep. 149 a, & de Clar. 196 a, Cognoui, quæ tua voluntas, quod tuum consiliū esset de rep. Epist. 153 a, Tu quanquam consilio non egēs, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil huc reiciās: nec in rebus tam subitit tamque angustis à Senatu consiliū petendum putes. Att. 238 a, Quid enim illi afferre consilij possum, cum ipse egeam consilio? Att. 3 b, Ego qui in te satis consilij statuebam esse, malui Peduceum tibi consilium per literas quàm me dare. & 47 a, Quod in me ipso satis esse consilij decreueras. Att. 217 b, Nunc me iuua, mi Attice, consilio. Ep. 86 b, Actis his rebus literæ à te mihi sunt redditæ, quibus à me consilium petis, quid sim tibi autor, in Sicilia subsidias, an, &c. Ep. 31 b, Quid efficere possis, tui cōsiliij est. Att. 121 a, Quare ut de maxima re deliberanti, ita mihi des consilium velim. & 136 a, Consideratus consilium dare. Ep. 238 a, Vestrum consilium est, quid vobis sit faciendum. Att. 93 b, Qu. puer literas patris aperire solet, idque de meo consilio. Attic. 215 a, Cæsar nihil facturum nisi de meo consilio. & 40 a, Capere consilium de sententia alicuius. de N. 75 a, Ope consilioque tuo furtum factum est. Att. 40 a, Sed eò si veneris, de toto itinere ac fuga mea consilium capere poterō. Postq. 203 a, In cōsilijs de repub. capiendis, &c. contra Rull. 84 b. Nec concionandi potestas erat, nec consilij capiendi publici. Attic. 136 a, Capere consilium ex re & ex tempore. I. C. 107 a, Si Catilina sententiam permutauerit, & consilium belli faciendi abiecerit. Att. 74 a, Fannius ædificandi consilium abiecerat. & 116 a, Ego tamen Philotimi literis mutauit cōsiliū de mulieribus. Off. 32 a, Cato semper in proposito susceptoque consilio permansit. I. A. 153 a, Exponam vobis breuiter consilium profectiois & reuersionis meæ. Ep. 33 a, Nunc ego tibi meum consilium exponam. Attic. 140 a, Consilium primum est, suffocare urbem: deinde, &c. Ep. 141 b, Aquini consilia sunt inita de me. Att.



239 b, Amis vſi ſumus virilibus, conſilij mihi crede puerilibus. & 121 a, Cuius fortunæ, quantum humano conſilio effici poterit, morum ratione quadã gubernabimus. Offic. 16 b, Reperias multos, quibus periculofa & callida conſilia, quietis cogitationibus ſplendidiora & maiora videantur. de Nat. 75 b, Homines rationem bono conſilio à dijs immortalibus datam in fraudem cõuertunt. Ep. 88 a, Quæ ſunt in fortuna, temporibus regentur, & conſilij noſtris prouidebuntur. pro Dom. 227 b, Senatus eſt ſummum populi Rom. populorumque & gentium omnium ac regum conſilium. de Diu. 8 b, Summum conſilium. Ep. 7 a, Ea que de ea ſcripta eſt autoritas, tantam habet vim, vt magis iratorum hominũ ſtudium, quàm conſtantis ſenatus conſilium eſſe videatur. pro Dom. 227 b, & 228 a, Nulla eſt in hac vrbe ſocietas publicanorum, nullum collegium, nullũ concilium, nullum denique commune conſilium, quod non, &c. in Verr. 224 a, Sententia ſine conſilio, damnatio ſine deſenſione. Epist. 61 a, Quis eſſet, qui me in conſulatu non caſu potius exiſtimaret, quàm conſilio fortem fuiſſe. \* pro Cluent. 56 b, Mulier abundat audacia, conſilio & ratione deficitur. pro C. Cornel. 2. Studia, conſilia, cogitationesque eorum aperiã? con. C. Anton. Cuius tu conſiliũ in tua turpiſſima caſa delegiſti. Frag. ep. Felicitas eſt fortuna adiutrix conſiliorum bonorum: quibus qui non vitur, &c. Ergo in perditis impijsq; conſilij nulla potuit eſſe felicitas. ibid. Eum amorem & eum, vt hoc verbo vtat, fauorem, in conſilium aduocato. 2. de Leg. Magnum auidaxque conſilium Græcia ſuſcepit, quod. I. C. 98 b, Luce ſunt clariora nobis tua conſilia omnia: quæ etiam mecum licet recognoſcas. pro Dom. 227 b, Eo deniq; conſilio M. Bibuli fortiſſimi viri Senatus ſententiam ſecutus eſt. ibid. b, Qui non meis conſilij patriam conſeruata eſſe fateatur. pro Marc. 133 a, Mea conſilia pacis & togæ ſocia, non belli atque armorum fuerunt. ibid. Quod meum conſilium minime obſcurum fuit. pro Marc. 135 b, Non conſilij ſolum & ſtudijs, ſed armis etiam & caſtris diſſidebamus.

¶ *Indices congregati.* pro Quin. 1 b, Si apud hoc conſilium expibitus, non ex veritate caſa pendetur. item 6 a, Tibi inſtat Hortenſius vt eas in conſilium. de Clar. 172 a, Conſules re audita amplius de conſilij ſententia pronunciant. I. V. 246 b, Cauſam cognoviſti, & de conſilij ſententia pronunciat. Aduocare conſilium vel concionem. L. A. D. V. O. C. O. de Leg. 192 b, & de Or. 95 a, Dimittere cõſilium. pro Clu. 35 a, Cur eum, cum in conſilium iretur, abeſſe patiebantur? cum in conſilium mittebant, Stalenum iudicem non requirebant. \* I. V. 124 a, Cum ipſe prætor ſine conſilio, reus autem ſine patrono atque aduocatis fuiſſet. ibid. Vt eum conſilio cognoviſſet. ibid. Ne Petilius cum cæteris in conſilium reuerteretur. pro Quint. Qui tibi in conſilio adſunt pro Mil. 102 a, In iudicio verò & in eo cõſilio, in quo ex cunctis ordinibus ampliffimi viri iudicant, nunquam exiſtimai ſpem vllam eſſe habituros Milonis inimicos a d, & c. de Diuin. 80 b, Nec verò ſomnia grauiora, ſi que ad Rempub. pertinere viſa ſunt, à ſummo conſilio neglecta ſunt. Attic. 155 a, Veniendumve ſit in conſilium tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit. con. Rull. 64 a, Maiores noſtri Capua magiſtratus, ſenatum, conſilium commune, omnia deniq; inſignia Reip. ſuſtulerunt. pro Dom. 227 b, Quod eſt in terris commune tantum tantulumve conſilium, quod non de meis rebus geſtis ea iudicãrit?

¶ *Arbitrium.* Att. 155 a, Veniendumve ſit in conſiliũ tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit.

† *Syntaxis.* Conſilium ſidele, amantiſſimum, magnũ, pernicioſum, periculoſum, callidum, ſummum. Conſilium habere, dare, capere, petere. De conſilio alicuius aliquid facere. Conſilium ex re, & ex tẽpore capere, abijcere, mutare. Conſilij prouidere. Apud hoc conſiliũ ex opibus, non ex veritate penduntur cauſæ. In conſilium ire, venire. Conſilium conuocare, aduocare.

**CONSIMILIS**, ſc. ſimilis, parilis. de Orat. 97 a, Cauſa aliqua poſita conſimili cauſarum earum, quæ in forum deferuntur. I. A. 166 a, Cum rem geſiſſet conſimilem rebus ijs quas ego geſſeram. de Orat. 137 a, & 145 a, Aut quæ ſunt alijs grauioribus conſimilia. ad Her. 34 b, Conſimilis. )( . Diſſimilis. in Arat.

*Conſimili ſpecie ſtellas pariliq; colore.*

**CONSISTENDI**, dum. Tuſc. 217 b, Ipſa ſibi imbecillitas indulget, in altumque prouehitur, impudensque, nec reperit locum conſiſtendi. pro Flac. 156 b, Iſte cui nullus eſt vſquam conſiſtendi locus. Antequam. 195 b, Ego repente vſ tribunitia correptus, ne conſiſtendi quidem in ciuitate habeo poteſtatem. Part. 238 b, Ita cõſiſtendum, vt quod obijcitur factum, neget.

**CONSISTENS**, tiſ. de Orat. 108 a, Nec iſ conſiſtens in loco, nec inambulans.

**CONSISTO**, ſtiſ, conſtiti. conſto, commoror, nitor, pendeo, ſubſiſto, reſido, vel reſideo, ſum. I. V. 159 a, Nympho antequam pla-

nẽ conſtitit, cõ demnatur. I. V. 241 a, Oppida in quibus prætores conſiſtere & conuentum agere ſolent. Att. 74 b, Plura ſcribam ad te, cum conſitero. & 185 b, Vt dum conſiſto in Tuſculano, ſciam quid garriat in ruſticatu. pro Rab. 94 b, Cum iſ armatus in comitio conſiſtiſſet. in Arat. Sol conſiſtens in capricorno conuertit curriculum. At. 253 b, Brutus tardẽ nauigaturus eſt, conſiſtens in locis pluribus. Or. 205 b, Si ſemel conſiſteris, nunquam cades. Att. 255 a, Veni igitur ad Siccam octauo die à Pompeiano, cum vnũ diem Velæ conſiſtiſſem. & 227 a, Ita; Cales proceſſi, vt ibi poſtiſſimum conſiſterem. de Diu. 87 a, Qui ad meridiem ſpectans in media vinea dicitur cõſiſtiſſe. de Or. 127 a, Vbi ſenſi me in poſſeſſione iudicij & deſenſionis meæ conſiſtiſſe. pro Dom. 241 b, Tantus clamor à noſtris, vt neq; mente, neq; lingua, neq; oratione conſiſteret. de Or. 154 a, Oratorem vbicunq; conſiſterit, conſiſtere in ſuo. & 199 b, Cauſidicus qui in forenſibus cauſis poſſit præclare cõſiſtere. pro Cecin. 299 a, Non conſiſtes illo iudice. pro Dom. 241 b, Ve neq; mens, neq; vox, neq; lingua conſiſteret. de Cl. 196 b, Nonne cernimus vix ſingulis ætatibus binos oratores laudabiles conſiſtiſſe? al. exiſtiſſe? Quin. fr. 308 a, Clodius neque mente, neq; lingua, neq; ore conſiſtere potuit. I. A. 173 b, Iſ neq; vigilans, neq; in ſomnis mente vnquam poteſt conſiſtere. de Sen. 92 b, Qui mortem omnibus horis impendentẽ timet, iſ tranquillo non poteſt animo conſiſtere. de Diu. 139 a, Vt nunquam liceat quicta mente conſiſtere pro Qu. 5 b, In hoc ſumma iudicij cauſaq; tota conſiſtit. de Fat. 151 b, Hæc diſcerẽs qua de re agatur, & in quo cauſa conſiſtat, non videt. de Or. 100 a, Præſertim cum hæc cauſa nõ in crimine aliquo, ſed in iure ciuili conſiſtat. At. 108 a, Si in Italia Pompeius cõſiſtit, erimus vnã. de Som. 131 a, Vel cõcidea omne cœlum, & omnis natura conſiſtat neceſſe. pro Qu. 2 a, Vt multis iniurijs iactata atq; agitata æquitatem in hoc tandem loco conſiſtere & confirmari patiamini. pro Qu. R. 53 a, Ipſa mihi veritas manũ iniecit, & pauliſper cõſiſtere & commorari cogit. & 49 b, Quoniam ille hic conſiſtit pauliſper, mihi quoq; neceſſe eſt paulũ cõmorari. pro Ar. 189 b, Beſtiæ ſæpe immanes cantu ſtectunt atq; conſiſtunt. Ep. 154 b, Mihi ſi contigiffet vt prior occurrerẽ Antonio, non meherecule horam conſiſtiſſet. Att. 85 b, Conſiſtere vſura debuit, quæ erat in edicto meo: id eſt, non debuit mutari. Poſtq. 207 a, Si cum hoc homine in foro conſiſtiſſes. I. V. 69 b, Verres appellat hominem, cum hoc conſiſtit, hunc amplexatur. I. A. 192 b, Milites Albæ conſiſtunt. Ep. 150 a, Ipſe in Allobrogibus conſiſtit, vt, &c. pro Mur. 130 a, Homines cum recte atq; in loco conſiſtiſſent iuberi abire. Att. 276 a, Iſ vbi conſiſtat, vſpiam non habet. pro Quin. 1 b, Veritas locum vbi conſiſtat, reperire non poterit. pro S. R. 43 a, Tibi in iſto loco conſiſtere nõ liceret. de Inu. 65 b, Habitus in aliqua animi abſolutione conſiſtit. Tuſc. 236 b, Omne bonum in vna honeſtate conſiſtit. Off. 4 b, Primum ille locus in veri cognitione cõſiſtit. I. A. 170 a, Cauſa eius belli in perſona tua conſiſtit. & 156 a. Cn. Pompeij tertius conſulatus in quibus actis conſiſtit? nempe in legibus. pro Mar. 134 b, Reſpub. in vnũ mortalis anima conſiſtit. Att. 202 a, Ego in cuius cauſa reip. ſalus conſiſtebat. I. A. 187 a, Cum in eo ſalus & vita optimi cuiuſq; & libertas populi Ro. dignitasq; conſiſteret. pro S. R. 44 a. In quo nõ modo culpa nulla, ſed ne ſuſpicio quidem potuit conſiſtere. pro Clu. 34 a, Similis in Bulbo in Gutta, in alijs nonnullis ſuſpicio conſiſtebat. & 35 a, Eò tranſire illius turpitudinis infamiam, vbi cætera maleſicia conſiſtant. de Ar. 249 a, Si ludus conſiſtit, aut tibicen repente conticuit. Att. 124 b, Leuatur enim omnis cura, cum aut cõſiſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur. de Or. 85 a, Si inſinitus labor ætatis flexu conſiſtiſſet. Epist. 103 a, Quod iam videris certa aliqua in ſententia conſiſtiſſe. Or. 216 b, Comprehenſio à capite ita fluere debet, vt ad extremum veniens ipſa conſiſtat. \* Ep. 107 b, Tanta me ἀγχοῖς arripuit, vt hodie primum videatur poſſe conſiſtere.

† *Syntaxis.* Conſiſtendi locus. In loco conſiſtere. Cum cõſiſturo: abſoluit. Conſiſtere mente, lingua, oratione. In iudice conſiſtere. Conſiſtere animo tranquillo. Cauſa nõ in crimine, ſed iure ciuili conſiſtere.

**CONSITI O**, onis. ſario. ſic Sen. 88 a, Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones.

**CONSITURA**, ræ. conſitio. de Repub. Quæ videlicet ille non ex agri conſitura, quam cernebat, ſed ex doctrinæ iudicij interpretabatur. ex Nonio Marcello.

**CONSITVS**, a, um. ſaius. de Sen. 89 b, Ager conſeptus ac diligenter conſitus.

\* **CONSOBRINA**, æ. ex fratre vel ſore matris nata. pro Quin. 3 a, P. Quintij conſobrinam habet in matrimonio Næuius, & ex ea liberos.

**CONSOBRINVS**, ni. ex fratre vel ſore matris natus. pro Lig. 138 b, Nam quid aliud agis? niſi vt Romæ ne ſit, ne cũ hoc T. Brocho auunculo ſuo, ne cum eius filio conſobrinus ſuo,



ne nobiscum uiuat? de Or. 108 b, Cùm nos erudiremur vnâ cum consobrinis nostris Aculeonis filijs, quo cum erat nostra matertera. Off. 11 b, Sequuntur fratrum cõiunctiones, pòst consobrinorum sobrinorumque: qui cùm vna in domo iam capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt. Postq. 206 a, Alter Cethegum consobrinum suum reposebat.

**CONSOCIATIO**, onis, societas, communitio. Offic. 57 a, Dissoluetur omnis humana cõsociatio. aliàs, *Consortio*. apud Non. Mar. \* Offic. 30 a, Communem totius generis hominum conciliationem & cõsociationem colere, tueri, seruare debemus. Offic. 32 a, Ita fit vt vineat cognitionis studium cõsociatio hominum atque communitas.

**CONSOCIATIVS**, a, um. Par. 124 b, Qui domi tuæ videt pariter accusatorum atque iudicum consociatos greges. de Fin. 104 a, Sic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus. de Leg. 160 b, Homines lege cum dijs consociatos esse. I. A. 193 b, Nunquam tam vehementer cum senatu consociati fuistis.

**CONSOCIATIO**, as, iungo. de Fin. 105 a, Neque verò rectum est, cum amicis aut benemeritis consociare aut cõiungere iniuriam. Postq. 207 b, Tunc ausus es cum Gabinio consociare consilia pestis meæ?

\* **CONSOCIVS**, ij. I. A. 163 b, Cùm homines nefarij patriæ parricidio confiterentur, cõsociorum indicijs, sua manu, voce penè literarum coacti.

**CONSOLABILIS**, bile. quod consolationem admittit. Epist. 47 a, Est omnino vix consolabilis dolor.

**CONSOLANDI**, CONSOLANDO. Tusc. 207 a, Chrysiippus autem caput esse censet in consolando, detrudere illam opinionem morienti, si se officio fungi putet iusto, atque debito: sunt etiam qui hæc omnia genera consolandi colligunt. & quæ sequuntur multa & pulchra, de ratione consolandi.

**CONSOLANS**, tis. Tusc. 207 a, Hæc igitur officia sunt consolantium, tollere ægritudinem funditis, aut sedare, aut detrudere quamplurimum, aut suppressere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere: sunt qui vnum officium consolantis putent, malum illud omnino non esse, vt Cleanthi placet: sunt qui non magnum malum, vt Peripatitici: sunt qui abducunt à malis ad bona, vt Epicurus: sunt qui satis putant, ostendere nihil inopinati accidisse, nihil mali.

**CONSOLATIO**, onis, solatio, leuamen, leuatio, medicina, confirmatio. Att. 14 b, Fuit enim mihi & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. Tusc. 207 a, Erit igitur in consolationibus prima medicina, docere aut nullum malum esse, aut admodum paruorum: altera, &c. Attic. 189 b, Affirmo tibi nullam consolationem esse talem, totos dies scribo. pro Mil. 121 a, Nunc me vna consolatio sustentat, quod, &c. de Cl. 196 a, Ea cõsolatione sustentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis. Epist. 71 a, Est autem consolatio peruulgata quidem illa maximè, quàm semper in ore atque in animo habere debemus, homines nos vt esse meminerimus, ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra, &c. Quin. frat. 326 a, Quorum nihil est huiusmodi, vt ego me multa consolatione leniam. Antequam. 196 a, Næ pœnæ nonnullam habet in se consolationem. de Sen. 78 a, Præterita ætas quamuis longa, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. de Diu. 109 a, Nam quid ego de consolatione dicam? quæ mihi quidem ipsi sanè aliquantum medetur, cæteris item multum profuturam puto. Epist. 47 b, Hæcenus existimo nostram consolationem rectè adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres ijs de rebus, quibus leuari possent molestiæ tuæ. \* Incert. In consolatione filix Crantorem sequor.

† Syntaxis. *Consolatio timoris. Sustentari consolatione, lenire se, permulcere maiores. Consolationem adhibere.*

**CONSOLATOR**, oris. Ep. 81 b, Etsi me ipsum consolatorem tuum longinquitas temporis mitigauit. Tusc. 206 a, Consolatores ipsos confiteri se miseros, quã ad eos impetum suum fortuna conuerterit.

**CONSOLATORIVS**, ria, rium. quod ad consolandum valet, quod consolationem continet. Attic. 209 b, A Cæsare accepi literas consolatorias, datas pridie calen. Martij, Hispani, de vrbis augenda.

**CONSOLATIVS**, a, um, absolutus. Ep. 75 a, Vt apud duas ciuitates rationes confectas & consolatas deponeremus. Alij *Consolidatas, alij Consignatas legunt.*

**CONSOLIDATIVS**, ta, confirmatus, confectus, conciliatus. Ep. 75 a, Illud quidem certè factum est, quod lex iubebat: vt apud duas ciuitates Laodicensem & Apamensem, &c. rationes confectas, & consolidatas deponeremus. aliàs, *solutas: sed certè rectius consolidatas.*

**CONSOLATOR**, aris, solor, leno, dolorem leno, maiores minno, desi-

derium lenio, consolationem adhibeo, alicui per fugium & solatium præbeo, confirmo, consolatione permulceo, consolatione sustentor, dolorem, luctum, fletum abstergeo. Epist. 47 b, Dices, quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi parietinis Reip. Att. 58 a, Nos malo solatio, sed non multò tamen consolamur, quod ipsius vicem minimè dolemus. I. V. 57 b, Si qua reliqua spes est, quæ sociorum animos consolari possit. Att. 149 b, Illud præclare, quod te consolata est spes breui tempore congreddendi. pro Qu. R. 52 a, Inani & tenui spe consolari. Atti. 189 b, Feci quod ante me nemo, vt ipse me per literas consolaret: quem librum ad te mittam. I. C. 119 a, Spes, quæ sola hominem in miserijs consolatur. de Nat. 56 a, Eloquentia consolamur afflictos, deducimus perterritos à timore. Epistol. 70 a, Te enim spes aliqua consolatur. de Am. 97 a, Sed ego medicina, me ipse consolor: & maximè illo solatio, quo plerique, &c. Oct. 329 a, Cedam vita, quæ bona spe posteritatis me consolatur. pro Mil. 120 a, Gloria est vna, quæ breuitatem vitæ posteritatis memoria consolatur. de Clar. 187 b, Is consolatur se, cùm conscientia bonæ mentis tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ. Epist. 101 a, Ego enim desiderium tui spe tuorum commodorum consolabor. Attic. 12 a, Dicendi laborem delectatione oratoria consolor. Qu. fr. 311 b, Sed hoc incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum. & 313 a, Consolabor te, & omnem abstergebo dolorem. pro Plan. 270 a, Quæ tibi maiores tui non consolandi tui causa dicerent, sed, &c. de Pro. 72 a, Consolari se exemplo alicuius. pro Qu. 1 b, Nihil quod humilitatem cuiusquã virtus iudicis cõsoleretur. Ep. 51 b, Nec eum dolorem, quem à rep. capio, domus iam consolari potest nec domesticum Repub. & 53 b, Virtuti tuæ magis gratulari debeo, quàm consolari dolorem tuum. Att. 74 a, Tu velim Pyliam meis verbis consolere. Tusc. 203 b, Oileus Telamonem de Aiacis morte consolatus est. Epist. 81 a, Sed hoc mihi non sumo, vt te consolor de communibus miserijs. Attic. 12 a, Vt te de repub. cõsoler. \* Hortens. Consolabitur eum magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio. Epist. 51 b, Me non oratio tua solum, & societas penè ægritudinis, sed etiam autoritas consolatur. ibid. Vt eos tum ipsorum dignitas consolaretur.

† Syntaxis. *In consolando caput est. Consolandi genus. Consolantis officia. Malo solatio consolari. Consolari per literas. Consolari & abstergere dolorem. Consolari dolorem: id est, fugare, tollere. Consolari aliquem de morte. De Rep. consolari: id est, de Rep. malis.*

**CONSONANTIOR**, oris, meliore sono. Partit. 231 a, Atq; etiam est hæc distinctio in verbis, altera natura, tractatione altera: natura, vt sint alia consonantiora, grandiora, leuiora, & quodammodo nitidiora: alia contra.

**CONSONO**, nas, respondeo, consensio, conuenio. in Sall. 271 a, Vt omnis oratio moribus consonet.

**CONSONVS**, a, um, conueniens. At. 24 a, Credo Platonem vix putare satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinisset.

**CONSOPIOR**, ris, obruor, occupor, teneor. Tusc. 174 a, Quid melius quàm in medijs vitæ laboribus obdormiscere? & ita conuiuentem somno consopiri sempiterno?

**CONSOPIVS**, a, um, obrutus somno. de Diuin. 136 b, Cùm Ptolemæus eo vulnere summo cū dolore moreretur, Alexander assidens somno est consopitus: tum secundū quietem visus ei dicitur draco, is quem, &c. Tuscul. 168 a, Endymion à Luna consopitus putatur.

**CONSORVS**, tis, pariceps, socius. pro Mil. 131 b, Quid respondebo tibi, Qu frater, consorti mecum temporum illorum? de Clar. 165 a, Socium & consortem gloriosæ laboris amiseram. 159 b, Cùm ex agris tres fratres consortes profugissent. pro Flac. 153 a, Potuit dare Sextilius: nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis. I. V. 182 b, Consors alicuius in lucris & furtis.

† Syntaxis. *Socius & consors laboris: & In labore.*

**CONSORTIO**, onis, consociatio. de Off. 57 a, Dissoluatur necesse est omnis humana consortio. Ex Non. Mar. aliàs *consociatio.*

**CONSPECTVS**, aspectus, presentia. Attic. 108 a, Subitò cepi consilium vt exirem, ne qui cõspectus fieret aut sermo. pro Mur. 155 a, Omnium suorum consuetudine conspectuque priuari. pro Syll. 172 a, Vrbis conspectu tranquillo animo & quieto frui. contra Rull. 67 a, Qui aditum huius loci cõspectumq; vestrum magnopere fugerunt. I. V. 253 b, Tum se tamen in conspectum nautis paulisper dedit. de Diu. 80 a, Nec sese dedit in conspectum corde cupidus. Tusc. 158 b, & 159 a. Vt si iam possent in homine vno cerni omnia quæ nunc cæta sunt, casurûsne in conspectum videatur animus, an tanta sit eius tenuitas vt fugiat aciem. de Finib. 53 b, Et cum in cõspectum suum venire veruit. I. V. 253 b, Euolârat iam è conspectu fortè fugiens quadridemis. Epist. 19 b, Loco excelso & illustri sita cõsuetudo tua in conspectu mul-



torum ciuium. de Leg. 175 a, Religio posita in fundi villæque conspectu. Acad. 41 b, Quæ cum sunt dicta in conspectu, confedimus omnes. Epist. 7 a, Cui propè in conspectu Aegyptus est. contra Rul. 83 b, Hæc quæ non tam procul erant à conspectu imperij. de Or. 137 b, Ponere aliqua penè in conspectu animi. de Finib. 124 b, Platonis illi hortuli nō memoriā solum mihi afferunt, sed ipsum videntur in conspectu meo hic ponere. de Clar. 166 a, Explicatis ordinibus temporū vno in conspectu omnia viderem. de Leg. 186 a, Quam breui frater in conspectu posita est à te magistratum omnium descriptio. contra Rul. 62 a, Censoribus vestigalia locare, nisi in conspectu populi non licet. de Or. 129 b, Audes in ciuiū esse conspectu? de Fin. 146 b, Quamuis minima animi præstantia omnibus bonis corporis anteit, vt ea ne in conspectu quidem relinquatur. in Verr. 271 a, In conspectu libertatis mori. I. A. 162 a, Qui hoc ipso tempore stant cum gladijs in conspectu senatus. pro Deiot. 146 a, In conspectu deorum penatium necare hospitem. I. C. 118 b, Neque ille qui expectans huius exitum diu astat in conspectu meo gener. pro M. Scav. Deos constituisse in templo videtur in vestro conspectu.

† Syntaxis. *Ne quis fiat conspectus, aut præsentia. Conspectus amicorum, vrbs, fundi, villa, imperij, animi, libertatis. Dare se in conspectum alicui. Animus non cadit in conspectum. Stare in conspectu senatus. Aegyptus est in conspectu.*

CONSPERGO, gis. *aspergo, respergo.* pro Planc. 280 a, Hic me complexus est, consperlitque lacrymis. Acad. 40 b, In illis veteribus nostris scriptis, quæ Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus, &c.

CONSPERSVS, a, um. de Or. 151 b, Oratio conspersa quasi verborum sententiarumque floribus.

CONSPICIENDVS, a, um. *insignis.* ad Her. 21 a, In gestu nec venustas conspicienda, nec turpitudine sit: ne aut histriones, aut operarij videamur esse.

CONSPICIENS, tis. Attic. 78 a, Exercitu Ciliciam propè conspiciente.

CONSPICIO, cis. *aspicio, confidero, video.* I. C. 100 b, Carere me aspectu ciuium, quam infestis oculis omnium conspici malle. I. P. 92 b, Vehi per urbem, conspici velle, &c. pro Muræ. 145 a, Qui imaginem patris sui laureatam in sua gratulatione conspexit. I. C. 115 a, b, Si signum illud quod videtis, Solis ortum conspiceret. Acad. 10 b, Sapienti potest accidere, vt cum omnia fecerit, diligentissimeque conspexerit, existat aliquis, &c. *aliter, circumspexerit.* pro Mur. 126 b, Quare non debes temerè consulem populi Romani saltatorem vocare, sed conspiciere, quibus præterea vitij affectum esse necesse sit cum cui verè istud obijci possit. pro Cec. 295 a, & pro Mur. 130 a, Actio est in autorè præsentem his verbis, Quandoquidem te in iure conspicio. pro Cor. 64 b, Vt conspiciatis eum mentibus vestris, quem oculis non potestis. \* de Nat. 43 b, Vt procul diuinum & nouum vehiculum Argonautarum è monte conspexit.

† Syntaxis. *Mente conspiciere. Infestis conspici oculis.*

CONSPICOR, aris. *video.* ad Her. 4 a, Ajax gladio incubuit, Vlysses interuenit: occisum conspiciatur, è corpore cruentum telum educit.

CONSPIRANS, tis. de Nat. 22 b, Tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio. pro Lig. 142 b, Quis est, qui horum consensum conspirantem, & penè conflatum hac propè æqualitate fraterna non nouerit?

CONSPIRATIO, onis. *consensus, coniuratio.* Epistol. 192 b, Hæc conspiratio & concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem est facta. Offic. 36 a, Magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu. de Finib. 62 b, Aliqui magni amoris conspiratione consentientes. pro Dom. 218 b, Hanc nostram conspirationem in republica bene gerenda certi homines diremerunt. in Catilin. 123 b, Tanta conspiratio bonorum. de Finibus 140 b, Conspiratio consensusque virtutum. Epist. 174 b, Sceleratissima conspiratio. Antequam. 194 b, Illa conspiratio conflata restructa est: *id est, coniuratio.* pro Deiot. 145 b, Nihil de conspiratione audiebat certorum hominum contra dignitatem tuam. \* Oecon. 1, Vbi certis numeris ac pedibus velut facta conspiratione consentit atque concinuit chorus. I. C. 123 b, Neque vlla profectò tanta vis reperitur, quæ tantam conspirationem bonorum omnium perfringere & labefactare possit. de Finib. 140 b, Qualis est omnis hæc quam dico, conspiratio consensusque virtutum. Ep. 174 b, Vt pro nostra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium consfigamus.

CONSPIRO, as. *consentio.* I. A. 186 a, Vt omnes ad auctoritatem huius ordinis, maiestatemque populi Romani defendendam conspirasse videantur. Epistol. 15 b, Mirabiliter omnium generum atque ordinum consensus ad liberandam rempublicam conspirauit. I. A. 230 b, Nec dum senatum cum populo Romano conspirasse sensisset. contra

Rul. 63 b, Conspirare nobiscum, consentite tum bonis. de Nat. 65 a, Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia consensuque naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas.

† Syntaxis. *Cognatio rerum conspirans, consensuens, & continuata. Consensus conspirans, & conflatus. Conspiratio & concordia. Conspiratio & consensus. Conspiratio consensusque virtutum. Bonorum consensus conspirat ad, contra, in. Conspirare cum aliquo.*

CONSPONSOR, oris. *qui cum alio spondet.* Attic. 190 b, Velim des operam, vt inuestiges ex consponsorum tabulis, sitne ita. Epist. 92 a, De negotio tuo, quod sponsores es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare.

CONSPYTO, as. *spuro aliquem fædo.* Qu. frat. 308 a, Clodiani nostros consputare ceperunt.

CONSTANS, tis. *scimus, firmus, stabilis, gravis, præsens, perpetuus, conueniens, æquabilis, moderatus, singulari constantia præditus.* (Inconstans, mobilis. de Amic. 108 a, Firmus & stabilis & constans amicus. Offic. 16 b, Fortis animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis. pro Dom. 230 b, Is fortis & constans in optima ratione semper fuit. de Amic. 97 a, Nec vilo casu arbitrator hoc constanti homini accidere posse, vt vlla intermissio fiat officij. I. A. 248 b, Fateor me vna atque constanti arsupicum voce esse permotum. & ibid. Mea perpetua atque constans voluntas in rem publicam. Postquam. 210 b, Constans & perpetua defensio salutis meæ. Epist. 7 a, Eaque quæ de ea scripta est auctoritas, tantam vim habet, vt magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse videatur. de Clar. 173 a, Ciuis in rebus optimis constans. de Leg. 165 a, Constans & perpetua ratio vitæ. pro Cec. 283 a, Et hoc constantis hominis esse putavi, qui cum vi, &c. de Nat. 64 a, Stellarum cursus certos & constantes habent. & ibid. Stellarum conueniens constansque conuersio. Epistol. 187 a, Ex Asia nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. de Diu. 112 a, Motus Lunæ constantissimus. Vir constans & gravis. (Lævis, Mobilis.

† Syntaxis. *Firmus, & stabilis, & constans amicus. Fortis animus, & constans. Perpetuum & constans. In aliquo constans. Certus & constans cursus calis. Rumores constantes.*

CONSTANTER, fortiter, æqualiter, perpetuo, conuenienter. Att. 286 b, Si modo constanter & perpetuo placebit hoc consilium, relatam puto gratiam pietati meæ. Or. 216 b, Oratio æqualiter constanterque ingrediens. Tuscul. 233 b, Epicurus quæ sibi constanter conuenienterque dicat, non laborat. Offic. 10 b, Beneficia, quæ iudicio, cōsideratè, constanterque delata sunt. de Vn. 203 a, Constante manere in suo statu. Attic. 65 a, Constante & liberè me gessi.

† Syntaxis. *Cōstanter & perpetuo. Oratio æqualiter, constanterque ingrediens. Constanter & conuenienter dicere. Iudicio, consideratè, constanterque delatum beneficium.*

CONSTANTIA, tiæ. *firmitas, stabilitas, grauitas, æqualitas, perseverantia, firmitas animi, firmitas consilij, status constans & perpetua ratio vitæ, perpetuitas.* Off. 23 a, Cato grauitatem suam perpetua constantia roborauit, semperque in proposito susceptoque consilio permansit. & 25 b, Nihil est quod tam deceat, quam in omni re gerenda consilioque capiēdo festuare constantiā. & 5 b, Fundamentū iustitiæ est fides, id est, dictorum conuentorumque, constantia & veritas. Att. 66 a, O constantiam promissi, & fidem miram. Off. 10 a, Benevolentia non ad adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia iudicemus. Att. 286 b, Brut. Fortis animus sine constantia & æquabilitate nullus est. Tus. 234 b, Nō ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia. pro Pom. 17 a, In te satis esse animi constantiaque arbitrator. Off. 14 a, Acerba ferre, robusti animi est, magnæque constantiaque. de Am. 108 b, & 115 a, Constantia & stabilitas. Attic. 100 a, Constantia & firmitas animi. I. A. 211 b, Retinēda est igitur vobis constantia, grauitas, perseverantia. pro Marc. 136 a, Quæ enim pertinacia quibusdam, eadem alijs constantia videri potest. de Diuin. 125 b, Quæ autem est inter augures conueniens & coniuncta constantia. de Diu. 112 a, & 125 a, Nihil est tam contraria rationi & constantia, quam fortuna. \* pro M. Scav. Possè virtutē sine præsidio fortunæ quod contendisset, labore & constantia peruenire. I. V. 75 b, Si soceri Scauri constantiam ceperis. pro Lig. 141 a, Vide constantiam L. Tuberonis, quam ego quamuis ipse probarem, tamen non cōmemorarem, nisi à te cognouissem, imprimis eam virtutē solere laudari. Quæ fuit igitur vnquam in vilo homine tanta constantia? Constantiam dico? Nescio an meliūs patientiam possem dicere. & b, Si vos constantia vestra pæniteret. Tus. 211 a, In particeps rationis parte animi ponunt tranquillitatem: id est, placidam quietamque constantiam.

† Syntaxis,



\* Syntaxis. *Constantia perpetua, coniuncta, conueniens. Constantia & stabilitas. Constantia & aequalitas. Perpetuitas & constantia. Dilectorum constantia, & veritas.*

CONSTERNO, nis. *sterno, effundo, rego, spargo.* de Diuin. 95 a, Nam ex horreis direptum & effusum frumentum vias omnes constrauerat. in Arato,

*Ille graui moriens constravit corpore terram.*

CONSTITOPOR, ris. *coarctor, constringor, contrudor.* contr. Rull. 81 b, Non modò dena iugera dari vobis, sed ne constipari quidem tantū numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis.

CONSTITVENDVS, a, um. *decernendus, instituendus.* I. V. 56 b, Vt in constituendo accusatore, quod fequi possitis, habeatis. Par. 238 b, Atq; etiā ante iudiciū de constituendo ipso iudicio solet esse cōtentio. & ibid. De constituēdis actionibus. de Or. 102 b, Nam si fortè quæreretur, quæ esset ars imperatorū, constituendū putarem principio, quis esset imperator, &c. Off. 25 a, Incuntis ætatis infecia, senū constituēda & regenda prudentia est. pro Dom. 213 a, Vobis hodie constituendū est, vtū posthæc, &c. \* pro Marc. 134 b, Omnia sunt excitāda tibi, constituenda iudicia. de Orat. 112 a, Quoniā nobis est hic orator perfectus, de quo loquimur, in foro atq; in oculis ciuium constituendus. I. V. 76 b, Quid ego in hac accusatione comparanda constituendaq; elaborassem. Acad. 1 b, In eodem tanta prudentia fuit in constituendis temperandisq; ciuitatibus, tanta æquitas.

CONSTITVOR, is. *decerno, delibero, cogito, statuo, desino, sancio, prescribo, designo.* Att. 130 a, Quamobrem cūm constituisses, vt Vibullius mihi scripserat, ad v. idus Feb. Corfinio proficisci cū exercitu, & ad me venire, miror, quid causæ fuerit, quare consiliū mutaris. & ibid. b, Cōstituerit idē facere. Att. 258 a, Constituerā, vt pridie idus Aquini manerē. Ep. 153 b, Lepidus ad forū Voconij castra habet, ibiq; me expectare constituit. Off. 34 b, Vt constitueret honestū aliquod, qd' vile nō esset. pro Qu. 5 b, Cū maiores ita constituerint, vt q' pro capite diceret, is posteriore loco diceret. I. V. 136 b, Censoribus, si quid cōmississent, pœnæ erāt legibus cōstitutæ. cont. Rull. 89 a, Lex quæ ius melius Syllanis prædixit cōstituat, quāam paternis. Qu. de Pet. 210 b, Vt quantum cuiq; cōfidas, constituere possis. pro Dom. 219 b, Aliter cōstituere de religione pontificū, quāam cerimoniarū vis potest. I. A. 203 b, Legibus annalibus grandiorē ætatem ad consulatū constituēbāt. Att. 251 b, Erotē remisi citius quā constituēram, vt esset cū Hortensio: & quia equitibus quidem ait se idibus cōstituisse, &c. Ep. 181 a, Nondū satis constitui, molestiæne plus, an voluptas attulerit mihi Trebatius noster. pro Qu. 17 a, Omnia bona possessa nō esse cōstitui. de Or. 108 b, Sanè vellē non cōstituisse in Tusculanū me hodie venturū esse Lælio. I. C. 107 a, Patefecit cætera, qd' ea nocte egisset, quid in proxima cōstitisset, &c. de Or. 108 b, Nūc Scæuola quoniā in Tusculanū ire cōstituit, paulūm requiescet, dum se calor frangat. Att. 142 a, De hac re cū aliquid cōstitueris, velim mihi scribas. & 176 b, Cūm eū videro, cōmuniter constituemus de reitu eius. Att. 234 b, Nihil antē de profectioe constituā quāam ista, quod euasura sint, videro. Ep. 196 a, Sed hoc melius ex re, & ex tēpore constituit. Ep. 22 b, Quādo, & quomodo, & per quos agendū sit, tu optime constitues. Att. 209, Itaq; vt constitui, adero. pro Cec. 288 b, Placuit Cecinæ de amicorū sentētia constituere, quō die in rem præsentem veniretur. pro Qu. 3 b, Quasi domi nummos haberet, ita Scapulis constituit se daturū. I. V. 122 a, Constitui cū hominibus, quo die Messana mihi præstō essent. Offic. 7 a, Vt cōstitueris te cuiquam aduocatū in rem præsentem esse venturū. \* pro Planc. 260 a, Nihil potes in te, Lateranensis, constituere, quod sit proprium laudis tuæ, quin id tibi sit commune cum Plancio.

¶ Pono, colloco, adapto, sufficio, creio, edo, conflo, paro, comparo, procuro, facio, summo. de Pet. 210 b, Qui si sectari non poterunt, necessarios suos in hoc munere cōstituant. & 209 b, Cūm cæteros cupidos tui constitueris. & ibid. Si præsidij se aliquid sibi constituere putant. Qu. de Pet. 209 a, Constituere amicitiā cū aliquo. pro R. P. 123 b, Vt iam meture Posthumus cogere, ne quod crediderat, perderet, si credendi cōstituisse modū. pro Clu. 23 a, Hominem ante pedes Qu. Manlij constituūt. pro Cæl. 54 a, Constituite vobis ante oculos huius miser senectutem. I. V. 91 b, Quinetiam cum tibi quæstoris in locū constitueras. Quin. frat. 300 b, Constituere crucem sibijpsi. pro Deiot. 148 b, Cæsar Deiotarū regem constituit. de Orat. 174 a, Te mearū inepiarum testem & spectatorem fortuna constituit. Offic. 51 b, Constituere e concordiam. pro S. R. 22 a, Constituere pacem. I. A. 231 a, Constituere rem familiarem suā. pro Sext. Rosc. 30 a, Constituere supplicii alicui maleficio. I. V. 259 b, Constituere supplicii in aliquē. ad Her. 1 a, A' beneuolentia principium constituemus. pro Clu. 29 a, b, Constituere locū reo. Attic. 186 a, Diem Tyrannioni constituemus. Offic. 41 a, Consti-

tuere æquitatem: hoc reipublicæ moderatoris proprium est. de Orat. 96 b, Constituere controuersiam. pro Mur. 124 b, Constituere patronum. \* con. C. Ant. Populus Romanus minus diligenter scit sibi constituere defensorum. pro M. Scäu. Deos ille constituisse in templo videtur in vestro cōspectu. pro Cec. 292 b, Quod ius nobis, quam conditionem vobismet ipsis, quam deniq; ciuitati legem constituere velitis. ibid. Qui maiores aut tantæ rei prætermiserint actionē, aut eam constituerint. Ep. 83 b, Ego quoq; augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te auctoritatem augurij & diuinationis meæ. Epist. 244 b, Metram, &c. maxima apud regem auctoritate gratiaq; constitui.

CONSTITVOR, ris. *conficior, instiuor, proponor, disponor, statuo, decernor.* pro Clu. 56 a, Constituitur quæstio de furto. I. V. 77 a, Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur. I. V. 263 a, Dico mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas esse. ad Herenn. 1 b, Per exordium animus iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. Offic. 67 b, Vt res nummāria de communi sententia constitueretur: iactabatur enim temporibus illis nummus. ad Herenn. 6 a, Ex intentione & inficiatione iudicatio constituitur. Quint. frat. 296 a, Semper honores putauis, si vulgares essent, viles: si temporis causa constituerentur, leues. pro Cecin. 293 b, Pœna ignauis ab imperatoribus constitui. \* pro M. Tull. Hoc iudicium sic expectatur, vt non vnæ rei statui, sed omnibus constitui putetur. Oecon. 1, Instrumenta vasa, constituebantur. pro Cecin. 292 a, b, Huiusce rei vos statuetis nullam esse actionem, nullum experiendi ius constitutum. & b, Rem vllam constitui eiusmodi.

CONSTITVTIO, onis. *comparatio, institutio.* Brut. 91 b, Illud necesse me ad te scribere, quid sentirem tota de constitutione huius belli &c. de Legib. 174 a, Religionū cōstitutio. ¶ *Causæ status.* ad Her. 4 a, Constitutio est prima deprecatio defensoris, cū accusatoris in simulatione coniuncta. de Inu. 44 a, Constitutio, est prima cōfictio causarū, ex depulsiōne intentionis profecta, hoc modo: Fecisti: non feci. aut iure feci. *reliqua de constitutionibus causarum in his ipsis locis vide. de Inu. 63 b. & 69 b. L. STATVS.*

¶ *Habitudo & compositio.* Offic. 75 b, Corporis firma constitutio, eiusq; cōstitutionis spe explorata, vita omnis beata (vt à Metrodoro scriptum est) continetur. CONSTITVTVM, ti. *propositum.* Att. 180 b, Horū & timor fuit idem primò, qui meus, & constitutū. Att. 185 b, V. Calendarū, igitur ad constitutū: id est, ad cōstitutum locum, vel, vt constituimus. pro Cæl. 50 b, Constitutum factū esse cum feruis. \* pro Cæl. 41 b, Nunquam se ne congressu quidem & cōstituto cœpisse de tantis iniurijs experiri. Att. 194 a, Rescripsit, constitutum se cum eo habere. Ep. 98 a, Si quod constitutum cum podagra habes,

CONSTITVTVS, a, um. *institutus, compositus, confirmatus, decretus, certus.* pro Sest. 26 a, Descriptio ciuitatis à maioribus nostris sapientissimè constituta. Tulcul. 178 a, b, Metrodorus eum perfectè putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, & exploratum ita semper fore. de Clar. 165 b, Bene morata & bene constituta ciuitas. I. V. 77 a, Vt aliqua ex parte mea diligentia constituta auctoritas iudiciorum videatur. pro Qu. 11 b, Magistratus, qui auvilij causa constitutus est: id est, Trib. pleb. Epistol. 17 a, Vt frater meus verè existimaret, adiuncto isto fundo, patrimonium fortè suum per te constitutum. in Verr. 84 b, Postquam Cn. Dolbellæ prouincia Cilicia cōstituta est pro S. R. 21 a, Posteaquam victoria constituta est. I. V. 73 a, Ne tenuissima quidē suspicio acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam constituta sit. Ep. 144 b, Ego mihi, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra, &c. I. V. 203 b, In Mamertinorum solo monumentum istius crudelitatis constitutum est. pro Fl. 151 a, Cuius virtute regibus exterminatis libertas ita rep. constituta est. Par. 236 b, Hi sunt quidam habitus animi sic affecti & constituti, vt, &c. pro Cl. 60 b, Mihi ita persuasi, Romulum aspicijs, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse reipublicæ. pro Mur. 126 b, Ex qua Asia laus familia, memoria generi, honos & gloria nomini constituta est. de Finib. 126 b, Hoc enim constituto in philosophia, constituta sunt omnia. de Sen. 90 a, Senectus, quæ fundamentis a adolescentiæ constituta est. I. C. 104 a, Quibus hæc vrbs auspicijs à Romulo est constituta. Antequā. 196 b, Qui sedem Capitolij in saxo incolitis cōstitutam. Offic. 48 b, Hanc ob causam reipublica, ciuitatesq; constitutæ sunt. de Arusp. 247 a, Post hanc urbem constitutam. de Arusp. 246 b, Post sacra constituta. de Nat. 1 b, An à deis à principio omnia facta & constituta sint. & 71 a, Trieterides à Dionysio constitutæ putantur. de Diuin. 98 a, Neque dii ignorant ea, quæ ab ipsis constituta & designata sunt. pro S. R. 21 a, Postquam victoria constituta est, ab armisq; discessimus. Att. 16 b, Duo fundamenta reip. per me cōstituta. I. V. 292 b, Huiusce generis vna est actio, per hoc interdictū



quo nos vsi sumus, constituta. I. V. 287 a, Cùm esset auctio hæreditaria constituta. de Inu. 69 b, Iudicium aut actio cõstituta, vel comparata. pro S. R. 22 a, Bona alicuius constituta auctione vendere. Ep. 19 b, Est enim tibi grauis aduersaria constituta, atq; parata incredibilis quædam, obseruatio. I. C. 100 b, Consulares, qui tibi persæpe ad eadem constituti fuerunt. pro Deiot. 148 b, Pecunia constituta ad emendos agros. pro Cluent. 35 a, Stalenus ad corrumpendum iudicium à Cluentio cõstitutus. pro Dom. 222 a, Pœna in ciues Romanos nominatim sine iudicio constituta. de Inu. 69 a, Ita ius ciuile habemus constitutum, vt, & c. pro Cl. 37 a, Ab iisdem iudicibus locus est ei primus constitutus. Ep. 24 a, Si ad constitutum diem decedemus. pro Cec. 291 a, Cœcina ad constitutam diem tempusq; venit. I. C. 102 a, Scio pactam & constitutam esse cum Manilio diem. Att. 194 a, Sicca rescripsit constitutum se cum eo habere. Epist. 98 a, Quare si quod constitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. de Fat. 124 a, Non sequitur tamen, vt etiam sedere eos & ambulare principalibus causis definitum & constitutum sit. pro Cæl. 50 b, Aiunt constitutum esse cū seruis, vt venirent ad balneas. contra Rull. 61 b, Actio constituta in mensem Ianuarij. Epist. 115 a, Tamen si hac de re puto te constitutum, quid facturus sis, habere: tamen, & c. pro Dom. 220 a, Qui de qua; re constituti iudices sunt. Att. 84 b, Rescindere, vel tollere constituta ab alio, & acta alterius. Qu. frat. 306 a, Optimè factis pœna est maxima constituta. Att. 105 b, Audio constitutum esse Pœpeio & eius consilio, in Siciliam me mittere. de Consolat. Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus & institutis exultam constitutamq; habemus. pro C. Corn. 1, Vt iam etiam collegium cõstitutum sit. \* Tusc. 209 a, Cùm à primo vrbis ortu, regijs institutis, partim etiam legibus, auspicijs, cerimonijs, comitia, prouocationes, patrum consilium, equitum peditumq; descriptis, tota res militaris, diuinitus esset constituta.

¶ *Proposius.* de Orat. 122 b, Quid in personis & in constituta re & definita quæreretur. Epist. 24 a, Decedere ad constitutum diem. de D. 85 a, Ex itinere proposito & iam constituto reuerti. \* pro Cæl. 50 b, Locus constitutus.

¶ *Paratus.* pro Mur. 144 a, Consul fortuna constitutus ad amplectandum ocium, scientia ad bellum gerendum, animo & vsu ad quoduis negocium.

¶ *Factus.* de Fin. 128 a, Quoniam viuendi ars est prudentia, necesse est eam quoq; ab alia re esse constitutam & profectam. pro Sest. 23 b, Bene de rebus domesticis constituti.

¶ *Positus, collocatus.* de Nat. 1 a, Qui verò deos esse dixerunt, in tanta varietate constituti, vt, & c.

† *Syntaxis.* *Aetatem constituere: id est, formare, moderare. Constituere de. Constituere num, an. Ex re ac tempore constituere. Constituere aliquem ante pedes alicuius. Constituere aliquem in locum alterius. Et iura, & conditionem alicui constituere, rem familiarẽ, diem alicui, quæstionem de furto. Constituere, & apparare indicẽ ad audiendum. Corpus bene constitutum. Cuius, magi, fraxus, vifloria, prouincia alicui constituta, libertas. Aedacula in saxo constituta. Ad constitutum tempus: id est, definitum, decretum. Cum aliquo constitutum esse, vt. Constitutum habere quid. Rescindere constituta, & acta ab aliquo. Alicui constitutum esse: id est, aliquẽ deliberasse. Dies constitutus: id est, decretus. Fortuna constitutus: id est, paratus, facilis, procliuus.*

CONSTO, as. componor, fio, constituor. de Nat. 67 a, Prudentia constat ex scientia rerum bonarum & malarum. & ibid. Temperantia constat ex prætermittendis voluptatibus. Offic. 32 a, Iustitia est virtus, quæ constat ex hominibus tuendis: id est, ex societate generis humani. I. V. 225 a, Verus est opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis & monumentis. de Orat. 156 b, Quidam ornatus orationis ex singulis verbis est, alius ex continuatis coniunctis cõstat. Off. 43 a, Iudiciorum ratio ex accusatione & defensione cõstat. de Orat. 215 b, Contraque accidit in spondéo & trochéo, quod alter ex longis constat, alter è breuib; sit. de Orat. 118 a, Siue ex crimine causa constet, vt facinoris: siue ex controuersia, vt hæreditatis: siue ex deliberatione, vt belli: siue ex persona, vt laudis: siue ex disputatione, vt de ratione viuendi. pro Quint. 48 a, Hic ex fallacijs constat totus. Tusc. 190 a, Cùm constemus ex animo & corpore. de Nat. 21 a, Homo qui ex animo constat & corpore. Orat. 202 b, Actio constat è voce atq; motu. Orat. 215 b, Oratio constat ex iambis. pro Font. 276 a, Prouincia Gallia, quæ constat ex ijs generibus hominum, qui, & c. de Diu. 135 b, Tamen isti, qui profitentur eam, facere non possent: ex leuissimo enim & indoctissimo genere constat. de Amic. 113 b, Concio ex imperitissimis constat. de Finib. 95 a, In illis quæ rectè facta sunt, non continentur tamen omnes partes ex quibus constat. Tusc. 157 a, Animus, qui si est horum quatuor generum, ex quibus omnia constare dicuntur, ex inflammata anima constat. pro Mur. 130 a, Scientia, quæ tota ex rebus fi-

ctis commentitijsq; constaret. Offic. 44 a, Illa benignitas, quæ constat ex opera & industria, honestior est, & c. \* de Inuent. 43 a, Ciuilis quædam ratio est, quæ multis & magnis ex rebus constat.

¶ *Sum.* de Nat. 19 a, Virtutem sine ratione constare nõ posse. & ibid. b, Deos sine membris constare non posse. & 7 a, Si ipsa mens constare potest, vacans corpore. de Orat. 144 b, Nihil auulsum à cæteris per seipsum constare potest. de Amic. 100 b, Quæ in rerum natura, totoq; mundo constât, quæq; mouentur, ea, & c. I. V. 146 b, Si tamen vt vsque alterum R literæ constarent integræ.

¶ *Pater, liquet, perspicuum est.* Epist. 11 b, Sanè molestè Pompeium id ferre constabat. in Ant. 256 a, Mihi quidẽ constat meam contumeliam non ferre. Ep. 12 a, Ne si summa quidẽ eorum in me merita constarent. Ep. 32 b, & 33 a, Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. Ep. 177 b, Te oro, ne quid existimes ab illo factum esse, quo minus mea in te officia constarent, minúsve te diligerem. & 94 b, Modò vt tibi confiterit fructus ocij tui. Partit. 233 b, Nempè igitur ea restant, quæ cùm factum constet & nomẽ, qualia sint, vocatur in dubium. de Inu. 61 a, Nonus locus est, per quem cum alijs, quæ constant esse peccata, hoc quo de quæstio est, comparatur. pro Quint. 11 a, Hic quoque constat procuratoris diligentis officium. Att. 207 a, Nunc verò cùm de Magio constet, nõnne furor eius omnem causam sustinet: pro S. R. 38 a, Maleficia quæ in illo constant esse. de Inuent. 55 b, Eorum igitur quæ constant, exempla ponã. & 81 a, Res de qua constat. pro Clu. 43 b, Dum hæc de Oppianico constabunt, & c. Tusc. 156 b, Quæ cùm constant, perspicuum debet esse, animos, & c. pro Quint. 17 a, In quo constitit Næuium ex edicto non possedisse. de Inuent. 55 a, Hæc propositio indiget approbationis: non enim perspicua est, neq; constat inter omnes. in Anton. 180 b, Sed tum nimis inter omnes constabat, neminem esse resalutatum. de Nat. de or. 61 b, Quasi hoc perspicuum sit, constetque inter omnes, esse deos. de Orat. 143 a, Vt sæpe inter omnes sapientes constare vidi. Orat. 218 a, Vt inter omnes constat antiquos. Quint. frat. 294 b, Constare inter omnes video, abs te summam adhiberi diligentiam. Epist. 102 b, Constat inter omnes, neminem te iuris peritorem esse. ¶ *Milon.* 104 a, Quid porrò quærendum est, factumne sit aut constat, à quodã pater. de Finib. 128 a, Constitit autem ferè inter omnes id, in quo prudentia, versaretur, oportere esse, & c. Ep. 202 a, Etsi non fatis mihi constiterat, cum aliquæ animi mei molestia, an potius libenter te Athenis visurus essem, quod, & c. tamen vidisse te malle. \* pro C. Cornel. 1, Video constare inter omnes, legem fuisse.

¶ *Conuenio, congruo, cohæreo.* pro Cl. 30 a, Iudices tamen in Oppianico sibi constare, & superioribus iudicij consentire debuerunt. de Clar. 190 a, Discerere à sese: id est, non constare sibi. & 187 b, Et ille: Præclare, inquit, tibi constas, vt de ijs qui nunc sunt, & c. nihil velis ipse dicere, & c. Tusc. 217 a, b, An malum nullum est, quo aut oppressus iaceas, aut ne opprimare mète vix constes. Offic. 24 a, Vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vllò officio claudicare. ad Herenn. 3 b, Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus. ad Heren. 9 a, Deinde dicemus contrariam sententiã non constare cum superioribus & inferioribus sententijs. de Inu. 67 b, Constatne oratio, aut cum re, aut ipsa secum. Offic. 15 a, Sun enim qui in rebus contrarijs parum sibi constent. de Vniu. 196 a, Vt tota oratio sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat. Att. 6 a, Si humanitati tuæ constare voles. & 174 a, Si tibi constare vis. de Fin. 72 a, Reliqui sibi constiterunt, vt extrema cum initijs conuenirent.

¶ *Maneo, permaneo, perduro, perseuero.* de Orat. 117 a, Antiquissimi sunt, quorum quidem scripta constent, Alcibiades & Pericles. pro Fl. 160 b, Pergami non multum auri ratio constat. Ep. 103 a, Collaudo te, quod iam vidèris certa aliqua in sententia constituisse. Ep. 13 a, Qua in sententia constare si voluissent.

¶ *Preij ratione.* in Verr. 205 b, Metuisti ne tibi æs alienum crederet, si H. S. v. 1. millibus tibi constarent ea, quæ tu facile posses vendere H. S. c. c. millibus. Att. 214 b, Ambulatiuncula propè dimidio minoris cõstabit illo loco. in Verr. 245 b, Nauis tibi constat gratis.

† *Syntaxis.* *Constas prudentia, temperantia, iustitia, ex, & c. Causa constat ex crimine, ex controuersia, ex deliberatione, ex persona, ex disputatione. Homo ex fallacijs constans. Constare è motu: pro, ex. Gallia constat ex ingenijs. Illi constans ex genere indocto: id est, sunt ex numero. Constas mihi. Merita tua in eum constans summa. De Cæs. constat. In illo constat esse maleficia. De hac re non constat. Inter eos constat. Sibi constare. Mense constare. Id cum superioribus constat. Sibi constans oratio, & ex omni parte sibi conueniens. Constas hoc nimio, dimidio, minoris, gratis.*

CONSTRAVVS, a, um, seclur. I. V. 254 a, Nauis constrata, &



ita magna, vt propugnaculo cæteris possit esse. & 257 a, Poterunt in eos esse vehemens, qui naues inanes non modo habuerunt, sed etiam apertas in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam? \* pro Sect. 21 b, Cùm forum corporibus ciuium Romanorum esset constratum cæde nocturna.

**C O N S T R I C T V S**, a, um. *conclusus*. in Anton. 213 b, Inclusam & constrictam belluam ne dimitatis, caute. Postquam. 200 b, Dédere aliquem constrictum hostibus. I. C. 97 a, Constrictam iam horum omnium conscientia teneri coniurationem tuam non vides? contra Rull. 63 b, Italiam omnibus vinculis deuinctam & constrictam tenere. de Orat. 204 a, Corpora capta armis, aut constricta vinculis. pro Flac. 149 a, Psephismata iureiurando constricta. pro Corn. 57 a, Veritate potius quam religione fidem esse constrictam. de Clar. 167 b, Sententia aptis constricta verbis cadit plerunq; numerosè. \* pro Sect. 6 a, Bellua constricta legum sacratarum catenis. Tuscul. 176 a, Ea necessitate constricti, vt cogantur, &c.

**C O N S T R I N G E N D V S**, a, um. de Fin. 50 b, Tradunt se libidinibus constringendos. de Fin. 77 b, Vt se virtuti tradat constringendam voluptas. I. P. 89 b, Si familiam tuam dimisisses, amici tui constringendum te putarent.

**C O N S T R I N G O**, gis. *revo, arcto*. contra Rull. 71 b, Qui orbem terratum constringit nouis legibus. de Orat. 102 a, Tum qui scelus fraudemq; nocentis possit dicendo subijcere odio ciuium, supplicioq; constringere. & 100 b, Quæ ars rem dissipatam diuulsamq; conglutinaret, & ratione quadam constringeret. \* pro Sect. 22 a, Legum laqueis constringeret illum. Acad. 36 a, Cùm paulum digitos constringerat.

**C O N S T R I N G O**, ris. Tusc. 183 b, Si turpissimè se pars illa animi geret, vinciat & constringatur amicorum propinquorumq; custodijs.

† Syntaxis. *Inclusus & constrictus. Constricta coniuratio. Semetipsum constricta verbis aptis. Legibus constringere. Scelus supplicio constringere. Vinciri & constringi custodijs.*

**C O N S T R U C T I O**, onis. *compositio, quasi structura quædam, consecutio*. de Orat. 86 a, Oratio conformanda est non solum electione, sed etiam constructione verborum. de Clar. 190 a, Erat verborum apta, & quasi rotunda constructio. Orat. 119 b, Nolo tam minuta hæc constructio appareat. Acad. 21 b, Iam illa præclara quanto artificio natura totam constructionem hominis fabricata est? ad Her. 26 a, Grauis figura est, quæ constat ex verborum grauium magna & ornata constructione. & 27 b, Compositio est verborum constructio, quæ facit omnes partes orationis æqualiter perpolitas.

† Syntaxis. *Constructio orationis, apta, rotunda, magna, ornata, minuta. Hominis constructionem fabricatur natura.*

**C O N S T R U C T V S**, a, um. *condus*. de Vniu. 197 b, Mundi corpus ea constructum proportionem, quam dixi. de Leg. 173 a, Constructa à patribus delubra habent.

¶ *Coactus*. cont. Rul. 63 a, Pecunia constructa & coaceruata. ¶ *Digestus*. de Nat. deor. 53 a, Dentibus in ore constructis manditur cibus.

¶ *Collocatus, positus, editus*. de Orat. 98 a, Multæ & magnificæ res constructæ & reconditæ. & ibid. Copia ornamentorum vno in loco constructa.

**C O N S T R U O**, is. *conficio, adifico, fabricor*. de Nat. 52 a, Aues cubilia sibi nidosq; construunt. de Sen. 9 a, Vt nauem, vt edificium idem destruxit facillimè qui construxit: sic hominè eadem optimè, quæ conglutinauit, natura dissoluit.

**C O N S T R U O**, ris. *coagmator, coaceruor*. de Nat. 5 b, Plato construi à deo atq; edificari mundum fecit. I. A. 178 b, Tanti acerui nummorum apud istum construuntur, vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ. Epist. 47 a, Nihil construi potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem.

† Syntaxis. *Construere pecuniam, mundum, cubilia, nummorum aceruos.*

**C O N S T V P R A T V S**, a, um. Att. 16 b, Afflicta Respubl. est empto constupratoq; iudicio.

**C O N S T V P R O**, as. *contamino*. Quin. de Pet. 206 b, Qui propè in gremijs parentum pratextatos liberos constuprabit. ad Her. 26 a, Matres familiæ constuprare.

**C O N S V A S O**, ris. *suasor*. pro Quin. 3 b, Hæc omnia Quintius agebat, auctore & consuatore Næuii.

**C O N S V E S C O**, scis. *soleo, meæ consuetudinis est, consuetudinem habeo, consuetudinem & exercitationem capio, multum cum aliquo sum, multum vnà sum, diem cum aliquo pono, cum aliquo conuenticissimè & amantissimè vno, in consuetudinem meo, in consuetudinem alicuius rei venio*. in Verr. 241 b, Huc omnes mulieres, quibus cum iste consueuerat, conueniebant. de Clar. 196 a, Ea ornata illo orationis, quo consueuerat, ornata non erat. de Amic. 309 a, Nemo est, qui non equo, quo consueuit, libentius vtatur, quam intractato & nouo. Anteq. 194 b, Quoniam laborem pro cunctis ferre consueui.

Orat. 108 a, Demosthenes versus multos vno spiritu pronuntiare consuecebat. de Orat. 93 a, Imò verò rogemus Antonium, qui & potest facere id quod requiris, & consueuit de Orat. 97 b, Cùm minus idoneis verbis vtî consuecerem. & ibidem: Si consueeris. Tusc. 164 a, Dissuamus nos à corporibus: id est, consuecamus mori. Tusc. 164 a, Et id ipsum quod datur ocij, libentius in philosophia consuemere consueuimus. Att. 152 a, Vt tuis consilijs (vt consueui) in omnibus rebus vtar.

† Syntaxis. *Vt consueui. Alicui mulieri consuecere, in malam partem. Consueco facere.*

**C O N S V E T V D O**, nis. *mos, institutio, vsus*. de Nat. 38 a, Suscepit autem vita hominum consuetudoq; communis, vt beneficij excellentes viros in cælum tollerent. de Inu. 42 b, Vetus consuetudo naturæ vim obtinet. de Finib. 142 a, Consuetudo quasi altera natura. de Fat. 145 a, Communi igitur consuetudine sermonis abutimur, cum ita dicimus: velle aliquid quæpiam sine causa. pro Mil. 101 b, Vetus consuetudo fori, & pristinus iudiciorum mos immutatus est. Att. 194 b, Nosti Nicij nostri imbecillitatem, molliciem, & consuetudinem victus. de Nat. 59 b, Mala & impii consuetudo est cõtra deos disputandi. de Leg. 182 b, Tanta est corruptela malæ consuetudinis, vt, &c. pro Fon. 280 b, Immanis & barbara consuetudo hominū immolandorum. I. V. 191 a, Ex huiusmodi principio consuetudo æstimationis introducta est. de Orat. 98 b, Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem veniamus. de Inu. 69 a, In nostram consuetudinem rariùs hæc incidunt. I. V. 244 b, Superiorum prætorum consuetudo hæc fuit, vt, &c. & 134 a, Est consuetudo Siculorum, vt, &c. de Orat. 97 a, Qui à scribendi consuetudine ad dicendū venit. I. V. 79 a, Ego veterem consuetudinè longo interuallo retuli. Ep. 65 a, Si tuam consuetudinè in patrocinijs tuendis seruas, P. Vatinius cliens ad te venit, qui pro se causam dicier vult. & 166 b, Exercitus cinctus consuetudinem suam in ciuibus conseruandis, communiq; pace seditione facta retinuit. de D. 139 b, Tenebimus hanc consuetudinè à Socrate traditam, eaq; inter nos quàm sæpissimè vtetur. I. A. 158 a, Meam consuetudinem, quæ semper in Republ. habui, tenebo. I. P. 89 a, Senatus in eam iam benignitatis consuetudinè venit, vt eos qui Rempub. bene gesserunt, nouis honoribus afficiat. de Inu. 70 a, Quædã ex utilitatis ratione in consuetudinem, veniunt. pro Cecin. 286 a, Quod iam in consuetudinem veni. & ibid. Id iam mala consuetudine dissolutum est. Offic. 44 b, Id à nostris hominibus sæpissimè vsurpatum est, & iam in prouerbij consuetudinè venit. Largitionem fundum non habere. de Orat. 141 b, Exercitatio, ex qua consuetudo gignitur. & 92 b, Consuetudo, exercitatioq; & intelligendi prudentiam acuit, & eloquendi celeritatem incitat. Offic. 12 b, Et consuetudo exercitatioq; capiendã, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus. de Diuin. 125 b, Ad nostri augurij consuetudinem dixit Ennius, cum tonuit læuum. Tusc. 243 a, Exercitatio consuetudo que patendi. Tusc. 230 a, Quem morem cum Carneades tenuisset, fecimus vt ad eam consuetudinem disputarem. pro Mur. 130 b, Consuetudo dicendi longè isti vestræ exercitationi ad honorem antecellit. pro Rabir. 99 b, Ad eone ignarus es disciplinæ consuetudinis que nostræ? de Cl. 188 b, Hoc non fuit rationis aut scientiæ, sed quasi bonæ consuetudinis. Orat. 212 b, Quòd si indocta consuetudo tam est artifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina postulari putamus? & ibid. a, Impetratum est à consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceat. de Diuin. 120 b, Vt etiam si præter consuetudinem extiterit aliquid, præter naturam tamen non possit existere. pro Rab. 90 b, Non est meæ consuetudinis initio dicendationè reddere, qua de causa, &c. de Clar. 185 a, Vt est consuetudo dialogorum. pro Cec. 289 a, Prætor interdixit, vt est consuetudo, de vi, &c. pro Arch. 191 b, Quæ de causa pro mea consuetudine breuiter simpliciterq; dixi. & 40 b, Redire in consuetudinem pristinam. pro Mil. 121 a, Consuetudo alicuius perpetua in vi inferenda. pro Cecin. 283 a, Sin è consuetudine recedatur, se, &c. Attic. 67 a, Non oblitus consuetudinis atque instituti mei, rariùs ad te scribo. Cæl. 121 b, Vt erat superiorum dierum consuetudo. I. V. 65 b, Cuius consuetudinis atq; instituti patres vestros non pœnitebit. & 55 a, Adductus sum, iudices, veteri consuetudine instituto que maiorū, vt putarem, &c. de Inu. 70 b, Consuetudinis ius est, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobauit. & 82 b, Consuetudine ius est, quod leuiter à natura tractum aluit, & maius fecit vsus. Epist. 17 b, Sed nosti consuetudinem hominum. pro Cæl. 301 a, Mea consuetudo defendedi, &c. de Orat. 86 a, A consuetudine communis sensus abhorre. item, A consuetudine oculorum animū abducere. Offic. 17 a, In adeundis periculis consuetudo medicorum imitanda est, qui, &c. \* Hortel.



Vt ea sibi ratio vera restituit, quæ consuetudo vitiosa detraxerit. Incer. Comædia est speculum consuetudinis. de Clar. 175 a, Ea ipsa Peripateticorum Academicorumq; consuetudo in ratione dicendi talis est, vt nec perficere oratorem possit ipsa per sese, nec sine ea orator esse perfectus. Nam vt Stoicorum astrictior est oratio: sic illorum liberior & latior, quàm patitur consuetudo iudiciorum & fori. Ep. 65, *Vatinij*. Vt tuam consuetudinem & liberalitatem in me absente defendendo mihi præstes. Orat. 211 b, Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.

¶ *Vita communis, conuictus*. pro Mil. 105 b, Familiaritates latè patere non possunt, propterea quòd consuetudines victus non possunt esse cū multis. pro Deiot. 148 a, Iungere consuetudinem & familiaritatem cū aliquo. p Syl. 178 a, Homo coniunctissimus officijs, vsu, consuetudine. pro Ar. 186 b, Is totam Hortensiorum domum deuinctam consuetudine tenebat. pro Quin. 2 b, Tamen inductus consuetudine & familiaritate fecit, vt dixi, Quintus societatem. pro Sex. Rosc. 21 a, Erat mihi cū eo non modò hospitium, sed etiam domesticus vsus & consuetudo. Ep. 18 a, Carui fructu iucundissimæ consuetudinis tuæ. & 212 a, & 40 b, Familiaritas quotidiana consuetudine augetur. Ep. 30 a, 29 b, Magni enim videbatur interesse ad eam necessitudinem, quam nobis fors tribuisset, consuetudinem quoq; accedere. & 42 a, Si consuetudinis iucunditas valet, quæ fuit vnquam amicitia coniunctior? Att. 13 a, Multa & iucunda consuetudine coniuncti inter nos sumus. Ep. 144 b, Tua mihi in consuetudine & familiaritate suauitas non ignota est. Ep. 57 b, Et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, in sinuabo. I. P. 94 a, Is dedit se in consuetudinem, sic vt prorsus vnà viueret, nec ferè ab isto vnquam discederet. pro Cl. 24 b, Penitus immergere se in consuetudinem alicuius. Epist. 113 b, Lucio Cossinio valde familiariter vtor: nam & inter nosmet ipsos vetus vsus intercedit, & Atticus maiorem etiam mihi cum eo consuetudinem fecit. Orat. 199 b, Congressus nostros, consuetudinem victus, sermones doctissimos requiro. Postq. 168 a, De summa re dissentientes in eadem amicitia consuetudine permanimus. Postq. 198 b, Amicitia consuetudines, vicinitates. pro Mur. 145 a, Omnium suorum consuetudine conspectuq; priuari. \* Postq. 198 b, Amicitia, consuetudines, vicinitates, &c. quid habent voluptatis, carendo magis intellexi quàm fruendo. pro Marc. 131 a, Mihi meæ pristinae vitæ consuetudinem interclusam aperuisti.

† Syntaxis. *Vita hominum consuetudoque communis. Consuetudo vetus, & mos pristinus. Hic synonymorum bina coniugia. Consuetudo victus: Mala consuetudinis corruptela. Consuetudine venire ad. In consuetudinem aliquid incidere. Venire à consuetudine scribendi ad dicendum. Referre, seruire, retinere, tenere, habere, imitari consuetudinem. Is venit in consuetudinem: id est, iam assuetus est. In prouerbijs venire consuetudinem. Ad alicuius consuetudinem disputare. Id bonæ est consuetudinis. A consuetudine impetrare. Absoluit. Vt est consuetudo. Adduci consuetudine. Maiorum consuetudo, ac in futurum. Consuetudinem iungere. Facere consuetudinem alicui cum aliquo. Insinuare in alicuius consuetudinem. Dare se in consuetudinem. Consuetudo & familiaritas.*

C O N S V E T V S, a, um. Tuscul. 186 a, Qui consuetus in armis æuam agere.

C O N S V L, lis. tutor annuus reipublicæ, publici consilij princeps. contra Rull. 166 b, Qui sine repulsa consules facti sunt. & ibid. de petendo consulum. pro Mur. 124 a, Illo die quo auspiciatò comitijs centuriatis, L. Murænam consulem renunciaui. pro Flac. 164 b, Cùm bellum iam gerente Catilina, omnes me autore duos consules calend. Ianuarijs scirent esse oportere. pro Mur. 145 b, Iuno Sospita cui omnes consules facere necesse est. pro Syll. 182 b, Consules sella curuli vtebantur. Postq. 296 b, Consul vnquentis oblitus, cum toga prætexta, &c. I. P. 83 b, C. ille Marius & consul, & sextum cōsul. de Nat. 76 a, C. Marius septimum consul domi suæ fenex est mortuus. de Diu. 124 a, M. Marcellus quinques cōsul. de Clar. 171 b, T. Gracchus, qui bis consul & censor fuit. & ibid. a, Q. Maximus quintum consul. de Sen. 79 a, Q. Maximus 1111. Cof. Att. 7 a, M. Messala & M. Pisonè Cof. & 82 b, Sulpitio & Marcello Cof. & 83 a, Lentulo Philippoque Cof. \* Att. 264 b, Quæ consules decreuerunt secūdam Casaris decreta & responsa. ibid. Res ista est firma, quam Cof. de consilij sententia decreuerunt, cū & lege & S. C. cognoscerent. Postq. 210 a, Quæ centurie me consulem fecerant. de Leg. 188 b, Si consulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris. in Pis. 83 a, b, Consulem ego tum requirebam: consulem inquam, non illum quidem, quem in hoc animali inuenire non possem: qui tantam Reipub. causam grauitate & consilio suo tueretur: sed qui tanquam truncus atq; stipes, si stitisset modò, posset sustinere tamen titulum consulatus.

† Syntaxis. *Consules facere, fieri.*

C O N S V L A R I S, re. vir, qui aliquando consul fuit. Epist. 185 a, Egregios consules habemus, sed turpissimos consulares. Qu. fr. 209 a, Consulares & prætorij viri, &c.

¶ *Officium item: id est, consulatus.* pro Rab. 90 b, Consulare officium.

¶ *Item provincia, que consuli mandabatur.* pro Deiot. 217 b, De prouincijs consularibus.

¶ *Item ætas, qua ad consulatum aspirare, legibus annalibus licebat, ea erat annus quadragesimus tertius.* In Ant. 203 b.

C O N S V L A T V S, tus. amplissima potestas in Republ. cont. Rull. 72 b, pro Pl. 271 b, Honorum populi finis est consulatus: quem magistratum iam octingenti ferè consecuti sunt. I. A. 203 b, Legibus annalibus annus tertius & quadragesimus ad consulatum constituebatur. Postq. 210 a, Vt eadem ceteriæ, quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent. \* I. A. 221 b, Qui primus in eam familiam attulit consulatum. con. C. Ant. Dignus consulatu. ibid. Consulatum spero aut cogito. Epist. 109 a, Qui suo toto consulatum somnum non viderit.

C O N S V L E N D V S, a, um. de Diu. 80 b, In impetrandis consulendisq; rebus magna vis est in aruspicum disciplina. Att. 110 b, Aliter enim mihi de ipsis ac de me ipso consulendū est. de Orat. 105 b, Sæpe audiui accessisse ad Crassum consulendi causa quandam rusticanum.

¶ *Prospiciendus.* de Fin. 202 a, Famæ post mortem futuræ est consulendum. de Inu. 84 a, Quanquam præstat honestas incolumitati, tamen vtri potissimum consulendum sit, deliberatur: id est, queritur.

C O N S V L E N S, tis. consultor. de Cl. 193 b, Qu. Scæuola consulentibus respondendo, studiosos audiendi docebat. de L. 158 a, Ego more patrio sedens in folio consulentibus responderem. Orat. 210 a, Eodem tempore discentibus satisfaciant & consulentibus. pro Mur. 126 a, Alicui de iure consulenti respondere. de L. 158 a, Qui consulentibus respondent: id est, iuriconsulti.

C O N S V L I T V R, de Fin. 102 a, Patres liberis suis consultum volunt, propter ipsos liberos. I. C. 110 a, Mihi vel vrbis satis esse præsidij consultum est. cont. Rul. 82 b, De Capua multum est ac diu consultum.

C O N S V L O, lis. consilium peto, delibero, refero. I. V. 72 a, Nunc ego iudices iam vos consulō, quid mihi faciendum putetis. Epist. 182 b, Cùm te per literas consuluissem, quid mihi faciendum esse censeret. de L. 178 a, De quo cū consulere Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent, oraculum editum est, eas, &c. de Inu. 84 a, Senatū consului de summa recip. pro Qu. 9 b, Sed ne ipse quidem te consului, sed ne ipse quidem ad te retulisti, ne hæc quidem tecū locutus es, horæ tuæ fuerunt, &c. & ibid. Ego pro te nunc hoc consulō, quod tu consulere oblitus es. Att. 125 a, Nec te consulō. Ep. 142 b, Quid ergo faciā? te consulō. Br. 91 a, Quod me de Antonio consulis, puto, &c. de Diu. 87 a, Dixi esse cogitare quiddam: id posse fieri, consului. de Orat. 107 b, Subsidiū senectutis in corū qui consultum veniant, multitudine non esse ponendum. de Diu. 110 b, Nemo aruspicem consulit, quemadmodū sit cum amicis viuendum: nam ad sapientes hæc, non ad diuinos referri solent.

¶ *Prospicio, alicuius ratione habeo, prouideo, occurro.* Ep. 31 b, Vt quibuscūq; rebus poteris (poteris aut plurimis) prospicias & consulas rationibus meis. Offic. 17 b, Qui parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt. Cæl. Ep. 125 b, Tu porrò cū ad te venissem, &c. amici officium neglexisti, neq; mihi consuluisti. Ep. 33 b, Te rogo vt consulas rationibus meis. I. V. 107 a, Consulere liberis ac prospicere debemus. I. C. 118 b, Quare P. C. cōsulite vobis, prospicite patriæ, cōseruate nos, &c. Qu. fr. 296 a, Cōsulere, omnibus mederi incōmodis hominū, prouidere salutis. I. A. 161 a, Næ tu si id fecisses, melius famæ, melius pudicitia tuæ consuluissets. Ep. 29 b, Et posteritatis ocio consules. I. V. 74 a, Huic malo iudices cōsulite ac prouidete. pro Cæl. 41 b, Qui alieno doloti potius, quàm suæ fidei consulunt. Att. 34 a, Salutis, si me amas, consule. Quin. frat. 295 a, Consulere ciuium commodis, & corū utilitati salutiq; seruire. Ep. 55 a, Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunæ tuis. Ep. 124 b, & Att. 163 a, Te oro, ne quid gratiæ de salute & incolumitate tua consulas. pro Syl. 179 a, De salute suorum consulere, communè relinquere. Offic. 49 a, Atq; etiam omnes qui rempub. gubernant, consulere debent, vt earum rerum copia sit, quæ sunt necessaria. I. V. 80 a, Vos quod ad famam vestrā pertinet, prospicite ac consulite. de Finib. 77 a, Satis ergo pudori consulat, si quis sine teste libidini pareat. \* contra Rull. 69 b, Deligant quem maximè populo Rom. consulatum putent. pro Marc. 136 a, Vt vitæ, vt salutis tuæ cōsulas.

C O N S V L O R, tis. Epist. 100 b, Consuli quidem te à Casare scribis: sed ego tibi ab illo consuli malle. I. A. 209 b, Partis de



uis de rebus consulimur, P. C. de Appia via consul refert, &c. item. Cum ea quæ consulabantur, ad exitum non pervenirent. de Diu. 109 b, Nunc quoniam de republ. consuli cepti sumus, tribuenda opera reipub. de Cl. 268 a, Ille se consuli nolebat. in Verr. 190 b, Qui de iure civili consuli solent. de Cl. 173 b, P. Crassus qui & consulabatur plurimum, & dicebat. Oct. 39 a, Senatus nihil consulitur. de Leg. 158 b, Qui consuluntur: id est iuris consulti. pro Mur. 130 a, Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur. pro Dom. 219 b, Ea de quibus maiores nostri vos solos & consuli, & scire voluerunt. & 224 a, Si pop. Romanus de ista re consultus esset. pro Mil. 104 b, Nihil de eius morte populus consultus est. pro D. 227 b, Quotiescunq; senatus de me consultus est, totiens, &c. Att. 179 a, Sed tamen aliquid consuli prospiciq; poterit.

¶ *Prospicior.* Att. 263 b, Obliviscere, illum aliquando suo familiaritari, tuo adversario, voluisse consultum. de Nat. 58 b, Deorum providentia consuli rebus humanis. de Nat. 1 b, A dijs vitæ hominum consuli ac prouideri.

† *Syntaxis.* *Impetranda & consulenda res. Respondere consulentibus. De te multum ac satis consultum est. Consilium aliquem per literas. Hoc te pro illo consulo. Suis rationibus prospicere, & consilium. Parti civium consilium. Consilium periculo, temporibus, commodis. Consilium de salute: id est, discernere. Consilium, ut me, &c.*

\* *CONSULTANDVS*, a, um. ad Heren. 16 b, Deliberationes partim ipsæ propter se consultandæ sunt.

*CONSULTATIO*, onis. *deliberatio.* Att. 121 b, Expecto ut sciam quid respondeas consultationi meæ. de Inu. 71 b, Quasi aliquam in consultationem res veniat. Topic. 226 b, Iuris periti consultationibus suis disputant. Offic. 62 a, De viri deliberatione & consultatione quarimus. ad Her. 16 b, Utilitas in duas partes in civili consultatione diuiditur. de Leg. 159 a, Non enim querimus quid de qua; consultatione respondeamus. ad Her. 16 b, Partim propter aliquam extraneam causam veniunt in deliberationem & consultationem. de Orat. 121 b, Credo ut putaremus non in hominibus, non in re consultationis aut deliberationis causam aliquam fuisse. Offic. 58 a, Ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa præcepta sunt. Attic. 145 b, Sed venio ad consultationem. de Leg. 179 b, Quæcunque causa consultatione acciderit.

¶ *Propositum, infinita quaestio, quam thesin Græci vocant.* Part. 250 a, C. F. Quid quaestio? quasnam habet partes? C. P. Infinitam, quam consultationem appello: & definitam, quam controuersiam nomino. & 235 a, Sed est consultatio quasi pars causæ quædam. de Orat. 153 a, Quæstio infinita & quasi proposita, consultatio nominatur.

† *Syntaxis.* *Respondere consultationi. Res in consultationem venit. Deliberatio & consultatio. De consultatione respondere.*

*CONSULTO*, cogitatio, dedita opera, de industria. (Fortuitio. de Nat. 18 a, Existimant quod ille incertia loquendi fecerit, fecisse consulto. Offic. 6 a, Vtrum perturbatione aliqua animi, an consulto & cogitata fiat iniuria. de Orat. 136 b, Neminè nisi consulto contra se dicere. ad Her. 15 b, Sextus locus est, cum ostendimus ex consulto factum. Tusc. 175 b, Ep. 37 a, Philosophia multitudinem consulto fugiens, &c.

† *Syntaxis.* *Consulto & cogitata fecit iniuria. Ex consulto facere.*

*CONSULTO*, as. *delibero.* Att. 257 b, Octavius consultabat vtrum Romam proficiscerentur, an, &c. Offic. 2 b, Tum aut inquirunt, aut consultant, conducatur id nec ne, &c. & 53 b, In quibus generibus deliberare homines & consultare de officio solent. ad Her. 16 b, Vt si Annibal consulat, an in Italia remaneat, an domum redeat.

† *Syntaxis.* *Inquirere & consultare. Deliberare & consultare de. Deliberatio consultanda.*

*CONSULTOR*, oris. *consuleus.* Tusc. 249 b, Drusi domum compleri consultoribus solitam accepimus. pro Mur. 128 b, Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas. pro Corn. 64 a, Qu. Mutius cum de iure prædatorio consulere, consultores suos nonnunquam ad Furium prædatorum reijciebat. \* Attic. 9 b, Piso consultor rogationis idem erat dissuasor.

*CONSULTRIX*, cis. de Nat. 37 b, Natura dicitur consultrix & prouida utilitatum opportunitatumq; omnium.

*CONSULTVM*, ti. *decretum.* vt senatus consultum vel decretum. de Leg. 168 b, Facta & consulta fortium & sapientum monumentis prodere. in Ant. 274 b, Consulta senatus. ibid. 264 b, Atq; vtinam his omnibus abstergere fletum sententij nostris, consultisq; possemus.

† *Syntaxis.* *Facta & consulta fortium. Sententia & consulta.*

*CONSULTVS*, a, um. Att. 12 a, Nondum videlicet meas literas legerat, quibus ad eum te consulta & explorata perscripseram, non deberi. de Orat. 107 a, Quanquam ipsi omnia quorum negotium est, consulta ad nos & exquisita deferunt. de Fin. 87 a, Si prima quæq; bene ab eo consulta atq; facta ipsius obliuione obruerentur.

¶ *Peritus.* Pro Cec. 300 a, Ita iustus & bonus vir est, vt natura, non disciplina consultus esse videatur. de Clar. 77 b, Nā vt antè dixi, consultorum alter disertissimus, disertorum alter consultissimus fuit. in Anton. 233 a, Sulpitius non magis iuris consultus, quam iustitia fuit.

† *Syntaxis.* *Re consulta & explorata. Consulta & exquisita deferre ad aliquem. Bene consulta, atque facta. Natura & disciplina consultus. Consultus iuris atque iustitia.*

*CONSUMENDVS*, a, um. ad Heren. 28 a, His vitij in compositione vitatis, reliquum operis consumendum est in dignitate.

*CONSUMMATVS*, a, um. *perfectus, absolutus, confectus.* in Ant. 324 a, Bella quæ à consulibus gesta & consummata sunt. Pleraq; tamen exemplaria, eaque emendatiora, & vetustiora, & consummata, non habent.

*CONSUMO*, mis. *terro, contero, pono, impendo, exhauro, absumo, expromo, profundo, infumo, dissipio, comedo, conficio.* pro Sext. Rosc. 25 b, Prædij colendis operæ plurimum studijque consumere. Epist. 181 b, Vt domum ventitares, horasque multas sæpè suauissimo sermone consumeres. Acad. 4 a, Consumpsi multum temporis in ista vna disputatione. de Offic. 1 b, Quoniam in eo studio ætatem consumpsi. de Orat. 89 b, Consumere ocium in argulis. ad Heren. 25 a, Postremò in eo vim artificij consumant, vt, &c. pro Planc. 278 b, Si me aut vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumpsisset. de Nat. 21 b, Ibes maximam vim serpentium interficiet & consumunt. Attic. 124 b, In studijs ac literis nostris consumo omne tempus. ad Her. 1 a, Consumere ocium in philosophia. de Orat. 113 b, Consumere ocium suum in historia scribenda. Epist. 55 b, Eumq; diem ibi consumpsi. de Inu. 63 a, Consumere operam in magnis rebus. de Finib. 49 b, Consumere operam in agendo aliquid. de Orat. 105 a, Consumere multum operæ ac laboris in aliqua arte. Attic. 219 b, Consumere dies in philosophia explicanda. de Leg. 158 a, Aut in quo melius hunc consumam diem. pro Mar. 132 b, Nihil est enim opere aut manufactum, quod non aliquando conficiat ac consumat vetustas. pro Sext. Rosc. 26 b, In agris colendis aliquantum operæ temporisq; consumpsi. de Nat. 3 a, Nec mediocrem in eo studio operam curamq; consumpsimus. Att. 251 b, Populus Romanus manus suas non in defendenda repub. sed in plaudendo consumpsit. Ep. 89 b, Cum studium tuum consumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis. de Leg. 195 a, Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percunctatione consumpsimus. pro Planc. 275 a, Tibi remitto atque concedo, vt omne studium tuum in Cn. Plancij honorem consumas. de Finib. 60 a, Consumere omne studium in aliqua rei. pro Flac. 163 b, Vt pecuniam quam confecerat non consumpsisset, sed Flacco dedisse videretur. pro Sext. Rosc. 19 b, Per luxuriam effundere atque consumere omnia bona. I. A. 204 a, Cæsar omnem vim ingenij sui in populari leuitate consumpsit. pro Sest. 9 b, Quam omnem vim sui tribunatus in mea salute consumpsit. \* I. A. 251 b, In lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumpsisset. Epistol. 94 b, Neque tamen abito, quin tu ex illo cubiculo tuo, &c. per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpsisset. ibid. Reliquas verò partes dici tu consumebas his delectationibus.

*CONSUMO*, ris. *absumor.* Attic. 252 b, Quodque temporis in prædiolis nostris consumi potuit, in peregrinatione consumemus. de Fat. 140 a, Omnis ferè nostra in his deliberationibus consumebatur oratio. Brut. 288 b, Mater tua cuius omnes curæ ad te referuntur, & in te consumuntur. ad Heren. 1 b, Inuentio in sex partes orationis consumitur. & 16 b, Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, & cæteras res. Alij legunt, in pecunia, pollicitationibus, dissimulationibus, maturationibus, mentionibus, & cæteris rebus. de Cl. 175 a, Istorum in dialecticis omnis cura consumitur: id est, ponitur. Attic. 16 a, Tantum requietis habeo, quantum cum amicis consumitur. Att. 82 a, Vt ibi lunius consumatur. cõtra Rull. 73 a, Pecunia consumetur in agrorum emptioibus. de Orat. 143 a, Agri multa ferunt, quæ vel consumantur statim, vel mandentur condita vetustate.

† *Syntaxis.* *Operam, oleum, studium, tempus, ætatem, ocium consumere. Interficere atque consumere vim serpentium: id est, numerum. Ocium consumere suum in Philosophia. Conficere & consumere. Per luxuriam effundere, & consumere bona sua. Vim omnem suæ dignitatis consumere in alicuius salute. Ad in sex partes consumitur. Febre consumptus.*

*CONSUMPTIO*, onis. de Vniuers. 198 a, Ita se ipse mundus consumptione & senio alebat sui. & ad Heren. 31 a, Non hæc videntur reperiri posse, sine elaboratione, & operæ consumptione.

*CONSUMPTOR*, oris. de Nat. 33 a, Hic noster ignis confessor est, & consumptor omnium.



**CONSUMPTVS**, a, um. *absumptus, interemptus.* de Orat. 143 a, Crassus cum febris domum redijt, dieque septimo est lateris dolore consumptus. de Orat. 144 a, Atque in eo silētio duas horas ferē esse consumptas. Offic. 36 a, Belluarum impetu quādam hominum genera esse consumpta. de Orat. 152 a, Actio cōsumpta superiore motu & exhausta. de Vni. 202 a, Quos & viuos alatis, & consumptos sinu recipiat. contra Rull. 63 a, Quod neque consumptum in monumento, neque in ærarium relatum sit. de Prouin. 70 a, Milites incuria, fame, morbo, vastitate consumpti. de Fin. 137 a, Quantum Aristoxeni ingenium consumptum videmus in Muscis? Ep. 262 a, Inedia & purgationibus & vi ipsius morbi consumptus es.

**CONSVRGO**, gis. *surgo, assurgo.* de Senect. 90 b, Consurrexisse omnes illi dicuntur, & senem illum festum recepisse. Quin. frat. 322 b, Consurxit senatus cum clamore. I. V. 232 a, Honorificē sanē confurgitur.

**CONSVRRECTIO**, onis. *consurgentium actus proprius.* de Arusp. 243, Cepi equidem maximum fructum ex consurrectione omnium vestrum, & ex comitatu publicanorum. Att. 11 a, Quæ consurrectio iudicum facta sit.

**CONTABESCO**, scis. *liquefco, consumor, extabesco, tabesco.* ad Her. 20 b, O perfidiosa Fregellæ, quā facile scelere vestro contabulistis. Tusc. lib. 5, Luctu confecta contabuit.

**CONTAGIO**, onis. *faditas, virus, venenum, pestis.* de Orat. 158 a, & Tusc. 196 a, Ne contagio mea bonis vmbrae oblit. de Diu. 93 b, Cū est somno seuocatus animus à societate & contagione corporis. de Fat. 141 a, Vt in reliquis eiusmodi natura contagio valeret. de D. 120 b, Sed & decoloratio quādam ex aliqua contagione terrena potest sanguini similis esse. & 127 b, Quæ potest igitur contagio ex infinito penē interuallo pertinere ad Lunam, vel potius ad terram? Tusc. 163 b, Quibus animis fuisset minima cum corporibus contagio, quin se ab his semper seuocassent, his, &c. pro Murgn. 134 a, Latius patet illius sceleris contagio, quā quisquam putat. pro Cl. 58 b, Nemo inuentus est, qui non contagionem aspectus illius fugeret. pro Syl. 168 a, In hoc crimine quādam est contagio sceleris, si proditorem patriæ defendas. pro Dom. 285 a, Qui se aliqua contagione prædæ contaminarunt. in Verr. 273 b, Illi ad quos conscientia contagio pertinebit. in Verr. 236 b, \* Vtrum aditū facilem hostibus, an contagionem imitandi eius belli periculosam fuisse? ibid. Contagio ista feruili belli cur abs te potius, quā ab his omnibus prædicatur? Offic. 50 a, Reliquam Græciam euertit Respub. Lacedæmoniorum contagionibus malorum, quæ à Lacedæmonijs profectæ manarunt latius. Att. 11 a, Qui, &c. contagione turpitudinis vehementer permouebantur.

† Syntaxis. *Societas & contagio corporis & animi. Contagio hinc non pertinet ad Lunam. Sceleris patet latius contagio. Aspectus contagionem fugere. Contaminare se sceleris contagione, prædæ. Ad illud contagio conscientia non pertinet.*

**CONTAMINATVS**, a, um. *slimus, inquinatus.* (Integer. Topic. 226 b, pro Dom. 217 b, Homo post homines natos turpissimus contaminatissimus. & de Pro. 71 b, 72 a, I. P. 83 b, Spiritus cōtaminatus. p. Clu. 38 a, Homo improbus, multitis flagitijs contaminatus. in Anton. 242 a, Parricidijs contaminatissimus, & omni scelere cooperatus. I. V. 66 a, Corruptis ac contaminatis iudicijs. pro Dom. 220 a, Ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus factus es filius, &c. I. P. 83, Frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatū spiritum pertimescerem. \* de Confolat. Vitijs & sceleribus contaminatos deprimi in tenebras.

**CONTAMINO**, nas. *inquino.* pro Sext. Rosc. 27 b, Fingi maleficium nullum potest, quo iste se non contaminarēt. I. C. 103 a, Qui Saturnini sanguine non modò se non contaminauerunt, sed etiam honestauerunt. Offic. 59 a, An se scientes scelere contaminent. de Arusp. 251 b, Is nomen pop. Rom. tanto scelere contaminauit, vt id nulla re possit nisi ipsius supplicio expiari. pro Dom. 231 a, Qui se aliqua contagione prædæ contaminauerunt. Tusc. 193 b, Qui se humanis vitijs contaminassent. pro Syl. 175 b, Contaminare veritatē mendacio. ad Heren. 7 a, Deniq; aliquo vel quamplurimis vitijs contaminabit personam aduersarij. \* con. C. Anton. Stupris se omnibus ac flagitijs contaminauit. Tusc. 239 a, Talis viri interitu contaminare extremum tempus ætatis.

**CONTAMINOR**, ris. ad Heren. 10 b, Contaminari culpa. † Syntaxis. *Homo contaminatissimus. Flagitijs contaminatus. Iudicia corrupta & contaminata. Spiritus contaminatus. Contaminare se maleficio, sanguine, scelere. Contaminare vitijs aliquem: id est, onerare.*

**CONTATIO**, onis. L. **CUNCTATIO**.

**CONTEGO**, gis. *tego.* pro Sest. 21 a, Gracchus messoria se corbe contexit. & de Pro. 70 b. Offic. 25 b, Natura eas partes contexit atque abdidit. pro Arusp. 190 b, Idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. de

Leg. 181 b, Quos humus iniecta contereret.

**CONTEMNENDVS**, a, um. *contemptus.* de Clar. 190 a, Oratio non contemnenda, saneque tolerabilis. Orat. 220 b, Hierocles & Meneclis minimè contemnendi. de Clar. 189 b, Ne Titus quidem Posthumius contemnendus in dicendo. & 179 a, Orator non contemnendus. \* Epist. 84 a, Intelligit te hominem in parte Italiae minimè contemnenda facile omnium nobilissimum, &c.

† Syntaxis. *Res non contemnenda, saneque tolerabilis. Vir in dicendo non contemnendus.*

**CONTEMNO**, nis. *despicio, despiciatui duco, sperno, abijcio, reijcio, inane ac leue existimo, pro nihilo puto.* de Offic. 147 b, Quare omnes istos deridete, atque contemnite. pro Mur. 127 a, Cōtempnisti L. Murgæ genus, extulisti tuum. de Finib. 68 a, Dialecticam contempisti Epicurus. in Verr. 58 b, & pro Mil. 113 b, Contemnere aliquem, ac pro nihilo putare. de Finib. 96 a, Contemnere, despiciere, pro nihilo putare, non curare, infra se ducere. Offic. 6 b, Ea quæ plerique vehementer expectant, contemnere & pro nihilo ducere. contra Rull. 85 b, Irridere atque contemnere alios præ se. Orat. 209 a, Contemnere aliquem. (Admirari. \* Tusc. 245 a, Reliqua ex collatione facile est contere atque contemnere.

\* **CONTEMNOR**, ris. Offic. 12 b, Voluptatē cōtemni & reijci oportere.

**CONTEMPLANDVS**, a, um. de Natur. 16 b, Quis tam cæcus in contemplandis rebus vnquam fuit, vt hoc non videret?

**CONTEMPLANS**, tis. Offic. 23 a, Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui. Orat. 97 a, Omnes loci artis inquirentibus nobis, omnique acie ingenij cōtemplantibus, ostendunt se & occurrunt. de Nat. deor. 12 a, Deus terras & maria contemplans, hominum commoda, vitasque tuetur.

**CONTEMPLATIO**, onis. *consideratio, mentis agitatio.* Acad. 32 a, Est enim animorum naturale quoddam quasi pabulum, consideratio contemplatioque naturæ. & Offic. 31 a, de Nat. deor. 11 b, Hæc res magna ac diligenti contemplatione dignissima. de Diu. 99 b, Cū ex terra nihil emerret, quod contemplationi cœli posset officere. Brut. 91 b, Virtutis disciplinam meliorem reperiet nullam, quā contemplationem atque imitationem tui.

**CONTEMPLATOR**, oris. Tusc. 163 a, Homo contemplator cœli ac deorum.

**CONTEMPLOR**, aris. *considero, perspicio, intueor, animo intueor.* in Verr. 206 a, Contemplari vnumquodque ociosè & consideratè cœpit. Offic. 31 a, Quæ cognitione digna sunt, summum ocio secum ipse consideret & contempletur. Offic. 31 a, Tractare & contemplari res cognitione dignissimas. pro Deiot. 151 a, Proponere tibi duos reges dignum contemplare, quod oculis non potes. pro Flac. 151 b, Aliquid quāmaximè intentis oculis (vt aiunt) acerrimè contemplari. in Verr. 156 b, Codicis tui literas contemplare. pro Planc. 259 a, Conspectus vester reficit & recreat mentem meam, cū intueor & contemplor vnumquemque vestrum. Orat. 197 b, Nec verò ille artifex cū faceret Iouis formam, contemplabatur aliquem, è quo similitudinem duceret. & 98 a, Sed ea, cū contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit. de Nat. 26 b, Cū cœlum suspeximus, cœlestiaque contemplati sumus. & 45 b, Contemplari oculis pulcritudinem cœli.

† Syntaxis. *In re contemplanda. Deus maria contemplans. Secum considerare & contemplari. Animo contemplari, intensis oculis. Intueri, & contemplari.*

**CONTEMPTIO**, onis. *contemptus, despicientia, despectio.* Offic. 76 a, Fortitudo est dolorum laborumque contemptio. Tusc. 169 a, Totam vim bene viuendi in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia ponamus. de Inu. 47 a, Si aduersarios aut in odium, aut in inuidiam, aut in contemptionem adducemus. in Ant. 268 b, Contemptio pecuniæ. \* Hortens. Mortis contemptio. Offic. 3 b, Ex quo animi magnitudo existit, humanarumque rerum contemptio. Paradox. 120 b, Sapientis animis contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus vt mœnibus septus.

† Syntaxis. *Contemptio ac despicientia. Adducere aliquem in odium, inuidiam, contemptionem.*

\* **CONTEMPTVS**, us. *contemptio, despicientia, despectio.* Incer. Si contemptum vitæ præ se ferunt.

**CONTEMPTVS**, a, um. *prior, ptissimus, despiciatus, abiectus, despectus ab omnibus pauis, contemnendus.* pro Sest. 10 b. Despiciatissimi hominis furor, contemptissimi Consulit leuitas. contra Rull. 85 a, Homo contemptus & abiectus. pro Plan. 261 b, Homo contempta & sordida vita. de Diuin. 132 b, Quo iam nihil potest esse contemptus. pro Cl. 57 a, Causa contempta atque abiecta. de Cl. 173 a, Qu. Pompeius non contemptus orator. de Fin. lib. 2, Tenuissimus victus, atque contemptissimæ cœcæ. pro Mur. 129 b, Id enuncians vestris mysterijs



mysterijs totum est contemptum & abiectum. \* pro C. Cornel. 2. Contemptissimum nomen.

**C O N T E N D O**, dis. nitor, conor, curo, laboro, enitor. Offic. 60 b, Qui stadium currit, eniti & contendere debet vt vincat. pro Lig. 138 a, Quantum potero, voce contendam, vt hoc pop. Rom. exaudiat. Offic. 53 b, Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac vt efficias. Orat. 217 b, Quod plurimis locis voluisse eos, atque animo contendisse, perorationes nostræ declarant. pro Sest. 3 b, Contendamque (si modò id consequi potero) vt nihil à me prætermisum esse videatur. Quint. frat. 298 b, Contende quæso atque elabora, vt, &c. & 297 b, Neque ego hoc contendo, quod fortasse iam in nostra ætate difficile est, mutare animum. pro S. R. 34 b, Quæ res cum vna nocte tantum itineris contendere coegit? Offic. 42 a, Iuvenes magna spectare, & ad ea rectis studijs contendere debent. I. A. 264 a, Qui ad summam laudem gloriâq; contendit, p. Planc. 279 b, 280 a, Iter à Vibone Brundisium terra petere contendi. pro Pl. 280 a, Dyrachium petere contendi. de Orat. 107 b, Sermones paulò intricatiore conficere omnia, nunquam lateribus aut clamore contendere. pro Fl. 154 a, Vociferarer, & quantum maximè possem, contenderem, testarer publicanos, &c. pro Pl. 269 a, Sic ego hoc contendo, me tibi cuiuscunq; tribus rationem poposceris, reddituram. Ep. 14 a, Tantum contende in repub. quantum probare tuis ciuibus possis. pro Mur. 139 b, Vt cum ad vltimum animo contendifsemus, ibi tamen, vbi oporteret, consisteremus. Ep. 9 b, Cum plus contenderimus quàm possumus, minus tamen faciamus quàm debemus.

¶ *Pugna, certio, luctor, configo, digladior, in contentione venio, contentionem de aliqua re facio, contentionis aliquid cū aliquo habeo.* Ep. 64 b, In quo etiâ, si multi mecū contendunt, tamen omnes facile superabo. Offic. 22 b, Sic enim est faciendum, vt contra naturam vniuersam nihil contendamus. I. A. 223 b, Seruius cōtra vim grauitatemq; morbi contendit, vt ad castra peruenerit. Att. 107 b, Aut si exercitum adducat, necesse est armis cum eo cōtendere. de Fin. 104 b, Tauri pro vitulis contra leones summa vi impetūq; contendūt. Ep. 110 a, Vt sacramēto contendas mea non esse. de Orat. 8 b, Multisq; præessem, qui interdicto tecū contenderent. pro S. R. 41 a, Humilitatem eū dignitate de amplitudine contendere. de Nat. 61 a, Patere igitur rationē meam cū tua ratione cōtendere. pro Pl. 267 a, In hac causa desinamus aliquādo (si videtur) vulgari & peruulgata declamatione cōtendere. Att. 228 b, Si duriorē te præbes, nō contendam ego aduersus te. pro Qu. 14 b, Tamē ne vereris, vt possis hæc contra Hortensium cōtendere? Att. 1 a, & de Inu. 84 a, Thermus eū Syllano cōtēdit. de Clar. 187 a, Iurgio cōtendere. pro Qu. 18 a, Iure contendere. pro Qu. 22 a, Inimicissimè & infestissimè contendere. \* pro M. Scæu. Possē virtutem, quod contendifset, peruenire. Hortē. Hunc Crassum ad imitationem quasi nostri generis contendifse.

¶ *Intendo & adduco: translatione.* de Fa. 144 a, Itaque contēdit omnes neruos Chryssippus, vt persuadeat, &c. I. V. 72 b, Magnum onus, sed dignum in quo omnes neruos ætatis industriaq; meæ contenderem. I. V. 119 a, Iam in tanta impudentia istius remittendum aliquid videtur, ne omnia contēdamus, ne omnia cum dolore agere videamur. Ep. 251 b, Te rogo vt omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam temporis prorogetur.

¶ *Comparo, confero, refero.* de Inu. 80 b, Primū igitur leges oportet contendere, considerando, vtra lex ad maiores pertinet, &c. pro Sext. Rosc. 84 a, Quicquid contrā dixeris, id cum defensione nostra contēditō: ita facile causa Sext. Roscij cum tua conferetur. I. C. 109 b, Si causas contendere velimus. pro Planc. 275 b, Contendere eadem: id est, parem referre gratiam. item: Sed si non eadem contēdit in tribunatu Plancius, existimare debes non huic voluntatem defuisse, sed me, &c.

¶ *Eo, vado celeriter.* Orat. 206 a, Si potuissēmus, quod contēdimus, peruenire. 79 a, Tharsum veni, inde ad Amanum contēdi. & 127 a, Mihi non dubium est, quin Brundisium contēdam.

¶ *Posco, flagito, peto, efflagito.* Att. 152 b, Nec dubito, quin Cæsar à me contēdat, vt ad urbem veniam. & 175 a, Per eos qui nostra causâ volunt, diligentissimè contēdas opus est. & 240 a, De oratione Bruti prorsus contēdis, mecumque iterum tam multis verbis agis. & 124 b, Dixi me nihil ab inuito contendere. & 281 b, Quare omni studio à te, mi Brute, contendo, vt, &c. Epist. 25 b, Cum Pompeius ita contēdisse, vt nihil vnquam magis, vt cum Crasso redirem in gratiam. Quin. frat. 320 b, Pompeius à me valde contēdit de reditu in gratiam: sed adhuc nihil profecit. Offic. 63 b, Ineensus cupiditate contēdit à Pythio, vt venderet. Epist. 3 a, A nobis agentur omnia diligenter, vt neq; si quid obtineri poterit, non contēdamus, nec, &c. & 20 a, Verecun-

dus à te, si quæ magna res mihi petenda esset, contēderem. pro Qu. 14 a, Cum is à me peteret & summè contēderet, vt, &c. pro Dom. 236 a, Sic à Seio contēdit, vt sibi domum meam venderet. Quin. de Pet. 208 a, A quo facillè, si contēdes, impetrare poteris, vt, &c. Attic. 82 b, Primū contēdam à Quin. fratre, vt se præfici patiat. de Orat. 98 b, Cum Hipseus maxima voce plurimis verbis à M. Crasso contēderet, vt, &c. \* con. C. Anton. Quod cum sæpius ageres, & impudentius à me contēderes.

**C O N T E N D O R**, ris. poscor. in Verr. 135 a, Propter magnitudinem potestatis hic magistratus à populo summa ambitione contēditur.

† *Syntaxis. Enitere & contende. Quantum labore contendere possum, tantum faciam & efficiam. Animo contendere. Contende & elabora. Hoc ego contendo, mutare animum. Iter contendere. Res est ad gloriam studijs contendere. Romam petere contēdit. Nihil contra naturam contēdas. Contendere cum aliquo, aduersus, & contra aliquem. Contendere atatis neruos. Omnia ne contēdas. In eo neruos omnes contēdas. Leges contendere. Eadem contēdere. Id à te contēditur.*

**C O N T E N T E**, vehementer, magna contentione. Tusc. 187 a, Genū M. Antonium vidi, cum contentē ipse pro se lege Varia diceret, terram tangere. Tusc. 147 a, Contentiūs ambulare, de Orat. 162 b, Vt ornamentis ipsdem, aliās contentiūs, aliās summissiūs. \* Tusc. 187 a, Sic vox, sic cursus, sic plaga hoc grauior, quod est missa contentiūs.

**C O N T E N T I O**, onis. certatio, controuersia, luctatio, certamen, dimicatio, pugna, vis, vis animi, labor corporis, contentio animi. in Ant. 161 b, Mihi cum M. Crasso multæ & magnæ contentiones fuerunt. pro Sest. 16 a, Antiochus magna belli contentione superatus. Offic. 18 b, Equi propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes. pro Mur. 132 a, Pugna summa contentione pugnata. I. A. 160 b, An decerare mecum voluit contentione dicendi? Ep. 12 b, Respubl. contentionem cum illis viris fieri non vult: & ne fiant, vehementer recusat. in Verr. 64 a, Nec ferè vnquam venit in contentionem de aceufando, qui quæstor fuerit, quin repudiaretur. Acad. 33 b, Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio. Att. 98 b, Nunc autē impendet summa inter eos contentio. pro Sest. 15 b, Inter sapientissimos homines hæc contentio est, cum alij dicant, &c. alij, &c. de Orat. 30 b, Omnem contentionē esse inter homines doctos in verbi controuersia positā. & 89 a, Græci contentionis cupidiores, quàm veritatis. pro Quin. 4 a, Quod nisi, &c. non tam citò res in contentionem venisset. pro Cor. 59 a, In quo magna contentio Heraclensium fuit, cum magna pars in his ciuitatibus, &c. pro Cæl. 49 a, Res minimè dubitanda in contentione ponitur, vtrum, &c. an, &c. pro Planc. 262 b, Hæc tibi est prima cū Plancio generis vestri familiæq; contentio, qua abs te vincitur. item: Nunquam ferè venit in contentionem de aceufando, qui quæstor fuerit, quin, &c. de Leg. 189 a, Plebs de suo iure periculosas contentiones nullas facit. & ibid. Nostra causa nihil habuit contentionis cum tribunatu. de Orat. 110 b, Ocij fructus non est cōtentio animi, sed relaxatio. de Senect. 94 b, Ociosam ætatem sine vllo labore & contentione traducere. pro Arch. 188 a, Ferè animi nostri tantam contentionem non possent, nisi eos doctrina relaxarem. de Leg. 158 a, Sic tu à contentionibus quibus summis vti solebas, quotidie relaxas aliquid. de Orat. 164 b, Sed aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros curamque laxemus. pro Cæl. 45 b, Si quis omnem vitæ suæ cursum in labore corporis atq; in animi contentione conficeret. de Orat. 164 a, Effusa sine intermissione contentio. & 186 a, Animi magna, vocis parua contentio. de Diuin. 95 b, Equum summersum cum maxima contentione non potuisset extrahere, discessit. Tusc. 187 a, In omnibus officijs persequēdis, animi est adhibenda contentio. Qu. fr. 290 a, Tanta adhibebatur à nobis contentio, vt rem posse confici non diffiderem. Offic. 27 b, In obiurgationibus vtendum est fortasse & vocis contentione maiore, & verborum grauitate aciore. de Nat. 78 b, Hominum membra nulla contentione, mente ipsa atque voluntate mouentur. de Orat. 128 a, Asperitas contentionis in oratione. de Orat. 143 a, Vehementissima contentione animi, ingenij, virium dicere, &c. de Orat. 102 a, Contentio & sermo differunt. Att. 101 b, Illud etsi expetitur à me sit, & approbatum à te, tamen non est nostra contentione perfectum. Offic. 42 b, Contentio orationis maiorem vim habet ad gloriam. pro Clu. 18 a, Altera pars non magnæ in dicendo contentionis fore videbatur. de Orat. 128 b, Similis contentio actionis. Tusc. 187 a, Qui volunt exclamare maius, toto corpore atq; omnibus vngulis, vt dicitur, contentioni vocis asseruiunt. de Orat. 108 a, Demosthenes tantum contēdenda anima in dicendo est assecutus, vt vna continuatione verborum binæ ei contentiones vocis & remissiones continerentur. de



Clar. 171 b, Cato contra Galbam ad populum summa contentione dixit. de Nat. 49 a, Nihil interrompit, quo labefactari possit: tanta contentio grauitatis & ponderū. de Opp. 244 a, Meritorum in reipubl. contentio sanè grauis. de Or. 119 a, Contentio ex scripti interpretatione. pro Mur. 125 b, Mihi cum Murena magna amicitia est, quæ in capitis dimicatione à Ser. Sulpitio non idcirco obruetur, quòd ab eodem in honoris contentione superata est. pro Mar. 131 b, Res tuæ gestæ contentio magnitudine cum nullo conferri possunt. \* de Clar. 193 b, Cuius in testimonio contentio & vim accusatoris habebat & copiam. pro M. Scaur. pro illo sibi contentionem fore putabat. Hortens. Magna etiam animi contentio adhibenda est explicando Aristotelem. de Orat. 107 b, Neq; minus hæc tamen tua grauissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis & contentio probatur. Orat. 206 b, An ego Homero, Ennio, reliquis poetis cederem, vt ne omnibus locis eadem contentio vterentur: ipse nunquam ab illa acerrima contentione discederem? de Opt. 244 b, Habet causa meritorum in Reipubl. contentionem sanè grauem. & 245 a, Quid aut tam visendum aut audiendum fuit, quam summorum oratorum in grauissima causa accurata & inimicitijs incensa contentio? de Orat. 143 a, O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, & inanes nostras contentiones: quæ in medio spacio sæpe franguntur & corrunt: & ante in ipso cursu obruuntur, quam portum conspiciere potuerunt. pro Deiot. 144 b, Quæ mihi ad spem obinendæ veritatis grauissima sunt: ad motum animi & ad omnem impetum dicendi contentionemque leuiores. Tusc. 187 b, Omnibus rebus, non solum dolori, simili contentione animi resistendum est. Off. 27 b, Rectum est autem, etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt, grauitatem retinere, iracundiam repellere. Offic. 29 b, Ex contentione vocis, ex summissione, ex cæteris similibus facile iudicabimus, quid eorum aptè fiat, quid ab officio naturaque discrepet.

¶ Exornatio oratoria. ad Her. 28 b, Contentio est, cum ex contrarijs verbis oratio conficitur: vt, Inimicis te placabile, amicis inexorabilem præbes. ad Her. 20 b, Contentio est oratio acris, & ad confirmandū, & ad confutandum accomodata. de Orat. 164 a, Est quiddam contentiois extremum, quod tamen inferius est, quam acutissimus clamor.

¶ Comparatio. pro Planc. 260 a, Quædam hominum est faciendæ contentio. de Inuen. 76 b, Et aliorum cum suis factis contentio. ad Herenn. 10 a, Primum quæri conuenit, vtrum fuerit vtilius ex contentione: id est, ex comparatione. I. P. 90 b, Sed quoniam fortunatum contentionem facere cœpimus, &c.

¶ Syntaxis. Aliquid in contentionem venire. In contentione poni. Contentione dicendi certare. Pugnata summa contentione pugnare. Fieri contentiones cum inimicis. Venit in contentionem de accusando Facere contentiones. A contentione aliquid quotidie relaxare, & curam & animi laxare. Animi contentio adhibenda. Vna verborum contentio. Facere verum contentionem: id est, collationem.

CONTENTVS, a, um, quem non pariter, qui satis esse putat, qui facile patitur. de Clar. 176 b, Si ipsum sine comparatione audires, non modò esses contentus, sed melius non quæreris. Tusculan. 247 a, Paruo cultu natura contenta est. pro Flac. 161 a, Patres familiars suo contenti. pro Flac. 151 b, Maiores nostri in priuatis rebus minimo contenti, tenuissimo cultu vivebant. de Amic. 112 a, Paruo contentus. de Opt. 243 b, Quidam non contenti quasi bona valetudine, vires, lacertos, sanguinem quaerunt. in Verr. 269 b, Eo contentum me esse dicam. pro Cl. 45 a, Neque L. Gellij iudicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius. Attic. 230 a, Sed quemadmodum tu præcipis, contenti idibus Martijs simus. item: Iam nihil ego vestigalibus, & paruo contentus esse possum. Offic. 31 b, Satiata quæstu, vel contenta potius. in Verr. 275 a, Vt Reipubl. vna hac accusatione mea contenta sit. de Orat. 149 b, Et si satis esse putatis, ea quæ, &c. sed si his contenti estis, &c. Parad. 126 a, Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimæque diuitiæ. de Senect. 91 b, Quod cuique temporis ad viuendum datur, eo debet esse contentus. Parad. 124 a, Diues est, cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facile contentus sit, & ibid. Si animus tuus satiatus est, aut contentus etiam pecunia, concedo, diues es. pro Planc. 272 b, Populus Romanus diligit magistratus, in quibus si qua præterea est ars, facile patitur: sin minus, virtute eorum innocentiaque contentus est. de Fat. 143 b, Chrysipus sperat Chaldaeos contentos Stoicorum causa fore. Epistol. 26 b, Quamuis paruis Italiæ latebris contentus essem, & 45 a, Quibus ego rebus à tali viro contentus eram. \* cont. C. Anton. Ego ea lege contentus sum. pro Marc. 135 a, & b, Iste tuus animus nunquam his angustijs contentus fuit.

¶ Inuenit, adductus. (remissus. pro Mur. 132 a, Cum con-

tento cursu hostium classis Italiam peteret. pro Sest. 3 a, Ad tribunatum, quia ipse ad sese iam dudū vocat, & quodammodo absorbet orationem, contento studio cursuque veniamus. Tusc. 187 a, Onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt. de Finib. 123 a, Vt in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, vt concetum feruare possit, omnes æquè incontentæ sint: sic, &c. Tusc. 187 a, Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò grauiorès emissiones habent, quòd sunt contenta atque adducta vehementius. Orat. 202 a, Contenta vox. (Summissa vox.

† Syntaxis. Contentus sum. Cultus paruo contenta natura. His ego de te contentus sum. Contento cursu petere Romam. Contento studio dicere. Contenta fides. (incontenta. Contentisti & adductum tormentum. Vox contenta.

CONTERO, vis, tero, confumo. Ep. 142 a, Kῆρ τῶν ὀφθαλμῶν, quæ contriueram legendo, totam in hoc imperio explicauit. de Leg. 166 b, Qui ætatem in litibus conterunt. pro Qu. Rosc. 51 b, Frustra tempus contero. de Am. 115 a, Studia literatum, in quibus remoti ab oculis populi omne ocium tempusque contriuimus. de Finib. 138 b, Conterere ætatem in rebus quærendis. de Fin. 93 b, An ille tempus aut in poetis euoluendis consumeret? aut se, vt Plato in musicis, geometria, numeris, astris cotereret? de Pro. 75 b, Cæsar cæteras nationes contriuit, compulit, domuit. Tusc. 245 a, Cùm virtutem ad cælum extulerint, reliqua ex collatione facile est conterere atque consumerere. Att. 136 b, Quæ aut sunt horum temporum, ea iam contriuimus. Ep. 15 a, Ego illius omnes grauissimas iniurias communis concordia causa, voluntaria quadam obliuione contriueram.

CONTEROR, vis. de Orat. 106 b, Cùm in causis, & in negocijs, & in foro conteramur.

† Syntaxis. Ocium tempusque conterere. Nationes contere, compellere, domare. Contere & consumerere. Quæ sunt eorum temporum, ea iam contriuimus. Contere iniurie voluntaria obliuione.

CONTERREO, res, terreo. de Orat. 103 a, M. Scaurus iam credo huc veniat, & hanc loquacitatem nostram vultu ipso aspectuque conterat.

CONTESTANS, tis, I. V. 215 a, Rex flens, ac Deos hominesque contestans clamare cœpit. pro Flac. 165 b, Cùm ego te Flacce cælum noctemque contestans flens flentem obtestabar, cum tuæ fidei salutem vrbis commendabam.

CONTESTATIO, onis, obtestatio. \* pro C. Cornél. 1, Petiuit à me prætorè maxima contestatione, vt.

CONTESTATVS, a, um, pro Flac. 151 a, Ab hac perenni contestataque: id est, perspecta, virtute maiorum ne degeneres. pro Qu. Rosc. 51 a, Cū eo litem contestatam habebat. pro Qu. Rosc. 54 a, Cùm lis contestata cū Flauio damni iniuria esset. & 50 a, \* Lite contestata, iudicio damni iniuriæ constituto, tu sine me cum Flauio decidisti.

CONTESTOR, vis, obtestor, iudicium commissio, confitioque. Att. 261 a, Non enim procuratores litem contestantur: quod factum non sum nescius sponsores liberari.

† Syntaxis. Contestans Deos hominesque, Perennis & contestata virtus. Habere litem cum aliquo contestatam.

CONTEXO, xis, coniungo, compono, texo. de Legib. 157 b, Nec tam facile interrupta contexo, quam absoluo instituta. Ep. 67 a, Coniunctene malles cū cæteris rebus nostra contextere? pro Cæl. 41 a, Ac longius mihi quidem contextere hoc carmen liceret: nam nunquam, &c. Epist. 152 a, Contextero extrema cum primis.

CONTEXOR, vis, comparor, adornor. pro Dom. 147 a, At quam festiuè crimen contexitur. \* Orat. 208 a, Quid est ætas hominis, nisi cùm ea memoriâ rerum veterum cum superiorum ætate contexitur.

CONTEXTE, coriunxerit. de Fat. 149 b, Omnia naturali colligatione conseritè contexteq; fieri.

CONTEXTVS, a, um, Tusc. 247 a, Ita perpetuas & contextas voluptates in sapiente fore semper. de Nat. 58 a, Villigouium contextis & contextis (al. confectis) homines vestiuntur.

† Syntaxis. Contextere interrupta, carmè, extrema cum primis. Crimina contextuntur. Voluptates in sapiente perpetuas & contextas.

CONTEXTVS, tus: vel CONTEXTVS, stus, complexio. de Fin. 132 a, Pennarumque contextu corporis tegumenta faciebant. de Fin. 144 a, Mirabilis est apud illos contextus rerum, respondent extrema primis, &c. Pat. 237 a, Sed in toto quasi contextu orationis hæc erunt illustranda maximè.

CONTICEO, ces, resiceo. de Orat. 156 a, Hæc cùm Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & cæteris silentium fuit. I. C. 113 a, Recitatis literis conscientia conuictus conticuit. Tusc. 175 b, Qui iam conticuit, penè ab ipso foro iussit. de Orat. 195 b, Cùm studium nostrum, Brute, conticuit, libitò & obtulit. Offic. 33 a, Illæ literæ conticuerunt forenses & senatoriæ. I. P. 85 a, Cùm obmutuisset senatus, iudicia conticuerunt, &c.



**CONTICESCO**, scis. pro Mur. 129 a, Simulatq; increpuit suspicio tumultus, artes illic nostræ cōticescunt. in Ant. 264 a, Nunquam de vobis hominum gratissimus sermo conticescet. pro Mar. 132 a, Neq; vlla vnquam ætas de tuis laudibus conticescet. Postq; 208 a, Saltem dum conticesceret illa lamentatio & gemitus vrbis.

† Syntaxis. *Conticuit, & obmutuit. Conticescere literas, sermonē, iudicium, etatem. De aliqua re conticescere.*

**CONTINENDVS**, a, um. Qu. fr. 297 b, Linguam omnibus esse continendam. I. V. 31 a, Custos ad continendas merces missus.

**CONTINENS**, tis. *iunctus, adiunctus, affixus, coniunctus, proximus.* Epist. 241 b, Cappadociæ pars, quæ cum Cilicia continens est. de Nat. deor. 49 a, Mari aer continens est. pro Cecin. 287 a, Hic fundo continentia quædam prædia atque adiuncta mercatur. & ibid. b, Hic fundus, qui fundo eius antiquo continens est. de Nat. 7 a, Motus sensui coniunctus & continens in infinito nullus esse potest. de Fin. 77 b, Neq; porro de eo natus, sese de continenti genere tertiam victimam reip. præbuisset. de Diu. 115 b, Natura rerum vno consensu iuncta est & continens. de Fat. 149 a, Proxima & continens causa mouet assensionem. de Inuent. 50 b, Continentia cum ipso negotio sunt ea quæ semper affixa esse videntur ad rem, neq; ab eo possunt separari. \* Hortens. Continentes terræ. de Nat. 7 b, Stephanen appellat continentem ardore lucis orbem.

¶ *Continuatus, perpetuus.* de Orat. 163 a, Continēti spiritu. (Continēto spiritum. Tusc. 151 b, Sed nihil te interpellabo, cōtinentem orationem audire malō id est, perpetuam. ad Her. 20 a, In extrema oratione continens vox remedio est voci. Ep. 68 a, Si in hac sententia fueris, vt à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiarum cōplecteris, fecernas hanc quasi fabulam rerum euctōrorū nostrorum.

¶ *Terra mari proxima, non insula.* Acad. 26 b, Mare dissimile est proximo ei continenti.

¶ *Temperans.* Epistol. 138 a, Cū reges tam sint continentes, multo magis consulares esse oportet. Attic. 95 b, Puerum in quiete, & fortasse fatuum, & non grauem, & non cōtinentem.

**CONTINENTER**, semper. de Nat. 23 a, Quomodo enim pbes continenter imagines ferri? aut si continēter, quomodo æternè? Acad. 44 b, & 28 a, & ad Her. 44 b, Quia continēter labuntur & fluunt omnia. Orat. 209 a, Continenter vnū verbum, non in eadem sententia ponere.

¶ *Temperatè, temperanter.* Offic. 21 b, Parcè, sobriè, continenterq; viuere. pro Mur. 126 b, In Asia contiaenter vixisse laudandum est.

¶ *Continuatè, coniunctè, perpetuò.* ad Heren. 20 a, Vno spiritu continenter multa dicere.

† Syntaxis. *Continens mari aer. Prædia continentia, & adiuncta. Coniunctum & continens. Proximum & continens. Continentia negotio, quæ illi semper affixa. Vox, oratio, spiritus, scripta continentia. Viuere parcè, sobriè, continenter.*

**CONTINENTIA**, tiæ. *temperantia, virtus voluptati resistens, abstinentia.* de Inu. 82 b, Continentia est, per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. I. V. 227 a, Conferre huius libidines cū illius continentia. pro Pomp. 16 b, Ora maritima Cn. Pompeium propter animi continentiam requisit. Qu. frat. 291 a, Quem nulla conditio pecuniæ ab summa integritate continentiaq; deduxerit. Qu. frat. 293 a, Tua integritas & continentia. pro Fl. 151 b, In re domestica continentia laus quæritur, in publica dignitatis. Offic. 51 a, Valetudo sustentatur continentia in victu omni atq; cultu. Tusc. 247 b, Siccitas consequitur continentiam in victu. Offic. 49 b, Nulla re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ij, qui reipub. præsumt, quàm abstinentia & continentia. \* de Leg. 190 a, Vt cupiditatibus principum & vitij infici solet tota ciuitas: sic emendari & corrigi continentia.

† Syntaxis. *Integritas & continentia. In victu, in cultu continentia: Abstinentia & continentia.*

**CONTINEO**, nes. *comprehendo, complector, includo, cōcludo.* de Nat. 37 a, Mundus omnia complexu suo coëret & continet. & 53 b, Aluus arceat & continet illud quod recipit, vt id mutari faciliè & cōcoqui possit. pro Cl. 24 b, Spes illa, quam mulier in alio cōmendatam à viro continebat. Postq; 198 a; Contingere odium iam diu conceptum in aliquem. de N. 78 b, Is nō à Deo immisissum dolorem, sed conceptum à se ipso continebat. Att. 237 a, Me idus Martiæ non tam cōsolantur, quàm antea: magnū enim mendum continent. de Orat. 92 b, Omnes rerum fontes animo ac memoria continere. de Nat. 30 b, Omnia quæ aluntur & crescunt, continent in se vim caloris. de Fat. 145 b, Motus enim volūtarius eam naturam in se continet, vt sit in nostra potestate. de Diu. 104 b, Continet enim totam hanc quæstionem ca ra-

tio, quæ est de natura deorum: quam si obtinemus, stabit & illud, quod locum hunc continet, esse deos. de Fin. 51 b, Hæc quæ vitam continent omnem. Offic. 58 a, Lex ipsa natura, quæ vtilitatem hominum conferuat & continet. de Clar. 174 b, Significabat enim non prudentiam solum, sed quod maximè rem cōtinebat, fidem. pro Dom. 231 b, Tantum homines impios inustum nefarijs mēibus bonorum odium continebat al. retinebat. Anteq. 192 b, Contingere aliquid inclusum animo. \* Hortens. Omnis istorū disputatio quanquam vberrimos fontes virtutis & scientiæ cōtineat. Tusc. 199 a, Qui liber continet omnem disciplinam tuam. de Fin. 95 a, Quæ non aut recta aut rectè facta dicamus, si placet, illi autem appellant *νεωτεροῦ ἡγεῖσθαι*, omnes numeros virtutis cōtinent. de Nat. 31 a, Ob eamq; causam calorem insitum in terris contineat *hyems* arctiūs.

¶ *Coërcere, frenare, cohibere.* Qu. fr. 296 a, Esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum est. I. A. 247 a, Quibus enim septis tam immanes belluas cōtinebimus? pro Pom. 11 b, Non potest exercitum is cōtinere imperator, qui se ipsum nō continet. Qu. frat. 290 a, Nihil est negotij continere eos, quibus præsis, si te ipse contineas. cont. Rull. 64 a, In ea *vrbe* vestri isti satellites modestè insolentiam suam cōtinebūt? Att. 210 b, Tu autem commodè feceris, si reliquos continueris, ne, & c. Parad. 119 b, An temperantem eum diceres, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Acad. 47 b, Cohibere & continere temeritatem à lapsu. de Fin. 77 b, Contineo me ab exemplis Græcis. Acad. 26 a, Qui de omnibus rebus cōtineat se ab assentiendo. & ibid. Cū se à respondendo contineat. Epist. 196 a, Contingere iracūdiam I. C. 101 b, Quorum ego vix abs te iam diu manus ac tela cōtineo. I. V. 250 b, Vix populus se continuit à supplicio tuo. de Orat. 129 a, Contingere dicta in aliquem. pro Sest. 8 a, Contingere se domi. de Orat. 108 a, & 105 a, Contingere animam. de Clar. 196 b, Tu tamen contine te in tuis perennibus studijs. I. C. 94 a, Quin continetis vocem indicem stultitiæ vestræ?

¶ *Conseruo.* Offic. 51 a, Nulla res vehementiūs tempub. cōtinet, quàm fides. ad Her. 35 a, Contingere aliquem in officio. \* Acad. 27 a, Illa sunt luminā duo, quæ maximè causam istam continent.

**CONTINEOR**, ris. *consto, sum, conseruor.* de Orat. 122 a, Quæ vna virtute omnes virtutes reliquæ continētur. de L. 170 a, Dum illa *patria* sit maior, & hæc in ea contineatur. I. V. 213 b, Facinus in quo omnia nefaria contineri mihi atq; inesse videntur. pro Mar. 134 a, Tua salute contineri suam. de Nat. 27 b, Bella, quibus reipub. salus continetur. I. C. 118 a, Forum, in quo omnis æquitas continetur. de Natur. 3 b, Res tam præclaras Latinis literis contineri. & 65 a, Naturam vno diuino spiritu contineri. Orat. 206 a, Ius omne retinēdæ maiestatis Fabricij causa cōtinebatur. de Nat. 37 b, Non enim *sydera* venis, & neruis, & ossibus cōtinentur. pro Mar. 135 b, Vita corpore & spiritu cōtinetur. pro Syl. 179 a, Statu reipub. maximè iudicatis rebus continetur. de Orat. 101 a, Fontes disputationum, qui iure ciuili & legibus continentur. contra Rul. 74 a, Agri eodem capite inclusi continebantur. I. V. 146 b, Summè expectabāt homines, quid in tabulis cōtineretur. de Vni. 196 b, Quod immutabili æternitate continetur. de Diu. 85 b, Artes quæ cōiectura continentur, & sunt opinabiles. de Orat. 87 b, Sic statuo, perfecti oratoris moderatione vniuersæ reipub. salurem maximè contineri. de Ar. 247 b, & 248 a, Qui stas solēnesq; caerimonias pontificatus, rerum bene gerendarum autoritates augurio: fatorum veteres prædictiones Apollinis, vatū libris: portentorum explanationes, Hetruscorum disciplina contineri putarunt. de Orat. 92 b, Artem verò negabat esse vllam, nisi quæ cognitis penitusq; perspectis rebus contineretur. & 110 a, Feci q; hoc, quod, & c. vt de ijs rebus, quæ doctrina aliqua cōtinerentur, disputarē. de Cla. 195 a, Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur. de Orat. 85 a, Ego eloquentissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuo. de Orat. 111 a, Oratoris omnis actio opinionibus, non scientia continetur. pro Pl. 263 b, Flos equitum Rom. publicanorum ordine continetur. de Nat. 31 b, Calor, qui in aquis continetur. I. V. 227 b, Eorum *portuum* coniunctione pars oppidi, & c. ponte rursum adiungitur & continetur. pro Clu. 20 a, Mulier amore capta quomodo poterat, in illa cupiditate continebatur. de Nat. 54 b, Natura membranas oculorum firmas fecit, vt continerentur. pro Dom. 233 a, Sed hic meus reditus, pontifices, vestro iudicio continetur. Orat. 197 b, Plato ait ideas semper ratione & intelligentia cōtineri. \* de Proscript. lib. Ita legibus Syllæ cōtinetur status ciuitatis, vt. de Legib. Octo pœnarū genera in legibus continentur. pro Cecin. 296 a, Si tuus seruus nullus fuerit, sed omnes alieni ac mercenarij: tamen & ipsi tuæ familiæ & genere & nomine continebantur. post Redit. 199 b, Nam coniugis miseræ squalor & luctus,



atque optimæ filix mœror assiduus, filijque parui desiderium (al. *vagiens eiulatus desiderio*) mei lacrymæque pueriles, aut itineribus necessarijs, aut magna parte (al. *magnam partem*) tectis ac tenebris continebantur. de Finib. 74 b, Habes, &c. formam honestatis, quæ tota his quatuor virtutibus continetur. de Finib. 95 a, In illis quæ rectè facta sunt, non continentur tamen omnes partes, ex quibus constant. de Nat. 31 a, Quod magna vis terræ cauernis contineatur calor. de Vni. 198 a, A quo animante omnes reliquos contineri vellet animantes.

¶ *Coercor, cobibeor.* I. V. 88 a, Cæteræ libidines eius ratione aliqua continebantur. pro S. R. 27 a, Vt metu contineatur audacia. \* *Frag. ep.* Continebar doctissimorum hominum autoritate.

† *Syntaxis.* *Coercere & continere.* Arcere & continere alium, quod intus est. Conceptum odium continere: id est, claudere, occultare, conservare. Animo & memoria continere. Id maxime rem continet: id est, gravissimum est. Inclusum animo continere. Continere cupiditates, insolentiam, se in libidine. Cohibere & continere temeritatem à lapsu, & à dicendo: manus ac tela ab aliquo. A supplicio alicuius se continere. Continere se domi in studijs. Fides Remp. continet. Id nō sciens, sed opinione continetur. Piorum cæcus humilium genere continetur. Basilea minor maiori adiungitur ponte, & continetur.

\* *CONTINGENS, tis.* de Diuin. 127 a, b, Quanta humilitate Luna feratur terram penè contingens.

*CONTINGIT, bat.* *evenit, accidit, succedit, prorogatur.* de Orat. 110 a, Magis ad eō id facilitate quam alia vlla culpa mea contigit. de Orat. 98 a, Quoniam tantū habemus ocij, quantum iam diu nobis non contigit. Attic. 127 b, Quoniam autem tecum ut essem non contigit, utinam tui consilij certior factus essem. de Clar. 192 a, Volo hoc oratori contineri, ut cum auditum fuerit eum esse dicturū, locus in subfellijs occupetur. in Ant. 204 a, Utinam C. Cæsari contigisset a dolenti, ut esset senatui charissimus. Offic. 51 b, In magnis animis ingenijsq; id plerūq; contigit. de Clar. 175 a, Hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Græcis, ut omnes, &c. Ep. 158 a, Si mihi vita contigerit. apud Non. Quod non modò singulis hominibus, sed potentissimis populis sæpe contingit. Offic. 41 b, Cum id minus contingeret, leges sunt inuentæ.

† *Syntaxis.* *Contigit ut. Contigit hoc.* Illi contigit. In magnis animis contingit. Contingit, pro succedit. Vita si contingat: id est, si progeretur.

*CONTINGO, gis.* *tango, attingo.* de Nat. 50 a, b, Atq; etiam aliorum animalium ea humilitas est, ut cibum terrestrem rostris facile contingant. de Diu. 127 b, Luna tanta humilitate fertur, ut terram propè contingat. de Fat. 144 b, Atomus alia aliam contingit. pro Pomp. 4 a, Cum antea per atatem nondum huius autoritatem loci contingere auderet. Tusc. 157 a, Cum animus naturam sui similem contigit. de Som. 120 b, Hic autem alter cingulus cerne, quam vos tenui parte contingat. Tusc. 243 a, Alia autem diuina illa cælum contingant. \* de Nat. deor. 50 a, A caulibus brassicisq; refugere dicuntur vires, nec eos vlla ex parte contingere.

\* *CONTINVANDVS, a, um.* ad Her. 20 b, Cum autē contēdere oportebit, ad aucto mediocriter sono vocis, verbis cōtinuandis vocem quoq; ad augere oportebit.

*CONTINVATIO, onis.* *perpetuitas.* de Nat. 4 a, Est mirabilis quædam continuatio seriesq; rerum, ut alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligatq; videantur.

¶ *Sympathia.* \* Acad. 44 b, Quam eandem necessitatem appellant, quia mihi aliter possit, atque ab ea constitutum sit inter quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni. de Natur. 12 b, Vt quicquid accidit, id ex æterna veritate causarumque continuatione fluxisse dicatis.

¶ *Periodus.* de Orat. 108 a, Demosthenes contentione verborum binas continuationes & remissiones continebat. de Orat. 159 a, Longissima complexio verborum est, quæ spiritu vno volui potest. de Orat. 158 a, Nō est in verbo modus hic, sed in oratione: id est, continuatione verborum. de Orat. 160 a, Numerus in continuatione nullus est: nam distinctio numerum conficit. ad Heren. 30 a, Continuatio est densa & continens frequentatio verborum, cum absolute sententiarum. \* de Orat. 147 a, Quibus rebus assequi possimus, ut ea quæ dicamus, intelligantur, Latine scilicet dicendo, non nimis longa continuatione verborum.

¶ *Oratoria exornatio.* ad Her. 20 b, Continuatio est, orationis enunciandæ acceleratio clamosa.

*CONTINVATVS, a, um.* *continens.* (interruptus. Acad. 44 a, Et ita putant effici, quæ appellant qualia, e quibus in omnia natura coherere & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum. de Nat. 49 a, Aer mari cōtinuatus & iunctus est. de Nat. 65 a, Conuenientia consensusque naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspici dicebas. de Orat. 156 b, Verba coniuncta continua-

taque. Tusc. 153 a, Sic ipsum animum *ἐπιλέξω* appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. & 184 a, Luctus continuatus. de Orat. 158 a, Quod ex pluribus continuatis connectitur. Orat. 218 b, Res iterata & continuata. in Vat. 33 a, Fecisti ante ostra pontem continuatis tribunalibus. pro Flac. 151 a, Libertas, quæ vsque ad hoc tempus imperio, & rerum gestarum gloria continuata permansit. contra Rull. 80 a, Syllanus ager à certis hominibus latissime continuatus habet inuidiam.

† *Syntaxis.* *Natura, verba coniuncta & continuata.* *Cohærens & continuatum.* *Continuatus & iunctus aer mari.*

*CONTINVO' statim, illico.* Attic. 151 a, Atq; huiusce rei iudicium iam continuo video futurum. pro Qu. R. 47 b, Ignis in aquam coniectus continuo extinguitur. Ep. 15 a, Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam continuo Epist. 151 a, & 15 a, Feci cōtinuō omnes participes meæ voluptatis. Acad. 1 a, Deinde absens factus ædilis, continuo prætor, pōst, &c. Att. 151 b, Sed tamen quicquid egero, continuo scies. de Fin. 125 a, Acquē enim contingit omnibus fidibus ut incōtentæ sint: illud non continuo, ut æquē incōtentæ. de Or. 127 a, Non continuo si quis populi motus factus est, id C. Norbano in nefario crimine esse ponendum. Att. 90 b, Hoc continuo correximus.

*CONTINVO, as.* *perpetuo.* cont. Rull. 89 b, Deniq; sine cura possidebit eos fundos, quos in agro Cassinari fructuosissimos continuauit, cum vsque eo vicinos proferberet, quoad, &c. contra Rul. 81 b, Cōciant præterea, ista dena iugera continuabunt.

*CONTINVO, ris.* de Nat. 12 b, Atomi cohærescunt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur.

† *Syntaxis.* *Iterata & continuata verba gloria.* *Agri continnati.* *Inter se cohæret atomi, & aliæ alias apprehendentes continuantur.*

*CONTINVS, a, um.* *continens, perpetuus, perennis.* pro Pomp. 14 a, Aliquot annos cōtinuos magna imperij parte caruimus. pro Flac. 151 b, Senatus nihil à superioribus continuorum annorum decretis decessit. de Orat. 160 a, Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Orat. 205 b, Plures cōtinuæ translationes. pro Fon. 282 b, Tum continuæ prætura, quæ & cæteris ornamentis, & exificatione innocentia maxime floruerunt. Epist. 166 b, Continuis itineribus ad forum Vocentium veni. ad Her. 20 a, Conseruat vocem continui clamoris remissio. & ibid. Continens vox. I. V. 254 b, Tot dies continuos quid egisti? I. V. 73 a, Equester ordo iudicauit annos propè quinquaginta continuos. Cæf. 17 a, Dies quinq; continui.

† *Syntaxis.* *Anni continui: id est, continuati.* *Plures continuæ translationes: id est, proximæ.*

*CONTOR, aris.* *peruulor.* Att. 176 b, Cumq; ex eo de me cōtaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum.

\* *CONTORQVENDVS, a, um.* de Orat. 115 a, Qui tanquam machinatione aliqua tum ad seueritatē, tum ad remissionē animi, tum ad tristitiā, tum ad lætitiā est contorquendus.

*CONTORQVEO, ques.* *conuoluo, iaculo, deflecto.* de Nat. 37 a, Non est enim ætheris ea natura, ut vi sua stellas complexa contorqueat. de Diuin. 130 a, Deinde contorquent, & ita concludunt: non igitur, &c. Tusculan. 204 a, Quas sententias colligit? quæ verba contorquet? in Arat. & de Nat. 48 a, Titan.

*Brumali flectens contorquet tempore currum. al. cursum.*

*CONTORQVEOR, ris.* *circumagor, versor.* de Nat. 6 b, Mirabili celeritate contorquetur mundus rotandus Deus.

*CONTORTE, & CONTORTIVS, obliquè.* ad Heren. 3 b, Contortè dicere aliquid. & Tusc. 195 b, Hæc concluduntur contortius. & de Inu. 48 b, Perturbatè & contortè dicere aliquid.

*CONTORTIO, onis.* *flexio.* de Fat. 143 b, Maius est enim hæc contortiones orationis, quam signorum ortus obitusque perdere. ad Heren. 30 a, Itaque in illo genere ex remotione brachij & contortione dextræ gladius ad corpus afferri videtur.

*CONTORTVLVS, a, um.* Tusc. 184 b, Stoici contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis effici volunt, non esse malum dolorem.

*CONTORTVS, a, um.* *distortus.* de Orat. 107 a, Contortas res & sæpe difficiles necessarij perdiscimus. Orat. 202 b, Contorta & acris oratio. Acad. 19 a, Quorum sunt contorta & aculeata quædam sophismata. de D. 88 b, Quosdam amnes in alium cursum contortos & deflexos videmus. Orat. 220 a, Demosthenes cuius non tam vibrarent fulmina, nisi numeris contorta ferrentur.

† *Syntaxis.* *Contorqueri dicimus stellas, argumentsa, fulmina, orationem, & aculeata sophismata.* *Amnes in alium cursum contorquere.* *Orationum contortio, brachij.*



**C**ONTRA. *aduersum, aduersus, in hostili modo.* *(pro, secundum.*  
de Nat. 59 b, Impia consuetudo est cōtra Deos disputandi.  
Att. 104 b, Serō resistimus ei, quē alimus cōtra nos. de Or.  
99 b, Defendere causam alicuius cōtra alium patronū. de  
Orat. 92 a, Disputabant contrā disertī homines Athenien-  
ses. I. V. 130 a, Quid si contrā omni ratione pugnaui? de  
Sen. 88 a, Et contra auium minorū morsum munitur vallo  
aristarū. Offic. 4 b, Veri inuestigationis studio à rebus agē-  
dis abduci, contra officii est. Ep. 182 a, Scio me à te contra  
iniquos meos solere defendi. & pro Qu. 14 a, Testimonium  
quod cōtra te est. Offic. 64 a, Nec qui cōtra se liceatur, emp-  
tor opponet. de Orat. 150 a, Hoc non modò non pro me,  
sed contra me est. Att. 140 a, Contra meū iudicium, & con-  
tra omnium antiquorū auctoritatem cupio discedere. Epist.  
62 b, Pro ijs rebus nulla mihi abs te relata gratia est, contrā  
etiam esse aliquid abs te profectū ex multis audiui. At. 163  
b, Facere contra aliquē. de Clar. 176 a, Contra studium po-  
puli stare. pro Qu. 7 b, Qu. Hortensius contra caput nō di-  
dicit dicere. pro Qu. Rosc. 53 b, Resistere & repugnare con-  
tra veritatem. Offic. 56 b, Contra naturam viuere. Academ.  
43 b, Sic inter rectè factum atq; peccatum, officium & con-  
tra officium, media locabat quædam. \* pro C. Cornel. 1,  
Alter nihil vnus potest contra multos. Academ. 13 a, Quos  
contrā disputant.

¶ *Econtrario, excontrario, potius imò.* Offic. 10 b, In colloca-  
ndo beneficio hoc maximè officij est, vt quisq; maximè opis  
indigeat, ita ei potissimum opulari. quod contrā sit à ple-  
risque: à quo enim plurimum sperant, &c. pro Corn. 65 b,  
Atq; vti nam propugnatores, &c. & contrā oppugnatores,  
&c. Acad. 45 b, Non is sum, qui obrectem libenter, sed cō-  
trā qui laudem omnia. de Finib. 13 a, Quæ bona sunt, malā  
putant: bona contrā, quæ mala. Acad. 45 b, Ea sumenda  
dicebat, contraq; contraria. Epistol. 48 b, Nos qui dōmi sum-  
mus, tibi beati videmur: contra nobis tu præ nobis bea-  
tus. Tuscul. 231 b, Ergo vt hi miseri, sic contrā illi beati. pro  
Mar. 143 a, Non enim culpa tua est, sit aliqui timuerunt:  
contraq; summa laus, quod pleriq; minimè timendū esse  
senferunt. de Orat. 139 a, Ad causam pertinet, cautè, an cō-  
trā, demonstratum sit. Orat. 203 b, Decere, &c. contraq; itē  
dedecere. pro Cl. 35 a, b, Sapientissimum esse dicunt eum  
cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem. In stultitia contrā  
est: minus enim stultus, cui nihil in mētem venit, quàm ille,  
qui, &c. & 54 a, Quid huic cum Habito? nihil, atque adeo  
potius etiam contrā simulas. Partit. 234 a, Illa autē altera  
argumentatio, quasi retrō, ac cōtrā potius sumit quæ vult.  
de Finib. 76 a, Num igitur censes animo sollicito fuisse? ni-  
hil minus, contraq; illa hæreditate diues. de Finib. 73 a, Cy-  
renaiici non viderunt, vt ad cursum equum, sic hominem  
ad intelligendum, & ad agendum esse natum: contraq; vt  
tardam aliquam pecudem ad pastum, & ad procreandi  
voluptatem eum ortum esse voluerunt. Epist. 16 a, Noui eni-  
m animum tuum nulla in ceteros maleuolentia suffu-  
sum, contraq; cum magnum & excelsum, tum etiam aper-  
tum & simplicem.

¶ *Aliiter, secus.* pro Syl. 186 a, Iam enim faciā contrā, atq; in  
cæteris causis fieri solet, vt, &c. Qu. fr. 290 a, Factū est enim  
mea culpa, contrā quā tu mecu egeras. pro Corn. 56 a, Si  
deniq; aliquid non contrā ac liceret factū diceretur, sed cō-  
trā atq; oporteret. de Orat. 116 b, Clamare cōtrā quā de-  
ceat, & quā possit, hominis est impudētissimi. I. V. 202 a,  
Si hæc contrā ac dico essent omnia, tamē, &c. Orat. 209 a,  
Vt contrā ac dicat accipi ac sentiri velit. de Diu. 119 b, Om-  
nia ferè cōtrā ac dicta sunt, euenire. I. P. 83 a, Edicere est au-  
sus, vt senatus, contrā quā ipse censuisset, ad vestitum re-  
diret. I. A. 237 b, Cum contrā ac Deiotarus sensisset, victoria  
belli iudicānt. pro Dom. 237 b, Quanquam quid ego de  
vestro iure, contrā quā propofueram, disputabo? ad Her.  
24 a, Contraq; faciunt quā pollicetur.

¶ *Ex alia parte.* pro Dom. 231 a, Cum me in iudicium popu-  
li nemo vocānt, condemnari nō potui, contraq; à pop. Ro.  
semper sum defensus & ornatus. de Finib. 83 a, Beatè viuere  
vos in voluptate ponitis, item contrā omnem infelicitate-  
m in dolore. I. A. 168 a, Sed & ego, quid ille, & contrā il-  
le, quid ego sentirem videbat. Epist. 151 a, Si laudabit hæc  
illius formam, tu huius contrā.

\* *Syntaxis. Contra studium populi stare. Contra caput dicere. Quod  
contrā sit à multis. In hac re contrā est. Id factum est cōtrā, quā.  
Contrā ac dictum sit.*

**C**ONTRACTIO, onis. *breuitas, fuga.* Att. 70 b, Meam in eo  
parsoniam contractio paginæ significat. Orat. 216 a,  
Contractio & breuitas grauitatem non habet. Tuscul. 224 a,  
Eodem enim vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolo-  
re contractio. de Orat. 161 a, Contractio breuius fieri,  
aut productione longius. pro Sest. 6 b, Tanta erat frontis  
contractio. \* Partit. 231 b, Contractio orationis sit ob-  
scurum. Orat. 202 a, Non ad numerum articulus cadens,

trunco magis toto se ipse moderans, & virili laterum flexione, brachij proiectione in contentionibus, contractionē in remissis. de Nat. 56 a, Digitorū contractio facilis, facilisq; porrectio propter molles cōmissuras & artus nullo in motu laborat. Offic. 39 b, Ex superciliorum aut remissione aut contractione facillè iudicabimus.

**C**ONTRACTIUNCULA, læ. Tuscul. 208 b, Morsus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquuntur.

**C**ONTRACTVS, a, um. *ctior, breuis, ascriptus, collectus.* de Cl. 179 a, Ambitus verborum cōtractus & breuis. de Clar. 294 a, Dialectica quasi contracta & ascripta eloquentia putanda est. pro Cæl. 55 b, Quæ studia in senectute contractiora esse debent: id est, remissiora. Ep. 109 b, Propter res tuas ita contractas, vt quemadmodū scribis, nec capur, nec pedes. Parat. 116 a, Accipies igitur hoc paruum opusculum elucubraturum his iam cōtractioribus noctibus. Offic. 4 a, Remū contractarum fides. de Orat. 157 a, Similitudinis est ad verbum vnum contracta breuitas. de D. 116 a, Cor bouis contractum aliquo morbo exile & victum esse. de Amic. 99 b, Ex infinita societate generis humani ita contracta res est & adducta in angustum, vt omnis charitas; aut inter duos, aut inter paucos iungatur. Ep. 154 b, Nos dissecta manu pares aduersarijs esse non possumus: contractis aut nostris copijs, spero, &c. Att. 106 a, Quid sit optimū, malè contractis rebus, planè video. pro Qu. 2 a, A' principio, quemadmodum res gesta & contracta sit, exponam.

¶ *Admissus, patrat, factus, confectus, conciliatus.* Qu. fr. 290 a, Ea ferè homines molestissimè debent, quæ eorū culpa cōtracta sunt. Att. 184 a, Ea est à nobis cōtracta culpa, vt, &c. ¶ R. P. 126 b, Hoc quidē suscepto atq; cōtracto, multa perpetienda fuerunt. I. C. 103 a, Aes alienū contractū in popinam. Offic. 11 b, Consuetudines præterea & familiaritates, multaq; cum multis res rationesq; contractæ. pro Syl. 177 b, Magna ratione cum rege Mauritanæ contractæ. Tuscul. 201 b, Malum culpa contractū. Attic. 156 a, Omnia culpa contracta sunt.

**C**ONTRADICENS, tis. Tuscul. 164 b, Cæterū veniant contradicentium.

**C**ONTRADICO, dicis. Att. 15 b, Vnus contradixerat Metellus. Att. 83 a, Scaptius ait se nihil contradicere. pro R. P. 124 a, Cum erant appellati, si eis videbatur, statim contradicere solebant. de Fin. 90 a, Nec qui contradicū, causam difficilè repellunt. Acad. 8 b, Verorū ne maiorem largiar ei qui contradicentis est libertatem. de Nat. 79 a, Dabis nobis aliquē diem vt contra ista dicamus. de Orat. 133 a, Num si contra te dixerō, mihi maledicturus es? pro Quin. 1 b, Quin. Hortensius contra me est dicturus.

**C**ONTRADVCO, cis. ad Heren. 29 a, Quid, quodd exercitūm contraduxit?

**C**ONTRAHENDVS, a, um. *agendus, transgendus.* Offic. 41 a, Qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendis que negocijs implicantur. Offic. 46 b, Conuenit autem in omni re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, æquum & facile esse.

¶ *Cohibendus.* pro Mur. 141 a, Appetitus omnes contrahendi sedandiq; sunt.

**C**ONTRAHO. *congrego, colligo, cogo.* Att. 126 a, Contrahere omnia in vnū locum. Att. 129 b, Vos hortor, vt quotcūq; militū contrahere poteritis, contrahatis. Att. 129 b, Ex quibus legionibus nō amplius x 1111 cohortes cōtrahere potui. & 20 a, Contraxi vela, perspicimus inopiam iudicium. de Am. 100 b, Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat.

¶ *Coarctō, in angustum redigo.* de Diu. 105 a, Omne animal membra quod vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit. Part. 232 a, Contrahere orationem. *(dilatāre.* Tuscul. 224 a, Contrahere animum in dolore. *(effundī animum in lætitia.* Quin. fr. 290 a, Te rogo, ne contrahas aut demittas animum. de Leg. 177 b, Varius canendi sonus tum remittit animum, tum contrahit. Orat. 211 a, Contrahere nomina. Acad. 46 a, Sed ea contraherentis angustumq; deducere. de Nat. 59 a, Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eamq; gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos. de Inu. 47 a, Si cause turpitudine contrahet offensio- nem. \* de Nat. 46 b, Quarū reuersionem interuallo tum quasi tristitia quadā contrahit Sol terrā, tum vicissim lætificat.

¶ *Retraho.* Tuscul. 183 b, Quis cum decubisset ferrum recipere iussus, collum contraxit?

¶ *Corruo.* pro Cluen. 32 b, Contrahere frontem.

¶ *Transigo.* pro Syl. 177 b, Rabirius multa gessit, multa cōtraxit. I. V. 143 b, Nam quas pecunias ferebat ijs expensas, quibus cū contrahebat, eas ipsi isti referebat acceptas. pro Qu. Res ab eo qui cū contraxisti, recessit. pro Clu. 26 a, Cū illo iam nemo rationem, nemo rem vllam contrahebat. Offic. 2 a, Neq; si tecum agas quid, neq; si cum altero contrahas. Tuscul. 248 b, Magnis molestijs vacant, quin nihil omnino cum populo contrahunt.



¶ *Concilio, comparo, acquirō, conflo, capto.* ad Her. 2 a, A' nēstra persona beneuolentiam contrahemus de Am. 105 b, Virrus contrahit amicitiam Ep. 27 b, Dolabellam videbam fore ab ijs molestijs, quas sua liberalitate contraxerat, liberū. ad Her. 36 a, Inuidiam cōtrahere in vita, odiū in oratione id est, accersere, trahere. de Fin. 146 a, Si mercatura in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.

**C O N T R A H O R I S.** *faceffor.* ad Att. 243 a, Contrahi mihi negocium videtur. in Catil. 120 a, Sin illam alteram secuti eritis, nescio an amplius mihi negocij contrahatur. \* ad Qu. fr. 294 b, Nullum rēs alienum nouum contrahi ciuitatibus.

¶ *Congregor.* Attic. 118 a, Sic enim parari video, vt Lucerian omnes copię contrahantur.

¶ *Astringor, concidor, labor, in angustum adducor.* de Natur. 53 a, Stomachi partes quę sunt infra quā id quod deuoratur, dilatantur: quę autem supra, contrahuntur. de Diuin. 133 a, Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat atq; concidere, & ipsum esse dormire. de Amic. 105 b, Virtus ex bonis amici quasi diffunditur, & incommodis contrahitur.

† *Syntaxis. Brachij porrectio & contractio. Animi effusio & contractio. Breue & contractum. Contractę noctes. Contracta seminum studia. Expone res gestas & contractas: id est, transactas. Id culpa tua contractum. Culpa hæc a te contracta est. In omni re cōtrahenda: id est, dum quid cum alio contrahimus. Appetitus contrahere. Ne contrahas aut demittas animum. Contrahere amicitia, inuidiam, negocium.*

**C O N T R A R I E.** *repugnanter.* Part. 239 b, Idem de eadem re contrariē scriptum. de Orat. 96 b, Contrariē scriptum, aut ambiguē de Orat. 133 a, Verba relata contrariē. de Vni. 200 b, Bisariam contrariē simul procedentia.

**C O N T R A R I V S,** *ria, rium. aduersus, aduersarius, pugnant, diuersus.* de Inu. 51 b, Contrarium est, quod positum in genere diuerso, ab eodem cui contrarium esse dicitur, plurimum distat: vt frigus, calor: mors, vita. Acad. 24 b, Contraria ea dico, cum alterum ait, alterum negat. Topic. 238 a, Contrariorum contraria sunt consequentia. de Inu. 82 b, Fortitudini contraria est ignauia, & iustitię iniustitia. de Finib. 121 b, Vicia sunt virtutum contraria. de Inu. 83 a, & 82 b, Fidentię contrarium est diffidentia: audacia autem non contrarium, sed appositum est ac propinquum. Topic. 224 b, Deinceps locus est, qui a contrario dicitur. Contrariorum autem genera sunt plura: vnum, eorum quę in eodem genere plurimum differunt: vt sapientia, stultitia. eodem autem genere dicuntur, quibus superpositis occurrunt tanquam regione quadam contraria: vt celeritatis tarditas, non debilitas. ex quibus contrarijs argumenta talia existunt: Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur: & bonitatem, si malitiam. Hęc quę ex eodem genere cōtraria sunt, appellantur aduersa. Sunt enim alia cōtraria, quę priuatiā licet appellemus Latine, Gręcę appellantur *επιαντι*. præpositio enim In priuat verbū ea vi quam haberet, si In præpositum nō fuisset: vt dignitas, in dignitas: humanitas, in humanitas, & cetera generis eiusdem. quorum tractatio est eadē, quę superiorum, quę aduersa dixi. Nam alia quoq; sunt cōtrariorum genera, velut ea quę cū aliquo conferuntur: vt duplum, simplum: multa, pauca: longum, breue: maius, minus. Sunt etiam valde contraria alia, quę appellantur negantia. ea *ἀντιπαρα* Gręci, contraria agentibus: vt, Si hoc est, illud non est. Quid enim opus exemplo est, tantum intelligitur argumento quærendo contrarijs omnibus contraria non conuenire. de Fat. 147 b, Contraria hoc loco ea dico, quorum alterum ait, alterum negat. ex his igitur necesse est alterum verū esse, alterum falsum. Acad. 24 b, Off. 9 b, Id tam abest ab officio, vt nihil magis officio possit esse contrarium. I. A. 164 a, Tota in oratione tecum pugnas, & non modò non cohærentia inter se dicis, sed maxime disiuncta atq; contraria: vt non tanta mecum, quanta tecum tibi sit contentio. de D. 93 b, Quod habet inflationem magnam in eis, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam. de Sen. 93 a, Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus in terram, locum diuinę naturę, æternitatisq; contrarium. de Op. 244 a, Orationes inter se cōtrarię Aeschini & Demosthenis. de Orat. 129 a, & pro Clu. 47 a, Capita inter se contraria. pro Cæl. 39 b, Monstrum ex contrarijs diuersisq; atq; inter se repugnātib; naturę studijs conflatum. de Som. 128 b, Astra errantia, quę versantur retrò contrario motu atq; cœlum. de Diuin. 98 a, Stella Iouis ad ortus puerorum salutaris est, Saturni contraria. de Diuin. 96 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt, & amnes mare influxit. Epist. 165 b, Verebar, ne pium consilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei. de Orat. 138 b, Afferendum est aliquid in contrariam partem, quod, &c. de Orat. 97 b, Disputare de omni re in contrarias partes. & 138 b, Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iisdem suppeditatur locis, pro Cecin.

305 a, Si quid contraria parte in homine ostendendum sit, habetis hominem, &c. pro Qu. Rosc. 52 b, Atq; ego hoc ex contrario contendō: leuior esset, &c. de Orat. 125 a, Itaque eadē sunt in aduersarijs ex contrario cōferenda. & ad Her. 3 a, & 9 b, de Inu. 65 a, Defensor autē ex contrario primum dicit, &c. & 48 a, Cōmutabile est, quod ab aduersario potest leuiter mutatum ex cōtraria parte dici. & 82 a, Rerum expectandarum tria genera sunt: par autem numerus vitandarum ex cōtraria parte. Anteq. 197 b, & ad Her. 3 b, & 9 a, Si neminem læsi, si etiam è contrario multis opem tuli. I. V. 101 a, Cōtrarium decernebat ac paulò antè decreuerat. de Nat. 46 a, b, Sol binas reuerfiones ab extremo contrarias facit. Orat. 300 a, b, Conferre pugnātia, & cōparare cōtraria. & 202 a, Referre paria paribus, aduersa contrarijs. Off. 7 b, Sed incidūt sæpe tempora, cum ea cōmutantur, fiuntq; contraria. cont. Rull. 79 b, Conuersa ratio antea cum erat, &c. id est, nunc contrarium est atq; antea fuit. Attic. 288 a, Verba rebus esse cōtraria. Offic. 76 a, Omnis voluptas honestati est contraria. de Diu. 112 a, Nihil est tam contrarium rationi & constantię, quā fortuna. \* ad Her. 3 a, Quo exordio aduersarij poterit vti ex contrario.

¶ *Oratoria exornatio, idem ferè est, quod contentio.* ad Her. 29 b, Contrarium est, quod ex rebus diuersis duabus, alteram breuiter & facillè confirmat, &c.

† *Syntaxis. Disiuncta & contraria. Contraria, diuersaq; Contrarij est Iouis motus, atque primę spherę. In contrarijs partes fluuios fluere. In contrariam partem disseerere. Quid contraria parte de te dicam? Ex contrario contendere. E' contrarij tibi sum amicus. Ex contraria parte dico, &c. Dicere ex contraria parte: id est, pro parte, vel contrā dicere.*

**C O N T R A S C R I P T V M,** *pti.* Att. 257 a, Antonij edictum legi Bruto, & horum contrascriptum præclarè.

**C O N T R A V E N I O,** *nis. aduersor, contrapugno.* I. V. 130 a, Quid si de literis corruptis cōtrauenit? pro Mur. 126 a, Si ille ipse, quem contrauenieris, (rectius legitur duabus distinctis vocibus *contrā veneris*) causa cadat. Tusc. 160 a, Ego verò facillè sum passus, ne in mentem quidem mihi aliquid contrauenires isti fauce sententię.

**C O N T R E C T A T I O,** *onis. tractatio, tractatus, atrectatus.* de Nat. 16 b, Quod nisi ita esset, cur non gestiret taurus equę contractatione, equus vaccę.

**C O N T R E C T O,** *as. tracto, atrecto.* de Orat. 145 a, Qui quę cōplecti tota nequeunt, hæc facillè diuisa contractant.

**C O N T R E M I S C O,** *scis. tremo, contremo.* de Orat. 95 a, In principijs dicendi tota mente atq; omnibus artibus contremisco. Ep. 95 b, Cum verò ad ipsius Cæsaris nomen veni, toto corpore contremisco. pro Sest. 18 a, Cuius in mea causa nunquam fides virtusq; contremuit. de Diuin. 92 b, Tum ego contremui timore perterritus.

**C O N T R E M O,** *mis.* de Orat. 157 a, Cœlum tonitru contremitt. *Poëtæ.*

**C O N T R I B V E N D V S,** *a, um.* pro Mil. 117 b, Quę mihi cōtribuenda laus esset ipsi.

**C O N T R I B V O,** *confero, tribuo.* I. A. 265 b, Vrbemq; ad eam rem pecuniam dare, contribuere, soluere iubeant.

**C O N T R I S T O,** *as. maxore afficio.* Ep. 119 b, Contristauit hæc sententia Balbum Cornelium, & scio eum cōquestum esse cum Scipione.

**C O N T R I T V S,** *trita, tritum. peruiulgatus, vulgaris, cōmunis, pernegatus.* de Or. 96 b, Ista omnium cōmunia & contrita præcepta didici. pro Sest. 21 b, Quod iam contritum & contemptum putatur. Att. 195 a, Nihil habemus, quod scribamus, eadem quotidie, quę iam iamq; ipsa contrita sunt.

¶ *Consumpsit.* Orat. 103 b, Quo in studio ingeniosorum hominum totas ætates videmus esse contentas.

**C O N T R O V E R S I A,** *się. disceptatio, contentio, discrimen, pugna, lis.* de Orat. 135 b, Rem quę in dicendi controuersiam aut disceptationem vocatur. Orat. 208 a, Nihil ambigi potest, in quo non aut cōtrouersiam res faciat, aut verba. pro Qu. 3 b, Mihi cum eo controuersię nihil est. pro S. R. 33 a, Magna vi cum illo rei familiaris controuersia erat. pro Cecin. 290 b, At controuersia non erat, quin verum dicerent. I. C. 112 b, Hanc Cethego cum ceteris cōtrouersiam esse dixerunt, quod, &c. de Cl. 171 a, Est inter scriptores de numero annorū controuersia. de Orat. 139 b, Cōtrouersia inter hominū sententijs in illo est, vtrum, &c. Att. 277 b, Flavius noster de cōtrouersia, quam habet cū Dyrachinis, hæreditaria, sumpsit te iudicem. Ep. 229 a, Habere cōtrouersiam de aliqua re cū aliquo: exempli causa, de fundo. pro Cl. 51 a, Cum quædā (vt solet) cōtrouersia esset orta. I. A. 223 b, Nec constituere litium adiones malebat, quā controuersias tollere. de Orat. 96 b, Constituere controuersiam. pro Corn. 63 b, Sedare controuersias. Offic. 76 a, Dirimere controuersiam. de Orat. 89 a, Verbi enim controuersia tam diu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores, quā veritatis. 93 b, Omnem esse contentionē inter homines do-



nes doctos in verbi controuersia positam. & 100 a, Mediorisne res in controuersiam adducta est? Or. 201 a, In controuersia & contentione versari. ad Heren. 3 b, Interfectam esse matrem ab Oreste conuenit mihi cum aduersarijs: iure fecerit & licueritne facere, id in controuersia est. de Orat. 118 a, Causa ex controuersia constans, vt hereditatis. & 96 b, Existere controuersias ex scripti interpretatione. de Inu. 44 b, Generis controuersia est, cum & quid factum sit, conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, constat: & tamen, &c. Epist. 3 b, Hac controuersia vsque ad noctem ducta, senatus est dimissus. pro Cecin. 288 b, Fundus, quem sine vlla controuersia biennium possedi. Attic. 207 a, Aut sine vlla controuersia rem ad me esse delatam. Offic. 53 b, Panætius, qui sine controuersia de Officijs accuratissimè disputauit. \* de Orat. 96 b, In vtraque re quicquid in controuersiam veniat. de Orator. 118 a, Id est igitur genus primum causarum in iudicijs ex controuersia facti. Ep. 213 a, Quæ res in aliquam controuersiam vocarentur.

† Syntaxis. *Aliquid in controuersiam & disceptationem vocari. Id controuersiam facit. Controuersia non est, quin. In illo est controuersia, vtrum. De controuersia sumere iudicem. Controuersiam habere, tollere, consistere, sedare, dirimere. In controuersiam quid adduci. In controuersia versari. Controuersiam ducere. Sine controuersia: id est, sine dubio.*

**CONTRORSOR, aris.** *contendo, litigo.* in Protagora, autore Prisciano: Nunc à vobis ô Protagora & Socrates postulo, vt de isto concedatis alter alteri, & inter vos de huiusmodi re non controuersimini.

**CONTRORSVS, a, um.** *litigiosus, dubius.* de Clar. 168 b, Siculi acuta gens & controuersa natura. pro Mar. 130 b, Sin aliter etiam controuersum ius nosse, & tractare videare. de Diuinat. 130 a, Sed isti sumunt pro certo, quod dubium controuersumque est. de Leg. 166 a, Res controuersa & plena dissensionis inter doctissimos. Part. 23 a, b, Controuersa causa.

† Syntaxis. *Res dubia & controuersa. Homo, causa controuersa.*

**CONTRUCIDATVS, a, um.** *inirempius, trucidatus.* pro Sest. 20 b, Debilitatum corpus & contrucidatum.

**CONTRUCIDO, das.** pro Sest. 20 b, Hi summi imperij nomine armati, Remp. contrucidarunt.

**CONTRUDOR, tis.** *consistor, coarctator, extrudor.* in Sal. 175 a, Ex Africa tantum exhaust, quantum potuit in naues contrudi. pro Cæl. 51 a, Deinde qui eam prouinciam susceperint, vt in balneas contruderentur. in Verr. 249 b, Eodem cæteros contrudi imperat.

**CONTRUBERNALIS, lis.** *domeficus, familiaris.* Attic. 39 b, Arius, proximus est vicinus, imò ille quidem iam contubernalis. Epist. 138 b, Illud doleo, in isto loco venire me non potuisse: habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. pro Cæl. 53 a, Is profectus est in Africam Quin. Pompeio contubernalis. de Cluen. 174 a, Qui se illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat. Quint. frat. 309 b, Specto nos ante hyemem contubernales fore. Atti. 214 a, Quid tu hunc de pompa Quirini contubernalem his nostris moderatis epistolis lætaturum putas? pro Lig. 140 b, Militiæ contubernales. pro Flac. 154 b, \* Si putas periculo nostro viuere tuos contubernales. & 151 a, Ne accusatoris confessoribus, contuuis, contubernalibus, ciuem ac supplicem vestrum dederitis. Attic. 123 a, Ad Philotimum scripti de viatico, siue à moneta (nemo enim soluit) siue ab Oppijs tuis contubernalibus.

† Syntaxis. *In militia, in consulatu contubernalis.*

**CONTRUBERNIVM, nij.** *conuictus, sodalitas.* I. V. 257 a, Vbi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatissimo littore? pro Planc. 264 b, Necessitudo contubernij.

**CONTRVENS, tis.** de Or. 163 b, Neq; verò est quisquam, qui eadem contuens efficiat.

**CONTRVOR, eris.** *aspicio.* de Nat. 61 b, Me rōgas, cur te duobus contuear oculis, & non altero tantum, cum idem vno assequi possim. Tusc. 158 a, Quod tandem spectaculū fore putas, cum totam terram contueri licebit? de Orat. 143 a, Vt illud vestigium contueremur. pro Syl. 181 a, Aspice ipsam contuemini os, &c. & pro Dom. 243 a, de Sorn. 130 a, \* Igitur alitè spectare si voles, atque ad hanc sedem & æternam domum contueri.

† Syntaxis. *Contueri cælum, & ad cælum.*

**CONTRVITVS, tus.** pro Sest. 25 a, Facit enim, iudices, vester iste in me animorum oculorumq; contuitus.

**CONTVMACIA, ciæ.** *superbia.* I. V. 221 a, An verò ex hoc illa tua singularis significatur insolentia, superbia, contumacia. pro Qu. R. 52 a, Est tuæ contumaciæ, arrogantia, vitæq; vniuersæ vox. de Am. 106 b, Itaque illi fastidio ferè & contumacia efferuntur. Att. 93 b, Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli. I. P. 96 a, In quo Torquatus furebat contumacia responsi tui. Atti. 228 b, Libentius deponimus inimicitias republ. nomine susceptas, quam cō-

tumaciæ. Tusc. 263 b, Adhucitque liberam contumaciam, à magnitudine animi ductam, non à superbia.

† Syntaxis. *Insolentia, superbia, contumacia. Contumacia & arrogantia. Fastidium & contumacia. Libera animi contumacia à magnitudine animi ducta.*

**CONTVMACITER, superbi, præfractè.** Quint. fr. 306 b, Clodius furebat se à Racilio contumaciter vrbancq; vexatum. de Diu. 123 a, Nec patius mos tam contumaciter repudiandus. Att. 86 a, Ad me autem cōtumaciter, arroganter. à xvijv vrbancq; solet scribere. & 253 a, Cætera & satis grauter & contumaciter.

† Syntaxis. *Aliquem contumaciter vrbancq; vexare. Contumaciter & arroganter.*

**CONTVMAX, cis.** *superbus.* Attic. 245 b, Suraim nefarium cognoui hominem, præterea in me contumacem. ad Her. 36 b, In superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus, in inferiores crudelis.

† Syntaxis. *Contumax in superiores.*

**CONTVMELIA, liæ.** *conscitium, ignominiæ, iniuriæ.* de N. 15 b, Epicurus Nausiphanem vexat omnibus contumelijs. pro Syl. 171 a, Equidem vehemèter lætor eum esse me, in quem cum cuperes, nullam contumeliam iacere potueris. de Or. 129 a, Genus facietiarum, in quo nulli aculei contumeliarū infunt. Attic. 281 b, Seruire, est contumelias pati. Attic. 231 b, Verborum contumelijs aliquem lacerare. & 230 b, Sed homines beneuolos, qualescunque sunt, graue est insequi contumelia. Tusc. 226 a, Alternis verbis intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ. I. V. 203 b, Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliasque imposuisti. I. A. 187 b, Quid est porò facere contumeliam? quis sic loquitur? *Ita tamè loquuntur Cato, Plautus, Terentius & Quintilianus.* pro Cæl. 38 b, Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam. Offic. 18 a, Omnis & animaduersionis & castigatio contumelia vacare debet.

† Syntaxis. *Aliquem contumelijs vexare. In aliquem iacere contumeliam. Aculeus contumeliæ. Insequi aliquem contumelijs. Contumelias inter aliquos intorqueri. Imponere alicui contumelias. Facere contumeliam.*

**CONTVMELIOSE, sime.** *iniuriose.* Off. 27 a, Cum de absentibus detrahendi causa maledicè contumeliosèq; dicitur. in Vatin. 35 a, Contumeliosissimè maledicere alicui.

**CONTVMELIOSVS, a, um.** *iniuriosus.* Ep. 17 b, Qui istine veniunt, partim te superbum esse dicunt, quòd nihil respondeas: partim contumeliosum, qui male respondeas. pro Flac. 260 a, Sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda oratio est. pro Cor. 39 b, In socios verò contumeliosum est, exclusos esse, &c. Epist. 60 a, Oratio in aliquem contumeliosa. Quin. fr. 301 a, Literæ in aliquem contumeliosæ. pro Cæl. 243 b, Contumeliosæ voces in aliquem emissæ. Attic. 243 b, Vturique sunt beneficio Antonij contumelioso. I. A. 186 b, Contumeliosus in edictis.

† Syntaxis. *Epistola contumeliosa. Contumeliosus in epistolis. Contumeliosum est in amicos, &c.*

**CONTRVDO, dis.** *obterro, frango.* pro Flac. 161 a, Membra vixoris lapidibus & fustibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos coneidit. I. A. 252 b, Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. Attic. 201 b, Contudi animum, & fortasse vici, si modò permansero. pro Cec. 288 b, Ita calumniam stultitiamque obtruit & contudit. de Orat. 163 b,

*Major mihi moles, maius miscendum est malum,*

*Qui illius acerbum cor contundam & comprimam.*

**CONTRVBATIO, onis.** Tusc. 213 a, Contrurbatio est metus excutiens cogitata. item Top. 225 a, \* Si qua alia signa conturbationis & conscientia. Tusc. 213 b, Prauarum opinionum conturbatio & ipsarum inter se repugnantia sanitate animum spoliat, morbisq; perturbat.

**CONTRVBATVS, a, um.** de Ar. 249 b, Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. I. V. 206 b, Is tristis & conturbatus domum redijt. Epist. 96 b, Vidisti me ita conturbatum, vt nescirem, &c. I. A. 157 b, Nescio, quid conturbatus mihi esse videris: nunquid subtimes?

**CONTRVBO, as.** *pertrubo, confundo.* Attic. 100 a, Inualetudo tua me valde conturbat. Off. 68 a, Hæc sunt, que conturbat homines in deliberatione nonnunquam. ad Her. 22 a, Frequentia & obambulatio hominum conturbat & infirmas imaginum notas. Offic. 60 a, Incidunt sæpe multæ causæ, quæ conturbant animos vtilitatis specie. Epist. 122 b, Conturbat me Seruij huius mora. Acad. 3 b, Non sanè, inquit, conturbat me expectatio tua. I. A. 166 b, Num conturbo te? non enim fortasse satis quæ distinctius dicuntur, intelligis. pro Cl. 45 b, Vnum etiam est, quod me maximè conturbat, cui loco, &c.

† Decoquo, ratione debiti commissæ, nō soluo. pro Plan. 27 b, Vtrū igitur me conturbare oportet? an hoc nomen quod vrges, nunc cum peccat dissolueres? Quin. fr. 314 a, Ad quem



ego rescripsi, nihil esse, quod posthac arce nostræ fiducia conturbaret & Attic. 59 a. \* Qui conturbare quidem putat sibi licere, quod Equitibus Romanis.

**CONTURBOR**, ris. Attic. 133 b, Sed tamen signa conturbantur, quibus voluntas à simulatione distingui possit. Acad. 3 b, Eò minus conturbor.

**CONTUSVS**, a, um. Tusc. 183 b, Pugiles icibus contusine ingemiscunt quidem.

† Syntaxis. *Conturbatus homo, ludis, Conturbatus in valetudine. Num te conturbat? Conturbare, absolute: id est, decoquere.*

**CONVALESCENDVM**. I. A. 186 b, Quam ad omnes res adhibes, in primis ad conualescendum adhibe prudentiam.

**CONVALESCO**, scis. *fanor, cansanesco, valentior fio, ex morbo euado, è graui morbo recreor.* de Fat. 146 a, Si fatû tibi est ex hoc morbo conualescere, siue medicum adhibueris, siue non, conualesces. de Natur. deor. 28 b, Ne ægri quidem omnes conualescunt. pro Clu. 25 a, Aiulius illicò conualescit. pro Syl. 182 a, Ut conualesceret aliquando, & sanari ciuitas posset. pro Milone 106 a, Quantò ille plura miscebat, tantò hic magis conualescebat. Epist. 217 a, Ille in morbum incidit, ex quo nò conualuit. & 130 a, Certum scio iam conualuisse eam. Tusc. 191 a, Non omnes qui curantur, còualescunt. pro Clu. 54 b, Cùm is iam conualesceret, & c. Epist. 153 b, Is cùm primùm posse ingredi cœpit, non magis sibi quàm reipubl. conualuisse se existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. \* pro C. Corn. 1, Qua lege suffragiorum ius potestasq; conualuit.

¶ Cresco. Antequam. 195 a, Ne rei crudelitas experta in me, in vos conualescat. & ibid. Si initid non erit refutatum incommodum, impunè ad omniù perniciem conualescet. Atti. 102 a, His ille rebus ita conualuit, ut nunc in vno ciue Respub. ad resistendum imbecilla sit.

† Syntaxis. *Conualescere: id est, redire ad frugem meliorem. Matum, Cæsita conualuit: id est, creuit, auctus est viribus.*

**CONVALLIS**, lis. *plancies ex omni parte montibus septa.* cont. Rull. 85 a, Roma in montibus posita, & conuallibus.

**CONVECTOR**, toris. *qui in eadem nau conuehitur.* Att. 169 b, Naui eius, & ipso conectore me vsurum puto.

**CONVEHO**, his. *comporto.* pro Mil. 115 b, Repentè lintribus in eam insulam materiam conuehit.

**CONVELLENDVS**, a, um. I. V. 274 b, Verres simulacrum Cereris sacratio Catilinæ conuellendum auertendumque curauit.

**CONVELLO**, lis. *reuello.* pro Domo sua 224 a, Cùm gradus Castoris conuelli ac remouisti. de Leg. 167 a, Qui me ex nostris pendè conuellit hortulis. de Orat. 127 b, Nec conuellerè adoriamur ea, quæ non possunt commoueri. in Ant. 253 a, Tiberius Gracchus conuellit statum ciuitatis. I. P. 80 a, Qui Reipubl. statum conuulsuri viderentur. \* pro Clu. 18 b, Si quam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis, si eam oratio conuellet.

**CONVELLOR**, ris. pro Rab. 91 a, Cùm cuncta auxilia Reip. labefactari conuelli que videat. de Diu. 104 a, Hæc mihi videntur non posse conuelli.

**CONVENAE**, arum. *qui ex diuersis locis in vna matia conueniunt.* de Orat. 88 a, Romulus pastores & conuenas consilio & sapientia congregauit. Tusc. 259 b, Dionysius quibusdam conuenis & feris barbaris custodiam corporis sui committebat.

**CONVENIENS**, tis. *consonus, decorus, par dignus, consensaneus, decens, concors, congruens, aptus, pro. (alienus.* de Fin. 85 b, Nihil scriptum ab eo congruens & conueniens decretis eius reperies. de Amic. 99 a, Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel secundas vel aduersas, quàm amicitia. de Nat. deor. 68 a, Quid enim philosopho minus conueniens, quàm deos tollere? Offic. 59 a, Recta & conuenientia & constantia natura desiderat, aspernaturque contraria. de Nat. deor. 36 b, Stellarum conueniens, constantsque conuersio. Offic. 29 a, Quemadmodum in oratione constanti, sic in vita omnia sunt apta & inter se conuenientia. de Diuin. 125 b, Conueniens & coniuncta inter augures constantia. & 115 b, Conuenientem hostiam rebus suis immolare. pro Sext. Ros. 34 b, Propinqui cognati que optimè conuenientes. Offic. 12 a, Bene conuenientes propinqui: id est, concordēs.

† Syntaxis. *Congruens & conueniens. Aptum & conueniens. Conueniens id tibi non est. Constant & conueniens.*

**CONVENIENTER**, congruenter, secundum, pro. Offic. 54 b, Conuenienter naturæ viuere: id est, cum virtute congruere semper. de Finib. 95 b, Conuenienter naturæ congruenterq; viuere. Tusc. 244 a, Congruere naturæ, & cum ea conuenienter viuere.

**CONVENIENTIA**, tiæ. *coniunctio, cognatio, quasi consentus atque consensus.* de Amic. 115 a, In amicitia enim est conuenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia. Offic. 3 b, Pulcritudo, venustas, conuenientia partium. de Finib. 94 b,

Quod *ὁμολογία* Stoici, nos appellemus conuenientiam, si placet. de Diu. 134 a, Coniectores somniorum significationes faciunt ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam vocant *συμπεθεω*. de Fin. 100 a, Quorum omne bonum conuenientia atque opportunitate finitur. de Diuin. 155 b, Si vllam esse conuenientiam naturæ cum extis concessero. Offic. 20 b, Via quæ deducit ad conuenientiam conseruationemque naturæ. \* de Natur. 36 b, Hanc in stellis constantiam, hanc tantam in tam varijs cursibus in omni æternitate conuenientiam temporum, non possum intelligere sine mente, ratione, consilio.

† Syntaxis. *Constantia & conuenientia. Conuenientia & coniunctio naturæ. Conuenientia & opportunitas.*

**CONVENIO**, nis. *congruo, non abhorreo, aptus vel cōueniens, vel accommodatus sum.* in Hortens. Nam quòd vereris, ne non conueniat nostris ætatibus ista oratio, & c. pro Corn. 67 b, Neque me disensionem meæ pristinæ putavi potius assentiri, quàm præsentibus reipubl. temporibus & concordia conuenire. Offic. 20 b, Poetæ etiam vitiosis personis quid conueniat, & quid deceat, videbunt. de Pro. 77 b, Hoc decet me & conuenit ijs rebus, quas gessi. de D. 100 b, Quod somnium mirificè ad verbum cum re conuenit. pro Cæl. 288 a, Cùm essent prædia, quæ mulieri maximè conuenirent. Epist. 132 a, Minimè miror cœlum etiam & terras vim suam, si tibi ita conueniat, dimittere. Orat. 204 b, Pleraque ex illis conueniant huic tenuitati. de Nat. 41 a, Nec verò hoc in te vnum conuenit, sed in reliquis vestris, & in eum maximè, qui ista peperit. Top. 224 b, Tantum intelligatur argumento quærendo, contrarijs omnibus contraria non conuenire. pro Dom. 149 a, Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. pro S. R. 29 a, Hæc suspicio conuenit in illum. de Inu. 48 a, Commune exordium est, quod nihilo minus in hanc quàm in contrariam partem causæ potest conuenire. in Ver. 102 b, Quæ initia videntur in quemuis potius, quàm in istû conuenire. de Inu. 48 a, Vulgare exordium est quod in plures causas potest accommodari, ut conuenire videatur. in Ver. 194 b, Sunt quædam in te singularia, quæ in nullum alium conuenire possent. de Orat. 131 b, Et tamen id dixit, quod conueniret in omnes lufcos. de Inu. 67 b, Quid in quanque rem conueniat, res ipsa docebit. in Ant. 222 a, Nihil enim minus in hunc ordinè conuenit. de Fin. 100 a, Ut si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire. de Inuen. 64 a, Non omnes loci in omnem causam conueniunt. pro Syl. 171 a, Hæc contumelia ad maximam partem ciuium conuenit. de Fin. 97 b, Sed non conueniret verbum ad omnia. Epist. 86 b, Hæc tua deliberatio non mihi conuenire visa est cum oratione Largi. de Diu. 115 b, Fissum iecoris conuenire cum lucello. de Finib. \* Atque hoc mihi cum tuo fratre conuenit. Att. 138 a, Rem conuenturam puto. ad Her. 1 b, Diuisio est, per quam aperimus quid conueniat, & quid in controuersia sit. de Leg. 166 b, Potest res cum eo conuenire. & ibid. Si posset inter eos aliquid conuenire. pro Quint. Aliquid vel nihil inter aliquos conuenire. de Clar. 183 b, Difficile est in longa oratione nò aliquando aliquid ita dicere, ut sibi ipse non conueniat. in Ver. 234 a, Optimè cum aliquo conuenite: id est, esse concordem. de Nat. 19 a, Virtutem sine ratione constare non posse, conueniat id quoque necesse est. pro Cluent. 42 b, Nemo pecuniaria quidem de re minima erat iudex, nisi qui inter omnes aduersarios conuenisset. ad Her. 5 a, Cùm factû conuenit, sed iure an iniuria factum sit, quæritur. de Inuen. 70 b, Pactum est, quod inter aliquos conuenit.

¶ *Coëo, concurreo, congregor.* pro Sext. Ros. 20 a, Magna multitudo hominum conuenit ad hoc iudicium. & 28 b, Cùm multæ causæ conuenisse in vnum locum, atque inter se congruere videntur. contra Rull. 68 b, Non desistebant clam inter se conuenire. de Nat. deor. 5 a, Tres enim trium disciplinarum principes conuenistis. Atti. 122 a, Omnes copias in vnum locum conuenire. pro Cæc. 296 a, Neminem coegeris, ipsi conueniant sua sponte. Att. 131 a, b, Da operam ut huc quamprimùm venias, antequam omnes copias aduersariorum conueniant: neque enim celeriter huc homines conuenire possunt: & si conueniret, quantum ijs committendum sit, non te præterit. de Diu. 119 a, Cùm Bubulcus clamorem edidisset, concursum esse factum, totamque breui tempore in eum locum Hetruriam conuenisse. I. P. 87 a, Mei capitis seruandi causa Romam tota Italia conuenit. Ep. 167 a, Senatus est continuò conuocatus, frequensq; conuenit. in Ant. 154 b, Addebant præterea rempubl. conuenturam calend. Sextilibus, tenatum frequentem fore. in Verrem 116 a, Aduersarij postulant, ut in eam rem iudices dentur ex ijs ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent. Off. 29 a, Cùm Pericles & Sophocles collegæ in prætura de cōmuni officio conuenissent. Top. 222 a, Vxorès quæ in manum viri conueniunt, matresfamilias sunt: id est, quæ societatem bonarum conueniunt. L. COBMPETIO. \* con. C. Anton. Dico



Dico superiore nocte cuiusdam domum Catilinam & Antonium cum sequestribus suis conuenisse. pro Quint. 13 a, Ceteri sponsores & creditores non conueniunt. I. A. 207 b, Quotidie sponsores & creditores L. Trebellij conueniunt. Top. 222 b, Cum mulier viro in manum conuenit. ¶ *Adeo ad aliquem, ad aliquem eo seu venio.* Epist. 46 b, Posthuma tua me conuenit. & 32 b, Si Clodium conueni, ex illius sermone, ad te scribam plura. Epistol. 133 a, Neminem conueni (conuenio autem quotidie plurimos) sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis causa in hac loca conueniant) quin omnes, &c. Epistol. 11 b, Quem cum in Sardinia conuenisset, Teipsum, inquit, cupio. pro S. R. 26 a, Attilius ille, quem sua manu spargentem semen, qui miseri erant, conueniunt. de Sen. 94 b, Neque eos solum conueniit aucto quos ipse cognouit, sed illos etiam de quibus audiui & legi. \* pro C. Cornel. 1, Qui suffragij ferendi causa conueniunt.

CONVENIORS, ris. Att. 125 b, Lentulum antè puto transmissurum quam poterit conueniri.

CONVENIT, bat. *decer, conducit.* Anteq. 193 a, Non conuenit, cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores. Offic. 46 a, b, Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. Antequam. 192 b, Fidei conducit, in loco debitum retribuere.

¶ *Decet, par est.* de Nat. 41 b, Hæc non conuenit penes deos esse negare. pro Qu. 16 a, Multa antè fieri conuenit, quam, &c. pro S. R. 44 a, Vos his malis mederi conuenit. in Cat. 98 a, Quo ex S. C. confestim interfectum te esse, Catilina, conuenit. pro Qu. 8 b, Illicone ad prætorè ire conuenit, pro Rabir. 95 a, Quid tandem C. Rabirium facere conuenit? ad Heren. 3 a, Tres conuenit habere res, narrationem. & ibid. In hac re exerceri conuenit. de Fin. 71 b, Quid igitur conuenit, ita dicere, &c.

¶ *Constat, decretum est.* contra Rul. 74 b, Inter omnes conuenit ita esse. Tusc. 222 b, Inter omnes enim conuenire oportet, commotiones animum, &c. de Fin. 64 b, Ut inter eos qui ambigunt, conueniat, quid sit id de quo agatur. de Fin. 83 a, Qui sibi is conuenit, si negabit, &c. id est, qui sibi is constituit. in Ant. 210 a, Qui enim conuenit, ut qui se populares dicunt, hi populi salutem oppugnant? pro Milon. 111 b, Qui conuenit, præferit id temporis? pro Corn. 62 b, 63 a, Bègnè, non grauati, comiter quidem certè, non communiter conuenit. de Inuen. 44 b, Nominis controuersia est, cum de facto conuenit, & quæritur id quod factum est, quo nomine appelletur. & ibidem, Generis est controuersia, cum & quid factum sit, conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, constat & tamen, &c. ad Heren. 3 b, Interfectam esse ab Oreste matrem, conuenit mihi cum aduersariis: iure fecerit & licuerit facere, id est, in controuersia. Orat. 207 b, Nisi inter eos conuenit, quid sit illud, &c. Attic. 83 a, Assident, subducunt ad vnum, conuenit.

CONVENTICVLVM, li. pro Dom. 228 a, Conuenticula & quasi concilia quædam plebi Romanæ maiores esse voluerunt. pro Sest. 222 b, Tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominauerunt.

CONVENTVM, ti. *generale verbum est (inquit Vlpianus) ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt.* de Orat. 118 a, At verò in foro pacta, conuenta, stipulationes, vita deniq; eorum tota cognoscenda est. Partit. 241 b, Priuatum scriptum, tabulæ, Pactum, conuentum, stipulatio, &c. Offic. 61 a, Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita. & 5 b, Dictorum conuentorumque constantia. & 7 a, Potest enim accidere promissum aliquid & conuentum, ut id effici sit inutile ei qui promiserit.

CONVENTVS, tus. *conuentum, pactum.* Attic. 92 a, Pontinus enim ex pacto & conuentu (ea enim lege exierat) iam à me discesserat. ad Heren. 2 b, Sunt item pacta, quæ sine legibus obseruantur ex conuentu.

† Syntaxis. *Pacta, conuenta, stipulationes. Ergo pactum & stipulatio, non sunt conuenti species.*

¶ *Numerosas, turba, concio, cæcus, multitudo hominum vnum in locum congregata.* I. V. 104 a, & 225 a, b, Domus erat non metreticio conuentu, sed prætoris turba referta. & 69 b, Syracusani festos dies agunt celeberrimo virorum mulierumque conuentu. I. C. 107 a, Quæsiui ab eo, an in nocturno conuentu fuisset, necne, &c. pro Deiot. 144 b, Dico extra conuentum, & eam frequentiam qua oratorum studia nitentur. Attic. 19 a, Conuentus qui initio celebrabantur, iam diu fieri desierunt. Epist. 46 a, Frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum es venturus. de Fin. 64 a, & 80 a, Primus Gorgias ausus est in conuentu poscere quæstionem: id est, iubere dicere, &c. in Verr. 241 a, Oppida in quibus prætores consistere, & conuentum agere solent. pro Sest. 4 b, Et tum conuentus ille Capuæ me vnum pa-

tronum adoptauit. \* de Orat. 94 b, Se esse omnibus silentibus vnum maximis. de rebus magno in conuentu hominum audiendum. I. V. 95 b, Cur prudentissimas lectissimasque feminas in tantum virorum conuentum insolitas iniquitas prodire cogis?

\* CONVENTVS, a, um. de Orat. 109 b, Cæsar dixit mihi, à se Scæuolam hinc euntem esse conuentum.

† Syntaxis. *Conuentus celebrari, fieri, agi. Conuentus & frequentia.* CONVERSANS, tis. *versans,* de Vniu. 199 b, Animus se ipse conuersans.

CONVERSIO, onis. *circumuectio.* de Vni. 198 a, Mundus maxima vna conuersione atq; eadem ipse circum se torquetur & vertitur. de Som. 129 a, Sûmus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est concitator. ibi. Hic verò tantus est totius mundi incitatissima conuersione sonitus. de N. 28 b, Conuersio cæli. de Diu. 127 a, Cum temporu anni tempestatumque; cæli conuersiones commutationesque tantæ fiant accessu & recessu stellarum. de Leg. 160 b, Perpetuis cursibus conuersionibusque; celestibus exitiisse materiam.

\* de N. 6 a, Fateor ea secula sine mundi conuersione effici non potuisse. de Vni. 201 a, Alterum genus motus, quod in anticam partem à conuersione eiusdem & similis pelletur. & b, Inter ipsos Deos conuersiones si verbis explicare conemur. de Vn. 203 a, Neque; malorum terminu prius aspiciet, quam illam sequi cœperit conuersionem, quam habebat in se ipse similis eiusdem & innatam & insitam.

¶ *Mutatio, vicissitudo.* pro Flac. 164 a, Videtis, in quo motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione versetur? & 152 b, Defendendi facilis est cautio tempestatum moderatione atque conuersione. pro Dom. 222 b, Mihi nihil oberat præter conuersionem status, & in inclinationem communium temporum. de Diu. 209 b, Naturales esse conuersiones quasdam rerum publicarum.

¶ *Periodus, ambitus & continuatio.* de Orat. 160 b, Oratio conuersiones habeat absolutas.

¶ *Item exornatio est, per quam non, ut antè, primum repetimus verbum, sed ad postremum continentur reuertimur.* ad Her. 28 a, b, & de Orat. 162 a, Tum in extremum eiusdem verbi crebra conuersio.

† Syntaxis. *Conuersione torqueri, & verti. Conuersio & concitatio. Conuersio & commutatio cali.*

CONVERSVS, a, um. de Somn. 130 b, Huius anni nondum vigesimam partem scito esse conuersam.

¶ *Mutatus.* de Arusp. 249 a, Ludi penè ad cædè & ad funus ciuitatis conuersi sunt. pro Flac. 160 a, Quod crimen esse yoluit, id totum vides in laudem esse conuersum. Ep. 260 a, In quartanam conuersa est vis morbi. contra Rull. 79 b, Conuersa ratio antea, &c. pro Dom. 238 b, Pœna illa in alium instituta, in te ipsum est conuersa. in Verr. 230 b, Conuersam iam habet demonstrationem suam. pro Dom. 234 b, Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa. Attic. 131 b, Vide, quam conuersa res est.

¶ *Directus.* I. C. 118 a, Video in me omnium vestrum ora atque oculos esse conuersos. de Orat. 131 b, Omnis est risus in iudicem conuersus.

¶ *Traductus.* de Fin. 50 a, Quæ splendide dicta sunt, neque sunt conuersa de Græcis. de Nat. 46 b, Carmina conuersa. de Opt. 244 b, Orationes à (alijs) Græco conuersæ. \* Lim. Tu quoque; qui solus lecto sermone Terentij conuersum expressimus; Latina voce Menandrum In medio populi sedatis vocibus effers.

¶ *Circumductus.* Attic. 35 b, Orbem Reipublicæ esse conuersum.

CONVERTENDVS, a, um. Or. 198 b, Alij instructi ad permouendos & conuertendos animos.

CONVERTO, tis. *comuro, traduco, refero.* Ep. 174 b, Qui quidè eas copias, quas diu simulatione reip. comparabant, subito ad patriæ periculū conuenterunt. de Or. 127 a, Tum omnem orationem traduxi & conuertit in increpandā Cepionis fugam. Offic. 40 b, Cumque; aliqua his ampla & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit & rapit. Qu. fr. 326 a, Et in omni summa, vt mones, valde me ad ocium pacemque conuerto. de Or. 85 b, Quocunq; te animo & cogitatione conuertes. & 209 b, Vt tæpe animos in hilaritate risumque; conuertat. Acad. 16 b, Quo facilius animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ prauitate conuertere. Ep. 42 b, Totumque; ad eius viri voluntatem nutumque; conuertes, pro Syl. 170 a, Ille conuertit se aliquando ad timorem, nūquam ad sanitatem. Off. 67 b, Digitorum percussione hæreditates omnium ad se posse conuertere. Att. 210 b, Conuertere nauem ad puppim. de N. 75 b, Homines rationem bono consilio à dijs immortalibus datam, in fraudem malitiamque; conuertunt. de Am. 110 b, Cauendū est, ne in graues inimicitias conuertant se amicitia. pro Rab. 127 a, Nolite igitur fortunā conuertere in culpam. Off. 68 a, Si quis ex homine se conuertat in belluam. pro Dom. 234 b, Quas ab itinere Syriæ ad suam potentiam dominatūque; conuertat. pro Cl. 49 b,



**Cl. 49 b**, Conuertere nunc easdem vitæ conditiones ad cæteros ordines, non perferent. de Nat. 14 b, In eundem habitum se coloremque conuertunt. pro Dom. 22 b, In eum ipsum se conuertit, quo adiutore, quæ fecerat omnia, se fecisse dicebat. I. A. 202 a, M. Lepidus graue bellum ad pacem conuertit. pro S. R. Et ex eo T. Roscius non paulum nescio quid in rem suam conuertit. & ibid. Si ex eo negotio tantulum in rem suam conuertisset. pro S. R. 42 b, Nihil de patris fortunis in rem suam conuertit. Offic. 9 a, Vt si in suam rem aliena conuertant. pro S. R. 37 b, Conuertere omnia ad suum commodum. item: Si mandatum aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es. pro Cl. 54 b, Et aspectum, quo vellent, facile conuertent. \* Acad. Rursum te ad illum conuertit, & quære. de Inu. 42 b, Vt homines ad consuetudine subito conuertentur *sapientia*. de Vni. 203 b, Supina etiam ora cerantur depulsione luminum: quæ conuertens *Deus* inferiora reddit quæ sunt superiora. ¶ *Voluo, circumago*. Acad. 31 a, Terra, quæ circum axem se summa celeritate conuertat ac torqueat.

¶ *Interpreter*. Tusc. 196 b, Conuertere Græca in Latinum. de Opt. 244 a, Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Demosthenis & Aeschinæ: nec conuerti, vt interpreter, sed vt orator, sententijs iisdem, & eorum formis tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis: in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum, vimque seruari. non enim ea me annumerare lectori putari oportere, sed tanquam appendere. Offic. 51 b, Xenophontis liber, qui Oeconomicus inscribitur, quem nos è Græco in Latinum conuertimus.

¶ *Tribuo*. de Clar. 177 a, Sed hoc vitium huic vni in bonum conuertebat. \* *alijs Conuertebatur legunt.*

**CONVERTOR**, ris, de Fat. 143 a, Nec in falsum è vero præterita possunt conuerti. & 144 a, Non potest verum futurum conuerti in falsum. ad Her. 13 b, Quæ hoc modo concludentur, ex contrario conuertentur hoc modo, & c. Top. 228 a, An possit eloquentia conuerti in infantiam. de Nat. 56 b, Omnia hæc tum intereunt, tum in naturam aliã conuertuntur. \* Incer. Nemo est qui nõ mori malit, quam conuerti in aliquam figuram bestię.

¶ *Circumducor*. de Som. 128 b, In infimo orbe Luna radijs Solis accensa conuertitur.

¶ *Accedo*. Epist. 44 a, Gratulabor tibi prius, ita enim rerum ordo postulat: deinde ad me conuertat.

† *Syntaxis*. *Aliquid in laudem, ad suum conuertit. Vis morbi in tabem conuersa. Multum res conuersa. Ora & oculi in aliquem conuersa. Hæc omnia de Græcis conuersa: id est, ex Græco. Conuertere se totum ad pacem. Ad timorem, non ad sanitatem se conuertere. Omnia in fraudem conuertere. Omnia ad suum commodum conuertere. Terra se conuertit ac torqueat. In Latinum Italica conuertere, & ex Italico. Pium tibi in bonum conuertis. Ergo damna in malis, & beneficia in malum conuertere.*

**CONVESTIO**, stis, vestio, tego, orno. Qu. fr. 318 a, Topiarium laudauit, ita omnia conuestiuit hedera.

**CONVESTIOR**, ris. Tusc. 163 a, Herbis prata conuestitier.

**CONVESTIVS**, a, um. pro Dom. 233 b, Ergo eius domũ cuersam duobus lucis conuestitam videtis.

**CONVEXVS**, a, um, in Arat.

*Inde Fides leniter posita & conuexa videtur. ibid.*

*Hic quantum terris conuexus pellitur orbis. Alij conuestus legunt.*

\* **CONVICIATOR & CONVICIUM**. vide post **CONVISO**.

**CONVICATIO**, onis, conuictus, *supplicioris*. Epist. 264 b, Cic. filius. \* Iucundissima conuictio. *alijs Conuictio legunt.*

**CONVICTOR**, oris, qui vulgò *commensalis dicitur*. Cicero filius, Epist. 265 a, Vt or familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos secum Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illi probatissimis. Quint. frat. Domestici conuictores.

**CONVICTVS**, a, um. pro Dom. 242 b, Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse & commissam putabo. Postq. 198 a, Eius deuotionis me esse conuictum iudicio deorum, testimonio senatus, confessione inimicorum, maxime lætor. pro Syl. 175 b, In eum locum te deducis, vt antequam me commutati iudicij coarguas, te summæ negligentię iudicio tuo conuictum esse fatearis. Acad. 10 a, Simili in errore versantur, cum conuicti ac iudicio veritatis coacti perspicua à perceptis volunt distinguere. ad Heren. 29 a, Maiores nostri si quam vnus peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant. pro Clu. 19 a, Causa, quæ ipsa opinione hominum tacita, propè conuicta, atq; damnata est. pro Flac. 164 b, M. Aquilium patres nostri multis auaritię criminibus testimonijsque conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesse-

rat, iudicio liberauerunt. I. C. 107 a, Homo audacissimus conscientia conuictus reticuit. pro Flac. 154 b, Qui testis postquam effudit, quæ voluit omnia, reprehensus, conuictus, fractusque discessit. pro Syl. 170 a, Cum ille homo audacissimus, conscientia conuictus reticuisse. pro Fon. 281 a, Magistratibus, quos gessit male gestis, conuictus viro- rum bonorum testimonijs. pro Quint. 8 b, Aut ignominia affectus, aut turpi iudicio conuictus. de Legib. 163 b, Siue Aristonis conuictam & fractam sectam secuti sunt. L. C O N V I N C O.

**CONVICTVS**, ctus, *supplicioris, conuictio*. Offic. 56 a, Nam is tollit conuictum humanum & societatem. Epistol. 70 b, Vt istis te molestijs laxes, & ad conuictum nostrum redeas.

**CONVINCO**, cis, arguo, coarguo, redarguo, cogo, euinco. de Fin. 51 b, Verum enim inuenire volumus, non tanquam aduersarium aliquem conuincere. de Nat. 19 b, Vtinam tam facile vera inuenire possem, quam falsa conuincere. Tusc. 150 a, Quid negocij est, hæc poetarum & pictorum portenta conuincere? id est, falsa ostendere. Par. 124 a, Cum cum ne liberum quidem esse ratio & veritas ipsa conuincat. I. A. 162 a, Quo me teste conuincas, si negem? an chirographo? & ibid. Teque in isto ipso conuincio non inhumanitatis solum, sed etiam amentię. Par. 249 a, Conuincere peccata argumentis. de Nat. 26 a, Conuincere errores alicuius. pro Syl. 180 b, Huius si causa non manifestissimis rebus teneretur, tamen eum mores ipsius & vita conuincerent. de Or. 88 b, Nihil te de moribus hominum didicisse conuincam. de Nat. 68 a, Sed vt Stoicos nihil de dijs explicare conuinceret. de Amic. Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis plerosque conuincunt.

**CONVINCOR**, ris. I. V. 224 b, Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua. I. V. 281 a, Quod siue fueris, siue cõuinceris, quam maximis in rebus tenere, non vides? pro S. R. 38 a, Non ex illo hoc intelligitur, sed ex hoc illud conuincitur. de Inu. 65 b, Conuinci in aliquo peccato. pro Qu. 14 b, Volo inauditum facinus ipsius, qui id commisit, voce cõuinci. de Vn. 16 a, Oratio, quæ neq; redargui, neque conuinci possit. Antequam. 195 b, Sententijs iudicum conuinci. I. V. 186 a, Testibus cõuinci. & 244 a, Testimonijs conuinci. & 81 a, Manifestis criminibus conuinci.

† *Syntaxis*. *Aliquem, falsa conuincere. In furto aliquem conuincere, & furti. Coargui, conuinci, vrgeri. Conscientia, iudicio, testibus conuictus. Conuictus & societas humana.*

**CONVISO**, stis, conspicio. in Arat.

*Et loca conspice cauda tenus infera piscis.*

**CONVIATOR**, oris, maledictus. pro Muræ. 126 b, Maledictum est maledici conuicatoris. In Sal. 272 a, Si de mea vita huic conuicatori respondero.

**CONVIIVM**, cij, maledictum, probrum, contumelia, crimen, opprobrium, maledictio, maledictum iurgij petulantis. pro Cæl. 43 b, Adulter, impudicus, sequester, conuicium est, non accusatio. pro Cæl. 38 b, Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, vrbانيتas nominatur. Ep. 5 a, b, Pompeius cum pro Milone diceret, clamore conuicioque iactatus. pro Muræ. 126 b, Non debes arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuicio. pro Dom. 213 b, Respondebo hominis furiosi non orationi, sed conuicio: cuius exercitationes cum intolerabili petulãtia, tum diuturna impunitate muniuit. Acad. 31 b, Vrgebor iam omnium vestrũ conuicio. Offic. 68 b, Qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuicio à tanto errore coner auertere? Attic. 257 b, Et ei conuicium grande fecerunt. I. P. 92 a, Sed os tuum ferreo senatus conuicio verberari voluisti. pro Cl. 33 a, L. Quintius conuiciũ C. Iunio iudici quæstionis maximum fecit. Epist. 153 a, Cum ei magnum conuicium fieret euncto à senatu. Or. 212 a, Aliquando, idque ferò, conuicio aurium mihi extorta veritas est. pro Arch. 187 b, Vbi aures conuicio defessæ conuiescant. Attic. 33 a, Consecrari aliquem conuicijs. Qu. fr. 313 a, Efflagitare aliquid conuicio. pro Qu. 11 b, Sustinere quotidianum alicuius conuicium. \* Frag. epistol. Vt mirum Senatus conuicium exceperit. Ep. 114 a, Cælij. Se legionem abducturum ex Gallia, sed non statim sub mentionem & conuictum obtrectatorum. Ep. 198 b, Meo iustissimo honestissimoque conuicio te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse, prouincięq; honoribus amplissimis affectum, vehementer gaudeo.

† *Syntaxis*. *Respondere conuicio. Vrgeri conuicio. Facere alicui conuicium. Fieri conuicium. Conuicium sustinere.*

**CONVIVA**, uæ, socius ad epulas, conuictor. Tusc. 148 b, Quamquam est in Originibus, solitos esse in epulis canere conuicias ad tibiam de clarorum hominum virtutibus. de Cl. 171 a, Carmina in epulis cantari solita à singulis conuicijs. Att. 252 b, Hunc tu lege conuicijs tuis: sed si me amas, hilaris & bene



bene acceptis. 186 b, Non assequor, ut scribam, quod tui conuiuæ non modò libenter, sed etiam æquo animo legere possint de Orator. 130 a, Collectam à conuiuia exigere. \* pro M. Scav. Venenum hospiti aut conuiuæ cœnanti datum. pro Flacc. 131 a, Ne accusatoris confessoribus, conuiujs, contubernalibus; ciuem ac supplicem vestrum dederetis.

**CONVIUIUM**, ij. *accubatio epularis amicorum*. I. V. 170 b, Cùm in eis conuiujs symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. de Senect. 86 b, Bene maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet conuiuium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc eadem tum comotationem, tum concœnationem vocant. & ibidem, Ego propter sermonis delectationem tempestiujs conuiujs delector, nec cum æqualibus solùm, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam ætate atque vobiscum. pro Arch. 188 a, Quantum temporis alij tribuunt tempestiujs conuiujs. I. P. 93 b, Conuiuium publicum non dignitatis causa inibit. I. P. 83 a, Quod quidem istius quasi aliquid Lapitharum, aut Centaurorum, conuiuium ferebatur. de Pet. 211 b, Benignitas est in conuiujs, quæ facere abste & amicis tuis concœlebrentur, & passim & tributim. pro Quint. 17 b, Ornare conuiuium magnificè ac splendide. I. V. 214 a, Instituire & parare conuiuium. & 210 a, Ornare & apparare conuiuium. pro Cæl. 44 b, Accusatores iactant conuiuia Baijs acta, comessationes. Offic. 63 b, Opiparè apparatus erat conuiuium pro Quint. 10 b, Versari in conuiujs. Tuscul. 160 a, Græci in conuiujs solent nominare, cui poculum tradituri sunt. Postquam. 207 a, Conditor instructorque conuiujs. \* I. V. 152 b, In conuiuio saltare nudus cœperat. I. V. 153 b, Qui nondum etiam Aproniani conuiujs crapulam exhalassent. I. V. 184 a, Ut nullum vnquam pudicum neque sobrium conuiuium viderit. Top. 225 a, Ante rem quaruntur, &c. constitutum conuiuium. I. V. 89 a, Magnificè & ornate conuiuium comparat. & b, Celebratur omnium sermone lætitiæque conuiuium. ibidem, Negavit moris esse Græcorum, ut in conuiuio virorum accumberent mulieres. I. V. 152 a, Hunc in impuris conuiujs principem adhibebat. & b, Ut cùm alij sic conuiujs quidem istis, quibus Apronius, his istis etiam poculis vteretur. ibidem, Ille erat in conuiuio dominus. I. V. 241 a, Ita dici breuitas conuiujs, noctis longitudo stupris & flagitijs contrebatur. ibidem, Nonnulla ex eo numero in conuiuium adhibebantur palam. ibid. Erant conuiuia non illo silentio prætorum atque imperatorum: neque eo pudore, qui in magistratu conuiujs versari solent: sed cum maximo clamore atque conuiuio. I. V. 241 b, Ut alius inter manus è conuiuio, tanquam è prælio auferretur. ibidem, Non se prætoris conuiuium, sed ut Cænnensem pugnam nequitæ vi tere arbitraretur. ibidem, Homines digni istius amicitia, digni vita illa conuiujs que veniebant. I. V. 242 a, Cùm iste cum pallio purpureo talarique tunica versaretur in conuiujs mulieribus. I. V. 252 b, Si te impediabat ista conuiuiorum mulierumque occupatio. I. V. 253 a, Quandiu conuiuium eius flagitiosissimum præteruicta est classis. I. V. 254 b, Quò istum è conuiuio illo præclarò reduxerat paulò antè mulieres cum cantu atque symphonia. ibidem, Tum ipsius acta commemorabantur, tum flagitiosa illa conuiuia. pro Mur. 127 a, Nemo ferè saltat sobrius, nisi fortè insanit: neque in solitudine, neque in conuiuio moderato atque honesto. ibidem, Intempestiu conuiujs, amœni loci, multarum deliciarum, comessatio est extrema saltatio. ibid. Nullum turpe conuiuium, non amor, non comessatio, non libido, nõ sumptus ostenditur. pro Sest. 26 b, Qui somno, & conuiujs & delectationi se natos arbitrantur de Senect. 86 a, Quamquam immoderatis epulis careat senectus: modicis conuiujs tamen potest delectari, & b, Neque enim ipsorum conuiuiorum delectationem corporis voluptatibus magis, quàm cœtu amicorum & sermonibus metiebatur. ibid. Conuiuium vicinorum quotidie compleo, quod ad multà noctem, quàm maximè possumus, vario sermone producimus.

† Syntaxis. *Conuiuium celebrare, insinuare, parare, ornare, apparare, insinuare.*

**CONVIUOR**, atis. *conuiuium ago, epulas do*. in Verrem 170 b, Quotidie non modò in publico, sed etiam de publico conuiuari.

**CONVOCATIO**, onis. *conuentus, congregatio*. Postquam. 312 b, Nulla ad rempub. defendendam populi Romani conuocatio extitit.

**CONVOCATVS**, a, um. Epistol. 151 a, Senatus est continuò conuocatus, frequensque conuenit. de Cl. 181 b, Qui conuocatis auditoribus, legebat eis magnum illud volumè, &c. \* Acad. Conuocata de hortulis in auxilium quasi libera turba femulentorum.

**CONVOCAS**, Tuscul. 161 a, Qui dissipatos homines con-

gregauit, & ad societatem vitæ conuocauit. Tuscul. 228 b; Tu philosophia dissipatos homines in societatem vitæ conuocasti. Offic. 63 b, Tum Cannius piscatore ad se conuocauit. & Qu. fr. 113 b, pro Cec. 28, a, Conuocare homines, & eos armare. de L. 166 b, Is philosophos in locum vnum conuocauit in Vat. 32 b, Conuocare concilium contra legem Heliam.

**CONVOCOR**, ris. I. V. 212 a, b, Artifices omnes conuocari iubet. I. A. 194 b, Nos autem in senatum conuocabamur.

**CONVOLO**, as *concurro*. pro Dom. 224 b, Qui cuncta ex Italia ad me reuocandum conuolauerunt. Attic. 168 a, Vexillo opus est, conuolabunt.

**CONVOLVENS**, tis. *involuens*. de Diu. 90 a, Cùm se conuolvens sol elaberetur, ut abiret.

**CONVOLVOR**, ris. *conuertor*. de Nat. 48 b,

*quem propter nitens pennis conuoluitur ales.*

**CONVS**, ni. *turbinis inuersi figura, vel mesæ, vel pyramidis*. de Natur. 35 a, Conum tibi ais & cylindrum, & pyramidem pulchriorem, quàm sphæram videri. de Natur. 6 b, Forma conii.

**CONVULSVS**, a, um. *reuulsus*. de Clar. 175 a, Respub. penitus conuulsa. I. V. 222 a, Conuulsis repagulis, effractisque valuis. I. P. 90 b, Mihi ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis, procedere obuiam visa est. Ep. 69 b, Quæ cogitatio vi tempestatum & concursu calamitatum erat aliquantum labefactata, atque conuulsa.

**COOPERTVS**, a, um. *obruitur, reclusus*. I. A. 242 a, b, Quos nondum tantis patricijs contaminatos vix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos tolerabiles censemus fore? in Verrem 78 a, Iste à tot, tantis, tam nefarijs sceleribus coopertus. & 108 b, Lapidibus coopertus esset in foro. \* pro Qu. Gall. Humus coronis languidulis & spinis cooperta piscium.

† Syntaxis. *Coopertus sceleribus, lapidibus.*

**COOPTATIO**, onis. *constitutio*. de Amic. 114 a, Ea lege cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur. de Leg. 189 b, Sublata, cooptatione censoria.

**COOPTANDVS**, a, um. I. V. 133 a, Cùm haberent inter se controuersas de senatu cooptando. I. V. 133 a, In senatoribus cooptandis non modò suffragia nulla fuerunt, sed ne genera quidem spectata sunt, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret. \* pro C. Cornèl. 2, Cooptandorum sacerdotum potestas.

**COOPTATVS**, a, um. *lectus, electus, adscriptus*. de Cl. 165 a, Et cooptatum me ab eo in collegium augurum recordabar.

**COOPTO**, as. *eligo, adscribo, recipio*. pro Cæl. 38 a, Quem absentem in amplissimum collegium cooptarunt. de Diu. 113 a, In eo senatu, quem maiore ex parte ipse cooptasset. I. A. 248 b, In primis patrum auguratum locum, in quo ego eum, ut quod à patre accepi, filio reddam, meà nominatione cooptabo.

**COOPTOR**, ris. Attic. 276 a, Ciceronem nostrum in vestrum collegium cooptari volo.

† Syntaxis. *Cooptare senatum & aliquem in senatum, in senatum.*

**COORIOR**, ris. I. V. 85 b, Tum subito tempestates coortæ sunt maximæ.

**COPIA**, piæ. *abundantia, vbertas, facultas, vis*. I. A. 233 b, Cùm hanc & huius generis tantam copiam habeat Antonius, quod scelus omittet? pro Pom. 6 a, Vtinam virorum fortium tantam copiam haberetis, ut, &c. item: Similiter nunc petes à Crasso, ut eam copiâ ornamentorum suorum quam, &c. dilaret nobis atque explicet. de Orat. 154 a, Rerum copia, verborum copiam gignit. Ep. 67 a, Erit materies digna facultate & copia tua. pro Quin. 2 a, Q. Hortensius, cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est de Clar. 168 b, Vbertas & copia Periclis. I. V. 68 a, Facultas & copia dicendi. Or. 20 b, a, Temperata oratione ornandi copiam persequi. de Or. 83 b, Minimam copiam poetarum egregiorum extitisse. de Inu. 62 a, Nobis omnium exposita copijs, quodcunq; placeret, eligendi potestas fuit. & ibid. b, Ex maiore copia nobis quàm illi fuit exemplorū eligendi potestas. de Cl. 167 b, Hæc enim ætas effundit hanc copiam. de Or. 155 a, Facere ciuibus omnibus sui consilij copiam. I. V. 108 a, Cuius decurix mihi copiam quàm largissimè factam oportebat. de Inu. 62 a, Crotoniatæ quæ florent omnibus copijs, &c. pro Qu. R. 52 a, Vir copijs rei familiaris locuples & pecuniosus. Off. 31 a, Omnium rerum affluentibus copijs ditari. pro Pom. 7 a, Publicani suas rationes & copias in prouinciâ contulerunt pro Clu. 21 a, Omnis testis copia, quæ futura est à matre Inuiti est adornata à matre nunc omnibus eius opibus & copijs comparatur. Ep. 56 a, Ibiq; pro ea copia quæ Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curauit. de Inu. 52 b, Quid cuique conueniet, ex hac copia digeremus. Ep. 241 b, Quæ cùm essent à me cura magis, & diligentia, quàm facultate & copia constituta. de Finib. 91 b, Et quidem Cato, totam hanc copiam Lucullus



Lucullo notam esse oportebit. Attic. 26 a, Itaque libris me delecto, quorum habeo Antij festiuam copiam. Attic. 124 b, Moderatori reip. beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Offic. 11 a, Singulorum copiarum parua sunt: eorum autem qui his egeant, infinita est multitudo. de Sen. 78 b, Nec in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapienti quidem, nec in summa copia insipienti non grauis. de Amic. 106 a, Circumfluere omnibus copijs, atque in omnium rerum abundantia viuere. de Amic. 112 b, Deus suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam & copiam. Refum. 136 b, Tu autem quod mihi bonam copiam ciues, nihil est. Part. 125 a, Est enim diuitiarum fructus in copia, copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia. de Inu. 83 a, Amplitudo est potentiae, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. \* Hortens. Vnde ad agendum aut dicendum copia deprimi maior grauisimorum exemplorum, quasi in corruptorum testimoniorum potest: ibid. Ad iuuenilem libidinem copia voluptatum gliscit illa, vt ignis oleo. ad Her. 1 a, Non parum habet in se fructus copia dicendi & commoditas orationis, si recta intelligetia & definita moderatione animi gubernetur. de Inu. 76 b, In quo vtrum copiane sit agri, vectigalium, pecuniae, an penuria, consideratur. de Orator. 89 a, Qui discernens eorum vbertatem in dicendo & copiam ab eorum exilitate. de Clar. 168 b, Huius suauitate maxime hilaratae sunt Athenae, huius vbertatem & copiam admiratae. Top. 226 b, Hic locus suppeditare solet oratoribus & poetis, saepe etiam philosophis, mirabilem copiam dicendi. pro Mur. 141 a, Quorum amicorum copia bonis viris & beneficis deesse non solet. Postq. 202 a, Dijs frugum vbertate, copia, vilitate, reditum meum comprobantibus. pro Cornel. 55 b, Quae in L. Crasso potuit, si hanc causam ageret, maior esse vbertas, varietas, copia: de Leg. 157 a, Cuius locuacitas habet aliqui argutiarum: nec id tamen ex vlla erudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis. Orat. 197 a, Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia caeterorum studia reflexit.

¶ Singulari & pluratino numero, manus, exercitus. Attic. 129 b, Pom. Placitum est mihi, vt Brundisium ducerem hanc copiam, quam habeo mecum. Attic. 130 b, Pomp. Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, vt frumentatum eas. Attic. 129 b, Alter in Sicilia cum ea copia, quam Capuae & circum Capuam comparastis, & cum ijs militibus, quos Faustus legit, proficisceretur. & 130 a, Contractis nostris copijs spero nos reipublicae prodesse posse. Epist. 32 a, Pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias quas habuisti, quam minimum imminueris. Epist. 183 b, Magnasque Romae Panfa copias ex delectu Italiae comparat. \* pro M. Font. Equitatus amplissimae copiae de Gallia. pro Deiot. 147 b, Nunquam eas copias rex Deiotarus habuit, quibus inferre bellum populo Romano posset, sed quibus fines suos ab excursionibus hostium & latrocinijs tueretur, & imperatoribus nostris auxilia mitteret. Attic. 129 b, Reliquae copiae omnes Brundisium congerentur, & inde nauibus Dyrrachium transportarentur.

† Syntaxis. Vbertas, varietas, copia. Copiam sui facere alicui, & sui consilij. Vir copijs rei familiaris locuples & pecuniosus. Librorum habere festiuam copiam. Copijs omnibus circumfluere.

C O P I O L A E, arum. Brut. Epist. 174 a, Recurri ad copiolas meas: sic enim eas vere appellare possum: sunt enim extenuatissimae, & inopia omnium rerum pessime acceptae.

C O P I O S E, isimè, vberime, largè, largiter, prolixè, abundanter. de Orat. 89 a, Oratoris est compositè, ornate, copiose loqui. & 122 b, Copiose & abundanter loqui de aliqua re. Offic. 1 b, Copiosissime & grauisissime dicere. I. V. 94 b, Nam Malleolus in prouinciam sic copiose profectus erat, vt domi profus nihil relinqueret. de Nat. 13 a, Nec sententijs solum copiose, sed verbis etiam ornate. de Nat. 50 a, Pastum animantibus largè & copiose natura comparauit. pro Flac. 155 a, Subtiliter & copiose de aliqua re differere. \* de Clar. 182 a, Hec cum grauius, tum ab exemplis copiose, tum varietate, &c. explicans.

† Syntaxis. Copiose & abundanter loqui. Largè & copiose.

C O P I O S V S, a, um: & C O P I O S I O R, abundans, vber, diues. Attic. 219 b, Legi epistolam, multa de meo Catone, quem sapissime legendo se dicit copiosorem factum. Offic. 36 a, Dicæarchus peripateticus magnus & copiosus. pro Cec. 297 a, Homo copiosus ad dicendum. de Orat. 128 b, Multa & varia & copiosa oratio. & 104 b, Multae copiosae, variaeque rationes. pro R. P. 128 b, Lautum & copiosum patrimonium. pro Arch. 186 a, Vrbs quondam celebris & copiosa. I. V. 63 b, Mulier copiosa plane & locuples. I. V. 89 a, Ille erat in primis inter suos copiosus. pro S. R. 19 b, Patrimonium tam amplum & copiosum. I. C. 108 a, Is omnibus rebus ornatus & copiosus est.

† Syntaxis. Ad dicendum copiosus. Magnus & copiosus. Lautum & copiosum patrimonium.

C O P O, onis. caupo. \* pro Cluen. 52 b, Hominem multorum hospitem A. Binnium quendam Coponem de via Latina subornatis.

C O P V L A N D O, Orat. 211 a, Libenter etiam copulando verba iungebant: vt Sodes, pro Si audes.

C O P V L A N D V S, a, um. Epistol. 32 b, Ad voluntates nostras copulandas non mediocriter vinculum attulit collegij coniunctio.

C O P V L A T I O, onis. coniunctio. de Natur. 49 b, Copulatio rerum, coagmentatioque naturae quem non mouet. de Finib. 52 b, Declinare dixit atomum perpaulum, ita effici complexiones, & copulationes, & adhaesiones atomorum inter se. \* de Fin. 63 a, Primos congressus copulationesque consuetudinum, instituendarum amicitiarum, fieri propter voluptates. de Vni. 198 b, Eius copulationis alienam naturam permiscens cum materia.

C O P V L A T V S, a, um. coniunctus, compositus, congruens. Offic. 12 a, Nihil est amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum. de Diu. 128 a, Quid naturae copulatum habuit Alcibiadis, quod scribitur, somnium? Tusc. 214 a, Haec quae dico, cogitatione quidem inter se differunt, re vero copulata sunt. de Fat. 126 a, Quaedam sunt in rebus simplicia, quaedam copulata. & ibid. Copulata enim res est, & confatalis, concubiturum cum vxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. Orat. 207 a, Verba simplicia & copulata. Tusc. 163 a, Quoniam nihil sit animis admixtum, nihil copulatum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex. I. A. 16 a, Equester ordo cum senatu copulatus fuit. de Fin. 59 a, Virtutem copulatum esse docuit cum voluptate, vt ab eo nullo modo nec diuelli, nec distrahi possit. \* Hortens. Ita nostros animos cum corporibus copulatos, vt viuos cum mortuis esse coniunctos. Epistol. 171 b, Quos spero breui tempore societate victoriae totum copulatos fore.

¶ Simul. in Verr. 234 b, Nam cum clamaret, &c. copulati in ius peruuenimus.

C O P V L O, as. iungo, adiungo. Acad. 35 a, Copulare hominem cum bellua. de Fin. 74 a, Quae ratio mensque & distincta coniungat, & cum praesentibus futura copulet.

C O P V L O R, ris. Part. 231 b, Constructio verborum tum coniunctionibus copuletur, non dissolutionibus relaxetur. de Orator. 104 a, An haec inter se iungi copularique possint? \* de Vniu. 201 a, Qui Dij propè copulentur contraria regione.

† Syntaxis. Id nihil naturae copulatum habes: id est, non consentit. Copulata res, & confatalis. Cum bellua quempiam copulare. Copulati incedunt illi. Iungere & copulare.

\* C O Q V E N D V S, a, um. Oecon. 1, Quae ad cibaria coquenda & conficienda pertinent.

C O Q V O, quis. mirigo. Tusc. 247 a, Tum is qui illa coxerat, minimè mirum: condimenta enim defuerunt. de Sen. 77 a, — curam re lenasso.

Quae nunc te coquit, & versat sub pectore fixa. Attic. 222 a, Nec id solum, sed bene cocto & condito sermone bono.

† Syntaxis. A ceteris aliquem coqui, ac versari. Bene coctus sermo, & conditus.

C O Q V V S, qui. L. C O C V S.

C O R, cordis. pars in animante princeps, vis & fons. de Diu. 105 a, Nullum animal, quod sanguinem habet, sine corde esse potest. de Finib. 83 b, Hoc est, non modo cor non habere, sed ne palatum quidem. de Fin. 69 b, Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Tusc. 252 a, Alijs cor ipsum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, & concordēs dicuntur. pro Cael. 45 a, Nunc enim mihi animus ardet, nunc meum cor cumulat irā. de Orat. 158 b, Romanus corde suo trepidat. pro Qu. 17 b, Mihi vita horrida atque arida cordi est. de Amic. 98 b, Isque mihi eò magis cordi est, quod, &c. Attic. 69 b, Dionysius nobis cordi est. in Verr. 99 a, Ego cum filia maxime cordi est. Orat. 201 b, Flumen alijs verborum cordi est. \* Tusc. 204 a, Ipse suum cor edens. de Nat. 30 b, Cum cor animantis alicuius euulsum ita palparet, vt imitaretur igneam celeritatem de Nat. 53 b, Cum pulmones & extrinsecus spiritum ducant. ibid. Per eam causam venam ad cor confectus iam coactusque: cibus perlabitur. A corde autem in totum corpus distribuitur per venas admodum multas. de Nat. 54 a, Pars animae concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellat. de Diu. 105 a, In extis bouis opimi cor non fuit. ibid. Timendum esse, ne & consilium & vita deficeret: earum enim rerum vtrumque à corde proficisci.

† Syntaxis. Illi cor sapit. Cor vix simulat alicui. Trepidare suo corde. Aliquem, & aliquid esse cordi.

C O R A, as. ad, apud, ante, in conspectu, ante oculos, ante pedes, in oculis. Attic.



*lis.* Attic. 259 b, Sed hæc & alia maiora coram. Ep. 77 a, Sed hæc & multa alia coram breui tempore licebit. Attic. 88 b, Sed hæc posterius, & coram fortasse commodius. Attic. 112 a, Ut loquerer tecum absens, quo mihi cum coram id non liceret, nihil est iucundius. & 186 a, Cum coram sumus & garimus quicquid in buccam venit. pro Flac. 153 a, Testes coram producti aliquid dicent, in quo, & c. de Pro. 73 a In tuor coram hæc ornamenta Reipub. Octau. 329 b, Non præmittam, quin quoniam id coram facere prohibeor, absens prosum. Epist. 205 a, Coram P. Cuspido tecum locutus sum. I. P. 81 b, Mihi verò ipsi coram, genero meo, propinquo tuo, quæ dicere ausus es? de Am. 96 a, Ut tanquam a præsentibus coram haberi sermo videretur. contra Rull. 87 b, Si ea coram potius me præsentem dixissent. Acad. 41 b, Quod coram etiam ex ipso audiebamus. ad Her. 25 b, Chares omnia coram magistrum facientem videbat. Epistol. 69 b, Sin autem differs me in aliud tempus, coram tecum loquar. Epist. 191 a, Prætera mihi promiserunt coram, & absenti mihi scripserunt, se, & c. contra Rul. 81 b, Veniat coram, & mecum disputet. pro Clar. 25 a, Index ex altera parte coram tenetur.

† Syntaxis. *Cum sumus coram. Coram, me præsentem dixit (vna dicta.)*

**CORBI**s, bis. *canistrum, vas è vimine contextum.* pro Sest. 21 a, Gracchus messoria se corbe contextit.

**CORBITA**, tæ. *navis oneraria.* \* Att. 255 a, Cogitaremus, corbitane Patras, an actu ariolis ad Leuco petram.

**CORCVLYM**, li. *amatorie parum.* de Clar. 171 b, P. Scipio Nasica, qui est Corculum appellatus. & 183 b, & Tuscul. 152 a.

**CORCYRA**, tæ. *Phæacum insula.* Ep. 257 a.

**CORCYRAEVS**, a, um. Att. 92 a, Ep. 259.

**CORDATVS**, a, um. *prudens, sapiens.* de Orator. 101 b, & Tuscul. 152 a,

*Egredie eordatus homo Catus Aelius Sextus.*

**CORDAXIS**, Trochæus. Or. 216 a, \* Trochæum, qui est eodè spatio, quo choreus, cordacem appellat: quia contractio & breuitas dignitatem non habeat.

**CORDOLIVM**, lij. *cordis dolor.* Att. 238 a, Rides ab cordolio.

**CORDVBA**, bæ. *vrbs.* I. V. 212, pro Arch. 190 b.

**CORFINIENSIS**. Att. 149.

**CORFINIVM**, nij. *oppidum.* Att. 121.

**CORIA** Minerua. de N. 71 b.

**CORIGIA**, giæ. *lorum, seu cingulus, à corio factum nomen.* de D. 126 a, Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda.

**CORINTHIVS**, a, um. *vt, vasa Corinthia.* pro S. R. 40 a, I. V. 223 a, Galeæ ænæ cælatæ opere Corinthio. Tusc. 181 b, Si quid de Corinthijs tuis amiseris. Par. 123 a, Quos Corinthia opera delectant. \* Tusc. 215 b, Ingeniosi, vt æs Corinthium in æruginem, sic illi in morbum & incidunt tardiùs, & recreantur ocyùs.

**CORINTHVS**, thi. contra Rul. 83 b, Corinthus erat posita in angustijs atque in faucibus Græciæ. pro Pomp. 5 b, Corinthus totius Græciæ lumen.

**CORIVM**, rij. de Natur. 50 a, Animantium aliæ corijs tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, & c. I. V. 95 b, Cum iste coria, ciliicia, saccos imperaret, neque ea sumeret. ad Her. 4 b, Is obuolutus & obligatus corio deiciatur in profluentem.

\* **CORNELIANVS**, a, um. Orat. 219 a, Vt nostra in Cornelia secunda. & 220 a, Vt hæc nostra in Cornelia.

**CORNEOLVS**, a, um. *à Corneus, diminut.* de N. 55 a, Aures duras & quasi corneolas habent introitus.

**CORNEVS**, a, um. de Natur. 21 b, Cornicum procerumque rostrum.

\* **CORNICINVS**, i. Sic appellatur Oppius. Att. 55 a, Cornicinus ad suam veterem fabulam rediit.

**CORNIGER**, a, um. in Arat. Corniger taurus.

**CORNIX**, cis. *avis garrula.* de N. 62 b, Quis cornicis cantum notauit? quis sortes? de Diuin. 83 a,

*Fuscæq; nonnunquam cursans per litora cornix.* de Diu. 82 b, & 98 a, Iupiter cornicem à læua, corum à dextra canere iussit. L. **CORVVS**. pro Mur. 129 b, Cornicum oculos confingere. pro Flac. 56 a, Hic cornici oculum, vt dicitur.

**CORVVS**. de Nat. 50 a, Animantes alias squama videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias, & c. pro Syll. 170 a, Ille arma misit, cornua, tubas, falces, & c. de D. 113 b, Experimentum itaque, si possumus cornua commouere disputationis tuæ. I. A. 257 a, Pansa & Hircius, qui quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris, tum cum, & c. Att. 105 b, Ab utroque portus cornu moles iacimus. Cæf. 173 a, Cohortes dextræ Cæsaris cornu. \* 2. Acad. Cur eius *Linx* nascens aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cornua?

**COROLLARIUM**, larii. *appendix, accessio, additio, quasi lucrum.* in Ver. 17, Vt esset vnde Apronio ad illos fructus arationū hoc corollarium nummorum adderetur. in Verrem 198 b,

Qui nummulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scænicorum corollarijs decuriâ emerunt. in Ver. 211 b, Hic quasi festium acroama, ne sine corollatio de conuiuio discederet. emblemata auellenda curauit.

**CORONA**, næ. *insigne regni, insigne regium, diadema, sertum.* I. V. 341, Ipse autem coronam habebat, vnam in capite, alteram in collo. Tusc. 249 a, Aderant vnguenta coronæ, & c. & ibi. Iam ipsæ defluebant coronæ. Att. 234 b, Rescripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse luctus gratia. Epist. 69 a, Cum cæteris coronas imposuerunt victoribus. I. P. 80 b, Is mihi ciuicam coronam debere à Rep. dixit. pro Planc. 274 b, At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, vt se ab aliquo seruatos esse fateantur, & coronam dent ciuicam. Att. 231 a, Brutus noster iam vel coronam auream per forum ferre posset. I. P. 92 b, Coronam lauream alicui à senatu decretam esse. ad Her. 39 a, Citharædus pro dit cum corona autea magnis fulgentibus gemmis illuminata, de Leg. 182 a, Ne sumptuosa aspersione longæ coronæ, nec acerræ prætereantur. \* I. V. 218 a, Omnes Segestanas matronas & virgines conuenisse, cum Diana exportaretur ex oppido: vixisse vnguētis: compleße coronis & floribus. pro Q. Gall. Redimitus coronis. ibid. Humus coronis languidulis & spinis cooperta piscium.

† **Circulus audientium.** pro Flac. 160 a, A iudicibus oratio auertitur, vox in coronam turbamque effunditur. de Clar. 181 b, Tamèn si à corona relictus sum, non queam dicere. de Fin. 80 a, Aut si coronam times, dic in senatu. Tusc. 150 a, Tibi ipsi pro te erit maxima corona causa dicenda. I. A. 181 b, Cur armatorum corona septus est senatus? pro Milon. 101 b, Non enim corona confessus vester cinctus est, vt solebat. \* pro Flac. 162 b, Idcirca Deciarum vsque ad coronam applicuisti.

† Syntaxis. *Coronam habere, deponere. Corona cinctus confessus.* **CORONARIVS**, a, um. *quod ad coronas atinet.* I. P. 99 a, Mitto aurum coronarium, quod lex & decerni & accipi vetat, nisi decreto triumpho. contra Rull. 63 a, Quod ad quenque peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. & 77 b, 78 a, Aurum coronarium dabatur pro consulibus vel imperatoribus ex prouincia decedentibus, ad decorandum triumphum.

**CORONATVS**, a, um. *corona donatus, qui coronam habet in capite.* I. A. 176 b, Sedebat in rostris collega tuus, amictus togæ purpureæ, in sella aurea, coronatus, & c. Att. 229 b, Coronatus Quintus noster parilibus. de Leg. 183 a, Epulæ, quas inibat propinqui coronati.

**CORPORATVS**, a, um. de Vniu. 195 b, Mundus cernitur & tangitur, & est vndiq; corporatus.

**CORPOREVS**, a, um. *corporatus, concretus.* de Vn. 199 b, Deus omne quod erat concretum & corporeum, subtrauit animo. de Vniu. 195 b, Corporeum & aspectabile omne necessè est esse, quod natum est.

**CORPVVS**, ris. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Corpus & qualitatem nominabant Academici, id quod ex materia & forma constat. 2. de Or. 141 b, Corpus intelligi sine loco non potest. Tusc. q. lib. 1, Corpus quasi vas est aut aliquod animi receptaculum. Tusc. q. lib. 2, Sic corpus clade horribili absumptum extabit. Tusc. q. lib. 2, de Fin. lib. 2, Corpus bene constitutum. Tusc. q. lib. 2, Corpus exanclatum: id est, exhaustum æriumnis cruciatibusque debilitatum. Off. 1, Corpus exercendū, & ita efficiendum est, vt obedire consilio, rationique possit in exequendis negocijs, & in labore tolerando. de Senect. Mortale corpus. Tusc. quæst. lib. 3, Corpus motum à statu: id est, à constitutione & temperie. Tusc. q. lib. 5, Corpus omnibus oppressum & confectum doloribus. Epist. 67 b, A principio enim coniurationis vsque ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo illa poteris vti ciuiliū commutationum scientia. Brut. 183 b, Sed nihil vitiosus, quam quum vnū corpus debeat esse defensionis, nasci de integro causam, quum sit ab altero perorata. Tusc. q. lib. 1, Nec quicquam sit, nisi corpus vnum & simplex. Acad. q. ed. 2. lib. 1. Corporis bona alia in toto, alia in partibus, secundum Academicos. 2. de Or. Corporis bona veram laudem non habent. de Vniu. Corporis omnis coagmentatio vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur & frangitur, & ad morbos, senectutemque compellitur. de Senect. Compagibus corporis includi. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Corporis experts. Tusc. quæst. lib. 3, Corporis grauitatem & dolorem animo iudicamus, animi morbum corpore non sentimus. 1. 1. ad Attic. Morbus & corporis imbecillitas. 3. ad Heren. Corporis res que laudandæ. Tusc. quæst. lib. 5, Vt in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic & in nobis. Tusc. quæst. lib. 4, Vt corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, quibus constamus, sanitas: sic animi dicitur, cum eius iudicia opinionisque concordant. 1. de Inuent. Corporis vices, perniciosissimæ cupiditatis satellites. 9. Fam. Corpori omne



omne tempus datur. 16. Fam. Corpori seruire. 2. de N. Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori, mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, &c. & ad omnem corporis actionem? Gallo lib. 7. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amisi. 1. Offic. 17 b. Reipublicæ corpus totum curare, nedum partem aliquam tueri, reliquas deserere Plato præcepit. Tusc. q. lib. 5. Quocirca corpus gaudere tam diu censuit Epicurus, dum præsentem sentiret voluptatem: animam & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere venientem, nec præteritam præterfluere sinere. de Fin. Corpore nihil nisi præsens, & quod adest, sentire possumus. de Inu. lib. 2. 62 a. Zeus muliebri in corpore pingendo plurimum alijs præstitit. ibid. b. Cum puerorum igitur formas & corpora magno hic opere miraretur. ibid. Neque enim putauit omnia quæ quæret ad venustatem vno in corpore se reperire posse. Epist. 68 b. Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant. de Apelle & Lysippo. 7. ad At. Corpore tuo alleuato. de N. d. 1. Corpore externo mens cingitur. 14. Fam. Corpore confectus. 16. Fam. Nisi corpore confirmato, nolles nauigare. 6. Fam. A. Cœcinæ, Corpore toto contremisco. ad Octau. Si non vnâ cum corpore sensus omnis vno atq; eodē consumptus est igni. pro Marcell. 135 b. Nec verò hæc vita tua dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur. 2. ad Att. Corpore deformatus, fractus animo. Tusc. q. lib. 1. E corpore excedere dicuntur animi. Tusc. q. lib. 1. E corpore multa existunt quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. de Diu. 120 b. Nec enim sanguis, nec sudor, nisi ex corpore est. in Cat. 100 b. Istum parua quadam declinatione, & vt aiunt, corpore effugere. 11. Fam. Corpore nondum satis firmo quum esset. Tusc. q. lib. 1. In corpore dolor, aut omnino sensus post mortem. Tusc. q. lib. 1. In corpore nullus sensus, &c. Tusc. q. lib. 1. In corpore perspicuum est, vel extincto animo, vel elapso, nullum residere sensum. Tusc. q. lib. 1. In corpore viæ quasi quædam sunt ad oculos, ad aures, ad nares, a sede animi perforatæ. 3. ad At. Quantum corpore meo occupari potest, tantum mihi ex agro tuo assignes. de Diu. 99 b. Cum mortali corpore cremato animus in lucem excesserit. de Sen. Senex corpore, nunquam animo. 11. ad Attic. Corpore vix sustineo grauitatem huius loci. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Corpora aspera, leuia, hamata, vncinata. Acad. q. ed. 2. lib. 1. Corpora nostra tereno principiorum genere confecta, ardore animi conculescunt. Tusc. q. lib. 5. Corpora exercitata. Tusc. q. lib. 1. de Nat. deor. 1. Corpora indiuidua leuia, rotunda. lib. 1. de Fin. 277. sunt corpora indiuidua propter soliditatem. Cat. Corpora exercitationum defatigatione ingrauescunt, animi autem fe exercendo leuantur. de N. deor. 2. Nostra corpora recalescunt motu & exagitatione. Tusc. q. lib. 1. Neque nos corpora sumus. Tusc. q. lib. 1. Corpora terrena cōcretaque. Tusc. q. lib. 1. Corpora terrena & humida suo pte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur. ad Qu. fr. lib. 2. 314 b. Sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an vtrosque nescio. 2. de N. Corporum genera sunt quatuor, quorum vicissitudine, mundi continuata natura est. Tusc. q. lib. 1. Eam porro naturam esse quatuor omnia gignentium corporum: id est, elementorum. 2. de N. d. Corporum lenocinia. 2. de N. d. Corporum tegumenta, vel texta vel suta. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Corpora nostra non nouimus: qui sint situs partium, quam vim pars quæque habeat, ignoramus. 7. Att. Corpora nostra opponimus. de Nat. d. 1. Corporibus omnis obsidetur locus. 2. de Or. Nihil est enim quod vacet corpore. His autem formis atq; corporibus sicut omnibus rebus, quæ sub aspectum veniunt, sede opus est. \* Hortens. Vidit appendicem animi esse corpus, nihilque in eo esse magnum. ibid. Quorum corpora viua cum mortuis, aduersa aduersis accommodata quam aptissime colligabantur, ita nostros animos cum corporibus copulatos, vt viuos cum mortuis esse coniunctos. de Finib. 85 a. Nihil iam habes quod ad corpus referas. Est autem a te semper dictum, nec gaudere quenquam nisi propter corpus, nec dolere. & 85 b. Ad corpus pertinentes voluptates. ibid. Memoria corpore perceptarum voluptatum. pro Rosc. Am. 24 a. Quod non totum telum corpore recepit. pro Mur. 136 a. Dixit duo corpora esse Reip. vnum debile infirmo capite, alterum firmum sine capite: huic, cum ita de se meritum esset, caput se viuo non defuturum. de Leg. Sine corpore animo vigente diuina est vita. ad Her. 14 b. Mortuus corpore decoloratus. I. V. 262 a. Ne exanguium corpora mortuorum, ne mærorum parentum ac propinquorum, magistratibus nostris quæstui posset esse. pro Marc. 136 a. Omnes tibi non modò excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur. Tusc. 187 a. Inuencat contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt ibid. In profundenda voce omne corpus intenditur. ibid. Toto corpo-

re atq; omnibus vngulis contentioni vocis asseruiunt. de Nat. 23 a. Omnis ista rerū effigies ex indiuiduis quomodo corporibus oritur? Quæ etiam si essent, quæ nulla sunt: pelere se ipsa & agitari inter se concursu fortasse possent: formare, figurare, colorare, animare non possent. ib. Quorum tandem bonorū Voluptatum? Credo, nepe ad corpus pertinentium. Nullam enim nouitis nisi profectam à corpore, & redeuntem ad corpus animi voluptatem. de Nat. 65 a. Si nullū corpus mortale sit, nullum esse corpus sempiternū: corpus autem immortale nullum esse, ne indiuiduū quidem: nec quod dirimi distrahi que non possit. de Sen. 83 a. Libidiosa & intemperans adolescentia effectum corpus tradit senectuti. Ep. 110 b. Quod hæc pennigero, non armigero, in corpore tela exercentur, vt ait Philoctetes apud Accium abiecta gloria.

† Syntaxis. *Corpus bene constitutum, effectum, exhaustum, à statu motum, oppressum, confectum. Defensionis vnum corpus. Morbus, & corporis imbecillitas. Vires & corpus amittere. Confirmare corpus: id est, vires. Corpore deformatus.*

CORPVS CVLVM, i. de Nat. 14 b. Ista flagitia Democriti, siue etiã antè Leucippi, esse corpuscula quædã leuia, aliã aspera, rotunda alia, partim angulata, curuata quædã, & quasi adunca: ex his effectum esse cælū atq; terras, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito. & 44 b. \* Isti autem quemadmodū asseruerant ex corpusculis non colore, nō qualitate aliqua, non sensu præditis, sed cōcurrentibus temerè atq; casu, mundū esse perfectū? vel innumerabiles potius in omni puncto temporis, alios nasci, alios interire? CORRECTIO, onis. *semperratio, emendatio.* Offic. 53 b. Quem nos correctione quadam adhibita potissimum secuti sumus. de Fin. lib. 4. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, & emendatio.

¶ Exornatio oratoria, ad Her. 32 a. Correctio est, quæ tollit id quod dictum est, & pro eo id quod magis idoneū videtur, reponit, hoc pacto: Quod si iste suos hospites rogasset, imò innuisset modò, hoc faciliè perfici posset, &c. de Orat. 162 b. Tum correctio, vel antè, vel post quàm dixeris.

† Syntaxis. *Correctionem adhibere & emendationem.*

CORRECTOR, oris, censor, emendator. I. A. 168 b. Iam de ipso emendatore & correctore nostro dicam. pro Cor. 58 b. O præclarum correctorem atq; emendatorem ciuitatis. Orat. 215 b. \* Sed tamē hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit Isocratē, vt à me animaduersum est, studiosè in inquirenti in eum, immitit imprudens ipse senarium.

CORRECTVS, a, um. *emendatus.* Att. 220 a. Laudationē Porciæ tibi misi correctam, vt, &c. Acad. 41 b. Certè enim recentissima quæque sunt correctæ & emendata maximè.

CORREPO, pis, *irrepro.* Attic. 166 a. Occulte in aliquam onerariam corrependum. & de Nat. 15 a. \* Quod cum efficerè vultis, in dumeta tamen correptis.

CORREPTVS, a, um. Antequam. 195 b. Ego repente vi tribunitia correptus, ne consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem.

CORRIGENDVS, a, um. pro Mur. 138 b. Vt nō corrigendus potius quàm leuiter flectendus esse videre. de Sen. 84 a. Vitia senectutis diligentia corrigenda sunt. \* pro C. Corn. 1. De corrigenda lege retulerunt.

\* CORRIGIA, æ. Vide CORIGIA.

CORRIGO, gis, *emendo, compenso, correctionem adhibeo, aliquem ab errore auerso.* Attic. 27 a. Castritianum mendum nos corrigemus. de Fin. 52 a. Vt ea quæ corrigere vult, mihi quidē deprauare videatur. Qu. fr. 315 b. Sic ego cursu corrigant tarditatem tum equis, tum velis. Attic. 238 a. Petiuit à me, vt eam orationem ne ambitiosè corrigere pro Syl. 276 a. Itaque hac rogatione vitium legis corrigebat. Orat. 209 b. Cum corrigimus nosmetipsos, quasi reprehendentes. & 214 a. Isocrates nō modò superiores, sed etiam se ipse correxit. I. C. 101 b. Tu vt vnquam te corrigas? pro Qu. 15 a. Corrigeres hæc tu scilicet postea. Epist. 152 b. Vel quod exercitum Lepidi partē eā que corrupta est, ab rep. alienata, & corrigere, & coercere præsentia mei exercitus possem. in Sal. 274 a. At lapsus ætatis, tyrocinio postea se correxit. Att. 148 a. Corrigrere mores aliorū. At. 255 a. Eas epistolas ego oportet perspiciam, corrigam, tum denique edentur. Ep. 25 a. & 77 a. Id si correxeris, mihi valde erit gratum. Att. 90 b. Hoc continud correximus. I. A. 220 a. Et in eodem excipiendō sententiam meam corrigebant. \* 3. Acad. Corrigrere errorem pœnitendo.

CORRIGOR, ris, de Cl. 194 a. Vel quod à Græcis neq; corrigi possim, neq; doceri. Off. 29 b. Ita facillimè corriguntur illi in discendo, quorū vitia imitantur emendandi causa magistrū.

† Syntaxis. *Corrigrere, ac emendator: & contra, Corrigrere & coercere. Perspicere aliquid, corrigere. In discendo corrigi.*

CORRIPENDVS, a, um. *rapendus.* I. V. Nam vt apertus in pecunijs cortipendis fuit.

CORRIPIO, is, *reprehendo, inuiso, accuso.* Ep. 112 b. Quid alioa putas?



putas? clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt, & ostenderunt planè esse, quod fieri non posset.

**CORRIPTORIS**, *ris. comprehendor.* I. V. 159 b, Hominem corripit ac suspendi iussit in oleastro quodam.

**CORROBORATIVUS**, *ta, tum, firmatus, confirmatus, cui robur accessit.* pro Cael. 46 a, Aetas corroborata. pro Mil. 197 b, Hominis sceleratissimi corroborata iam vetustate audacia. pro Fl. 159 a, Quorum virtus non solum natura corroborata, sed etiam disciplina putatur. de Am. 110 a, Omnino amicitiae corroboratis iam confirmatisque & ingenijs & ætatis iudicandæ sunt. de Fin. 138 b, Honestæ, ad quorum cognitionem & vsum iam corroborati natura ipsa præcunte deducimur.

**CORROBORO**, *as. roboro, confirmo, sancio.* I. C. 103 a, Qui spem Catilinæ mollibus sententijs aluerunt, & coniurationem nascentem non credendo corroborarunt. Acad. 9 a, Mens vsque eò philosophiam ipsam corroborat, vt virtutem efficiat. pro Sest. 5 a, Cùm iam virilis tua vox se corroborauerit, aliter, puerilis. pro Cael. 39 b, Cùm is iam se corroborauisset, & vir inter viros esset.

**CORROBORORIS**, *ris. de Orat.* 151 b, Ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. Epist. 183 a, Malum corroboratur quotidie.

† Syntaxis. *Corroborare & confirmare. Vox se corroborat. Corroborari cibo.*

**CORRODO**, *dis. rodo.* de Diu. 120 b, Si mures corroserint aliquid. \* *ibid.* Mures scuta an cribra corroserint. *ibid.* Platonis Politiam nuper apud me mures corroserunt.

**CORROGATIVUS**, *a, um.* I. A. 187 a, Quidam corrogati conuenerunt, &c. I. V. 189 b, Qui nummulis corrogatis, de nepotum bonis decuriam emerunt.

**CORROGO**, *as. rogo, peto, precibus quæro.* pro Quint. 4 b, Næuius ab atrijs Licinij suos necessarios corrogat, vt sibi assistat, &c.

¶ *Congrego.* ad Her. 25 b, Cùm ipse à vicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret. ad Heren. 40 a, Sannioni puero negotium dederat, vt vasa, vestimenta, pueros corrogaret.

\* **CORROSIVUS**, *a, um.* de Diu. 120 b, Si Epicuri de voluptate liber corrosus esset.

**CORRUMPO**, *pis. deprauo, tento, in fraudem impello, construo.* pro Planc. 266 b, Quam quisque tribum turpi largitione corrumpet. Offic. 44 a, Corrupte aliquem pecunia. \* I. V. 182 b, Apronius ipsum Metellum non precio, vt Verrem, non conuiuio, non muliere, non sermone incauto atque improbo, posset corrumpere. pro Deiot. 149 b, Ille in corruptum seruum audire noluit: tu corrupisti. & 150 a, Vt huius vrbis iura & exempla corrumperes?

**CORRUMPORIS**, *ris.* pro Ccc. 298 b, Iudicem precio corrumpti. de N. 30 b, Conclusa aqua facile corrumpitur.

**CORRUO**, *is. ruo, cado.* Attic. 225 b, Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Top. 222 a, Aedes exæ corruerunt. de Diu. 103 a, Cùm vrbis tanta corruit. Offic. 17 a, Lacedæmoniorum opes corruerunt. pro Dom. 96 a, Multa oppida corruerunt. I. C. 109 a, Qui sistare nõ possunt, corruunt. Quint. frat. 312 b, Et penè ille timore, ego risu corruui. & 305 a, Vno meo fato & tu, & omnes mei corruistis. Acad. 24 b, Antiochi ista corruant vniuersa. \* de Senect. 90 b, Ij mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histrones in extremo actu corruisse.

**CORRUPTÆ**, *malè, prauè, nauisier.* de Fin. 63 b, Deprauatè & corruptè iudicare de aliqua re.

**CORRUPTELA**, *læ. quod ad corrupendum valet, largitio.* Off. 44 a, Philippus largitionem corruptelam dixit esse. de Leg. 177 b, Mores hac dulcedine corruptelæ que deprauati sunt. I. C. 100 a, Adolecentulus, quem tu corruptelam illecebris irretisses. pro Deiot. 149 b, Si ista corruptela serui, à tanta autoritate fuerit approbata Partit. 241 b, Præuaricatio est accusatoris, corruptela ab reo. Part. 125 a, Reus corruptelam iudicij molens. de Leg. 162 b, Tâta est corruptela malæ consuetudinis, vt, &c. Tusc. 225 b, Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique. \* I. V. 135 b, In mulierum corruptelis, & in omni eiusmodi luxuria atque nequitia mirandum in modum reperiēbam hunc Timarchidem ad istius flagitiosas libidines, singularemque nequitiam natum atque aptum fuisse.

**CORRUPTIO**, *onis.* Tusc. 215 a, Morbum appellant, totius corporis corruptionem. *ibidem*, Ita fit, vt in altera corruptione opinionum morbus efficiatur, & ægrotaatio, &c.

**CORRUPTORIS**, *largitor.* I. C. 106 a, Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? &c. pro Mil. 123 b, Corruptores nostri causam dicunt, nos qui corrupti sumus non dicimus. pro Planc. 267 a, Cuius tu tribus venditorem, & corruptorem, & sequestrem Plancum fuisse clamitas. \* I. V. 148 a, Corruptorem, adulterum adduxeris.

**CORRUPTRIX**, *cis.* Quint. frat. 233 b, In tam corruptrice prouincia.

**CORRUPTVS**, *a, um.* Part. 238 a, Est genus hominū ad honestatem natum, malo cultu prauisque opinionibus corruptum. pro Mur. 130 a, Ea iurifconsultorum ingenijs plerique corrupta & deprauata sunt. Sal. in Cic. 270 b, Populus Romanus ita largitionibus corruptus est, vt sese ac fortunas suas venales habeat. Attic. 257 a, Animus largitionibus corruptus. Offic. 48 a, Sed corrupti mores deprauatiq; sunt admiratione diuitiarum. pro S. R. 39 b, Tabulæ publicæ corruptæ sunt. I. V. 179 b, Tabulæ publicæ corruptæ atque interlitæ sunt. Epistol. 152 b, Eam partem exercitus Lepidi, quæ corrupta est, corrigere, &c. pro Planc. 268 b, Doce, quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore tribus corrupta sit. I. V. 66 a, Corruptis contaminatisque iudicij. I. C. 106 a, Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? &c. pro S. R. 24 b, Adolescentulus corruptus, & ab hominibus nequam inductus. de Clar. 188 a, Vitiosa & corrupta consuetudo. (Pura & incorrupta consuetudo. † Syntaxis. *Corrumperè & deprauare. Corruptus atque contaminatus.*

**CORS**, *cortis. ville spacium intra maceriem, area.* de Orat. 133 a, Villam in Tiburte habes, cortem in palatio. *sunt qui legant Chors, seu Cohors.*

**CORTEX**, *cis.* de Nat. 50 a, Trunci obducuntur libro aut cortice, quod sint à frigoribus. & à caloribus tutiores. in Arat. *Denudat folijs ramos, & cortice truncos. de cane celesti.*

**CORVSCOS**, *as. splendeo, emico.* de Or. 157 a, Flamma inter nubem coruscat.

**CORVSCVS**, *a, um.* in Arato:

*Ille quæ fulgent lucis ex ore corusco.* Tusc. 179 b, lace obsecro in me vim coruscam fulminis.

**CORVVS**, *ui.* de Nat. 51 a, Miluo est quoddam bellum naturale cum coruo. de D. 82 b, Iupiter cornicem à laeua, coruum à dextra canere iussit. & 98 a, Cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum.

**CORYBANTES**, *tis.* Apollinis pater. de N. 71 a.

**CORYCVS**, *ci.* oppidum. Epist. 189 b.

**CORYPHÆVS**, *æi. dux, princeps.* de Nat. 13 a, Zeno, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat, id est, principem.

**COS**, *tis.* lapis quo cultri acuntur. de Diu. 87 a, Tarquinius dixit se cogitasse cotem nouacula posse præcidi. Acad. 34 b, Academici veteres ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant. \* Tusc. 219 a, illa quidem ex rhetorum pompa, ardores animorum, cotesque virtutum. de Diu. 87 a, Itæ cotem in comitum illatam nouacula esse dissecissam. *ibid.* Cotem autem illam & nouaculam defossam in comitio, supraq; impositum puteal accepimus. de Diu. 125 a, Contemne cotem Aetij Nauij.

**COSSANVS**, *na.* à *Cossa opp. Italiae.* I. V. 268 b.

\* **COSSVTIANVS**, *a, um.* Epist. 267 a, Cossutianarum tabernarum fundamenta.

**COTES**, *aspera saxa.* Tusc. 216 a, E quibus tanquam è scrupulis conbus enauigauit oratio. *in hoc episthete pondus est.*

**COTHURNVS**, *ni.* calceamenti genus, subere quodammodo subleuati: quo utebantur virgines, vt eminentiores viderentur. I. A. 186 b, Qui cum palla & cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat. \* de Fin. 100 a, Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire, neque multi cothurni paucis anteponebantur, nec maiores minoribus.

**COVS**, *a, um.* Orat. 197 a, Qui Coæ Veneris pulcritudinem imitari non potuerunt. de D. 85 a, & I. V. 231 b, Quid vt Venerem pictam, Coos? *accusat. plur. est.*

**CRABRA**, *bræ.* aquæ nomen in agro Tusculano, vnde etiam aqua Tusculana, pro Cor. Bal. dicitur. contra Rull. Ego Tusculanis pro aqua Crabra vestigal pendam, quin à municipio fundum accepi. Epist. 263 b, De Crabra quid agatur, etsi nunc quidem nimium est aquæ, tamen velim scire.

**CRANON**, *onis.* oppidum Thessaliae. de Orat. 141 a, Cùm conaret Cranone Simonides.

**CRAPVLA**, *læ.* belluonis viuium. I. A. 166 a, Edormi crapulam, & exhalat. & I. V. 153 b, Qui nondum conuiuij crapulam exhalassent.

**CRAS**, *secundum hunc diem, crassimus, crassimus dies.* Att. 214 b, Cras manè putat.

**CRASSATOR**, *oris.* vel Grassator. Iatro. de Fat. 127 a, Hoc modo amator bene vestitus, causa crassatori fuisse diceretur, cur ab eo spoliaretur.

**CRASSIPES**, *Dolabella.* Att. 147 a, 148 b.

**CRASSITUDO**, *nis.* impura quadam densitas. Acad. 29 a, Extremitas, & quasi libramentum, in quo nulla crassitudo sit. de Diu. 99 b, Propter crassitudinem aeris de cælo apud eos multa fiebant.

**CRASSVS**, *a, um.* densus, plenior, pinguis, concretus. (semis. de Nat. 29 b, Terra est infima, quam crassissimus circumfundit



aër. Tufcul. 157 a, Crassus & concretus aër. de Fat. 141 b, Thebis crassum cœlum, itaque pingues Thebani & valentes: Athenis tenue, ex quo acutiores etiam Attici, &c. pro Flac. 161 a, Crassus ager. Epistol. 132 a, Crassum filium. Academ. 20 b, Vt ergo illis aqua, sic nobis aër crassus offunditur. & 30 b, Latent omnia crassis circumfusa tenebris.

† Syntaxis. *Crassum calum, aër, ager, tenebræ. Crassum & concretum.*

**CRASTINVS**, a, um. Att. 241 b, Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur. de Orat. 142 b, Nisi me forte in crastinum differre mauis.

**CRATER**, cris. \* *Sinus inter Misenū & Mineruæ promontorium.* Att. 27 b, Quoniam putas prætermittendum à nobis esse hoc tempore Cratera illum delicatum.

**CRATERA**, ræ, crater, rus ad hauriendum aquam. de Nat. 48 b, & in Arat.

*In medioque sinu fulgens cratera velucet. Alij creterra legunt.* Epist. 95 a, Quid delectationis habent in equo Troiano craterarum tria millia. *Alij Cræterra: alij Creterra legunt.*

\* I. V. 230 b, Crateras ex ære pulcherrimas ex omnibus ædibus facis Syracusis fustulit.

**CREATIO**, de Leg. 186 a, Creatio magistratum, &c. plebi libera fuit.

**CREATOR**, oris. *procreator, genitor, effector.* pro Cor. 61 a, Princeps ille creator huius urbis Romulus. de Diu. 122 a,

*Nobis hac portenta deum dedit ipse creator.*

**CREBER**, bra, brum: & **CREBERRIMVS**, frequens, densus. de Nat. 57 a, Venæ crebræ multæq; toto corpore intextæ sunt.

Epist. 198 b, Itaque crebras vel potiùs quotidianas compellationes meas non tulit. I. A. 160 b, Scis enim per hos dies creberrimū fuisse sermonem, me, &c. pro Plan. 276 b, Sed hoc nescio quomodo frequenter in me congesti, saneque me eo creber fuisi, te, &c. Or. 113 b, Thucydides creber est rerum frequentia.

**CREBRITAS**, tis, frequentia. Attic. 208 b, Colloqui videbatur in Tufculano dum essem: tanta erat crebritas literarum. Epist. 30 b, Vt longi temporis vsuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam. \* de Cl. 196 a, Crebritas sententiarum pristina manebat: sed ea vestitu illo orationis, quo confueuerat, ornata non erat.

**CREBRVS**, & **CREBRIVS**, **CREBERRIME**, frequenter. Attic. 94 b, Velim obuias mihi literas de omnibus rebus crebrè mittas. Epistol. 63 b, Tu ad me velim literas crebrius mittas. de Leg. 159 a, Crebrè insitens, interdum acquiescens. Quint. frat. 319 a, Vrbanam expolitionem vrget ille quidem, sed etiam ipse crebrè interfus. de Diuin. 99 b, Hetrusci studiosius & crebrius hostias immolabant. & 92 a, Quæ creberrimè commemorantur à Stoicis. de Finib. 65 a, Qui crebrè dicat, &c. Orator. 216 b, Sed in vtroque & frequentiores sunt, & liberiores poetæ: nam & transferunt verba crebrius, &c.

† Syntaxis. *In aliquo crebrum esse. Conuictus crebrum esse. Officiorum crebritas ac magnitudo.*

**CREDIBILIS**, le probabilis, verisimilis. de Inuen. 52 a, Credibile est, quòd sine vllò teste auditoris opinione firmatur. Acad. 21 b, Nec admodum credibile videbatur, nullum esse pilum, &c. de Orator. 116 b, Non est credibile, quid interesse mihi sit visum inter cum, qui, &c. de Inuent. 57 a, Quod pro credibili sumptū erit, id infirmabitur, si erit omnino incredibile. I. V. 268 a, Hoc credibile fore non arbitrabar. Orat. 208 a, Narratio credibilis esse debet. \* pro Marc. 134 a, Non est credibilis tantus in illo furor.

† Syntaxis. *Non credibile. Pro credibilis sumptum. Res credibills.*

**CREDIBILITER**, verisimiliter, probabiliter. pro Deiot. 146 b, At quàm non modò non credibiliter, sed ne suspiciosè quidem. *Hic animum aduertat.*

**CREDITOR**, oris. *is cui quancq; de causa aliquid debetur.* Att. 83 b, S. C. modò factum est in creditorum causa, vt centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. pro Qu. 16 a, Qui cum omnibus creditoribus suis malè agat. & 13 a, Cæteri sponsores & creditores non conuenerunt. I. A. 207 b, Quotidie sponsores & creditores L. Trebellij conueniunt. & ibidem, Fraudare creditores. Attic. 1 b, Vnà agebant cæteri creditores. pro Flac. 150 a, Nec tabulæ creditoris proferuntur. Att. 82 b, Familiares habet Brutus tuus quosdam creditores Salaminiarum. \* I. V. 91 a, Erant nonnulli rogati creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbissimi cuiusque legati plurimum prodest gratia.

**CREDITVS**, a, um. Off. 51 a, Solutio rerum creditarum. & de Prou. 70 b, Dicere ius de pecunijs creditis. pro Dom. 213 a, Vt omnia vestra sapientiæ, fidei potestati que commissa creditaq; esse videantur. I. V. 274 b, Sicilia, quæ mihi defendenda credita est. I. V. 242 b, Mihi honorem illum non so-

lùm datum, sed etiam creditum ac commissum puto.

**CREDO**, dis. *fidem habeo, adhibeo, tribuo, auctoritatem tribuo, auctoritatem & fidem adiungo, mihi persuadeo.* pro S. R. 37 a, Nemo credit nisi ei quem fidelem putat. Qu. de Pet. 211 a, & Attic. 19 a, Quamobrem *Ἐπιμαχέμενος* illud teneto: Nervos atq; artus esse sapientiæ, Non temerè credere. de Diuin. 126 b, Stoici omnia cum superstitiosa sollicitudine & miseria credunt. Epist. 44 a, His ad te scripti me purgans diligenter, te leuiter accusans in eo, quòd de me citò credidisses. Attic. 143 a, Rectè non credis de numero militum, ipso dimidio plus scripsit Clodia. de Clar. 173 b, Audiui equidem ista de maioribus natu, sed nuaquam sum adductus vt crederem. de Dom. 173 b, Nemo fomijis crederet, nisi, &c. de N. 51 b, Quod & non prædicanti tibi tam facilè credam, sicut mali ædificij domino glorianti se architectum nò habuisse. pro Qu. R. 52 b, Ei negabit credi oportere, cui ipse crediderit? eius testis ad iudicem fidem infirmabit, cuius propter fidem & religionem iudicis testes comparabat? pro Qu. 18 b, Credo ego vos mirari quid sit, quòd, &c. Attic. 215 b, Mihi crede istud vt cætera. Attic. 138 b, Non sum (mihi crede) mentis compos. Epistol. 183 a, Finem nullum facio (mihi crede) Cassi de te cogitandi. & 6 a, Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. ad Herenn. 35 b, Nimiùm Quiritis animis estis simplicibus, nimiùm creditis vnicuique. *Credere & habere fidem alicui.* (Abrogare fidem alicui, & infirmare fidem alicuius. de Clar. 195 a, Credo, quòd videret ex consularibus neminem, &c. pro Cæl. 48 b, Rem tanti sceleris seruis ignotis non esse credendam.

¶ *Concredo, committo.* de Leg. 178 a, Credere pecuniam alicui. I. V. 149 a, Committere consilia, & credere omnes res alicui. pro Pomp. 17 a, Credere omnia vnicuique est, de ferre omnia ad vnum. Epist. 7 b, pro R. P. 128 b, Postquam exegit, quòd crediderat. Epist. 7 b, Qui per prouinciam imperij tui pecunias ei credidissent pro Rabirio Posthumo 123 a, Rabirius credidit populis: id est, pecunias multas dedit. & ibid. Is regè Alexandrino grandem pecuniam crediderat. Epist. 156 a, Chirographa omnia, ex quibus credidi, Leucippo dabo proferenda. de Ar. 250 b, Alterum putabo regem, si habuerit vnde tibi soluat, quòd ei per syngrapham credidisti. Att. 47 a, Credere se testis alicuius. \* de Leg. 178 a, Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiæ cuius egregius cum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit.

**CREDOR**, ris. Qu. fr. 292 b, Omnia alicui & credi rectissimè, & committi posse. pro S. R. 28 b, Non temerè creditur, neq; leui coniectura res penditur.

† Syntaxis. *Committere, credereque se fidei alicuius. Adducor vt credam. Ex chirographo credere, & per syngrapham. Creditur. Id creditur.*

**CREDVLITAS**, tis, credendi facilitas. Ep. 157 a, Credulitas error est magis quàm culpa, & quidem in optimi cuiusque mentem facilimè irrepit.

**CREDVLYS**, a, um. *simplex, antiquus, qui facilè credis.* Attic. 246 a, Verba mihi dari facile patior in hoc, meque libenter præbeo credulum. de Diuinat. 133 a, Postquam homines minus creduli esse cœperunt. pro Font. 278 b, Stultus auditor & credulus. de Senect. 48 a, Senex stultus, credulus, obliuiosus, dissolutus. de Amic. 214 a, Hæc in fabulis stultissima persona est, improuidorum & credulorum senum.

**CREMATVS**, a, um. *combustus.* In Anton. 264 b, Itaque nec inhumati sunt, nec deserti, nec dispersis bustis humili sepultura cremati. de Diu. 90 a, Cùm mortali corpore cremato animus in lucem excesserit.

**CREMOR**, ris. *incendior.* de Leg. 181 b, Sylla primus è patriijs Cornelij igni voluit cremari.

**CREOR**, as. *procreo, gigno, facio.* de Natur. deor. 57 a, Artis maxime proprium est, creare & gignere. de Orat. 129 a, Natura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos. Tufcul. quæst. 159 b, Principium extinctum, nec ipsum renascetur, nec à se aliud creabit. de Finib. 133 a, Omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, summum bonum est in corpore. de Orat. 119 b, Cùm ego hunc oratorem, &c. creâro, aluero, confirmâro. de Diuin. 120 a, Nonnunquam etiam errorem creat similitudò. in Verrem 46 b, Creare periculum alicui. \* pro C. Cornel. 1, Tribunos per Pontificem creauerunt.

¶ *Paro, neco, obijcio.* Antequam. 196 a, Nemini iniuste periculum creauit.

**CREOR**, aris. pro S. R. 30 b, In vrbe luxuries creatur. Att. 143 b, Id assequetur, si per Pr. Coss. creantur: nos autem in libris habemus, non modò Coss. à Pr. sed ne prætores quidem creari ius esse. ibid. Maius imperium à minore creari ius nò est. de Leg. 185 b, de Ar. 253 a, Ne patribus cædes periculosaque creentur. \* Ep. 209 a, Is magistratus in nostro municipio, nec alius vllus, creari solet.

† Syntaxis.



† Syntaxis. *Ars creat & gignit. A se aliquid creare. Creare errorem, periculum. Creatur luxuries, imperium.*

**CREPIDA**, dæ. *solea, calceamentum cōvarium cothurno: Cothurnus sublatas, crepida depressæ sunt.* pro R. P. 126 b, L. Scipionis non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statum videtis.

**CREPIDATUS**, a, um. *soleatus.* in Pison. 99 a, Is nocte intempesta crepidatus, veste seruili nauem conscendit.

**CREPIDO**, nis. *ora terra, quæ alluitur aqua, prærupti saxi, & viarum extremitas, vel ripa paulo eminentior.* I. V. 255 b, Piraticus Myoparo ad omnes vrbes crepidine accessit. Orat. 219 a, Deinde omnia tanquam crepidine quadam, comprehensione longiore sustinentur. \* *Alij legunt: omnis tanquam crepidine quadam comprehensio longior sustinetur.*

**CREPITVS**, tus. *sonus collisione excitatus, aut percussione.* I. V. 269 a, Nulla vox alia inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur. Tusc. quæst. 213 a, Terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequitur. Top. 223 a, Cùm te quærentur pedum crepitus, strepitus hominum ad Her. 7 b, Num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit Ep. 141 a, Stoici etiam crepitus, aiunt, æquæ liberos, ac ructus esse oportere.

† Syntaxis. *Crepitus plagarum, dentium, pedum.*

**CREPUNDIA**, orum. *quæ pueris danunt, oblectandi causa.* de Clar. 164 a, Totum aliquid non næuo aliquo aut crepundijs, sed corpore omni velle cognoscere.

**CRETES**, Cretis. *Cretensis.* pro Mur. 142 a, Cretes, quorum nemo gustauit vnquam cubans. de Diuinat. 87 a, Epimenides Cretes.

**CRESCENS**, tis. de Diu. 137 a, Et aduenientes & crescentes morbos intelligunt.

**CRESCO**, scis, creui. *augeo, adaugeo, accresco, adoleo, exoleo, maneo, serpo, ingrauesco, propago, ætate procedo, ascendo, in altiore locum peruenio.* de Diu. 115 a, Ostris & conchylijs omnibus contingit, vt cum Luna crescant, pariterque decreuant. de D. 10 b, Cùm lacus Albanus præter modum creuisset. in Sal. 272 b, Plerumque respub. priuatis crescit inimicitijs. ad Heren. 6 a, iam satis huius voluminis magnitudo creuit. pro Pomp. 12 b, Cùm accepta calamitate ex cōpælio hostium opes animique creuissent, pro Sest. 18 b, Ex quo intellectum est. mihi absenti creuisse amicos. pro Arc. 188 a, Ex his studijs hæc quoque crescit oratio. pro Mur. 133 a, Expectatio muneris, quæ rumore nonnullorum creuerat. pro S. R. 32 a, Si mihi liberet accusare, accusarem alios potius, ex quibus possem crescere. de Ar. 254 b, Crescebat in eos odium, à quibus, &c. pro Cl. 33 b, Ex inuidia alterius crescere. I. V. 271 b, De multis mihi crescere licet: *id est, in altiore locum peruenire.*

† Syntaxis. *Crescere numero, dignitate, materia. Crescere ex inuidia.*

**CRETA**, tæ. *insula.* I. A. 197 a, Est enim nobis Creta notior, quam Roma Cyda. pro Plan. 264 a, Is fuit in Creta.

¶ *Terra alba, & renax.* pro Flac. 154 a, Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, ob signata erat creta illa Asiatica, qua vtuntur omnes in publicis & priuatis literis.

**CRETATVS**, a, um. *creta sparsus.* Attic. 24 a, Etenim mihi eius caligæ, vt fasciæ cretata, non placebant.

**CRETENSIS**, se. *Cres.* de Nat. 70 a, Tertius Iupiter Cretensis Saturni filius. I. A. 197 a, Cretensis iudex. & 196 b, Cydam Cretensem, portentum insulæ. & 197 a, Dura natio, scilicet Cretensium.

\* **CRETERRA**, æ. *Nonius ait idem sonare quod Situlam.* de Nat. deor. 48 b, In medioque sinu fulgens creterra reluet. *Hanc veriore lectionem quam Cratera ait Had. Iunius in Nomenclatore.*

**CRETICVS**, Qu. *Metelli cognomen, quod Cretæ vicerit.* Att. 17 b.

¶ *Pes in versu, qui est ex longa & breui & longa.* de Orat. 160 a, \* Pæan posterior est par ferè Cretico, qui est ex longa & breui & longa. & b, Eorumque verborum iunctio nascatur à proceris numeris ac liberis, maximè heroï, & pæane priore, aut cretico. Orat. 218 a, Creticus, qui est è longa, & breui, & longa, quam commodissimè putatur in solutam orationem illigari. ibid. Sed ijdem hi tres pedes malè concludunt, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cùm pro cretico postremus est dactylus. Nihil enim interest, dactylus sit extremus, an creticus.

**CRETIO**, onis. *hereditatus aditio.* Att. 219 b, Ex eo cognoui Cluuij cretionem (ò Vestorum negligentem) liberam, testibus presentibus sexaginta duobus. Att. 178 a, Puto enim cretionem simplicem fuisse.

**CRETULA**, læ. *diminutium à Creta.* I. V. 213 a, Casu signum iste anima duertit in cretula.

**CREVI**, sti. *à verbo Cerno, decerno.* de Leg. 185 a, Quodcunq; senatus creuerit, agunto. 173 b, Quibus diuis creuerit procuranto.

**CRIBRVM**, ti. *vas pissorium, ad grana, farinamve purgandam.* de

Diu. 120 b, Quasi verò quicquam interest, mures scuta an cribra corroserint.

**CRIMEN**, nis. *criminatio, infamia.* Att. 140 a, *à zæcisius* crimen subire non audeo. & 136 a, Ingrati animi crimen horreo. in Verr. 257 b, Inferre crimen prodicionis alicui. pro Cor. 66 b, Tum luxuria illius, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur. in Verr. 235 b, Laudè imperatoriam criminibus auaritiæ obteri. pro R. P. 127 a, Posthumo crimen vestitus afferret? pro Syl. 180 a, P. Syllæ persona non suscipit crimen tantorum facinorum, ac tam atrocium. pro Cæl. 48 a, Duo sunt crimina vna in muliere summorum facinorum, auri, & c. veneni, & c. & 51 b, Ad se reuocarent maximi facinoris crimen. & 49 b, Fingere crimè maximi sceletis. pro S. R. 30 a, Tanti maleficii crimen probare te censes posse talibus viris: & 37 a, In crimen mandati iudiciumque; infamiæ reuocari. pro Syl. 169 a, Crimen coniurationis defensum ab eo est. de Orator. 118 a, Siue ex crimine causa constet, vt facinoris. ibid. At nostræ ferè causæ, quæ quidem sunt criminum, & c. I. V. 147 a, Auaritiæne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? pro L. Varen. Ea cædes si potissimum crimini datur, detur ei, cui a interfuit. con. C. Ant. Vt non esset locus tam sanctus, quod non aduētus tuus crimen afferret. pro S. R. of. 23 b, Crimen incredibile confingunt. & 24 a, Ego crimè oportet diluam. I. V. 57 a, Duo crimina vel maxima minterentur, quæ cum his ciuitatibus C. Verri communicata sunt. I. V. 262 b, Qui hoc nauale crimè conetur defendere. ib. Calamitatem crimini dare. ib. Quod supplicium more maiorum sumperis, securique; percussis: iccirco à me in crimen & inuidiam vocari. Non in supplicio crimen meum vertitur. Off. 17 b, Nec verò criminibus falsis in odium aut inuidiam quenquam vocabit. I. V. 97 a, Cùm extraordinariæ pecuniæ crimen subterfugere velles.

¶ *Facinus, peccatum, fraus, noxa, culpa, delictum, maleficium.* de Orat. 127 a, Non continuo si quis populi motus factus est, id C. Norbano in nefario crimine & fraude capitali esse ponendum. in Verr. 254 b, Istam accusator in magnis criminibus abijciendam putabat. & 205 b, Scio mihi crimini datum iri, pecuniam accepisse. & pro S. R. 29 a, Vita rusticarum tu probro & crimini putas esse oportere. Epist. 97 b, Sunt enim qui criminis loco putant esse, quod viuam. pro Dom. 232 a, Id quod mihi crimini dabatur, crimè non erat. ad Her. 35 b, Non apertissimæ res erant crimini datæ, non omnes hæc testibus comprobata. de Clar. 190 b, Cùm accusatione sua Qu. Gallio crimini dedisset, sibi eum venenum parauisse. pro Quint. 2 a, Falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum iacere. de Orat. 139 a, Quæ suspicionem & crimen afferunt. pro Flac. 153 a, Qui probari potest in ea pecunia non referenda crimen sibi ipsum facere: ita qua crimen esset nullum, si referret? I. A. 235 a, Aut suspicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse videbimur. ad Heren. 35 a, Inferre crimina. (Diluerit crimina. de Amic. 168 b, Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblati. & ibid. pro Milon. 120 b, Miloni facinoris suspicio, non facti crimen obstat. I. V. 223 b, Daretque operant, vt is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. \* I. V. 244 b, Te hoc crimine non arguo: sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. pro Cluent. 25 b, In Oppianici causa crimen hoc Asinianum cum testibus multis, tum verò indicio Aiulij probabatur. pro M. Scäu. Prodicionis est in crimen vocatus. pro Sext. Rosc. 25 a, Commenticiū crimen confirmare. pro Qu. Ligar. 137 a, Nouum crimen & ante hunc diem inauditum ad te Q. Tubero detulit: idque C. Pansa ausus est confiteri. ibid. Cùm tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses. ibid. Sed quoniam diligenter inimici inuestigatum est quod latebat: confitendum est. I. V. 194 b, Falsum esse crimen. ibid. Vtrum crimini defensio, an comitatus exilio quaeritur? ibid. Cur in hoc vno crimine isto genere defensionis vteris? Sunt quædam omnino in te singularia, quæ in nullum alium hominem dici, neque conuenire possunt: quædam tibi cum multis communia. Ergo vt omittam eiusmodi cætera, quæ forsitan alij quoque etiam fecerint: illud, in quo te grauissimè accusaui, defendes? \* pro Rab. 128 a, Dixerunt hic modò nobiscum ad hæc subsellia, quibus supercilij renuentes huic decem millium crimini. I. V. 84 b, Suis cum certis proprijsque criminibus accusabo.

† Syntaxis. *Crimen subire, inferre, suscipere, fingere. Reuocari in crimen. Ex crimine causa constans. Ponere alicui in crimine nefario. Abijcere in magnis criminibus culpam. Dari, esse crimini, & loco criminis. Alicui facere crimen. Crimen inferre, diluere. In crimine damnari. In crimen vocari.*

\* **CRIMINANS**, tis. Att. 62 b, Publius sanè disertus epistogo criminans, mentes iudicum commouerat.

**CRIMINATIO**, onis. *crimè, accusatio.* pro Qu. R. 51 a, Criminatio tua quæ est? Roscium cum Flauio pro societate decidisse. de In. 65 a, Cùm omnia quæ in negotio gerendo acta



sunt, cum vniuersi iusque indignatione & criminatione colligimus. de Orat. 138 a, Quæ valeant contra falsam criminationem. pro Sest. 20 a, Nihil adhuc criminationis est in Sestium. de Ami. 108 b, Ab aliquo oblatas criminationes depellere. \* con. Rull. 88 a, Quin illa criminatione, qua in me absentem vsus est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam prudentiamque despexerit.

† Syntaxis. *Vt in aliquem criminatione. Id criminationis est in te. Criminationes offerre.*

**CRIMINOR**, aris. *criminationem vel crimē infero, vel offero, culpa, vitio, crimini do, criminatione vtor, criminis loco pono, in crimen voco vel reuoco, accuso.* pro S. R. 25 b, Quod benevolentia fit, id odio factum criminariis. pro Mil. 103 b, Conciones illæ, quibus inuidiosè potentiam meam criminabatur. Offi. 67 b, C. Marius Q. Metellum apud populum Romanum criminatus est, illum bellum ducere. pro Cæl. 48 a Venenum quod eiusdem Clodiæ necandæ causa parasse Cælium criminatur. pro Syl. 175 a, Ne cui liceret illud iudicium temerè creditum criminari. pro Planc. 267 a, Libet enim mihi nescio quid etiam de illa tribu criminari. & 276 a, Quod tu me esse ingratum criminariis. I. A. 160 b, De amicitia quam iste à me violatam esse criminatus est, pauca dicam I. V. 213 a b, lam enim non libet omnia criminari. de Opt. 244 a, Criminari crimēne dissoluere argumentando. ad. Her. 7 a, Cùm accusatorem calumniari criminabatur. & 15 b, Secundus locus est, cùm consideramus, illæ res de quibus criminamur, ad quos pertineant.

† Syntaxis. *Criminari inuidiosè. Criminator te, & criminor fecisse te. Hoc de te criminor. Hæc omnia ego criminor. De hæc criminor illum.*

**CRIMINOSE**, & **CRIMINOSIVS**, suspiciosè, accusatorè, acerbè. pro Deiot. 147 b, Sed tamen acta res criminosa est. pro S. R. 27 a, Criminosè & suspiciosè dicere aliquid. de Clar. 176 a, Qui suspiciosius aut criminosis diceret, audiui neminem.

**CRIMINOSVS**, a, um. *suspiciosus, quod viminis suspicionem mouet & affert.* I. V. 245 a, Tu tibi hoc criminosum nunquam fore putasti. pro Lig. 137 b, Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. de Clar. 184 b, & pro Cl. 37 a, Orator incitans animos, acer, acerbus, criminofus. pro Planc. 268 b, Officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. & 259 b, Non enim timeo, ne id mihi criminosum sit. pro Syl. 174 a, Mihi non videtur in hunc id criminosum esse debere. \* ad Her. 36 b, Quod grauior, aut actior, aut criminofior oratio sit.

† Syntaxis. *Suspiciosè & criminosa dicere. Id criminosum si est, voluntatis tamè non est. Criminosum nomē. Id in illū est criminosum.*

**CRINIS**, nis. *capilli.* I. V. 164 b, \* Hæc ciuitas muliere redimiculum præbeat: hæc in collum, hæc in crines. Orat. 211 a, Vt ita dicerent, palm' & crinibus.

**CRINITVS**, ta, qui crimes habet. I. V. 229 a, Gorgonis os pulcherrimum crinitum anguibus. Acad. 22 b, Crinitus Apollo. Poëtæ. de Nat. 28 b, Stellæ quas Græci cometas, nostri crinitas vocant. aliàs & emendatè, cincinnatas.

**CRINOMENON**, illud in quo quasi certamè est cōtrouersia, quod Græcè κρινόμενον dicitur. Orat. 208 b, pro Mil. 102 b, Vt omni errore sublato, rem planè, quæ venit in controuersiam, videre possimus. \* ad Heren. 5 b, Ex ratione defensionis & ex firmamento accusationis, iudicij quæstio nascatur oportet: quam nos iudicationem, Græci κρινόμενον appellant.

\* **CRISPIANVS**, a, um. pro Pla. 275 a, Crispianū iudicium. **CRISPISVLANS**, antis. Top. 226 a, Crispifuscās igneum fulmen.

**CRISPVS**, pa, pum. *intortus.* Tus 200 a, Abiete crispa. Poëtæ.

**CRITICVS**, ei. *poëmatum iudex, quo nomine Aristarchus & Aristophanes grammatici appellati fuerunt.* Ep. 131 a, Ego inter Niciam nostrū, & Vidium iudex sum. profert alter (vt opinor) duobus versiculis expensum, Niciæ, alter Aristarchus hos ἰσχυρίζεται. ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum, vtrum sint τὸ ποιητῆς, an ποιητῆρος ἰσχυρίζεται.

**CROCODILVS**, li. *lacerta est Aegypti immensa magnitudinis.* de Nat. 50 b, Crocodili bestiae sunt aquatiles, quæ in terra tamen gignuntur. Tusc. 243 b, \* Quamvis carnificinā prius subierint Aegyptij, quam ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent. de Nat. 17 b, Ne fando quidem auditum est, crocodilum aut ibim, aut felem violatū ab Aegypto. de Nat. 52 a, Testudines & crocodilos dicunt cū in terra partum ediderint, obruere oua, deinde discedere. Ita & nascuntur & educantur ipsa per sese.

**CROCOTA**, tæ. *vestis muliebris crocea.* de Ar. 254 a, \* P. Clodius à crocota, à mitra, & c. est factus repente popularis.

**CROCVS**, vel **CROCUM**, ci. de Or. 152 a, Vnguentū magis laudatur, quod terrā, quam quod crocum olet. \* Incer. Meliora vnguenta sunt quæ terram, quam quæ crocum sapiunt.

**CRODIMVS**, mi. *locus.* pro Font. 278 a.

**CROMMYACRIS**, cridis. *Cypri promontorium.* Ep. 190 a, Valle,

& c. Cypri à Crommyacride. *Cassij.*

Κρόνος. L. SATVRNVS.

**CROTALVM**, li. *infrumenti genus, quod manu pulsatur laminis quibusdam ex ære rotundis, sonum ex collisione reddentibus, non admodum cymbalo dissimilè.* I. P. 83 b, Neque collegæ tui cymbala & crotala fugi. aliàs, *Crotalia.*

**CROTO**, onis. *vrbs Isalæ.* Attic. 154.

**CROTONIATÆ**, de Inu. 62. de Nat. 7.

**CRUCIAMENTVM**, ti. *cruciatu.* I. A. 232 a, Nec grauiora verè sunt tormenta carnificum, quam interdum cruciamenta morborum.

† Syntaxis. *Cupio & opto. Tui causa cupio vehementer, maximè, omnia. Honestè tibi cupio.*

CVPRESSETVM, ti. locus cupressis confusus. de Leg. 159 a, \* In cupressetis Gnosiorum crebrò insitens, interdum acquiescens, de institutis Rerumpubl. ac de optimis legibus disputat.

CVR, quid est, quod, quã ratione, quid est cause, cur, quid est, quã obrem. de Orat. 160 a, Quid est cause, cur repudietur? de Or. 96 a, Causa, cur cuperes, non erat.

CVR, re. diligentia, studium, cogitatio, meditatio. de Orat. 160 a, Hæc acrem curam diligentiamque desiderant. de Inu. 56 a, Quod ipse magna cū cura atq; diligentia scripsit. de Diu. 99 b, Aegyptij omnè curam in siderum cognitione posuerunt. Ep. 21 b, De sacerdotib tuo quantum curam adhibuerim, cognosces, &c. Att. 151 b, Tu nunc enitere, vt nos cura tua & prouidentia iuues. Off. 4 b, Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur. Ep. 143 b, Te hortor, vt in republ. omni cogitatione curaque incumbas. Item, Si qua de Pompeio nostro tuendo cura te attingit. de Somn. 131 a, Curæ de salute patriæ optimæ sunt. Attic. 284 b, Studium tuum curaq; de salute mea nulla me noua voluptate afficit. Quin. frat. 324 b, Non omnino sumus sine cura anni venientis. Att. 147 b, Quamobrem te rogo, vt in maximis tuis curis aliquid impertias temporis huic quoq; cogitationi. Offic. 33 a, Omnes meas curas, cogitationes in Remp. confero. Epist. 130 a, Quamquam tum quidem & ceteræ alie quæpiam rationes honestas nobis & curas & actiones darent. I. A. 235 b, Et cogeres partem aliquam in Asiara detiuare curæ & cogitationis tuæ. de Orat. 125 b, In ea cogitatione curaq; versor, vt odoror, &c. Ep. 142 a, Sed caue, existimes me, quod iocosus scribam, abiicisse curã Reip. de Ami. 98 b, Quo cū mihi coniuncta cura de re publica & de priuata fuit. Att. 1 a, Petitionis nostræ, quam tibi summi curæ esse scio, huiusmodi ratio est. Epist. 16 b, Tibi erit idē, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ. & 143 b, Mihi maxime curæ est, non de mea quidem vita, sed me patria sollicitat. & 119 a, Eos tibi & rem, de qua mihi, velim curæ habeas. Postq. 202 b, Mihi maiori curæ erit, quemadmodum quidem vobis gratiam referam, quàm quemadmodum inimicorum iniurias persequar. pro Dom. 234 b, Homines soluti, & à cura liberati. Att. 203 a, De Tyrone mihi curæ est. Attic. 140 a, Hanc rem curam tibi maiorem afferre sentio. Epistol. 114 b, Qua tu cura sis, quod ad bellum attinet, nescio. Att. 95 a, Bibulus maximum belli curã sustinet. de Or. 137 a, Omnis cura mea foret in hoc versari, vt profum, &c. Att. 70 a, Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo & maximo mādato. & 172 b, Mihi de augenda dignitate tua curæ erit. I. V. 216 b, Is pollicetur sibi magnæ curæ fore, vt



omnia ciuitatibus restituerentur. \* Frag. ep. Maiore cura tuenda esse quæ parta sunt. ibid. Me leuata cura. Oecon. 1, Nec exigua cura foris acquirerentur. Hortens. In his studiis nobis omnis opera & cura ponenda est. I. V. 148 a, Ille hac cura continebatur, quam sibi nondum confirmato consilio, sed in eunte ætate susceperat. pro Marc. 136 b, Cum id solitudine, cura, labore, tamdiu præstiterim. Offic. 3 b, Cum sumus necessariis negotiis curisq; vacui. Epist. 31 a, Ea pro nostra constantissima voluntate erga te, cura ac diligentia tua complectare.

¶ *Sollicitudo, angor, molestia.* Attic. 39 a, Pompeius de Clodio iubet nos esse sine cura. I. V. 69 b, Hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse. Att. 262 b, Et ipsi dixit, vt sine cura esset. & 245 a, Magna cura & solitudine Atticū & me liberaris, si, & c. Tusc. 169 a, Nulla cura, nulla sollicitudo reliqua est. de D. 139 a, At ex ipso somno plurimæ curæ metusq; nascuntur. de Cl. 165 b, Vos verò & præsentem me cura leuatis, & absentem magna solatia dedistis. Epist. 188 a, Videbaris enim non solum fauere nobis, sed etiam grauem curam suscepisse, vehementerq; esse de nobis sollicitus. Att. 16 a, Cura & angor animi. de Cl. 165 b, Vt eorum aspectu, omnis quæ me angebat de repub. cura confederet. de Diu. 85 a,

*Tu tamen anxiosas curas requiescere relaxas.* de Sen. 77 a, — curam ve leuasti,

*Quæ nunc te coquit, & versas sub peccatore fixa.*

de Cl. 165 b, Quorum memoria in maximis nostris grauissimisq; curis iucunda sanè fuit. \* Offic. 3 b, Quæ cura exuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. Attic. 16 a, Quæ me cura aliqua afficiunt. ibid. Qui sapissimè curam & angorem animi mei sermone & consilio leuasti tuo.

† *Syntaxis. Cura & diligentia. Studium & cura. Cogitatio curaq; Cura de salute. Conferre curas & cogitationes in amicum. Id mihi dat curam honestam. Deriuare curam in seipsum. Curam abijcere. Id mihi est cura: & Habere curæ aliquid. De te mihi est curæ. Curam suscipere.*

\* *CVRANDVS*, a, um. Attic. Nihil minus curandum est atq; hoc. Ep. 256 b, Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo.

*CVRANTIA*, tiæ, cura. (non curantia, incuria. Quint. fr. 310 b, Quoddam admones de non curantia, suadesq; vt meminerim, & c. ego verò memini.

*CVRATIO*, onis, procuratio, administratio. Tusc. 221 b, Sed alia quædam ad eum est ad mouenda curatio. Tusc. 191 a, Omnibus his nullane adhibenda curatio? de Nat. 20 a, Cultus & curatio corporis erit adhibenda Deo. de Nat. 58 a, Oves nullum fructum edere ex se, sine cultu hominum & curatione possunt. Offic. 17 a, Medici grauioribus morbis periculosas curationes & accipites adhibere coguntur. de D. 134 a, Aesculapius potest præscribere per somnium curationem valetudinis. pro R. P. 127 a, Rabirius curationem & quasi dispensationem regiam suscepit. Epist. 258 a, De medico tu bene existimari scribis, sed planè curationes eius non proba. pro Dom. 216 a, Quasi ego in isto genere omnino quicquam, aut curatione, aut potestate valuissem. & 223 b, Ne id quidem per legem Liciniam, vt ipse tibi curationem ferres, facere potuisti. de Ar. 251 a, Aedes Telluris est curationis meæ. Att. 243 a, Seruilia pollicebatur se curaturam, vt illa frumenti curatio S. C. tolleretur. Ep. 92 b, De curatione munerum regionum collocutus sum cum Oppio. de Nat. 1 b, An diu ab omni curatione & administratione rerum vacet? \* Offic. 35 a, Neq; enim valetudinis curatio, & c. sine opera hominum vlla esse potuisset. & 51 a, b, In his utilitatibus præceptis Antipater duo præterita censet, valetudinis curationem & pecuniæ.

† *Syntaxis. Curationem ad aliquem ad mouere, adhibere. (curatio negotiorum & morborum, erit secundum Tullium.) Curatio & administratio. Cultus & curatio. Curationem adhibere alicui, & ad aliquem.*

*CVRATOR*, oris, procurator, præfectus. de Leg. 185 a, Suntu ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorumq; solennium. de Op. 244 b, Demosthenes curator muris reficiendis fuit. I. V. 137 b, Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciendis præstet. Att. 1 b, Thermus curator viæ Flaminie, contra Rull. 69 b, Curatores legibus agrariis constituti sunt decem viri. in Vat. 36 a, \* Vt non nuncios pacis ac belli, non curatores, & c. Senatus more maiorum deligere possit.

\* *CVRATORVS*, a, um. Epist. 259 b, Curia nisi vt medico honores haberetur, & tibi daret quod opus esset: me cui iussisset curaturum.

\* *CVRATVS*, a, um. pro Cornel. 66 a, Sacra Cereris per Græcas semper curata sunt sacerdotes. Ep. 75 b, Erat curata nobis pecunia Valerij mancipij nomine.

*CVRES*, ium, oppidum Sabinorum. Epist. 255 a.

*CVRIA*, tiæ, sedes ac templum publici consilij, scribis priuatis domus pars. de Orat. 143 a, Senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit. de Fin. 91 a, Cato in ipsa curia legere solebat,

dum senatus egeretur. pro Mil. 119 a, An ille curiam incendit? Quo quid miserius? quid acerbius? quid luctuosius vidimus? templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput vrbis, ara sociorum, portum omnium gentium, sedem ab vniuerso populo concessam vni ordini, inflammari, excindi, funestari? Att. 85 b, Seaptius inclusum in curia senatū Salamine obsederat. I. V. 119 a, In curia Syracusis, quem locū illi Buleuterium vocant, & c. ibi inauratam isti, & alteram filio statuum posuerunt. pro Flac. 158 a, Cū curia vindex temeritatis, moderatrix officij, speculatur & obsidet rostra. Att. 20 a, Nulla res me à curia diuellet. de Diuin. 86 b, Curia Saliorum, quæ est in Palatio. & 113 a, Curia Pompeiana in qua Cæsar occisus est. pro Dom. 228 b, Si id xx x. curiæ iussisset, num id iustum esset ratum? \* pro M. Scatur. Curia illa de principatu patris testatur. Postq. 205 b, Elinguem curiam videbatis.

*CVRIALIS*, lis, scribis, municeps. Offic. 46 b, Cimon in suos curiales Laciadas hospitalis fuit.

\* *CVRIANVS*, a, um. de Orat. 110 b, Top. 224 a, Causa Curiana. de Orat. 129 a, Illa perpetua contra Scæuolam Curiana defensio.

*CVRIATVS*, a, um. vt *Curia lex, quæ curiatis comitijs lata erat. Curia comitia, quæ in curijs litium causa fieri solebant: & quæ curiatim per licitorem conuocabantur, quorum erant pontifices arbitri.* Qu. fr. 323 a, Appius sine lege curiata confirmat se Lentulo nostro successurum. Ep. 17 a, Appius dixit in senatu palam sese (si licitū esset legem curiatam ferre) sortiturū esse cū collega prouinciam: si curiata lex non esset, separaturum cum collega, tibiq; successurum, legemq; curiatam consuli ferre opus esse, necesse non esse. cont. Rull. 72, Consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet. & 71 a, iam hoc inauditum est, vt curiata lege magistratus detur, qui, & c. pro Dom. 220 b, Centuriata & curiata comitia.

† *Syntaxis. Lex & comitia curiata.*

*CVRIOSE*, sius, diligenter. Attic. lib. 9, Cū de eo curiosè quæssisset seruus noster Dionysius. de Cl. 176 b, Conquirere aliquid curiosius.

*CVRIOSITAS*, tis, nimia diligentia. Att. 29 b, Sum in curiositate *ἰδύμενος*.

*CVRIOSVS*, a, um, nimium in querendo diligens. de Fin. 70 b, Reperiam multos non tam curiosos, nec tam molestos, quam vos estis. & 49 b, Offic. 25 b, Peregrini & incolæ officium est, nihil præter suum negocium agere, nihil de alio inquirere, minimeque in aliena esse repub. curiosum. pro Dom. 219 b, Curiosum est, ea scire velle, quæ ad nos non pertinent. de Nat. 12 b, Quis enim non timeat curiosum & plenum negocijs Deū? Att. 61 a, Quare vt homini curioso, ita perscribere ad me. Att. 25 a, Tu quicquid indagaris de repub. facito vt sciam, tamen si nimis sum curiosus: statui enim nihil iam de rep. cogitare. pro Dom. 221 a, Non sum inquirendo iure augurū curiosus. Att. 89 b, Sumus enim ambo bellè curiosi. Att. 75 b, Si me nihilominus nostri curiosum in repub. quam te. pro Sest. 7 b, Sed hæc obstructio non ita obducta est, vt curiosis oculis perspicere non possit. pro Cl. 54 b, Seruulus percuriosus.

† *Syntaxis. Curiosus absolute: & in aliqua re. Curiosus, & negocij plenus. Curiosi oculi perspiciunt.*

*CVROS*, as, do operam, laboro, elaboro, studeo, diligentiam, curam adhibeo, medeor, curationem adhibeo, curam in aliqua re pono, curam ac diligentia complector, diligentiam in aliquam rem confero, indulgeo, de seruiio, mihi curæ esse, prociuro. Att. 122 a, Eo ad te scripsi, vt eam epistolam mihi curates referent dam. Tu fasciculum, qui M. Curio descriptus est, velim cures ad eum perferendū. Att. 190 a, His velim meo nomine reddendas literas cures. de Diu. 90 b, Alexander ex eo auro buculam curauit faciendam. Ep. 56 a, Funus ei satis amplum faciendū curauit. Ep. 57 b, Ego quæ pertinet ad te intelligam, studiosissimè omnia diligentissimeq; curabo. Ep. 124 a, Ego quæ ad te pertinere arbitror, studiosè diligenterq; curabo. Epist. 142 a, Noctes & dies nihil aliud ago, nihil curo, nisi vt mei ciues salui sint. Ep. 200 b, Cura, vt valeas. Att. 210 b, Vides, quanto hoc diligentius curem, quam aut de Rumone aut de Pollione. Ep. 114 b, Item de pantheris, vt Cybiratas accersas, curesq; mihi vt vehantur. Epist. 19 b, Vereor, ne eum veneris, non habebas iam quod cures. Att. 172 a, Omnibus rebus cura & prouide, ne, & c. Att. 82 b, Pollicitus sum curaturū me Bruti causa, vt ei Salaminij pecuniam soluerent. Att. 4 b, Cincio H. S. D. C. C. C. C. pro signis megarcis curauit. Qu. fr. 209 b, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curauit. Att. 179 b, Minutius duodecim solā mihi curauit. Att. 2 b, Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. de Fin. 76 a, Qui animi conscientiam non curat. de Diu. 139 b, Sed deos non curare opinor, quid agat humanum genus. Ep. 13 b, Quintus Metellus, qui & summa voluntate cessant, neq; sanè redire curaret, & c. Att. 228 a, Quæ de emendo nihil



nihil curat hoc tempore. ad Heren. 40 b, Ego patriam liberaui, vos liberi esse non curatis. Attic. 216 b, Id populus curat scilicet. pro S. R. 39 b, Intellego me errare: qui cum capiti mederi debeam, reduuiam curem. pro Flac. 146 a, Curare periculum atq; insidias alicui per aliquem. pro Cael. 49 a, Et quod facias in alienū illarum seuerē acciperet, id omisisset curare in hospite? Ac. 39 b, Itaq; ea nolui scribere, quæ nec indocti intelligere possent, nec docti legere curarent. Att. 71 b, Curare mandata alicuius. Top. 226 b, Curare negotia aliena. Att. 1 b, Illam manum tu mihi cura ut prestes. de Nat. 51 b, Magna dii curant, parua negligunt. Att. 103 b, Tartesium istum tuū mihi ad eunt vrbem iube sodes numeros curare. Epist. 57 a, Ego quia curo, attendoq; id tibi asfirmo, te in istis molestiis non diutiū futurum. Att. 190 b, Atticam saluere iube, & eam diligenter cura. in Ant. 222 a, Reicere & curare se. Att. 84 a, Appius est à Phœtius provinēiam curauit, sanguinem misit. de Orat. 146 b, Sed iam surgamus, inquit, nosq; cures. \* ad Her. 28 b, Cur eam rem tam studiosē curas, quæ multas tibi dabit curas.

**CVROR, ris.** Acad. 30 b, Quis enim potest, cum existimet à Deo se curari, non semper diuinum nomen horrere? pro Clu. 25 b, Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari velle, quo curante omnes suos perdidisset. Tusc. 191 a, Corpora curari possunt, animorum nulla medicina est. I. P. 82 a, Cum diceret se violentis quibusdam medicaminibus solere curari. Attic. 4 b, Quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. de Sen. 91 a, Adolescentes grauius ægrotant & tristius curantur. \* ad Heren. 28 b, Amari iucundum est, si curetur ne quid infit amari.

† Syntaxis. *Curare hoc dicit Cic. & de Cef. Non habeo quod curem. Omnibus rebus cura, & provide. Curare alicui libros (comparandos.) Curare insidias & periculum alicui: id est, neſtere, ordiri, moliri. Tristius adoleſcens curatur: id est, difficilius.*

**CVRRENS, tis.** I. A. 198 a, Quamquam ille non eguit consilio cuiusquam, sed tamen, ut dicitur, currentem excitauit. Quint. frat. 298 b, Hæc, nō eō dixi, ut oratio mea dormientem excitare, sed potius ut currentem incitare videatur. Att. 96 a, Quintus filius currentem animum patris sui sorori tuæ reconciliauit. Qu. fr. 15 b, Quare facis tu quidem fratrem, quod me hortaris, sed meherculē currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in hunc conferam. Att. 72 a, Sæpe tu me currentem hortatus es. & 219 a, b, Quod me hortaris, & c. currentem tu quidem, sed, & c. Ep. 252 b, Currentem, ut aiunt, incitare.

† Syntaxis. *Currentem excitare, incitare, hortari.*

**CVRRICVLVM, li.** *spacium quo curritur, stadium, currus, cursus.* de Am. 104 a, Deflexit enim iam aliquantulum de spacio curriculoq; consuetudo maiorum. pro Mur. 135 a, Cum te de curriculo petitionis deflexisses, animumq; ad accusandum transfuisses. de Vni. 202 a, Qui rectē & honestē curriculum viuendū à natura datum confecerit. pro Rab. 91 b, Qui ex constituto spacio defensionis in semihoræ curriculum coëgisti. pro Mur. 137 b, Quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. pro Rab. 96 b, Exiguū nobis vitæ curriculum natura circumscriptis, immensum gloriæ. I. A. 210 b, Omne curriculum in industria nostræ, in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. pro Rab. 131 a, Nec fas esse dicebam versari me in vestro veteri curriculo, & c. de Senect. 82 b, Athletæ in curriculo se exercent. de Senect. 84 b, Hæc sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. de Cl. 180 a, Qui tantum abſit à primo, vix ut in eodem curriculo esse videatur. Orat. 198 a, Ciceronem oratorem ex Academiæ spacijs exitisse: illa enim sunt curricula multiplicium variorumque sermonum. de Clar. 196 b, Tuum enim forum, tuum erat illud curriculum, & c. & 166 b, Vereor equodnam curriculum aliquando sit habitura tua singularis industria. de Leg. 174 a, Quod sine curriculo & certatione corporum fiat. I. V. 145 a, Si ne minimum quidem de meo curriculo, quod mihi semper propositum fuit, decessero. Acad. 47 a, Breuiæ curricula vitæ. in Arat. Sol consistens in Cancro conuertit curriculum. de Ar. 248 b, Tui sacerdotij sunt tenæ, curricula, & c. ad Heren. 24 b, Sic isti cum in artis curriculum descenderunt, aiunt, & c. \* ad Timæ. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum est Solis & Lunæ. pro Arch. 191 a, Quid est quod in tam exiguo vitæ curriculo & tam breui tantis nos in laboribus exeremus? de Leg. 177 a, Ludi publici sint corporum certationes, cursu & pugillatione, iustatione curricularisq; equorum vsq; ad certam victoriam circo constitutis.

† Syntaxis. *De spacio, curriculoque defletere, & se defletere. Curriculum conficere. Cogere in hora curriculum. In curriculo versari. Curricula mentis. De curriculo suo decedere. In artis curriculum descendere.*

**CVRRO, ris.** *cursum conficio, cursum teneo, cursum curro.* contra Rull. 74 b, Cur nō eisdem cursus hoc tempore quos antea

eucurrerunt? Offic. 60 a, Qui stadium currit, eniti debet ut vincat. Attic. 157 b, Curio cucurrit Puteolos. \* Attic. 186 b, Vereor ne iste iam auctonem nullam faciat, ac ludis factis Crispo (al. ad x p) subsidio currat.

**CVRRYVS, rus.** *vehiculum.* de Diu. 138 a, Quidam visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Postquam. 210 b, Equis insignibus & curru aurato in patriam reportari. Tusc. 173 a, Cum sacerdotem ad sacrificium curru vehi fas esset. Att. 210 b, Nec est melius sepequam, quàm ut Lucullus sustineat currum, ut bonus sepe agitator. pro S. R. 35 a, Suis manibus in curru Automedontem collocat. pro Cael. 44 b, Claudia quæ patrem triumphantem de curru detrahi passa non est. \* Tusc. 171 a, *Curru Hectorum quadriga raptarier.*

† Syntaxis. *Quadrigarum curru, Currum sustinere.*

**CVRANS, tis.** de Diu. 83 a,

*Tusc. q; nonnunquam cursans per littora cornix.*

**CVRSIM, cursu.** (*Sensim.* I. V. 168 b, Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu cursim dicis aliena. Attic. 150 b, Quid autem Plancius tam cursim? in Ant. 231 a, Alter in Asiam irrupit cursim. Attic. 142 a, Quæ ego serō & cursim arripui, & successiuis operis, ut aiunt. de Orat. 132 a, Tantum licet furtim, si quando & cursim. Tusc. q. 230 b, Cum amplissima dignitate, ut ad eas cursim perreſtura. ad Her. 41 b, Cum Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt.

† Syntaxis. *Cursim dicere, irrumper, facere impetum.*

\* **CVRSTO, as.** *cursu.* ad Heren. 24 b, Quomodo Ladas aut Boius cum Sicyonijs cursitari.

**CVRRO, as.** *frequenter curro.* pro S. R. 28 a, Postea homines cursare vtrō & citrō non destiterunt. de Senect. 80 b, Cum alij malos scandant, alij per foros cursent. Attic. 143 a, b, Ne cursem huc & illuc via deterrima.

**CVRRO, oris.** de Diuinat. 138 a, Curfor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Tusc. 187 a, Curfores in stadio exclamant. \* de Diuin. 138 a, Vines, inquit, *curfor.* ibid. Is autē vincare, inquit, necesse est. An non intelligis quatuor ante te cucurrisse? Ecce alius curfor. ibid. Sed ad curforem redeo. Ad interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse factum.

**CVRVS, sus.** *curriculum, lapsus, iter, nauigatio.* pro Mur. 132 a, Cum contento cursu hostium classis Italiani peteret. pro Pomp. 10 b, Quis vnquam tam breui tempore tantos cursus conficere potuit? de Orat. 97 a, Qui ingrediuntur ad stadium, quiq; iam sunt in cursu Epist. 46 b, Sed etiam perspicis, qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. ad Heren. 23 a, Solis exortus, cursus, occasus nemo miratur, quia quotidie fiunt. Attic. 42 a, Ille incertus alium cursum petiuit. Attic. 75 b, Ille tibi non ignotus cursus animi & industriae meæ. I. A. 216 a, Quem enim cursum industria tenere potuisset, sine forensibus causis, sine iudicijs? Attic. 2 a, Vides, in quo cursu sumus. de Nat. 76 b, Dionysius cum secundissimo vēto cursum teneret, ridens: Vidēsne, inquit, & c. Att. 120 b, Infero mari nobis incerto cursu nauigandum est. Offic. 62 a, Naues in cursu frumento onustas vidi. de Nat. 64 a, Stellæ cursus certos & constantes habent. Offic. 24 a, Implicari aliquo certo genere cursuque viuendi. de Nat. 39 b, Partus matureſcit nouem Lunæ cursibus. de Somn. 128 b, Orbis extimus, in quo infixi sunt illi qui voluntur stellarum cursus sempiterni. & ibid. b, Hunc ut comites cōsequuntur, alter Veneris, alter Mercurij cursus. de Nat. 35 b, Stellæ nunquam cursus sui vestigium inſectūt de Diu. 101 a, Si lacus emissus lapsu & cursu suo ad mare profluxisset. pro Sest. 13 b, Vita breuis est cursus gloriæ sempiternus. de Clar. 195 b, Hortensius tamen huic cursum confecit. de Orat. 98 a, Tantus cursus verborum fuit, & sic euolauit oratio. ut & c. Orat. 216 b, Interdum cursus est in oratione concitator, interdum moderata ingressio. de Orat. 130 b, Defessus iam labore & itinere disputationis meæ. I. V. 254 a, Tenere eundem cursum. Top. 221 a, Æ cursu ipso reuocauit nos voluntas tua. contra Rull. 74 b, Qui per rectum cursum regnū tenere non potuerunt. ad Heren. 24 b, Si quis ad Olympiacum venerit cursum. \* Hortens. Quod magis hi animi fuerint semper in cursu: id est, in ratione & inuestigandi cupiditate. de Consolat. Nec omnibus eundem cursum in cœlum patere. de Orat. 164 a, Hæc varietas, & hic per omnes sonos vocis cursus, & se tuebitur, & actioni affert suauitatem. Tusc. 244 a, Quid bestiarum? non frigus, non famem, non montiuagos atque syluestres cursus lustrationesque patiuntur? de Natur. 20 a, Omnis cultus & curatio corporis erit adhibenda Deo, quæ adhibetur homini: ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio. de Leg. 160 b, Disputari solent ista: perpetuus cursibus, conuersionibus cœlestibus extiisse quandam materiam serendi generis humani. de Leg. 173 b, Ad eam rationem cursus annuus sacerdotum finiunt. Offic. 3 b, Facile totius vitæ cursum videt homo. de Somn. 129 a, Quam ob causam summus ille cœli stelli-



feri cursus, cuius conuersio est concitior, acuto & excitato mouetur sono: grauiſſimo autem hic lunaris atque infimus. ibid. Illi autem octo cursus, in quibus duplex vis est modorum, septem efficiunt distinctos interuallis sonos. Epistol. 217 a, Te, mi Plance, pro paterna necessitudine, pro nostro amore, pro studijs & omni cursu nostro totius vitæ similimo, rogo & à te ita peto. de Orat. 143 a, Quæ contentiones in medio spacio sepe franguntur & corruunt, & antè in ipso cursu obruantur, quàm portu conspicere possint. † Syntaxis. *Esse in cursu, Rerum cursus & exitus. Petere cursum. Solis cursus, animi, industriæ, gloriæ, nauis. Genus atq; cursus uinendi. Cursus & conuersio celestis.*

**CVRTVS**, a, um. *decurtatus, mutilus.* Orat. 213 a, Meæ aures perfectio completoq; verborum ambitu gaudent, & curta sentiunt, nec amant redundantia. 213 b, Nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, &c. de Finib. 114 b, Eorum enim omnium multa præmittentium, dum eligant aliquid quod sequatur, quasi curta sententia: at verò illa perfecta atq; plena, eorum qui, &c.

**CVRVATVS**, a, um. de N. 14 b, Corpuscula curuata, & quasi adunca.

**CVRVLIS**, le. I. C. 118 a, Non denique hæc sedes honoris, sella curulis, inquam vacua mortis periculo fuit: *id est, sedes consulis.* de Ar. 250 a, Curulis ædilitas. Epistol. 192 b, Curulis sella.

**CYSTODIA**, diæ. *carcer, præsidium, vigilia, excubiæ, conseruatio.* de Nat. 58 a Canum tam fida custodia, tamq; amans dominorum adulatio quid significat aliud. de Clar. 196 a, Tenemus eam eloquentiam domi septam liberali custodia, tueamurq; vt adultam virginem castè, &c. pro Mur. 139 b, Cùm in eiusdem anni custodia te atq; L. Murænam fortuna posuisset. I. P. 98 b, Exercitus præsidium populi Romani, custodia prouinciæ. pro Murgen. 143 a, Deijci de vrbis præsidio, & de custodia ciuitatis deturbari. pro Syll. 175 a, Cùm illæ tabulæ priuata custodia continerentur. I. A. 236 a, Id signum cælo delapsus Vestæ custodijs continetur. de Som. 128 a, Retinendus est animus in custodia corporis. I. A. 212 b, Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocatus sumus. I. A. 213 b, Cuius ego excubias & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo. pro Pomp. 6 b, Publicanorum familiaræ, quas in portibus & custodijs habent. pro Rab. 95 a, Ignauiam suam tenebrarum & parierum custodijs tegere. I. C. 98 b, Illam coloniam meis præsidijs, vigilijsque muniui. pro Planc. 259 a, Non extimesco, ne Cn. Plancio custodia meæ salutis apud vos oblit. pro Mar. 136 a, Nos tibi & excubias & custodias pollicemur. I. A. 244 a, Hæc mea sedes est, hæc vigilia, hæc custodia, hoc præsidium statiuum. de L. 175 b, Vt aduigiletur ad custodiam ignis. pro Milon. 112 b, Milo vitam suam nunquam in periculum sine præsidio & sine custodia prouehabat. I. A. 185 a, & I. V. 249 b, Dare aliquem in custodiam: *id est, in carcerem.* I. V. 265 a, Includere aliquem in custodias. Attic. 277 a, Eripere aliquem ex custodia. I. C. 113 b, Censuerunt, vt P. Lentulus in custodiam traderetur. Quint. frat. 302 b, Is hominè comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit. pro R. P. 126 a, Is in custodia fuit regia, & vita eius oblata poenæ est. de Diuin. 91 b, Socrates cùm esset in custodia publica, &c. I. C. 101 a, Tute ipse in custodiam dedisti. Tusc. 174 a, Emittiq; nos è custodia, & leuari vinculis arbitremur. & 63 b, Socrates cùm posset educi è custodia, noluit. \* Oecon. 1, Hunc sexum custodiæ & diligentæ assignauerat natura. Incer. Custodia castrorum non honoris, sed oneris existimatur. Attic. 170 a, Me mirificæ tranquillitates adhuc tenuerunt, atq; maiore impedimento fuerunt, quàm custodiæ, quibus asseruor.

† Syntaxis. *Custodia fida, liberalis. De custodia deturbari. Custodia detineri. Ad custodiam aduigilare. In custodiam, in custodias dare, includere, tradere. Educere è custodia.*

**CYSTODIENDVS**, a, um. Attic. 243 b, Orationem tibi misi: eius custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit. \* Oecon. 1, Ouium cæterarumque pecudum fœtus atque fructus, clauſtro custodienda erant, nec minus reliqua vtenſilia.

**CYSTODIO**, dis. *asseruo, tueor, septum custodia remeo, in vigilia alicuius rei maneo, priuata custodia contineo, incolumem seruo, obseruo, præsidio, speculor, conseruo.* I. C. 98 b, Multorum te oculi & aures speculabuntur atq; custodient. pro Milon. 114 b, Delecta inuentus, quæ tuum corpus domumq; custodit. in Ant. 229 b, Vt Brutus prouinciæ tueatur, defendat, custodiat, incolumemq; seruet. Orat. 95 b, Posse percipere animo, & custodire memoria. de Orat. 109 a, Custodire literis, quæ à summis viris dicta sint. I. A. 243 b, Hic me non solùm amicorum fidelitas, sed etiam vniuersæ ciuitatis oculi custodiunt.

**CYSTODIO**, ritus. Att. 277 a, Aliquem custodiri vt patriciam. Quint. de Pet. 213 b, Fac, vt se abs te custodiri atq; ob-

seruari sciant. Ep. 82 b, Liber tuus & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissimè.

**CYSTODITVS**, a, um. in Anton. 169 b, Postea custoditus sum à te, tu à me obseruatus. *hic pro Custoditus, alij legunt Culus.*

† Syntaxis. *Aures & oculi speculantur, & custodiunt. Custoditur ab illo liber.*

**CYSTOS**, dis. *utrinque sexus præses, antisætes, conseruator, vindex.* I. V. 222 a, Clamor à vigilibus fanicæ custodibus tollitur. cont. I. C. 110 a, Nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ. I. A. 169 a, Quoties te patèr eius domo sua ciecit? quoties custodes posuit, ne limen intrares? Item, Qui multorū custodem se profiteatur, eum sapientes sui primum capitia aiunt custodem esse oportere. pro Flac. 155 b, Hermippus custos T. Aufidio prætorè in frumento publico est positus. Postq. 208 a, Tu me comitijs prærogatiuæ primum custodem præfeceras. contra Rull. 70 b, Qui tribus quas voluit, vocauit nullo custode sortitas. in Ant. 188 b, O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum. de Fin. 110 a, Sapientia est custos & procuratrix hominis. Offic. 37 a, Malus custos diuturnitatis, metus. \* Prognost. *Caprigeni pecoris custos.* Incer. Ad militiam euntibus dari solebant custodes, quibus primo anno regerentur. cont. Rull. 69 a, Per tribunum plebis, quem maiores præsidem libertatis, custodemque esse voluerunt, reges in ciuitate constitui. cont. Rull. 71 a, Timebat ne illum sibi collegam ascriberetis custodem ac vindicem cupiditatum. pro Dom. 242 a, Dij suorum temporum custodem ac præsidem sceleratissimè pulsum cùm videret, ex suis templis in eius ædes immigrare volebant. pro Sest. 15 a, Pro Dij immortales, custodes & conseruatores huius vrbis atq; imperij. pro Sest. 26 b, Senatium Reipub. custodem, præsidem, propugnatorem collocauerunt.

† Syntaxis. *Præses ac custos. Custos & vindex. Vigil & custos. Custodes ponere. Custos & conseruator. Custos, præses, propugnatorem. Sapientia custos atque procuratrix.*

**CVTIS**, tis. *pellis, corium.* Epistol. 154 b, Planci. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest, quàm seiri curarique possit.

**CYBÆA**, bææ. *nauis oneraria.* in Verr. 293 b, & a 7. Nauem verò Cybæam maximam triremis instar pulcherrimam atq; ornatissimam palam ædificatam sumptu publico, &c. \* I. V. 203 b, Rogatus de Cybæa quid responderit.

**CYBELE**, les. *magna mater, Idæa mater.* de Ar. 249 a, Hanc matrem magnam accepimus. agros & nemora cū quodam strepitu fremituq; peragrarè, de Senect. 86 a, Sacra Idæa Magnæ matris. de Leg. 174 a, Mater Idæa. de Ar. 248 b, Mater dea, aliter, Idæa: scè enim nobis corrigendus locus videtur.

**KYKAOE**, L. **CYRCVLVS**.

**CYBIRA**, æ. *oppidum.* I. V. 206 a, Epistol. 213.

**CYBIRATAE**, I. V. 206 a.

**CYBIRATICVS**, ca, cum. I. V. 210 b.

**CYBISTRA**, orum. *oppidum ad monsem Tauurum in Cappadocia.* Epistol. 241 b, Att. 77 b.

**CYCLOPS**, pis. *monstri genus.* I. V. 265 b, Cyclops Aetnam solam & eam partem Siciliæ tenuisse dicitur.

**CYDNVS**, ni. *Ciliciæ flumen.* I. A. 165 b.

**CYGNVS**, a, um. *cygni peculiaris.* Cygnæa vox & oratio. de Orat. 143 a.

**CYGNVS**, ni. *avis candidissima, quæ & Olor.* Tusc. 163 b, Cygni nō sine causa Apollini dicati sunt, sed quod eo diuinationem habere videantur: quia prouidetes quid in morte boni sit, cū cantu & voluprate moriuntur. \* de Nat. 50 b, Quæ animalia altiora sunt, vt anseres, vt cygni, adiuantur proceritate collorum.

**CYLINDRVS**, dri. *omne quod volubile est, qualis est columna lapidea, teres, qua terra densatur & æquatur.* de Nat. 6 b, At mihi vel cylindri, vel quadrati, vel conici, vel pyramidis formæ videtur esse formosior. & 35 a, de Fa. 149 a, Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis: volubilitatem autem non dedit. & ibid. Cylindrum volui, & turbinem versari putat. & 148 b, Chryſippus reuertitur ad cylindrum & turbinem suum: quæ moueri incipere, nisi pulsa, non possunt. Tusc. 241 a, In summo sepulchro Archimedis, sphaera erat posita cum cylindro.

**CYLLENIVS**, a, um. in Arat.

*Cedit clara fides Cyllenia. — id est, Lyra Mercurij.*

**CYLO**, vel **CYLO**, onis. *cynedus, impudica patiens, turpiter euenus.* in Sall. 275 a, Quicquid impudicorum, cylonum, &c. fuit in vrbe, &c.

**CYLONIVS**, a, um. *Cylonis Atheniensis: de quo Thucydides lib. 1. de Leg. 175 a, Nam illud vitiosum Athenis, quod Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ sanum & impudentiæ.*

**CYMBÆA**, æ. *parua nauis, scapha.* Offic. 63 b, Cymbarum autè oculos multitudo.



CYMBALVM, li. I. P. 83 b, Neque collegæ tui cymbala & crotala fugi. & ibid. 84, Domum cantu & cymbalis personare.

CYMEVS, fundus Romæ. pro Flac. 156 a.

CYNICVS, a, um. de Orat. 148 b, Ab Antisthene Cynici primum, deinde Stoici. Offic. 30 a, Cynicorum verò ratio tota eijcienda.

CYNNA, næ. quater consul Romanus. Tusc. 238 b, & 239 a, Cynna collegæ sui consulis C. Octauij præcidi caputiussit.

CYNOCEPHALVS, li. simiarum de genere, sed maior & ferocior. Att. 89 a, Erat præterea cynocephalus in effedo, nec dectant onagri.

CYNOSVRA, ræ. minor vsa, altera ægræ: duc enim ægræ sunt. \* Acad. 17 a, Meas cogitationes sic dirigo non ad illam paruulam Cynosuram,

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto:

eoque directiùs gubernant, quòd eam teneant. de Nat. 46 b, Hunc polum circum ægræ duc feruntur, nunquam occidentes,

Ex his altera apud Græcos Cynosura vocatur.

Altera dicitur esse Helice.

de Nat. 47 a, Paribusque stellis similiter distinctis eundem cœli verticem lustrat parua Cynosura,

Hæc fidunt duce nocturna Phœnices in alto,

Hæc verò parua est, sed nautis vsus in hac est.

Nam cuius interiori brevi conuertitur orbe.

CYNO SVRAE, oppidum & promontorium in Arcadia. de Nat. 71 a, Aesculapius dicitur humatus esse Cynosuris.

CYPRIVS, a, um. pro Dom. 224 a, Rex Cyprius. & de Diu. 91 b, Eudemus Cyprius.

CYPRVS, insula. Att. 81, Ep. 190 a, & 247. pro Flac. 152 a.

CYRENAE, arum. vrbs. pro Planc. 261 b, Desiderarunt te, inquit, oculi mei, cum tu esses Cyrenis.

CYRENAE I. Acad. 19 a.

CYRENAICVS, a, um. Offic. 57 b, Ab Aristippo Cyrenaici atq; Annicerij philosophi nominati. de Orat. 148 b, Ab Aristippo, quem illæ magis voluptuariæ disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manauit.

CYRENSIS, cont. Rull. 76 a, Agros Cyrenenses.

\* CYREVS, a, um. à Cyro archicecto, aut ad exemplum formæ ab eo designatae factus. Attic. 60 b, Nostram ambulationem & Laconicum, eaq; quæ Cyrea sunt, velim cum poteris inuias. Alij circa legunt.

CYRHESTICA, cæ. Syriæ pars proxima Ciliciæ. Att. 77 b.

KYPIAΣ δόξας. L. SENTENTIA.

CYRVS, ni. Quint. frat. 294 a, Cyrus ille à Xenophonte non ad historię fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij. de Clar. 174 b, At Cyri vitam & disciplinam legunt, &c.

CYZICVS, ci. vrbs Asia. I. V. 26 b, & alibi.

CYZICENI, orum. I. V. 231 a, & pro Pomp. 7 b, Urbem Cyzinorum.

## D



Latinorum literula muta: in numeris valet quingenta. Att. 4 b, H-S. DCXX.

DACTYLICVS, a, um. Orat. 215 b, Dactylicus numerus.

DACTYLVS, li. pes in versu. \* de Orat. 159 b, Ad heroos nos pedes, dactylum & anapestum & spondeum inuitat. Orat. 215 b,

Ita fit æqualis dactylus. ibid. Ephorus pæana sequitur aut dactylum. ibid. Quòd enim pæan habeat tres breues, dactylus autem duas. Orat. 216 a, Iambus & dactylus in versum cadunt maximè. Itaque vt versum fugimus in oratione: sic hi sunt euitandi continuati pedes. ibid. Ephorus ne spondeum quidem intelligit esse æqualem dactylo, quem probat. ibid. Iambus frequentissimus est in ijs, quæ demisso atque humili sermone dicuntur: pæan autem in amplioribus: in vtroque dactylus. Ita in varia & perpetua oratione hi sunt inter se miscendi & temperandi. Orat. 218 a, Ne dactylus quidem, qui est è longa & duabus breuibus, si est proximus à postremo, parum volubiler peruenit ad extremum. Sed ijdem hi tres pedes malè concludunt, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus. Nihil enim interest, dactylus sit extremus an creticus.

DAEMON, nis. lar. de Vni. 201 b, Dij quos Græci δαίμονας appellant, nostri (vt opinor) lares, si modò hoc rectè conuersum videri potest.

DAEMONIVM, genius sapiens. de Diu. 105 b, Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quodq; ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse diuinum quiddam, quod Dæmonium appellat, cui semper ipse paruereit, nunquam impellenti, sæpe reuocanti.

DALMATIA, ræ. Epist. 67 a, Dalmatis dij malè faciant, qui tibi molesti sunt.

DALMATIA, tiæ. regio in Illyrijs. Epist. 66 b, ter, Vatinij.

DALMATICVS, a, um. Epist. 66 a, Cæsar de meis rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert. Vatinij. \* Epist. 65 b, Fritig Dalmaticum.

DAMNATIO, onis. condemnatio. Attic. 102 b, Omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos illac facere. pro Cl. 28 b, Quid est illa damnatione iudicatum, nisi, &c. I. V. 129 a, Hanc damnationem duci non oportet. ad Heren. 5 b, Ne parua quidè dubitatio potest remorari damnationem. \* I. V. 167 b, Hæc pecunia tibi fraudi & damnationi esse debent. I. V. 262 a, Ne falsa damnatio magistratibus nostris questui posset esse. in Pison. 98 a, Quid ego reorum acerbissimas damnationes proferam?

DAMNATORIVS, a, um. in Verr. 159 a, Damnatorium iudicium.

DAMNATVS, a, um. pro R. P. 123 b, Causa iudicata atque damnata. I. V. 257 b, Næuius iniuriarū damnatus est. Tusc. 158 b, Sed plurimi contrā tuncuntur, animosque quass capite damnatos morte multant. & 169 b, Capite damnari. Attic. 289 b, Si Lepidus positus armis de vi damnatus esset, pro Flac. 155 a, Nicomedes, qui & furti, & pro socio damnatus est. pro Cluent. 19 a, Causa, quæ ipsi opinione hominum tacita propè conuicta & damnata sit. de Clar. 193 b, Iam Qu. Varius sua lege damnatus exsuperat. & de Or. 105 a, Ergo ille quoq; damnatus est, non solum primis sententijs, quibus, &c. sed etiam illis, quas, &c. pro S. R. 37 b, Damnatus per arbitrum, & rem restituit, & honestatem omnem amittit. I. V. 73 b, Qui ambo peculatus damnati sunt & ibid. Qui de maiestate damnatus est. I. A. 157 a, Lex quæ iubet ei qui de vi, itemq; ei qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici. \* pro Cluent. 41 b, Vt reo damnato de pecunijs repetundis. I. A. 252 a, Quo scelere damnatus in eam urbem redijt armis, à (al. è) qua exsuperat legibus.

DAMNO, as. condemno, improbo, conuincio. (Absoluo. pro Dom. 214 b, Eos ego potissimum damnare debui. Attic. 109 b, Damnare aliquem sceleris. Par. 244 a, Damnare aliquem stultitiæ. ad Heren. 31 b, At cum vos iurati capite damnatis. ad Heren. 29 a, Maiores nostri, si quam vnus peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant.

DAMNORIS, in Verr. 223 b, Vt is eo crimine damnaretur. pro S. R. 37 a, Turpi iudicio damnari. I. V. 237 b, Damnari nomine coniurationis. de Clar. 180 b, Damnari ambitus. \* con. C. Anton. Qua lege duos consules designatos vno tempore damnari vidimus.

† Syntaxis. Causa iudicata, atq; damnata. Iniuriarum damnatus, capite, de vi. Causa conuicta & damnata. Damnare aliquem stultitiæ, de vi, nomine coniurationis.

DAMNVM, ni. iactura, detrimentum, incommodum, malum, fraus. Off. 7 a, Nec contra officium est, maius damnū antepōni minori. de Clar. 175 b, Damnum Græchi immaturo interitu res Romanæ Latinæq; literæ fecerunt. Epist. 161 b, Magnum damnum factum est in Seruio. Epistol. 110 b, Quòd declarationibus nostris cares, damni nihil facis. Attic. 12 b, Nihil est damni factum noui. de Finib. 146 a, Si mercatura aliquid damni contraxerit. Epist. 10 b, In meis damnis ex autoritate Senatus resarciendæ eam voluntatem præstiterunt, contra Rull. 64 b, Non quero flagitium huius iacturæ atque damni. Offic. 56 b, Qui coniunctionem ciuim dirimunt, eos leges morte, exilio, vinculis, damno coercerent. I. A. 155 a, Quis vnquam tanto damno senatorem cogit? Attic. 213 b, Επὶ τὸν νόμον magnum nullum fieri potest damnum, vel non magnum molestum futurum est. Topic. 222 a, Damni infecti promittere. pro Qu. Rosc. 50 a, Iudicium damni iniuriæ constitutum. pro Qu. Rosc. 24 a, Cūm lis contestata cum Flauio damni iniuria esset. \* Hortens. Quod damnum est, quod non euocetur atque eliciatur voluptate. de Leg. 166 a, Eos propter damna, aut detrimenta, aut cruciatus aliquos, miseròs dicimus. Attic. 225 b, Vt hoc damnum quaestuosum sit.

† Syntaxis. Damnum facere id est, pati. In illo magnum sit malum. Damnum contrahere. Iactura & damnum. Damnum ac detrimentum.

DANAIVM, orum. Græci. de Inu. 33 b, de Fin. 68 a.

DANDVS, a, um. DATVR, &c. vide post D o.

DARDANI, populi feri in sinu Illyrico, à Troianis oriundi. pro Sest. 22 b.

DARDANVS, ni. philosophus Stoicus. Acad. 13 a.

DAREVS, rei. de Fin. 146 b, Polycrates ab Oronte Darei prætor in erucem actus est.

DATIO, onis. cont. Rull. 78 a, Cuius iudicium legumq; datio tollitur. alias, latio, à fero.

DATVM & Acceptum. de Amic. 107 a, Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos reuocare amicitias, vt



par sit ratio acceptorum & datorum. & ibid. Nec obscura, strictene plus reddat, quam acceperit.

\* **DATVRVS, DATVS.** vide post Do.

**DE prapofitio, vim habet significandi A.** Ex quo: nimirum ipsam materiam. Epistol. 109 a, Duos parietes de eadem fidelia dealbare: *proverbium*. Attic. 262 a, Atticus pecuniam dealbaruit de suo.

¶ **Cum potestate partis, copie, quantitatis.** contra Rull. 70 b, Comitia de minore parte populi facta. contra Rull. 88 a, Non admittit cuiquam gleba de Syllanis agris. de Diuin. 136 a, Misit coniectori, quantum visum est, de argento: tum ille, Nihilne de vitello? Parad. 117 a, Ceteri multa de suis rebus secum asportabant. I. V. 121 b, Nihil ex sacro, nihil de publico attrigi. de Orat. 89 b, Quicquid erit quacunque ex arte, quo cunq; de genere. pro S. R. 22 a, b, Cui de tanto patrimonio nihil relictum est.

¶ **Cum vi subiecte materie tractate.** pro Qu. 5 b, De re pecuniaria iudicium esse. & ibid. a, De capite suo priore loco causam dicere. de Orat. 207 b, Explicare mentem suam de quaere. de Orat. 200 b, De rebus bellicis canere bellum. de Clar. 168 b, Sit sane, vt iubet, de isto. I. V. 175 a, Recita de epistola reliqua. de Orat. 193 a, Philosophus qui de sua vi ac sapientia vnus omnia penè proficitur. pro Quint. R. 46 b, De quo nomine ad arbitrum adisti, de eo ad iudicem venisti. Attic. 208 a, Illa quæ habes de Academicis, frustra descripta sunt. de Orat. 162 a, His de rebus sol me ille admonuit, vt breuior essem. Attic. 139 b, Itaque neque de ocio nostro spero iam, neque, &c. de Cl. 174 b, Sunt orationes eius icinæ, multa præclara de iure. pro Sest. 19 b, Quæ etiam collegæ eius moderatio de me. pro Cor. 64 b, Quis dubitaret de iure pacis & belli omnibus iuris peritissimis imperatores nostre anteferre? de Orat. 88 b, Nihil te de ratione vitæ didicisse, nihil quæsisse, nihil scire conuincam. de Diuinat. 92 a, Somnium de Simonide, qui, &c. & 109 b, Vt Græcis de philosophia literis non egeant. Epist. 178 a, Consilij tuis, quæ scribis de agris assignandis ab utrisque vestrum, vehementer assentior. Attic. 191 a, Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. pro Milon. 120 b, Fama de interitu Clodij. & ibidem, Læticia de interitu Clodij. Attic. 101 a, Epistola in qua est de periculis Reip. I. V. 169 a, Recita decretum de tributis. Quint. frat. 3 17 a, O iucundas mihi tuas de Britannia literas: contra Rull. 27 a, Vt in omnibus meis factis atque consilij vestrum de me factum consiliumque laudetur. de Inuent. 80 b, Deinde, vtra lex de genere omni, vtra de parte quadam, vtra communiter in plures, vtra in aliquam certam rem scripta videatur. de Orat. 115 b, Præcepta de re militari cuiquam dare. & 117 a, Cuiusmodi artificij de ipso iure ciuili Crassus componi posse dixit. de Orat. 129 b, Oratio Crassi de Colonia Narbonensis, & altera de lege Seruilia. de Diuin. 108 b, Primus liber est de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore, &c. Attic. 189 b, Liber de minuendo mœrore. de Clar. 167 b, Philosophia de natura. Offic. 68 b, Ipse autem in ore semper Græcos versus de Phœnissis habebat. I. C. 109 a, Postremum genus est de delectu Catilinæ.

¶ **Est & significatio vocum, Inter, Ex.** de Clar. 176 a, Is accusator de plebe fuit. de Diuin. 108 a, Astrologi de circo. I. A. 173 a, Exultabat gaudio persona de mimo modò egens, repente diues. Eximi de reis. L. EXIMO. Attic. 78 a, Mitte ad nos de tuis aliquem tabellarium. Attic. 1 a, De ijs, qui nunc petunt, Cæsar certus putatur. Epist. 178 a, Cum quidam de collegijs nostris agrariam curationem ligurirent, disturbauit rem. Attic. 117 b, Ei statim rescripsi, hominemq; certum nisi de comitibus meis. de Orat. 101 a, Nemo de ijs qui peritissimi sunt, huic antependus est. & 115 a, Magnum quoddam opus est, atque hæud sciam, an de humanis operibus longè maximum. pro Milon. 114 a, Vnus de illis. de Cl. 171 b, Oratio Lælij de collegis non melior, quam de multis, quam vobis, Scipionis. & 175 b, Ego istum de superioribus penè solum lego. de Orat. 201 b, De firmissimis alia prima ponet, alia extrema. & ibid. Id secundum erat de tribus. de Leg. 178 a, Deinceps in lege est, vt de tribus patrijs colantur optimi. Quint. frat. 291 b, Legatos habes, de quibus dignitate præstat Tubero. de Op. 243 b, Is habeatur sanè orator, sed de minoribus. pro S. R. 35 a, De tribus & decem fundis, iste tres possidet. I. A. 212 b, De tribus enim quæ proposui, hoc extremum est. pro Lig. 139 b, Quam multi essent de victoribus, qui, &c. cum etiam de victis reperiantur quam multi, qui, &c. de Inu. 56 b, Quodlibet exemplum de ijs quæ proposita sunt. Offic. 22 a, De Græcis autem facetus Sociates: id est, ex Græcis. de Leg. 160 b, Ex tot generibus nullum est animal præter hominem quod habeat notitiam aliquam Dei: de ipsisque hominibus nulla gens est, quæ non habendum sciat esse Deum item, Ac primum de tribus illis quæ antè dixi, benevolentia præcepta

videamus. pro Dom. 233 a, Nemo fuit, &c. qui rem vllam de meis bonis attigerit. pro Fl. 471 b, Si quis vnquã de nostris hominibus fuit, &c.

¶ **Cum vi temporis.** Qu. fr. 315 b, De multa nocte vigilare. ¶ **Loci ratione.** de Diu. 99 b, Apud Hetruscos propter crassitudinem aëris de celo multa fiunt. I. V. 220 a, Hæc agebatur de sella ac de loco superiore. & 209 b, De manibus prædam amittere. pro Cl. 52 b, A. Binnius quidam caupo de via Latina. de Orat. 111 a, Hominem audietem de schola, &c. de Orat. 201 a, Non enim declamatores de ludo, aut rabulam de foro quærimus. pro Cecin. 296 b, Saxum de terra tollere. pro Sext. Rosc. 44 a, Excipere aliquem qui de manibus alterius effugisset. Att. 240 a, Ecce autem de transfuerso L. Cæsar, &c.

¶ **Autoritatis.** pro S. R. 22 b, De amicorū sententia Roscius Romæ confugit. Att. 215 a, Cæsar nō est facturum quicquã nisi de meo cōsilio. pro Cæl. 52 a, Facere aliquid de sententia atq; autoritate alicuius. Tusc. 182 a, Minos leges sanxit de Iouis sententia. Att. 93 b, Puer literas patris aperire sollet, idq; de meo consilio. & 55 a, Vix tamen sibi de mea voluntate concessum est. & 104 b, Nihil faciam nisi de sententia tua. Epist. 184 b, Facere aliquid de consilio alicuius. Att. 40 a, & I. V. 116 b, Capere consilium de sententia alicuius. de Inu. 62 b, Tum Cratoniæ publico de consilio virginæ vnū in locum conduxerunt.

¶ **Cum vi vocule Ab.** pro Dom. 239 a, Agri de hostibus capti. pro Cec. 305 a, Nec minus vereretur, ne contemnere Eburnium, quam deo contemptus esse existimaretur. Att. 193 a, Id de Marcello scire potest. Att. 8 a, Postea Messala consul de Pompeio quæsiuit, quid de religione sentiret. & 6 b, De eo mihi Thylius se audisse scribit hæc, esse hominem cum Antonio, &c. Att. 1 b, Accipere aliquid de aliquo. de Leg. 156 b, Quæro, an ita factum, de Mario, vt scribis, acceperis. Att. 215 a, Is C. C. iugera de M. Pilio emit.

¶ **Tandem, pro, propter, & gratia, vel culpa.** Attic. 150 a, Pompeius misit ad me Magium de pace: quæ visa sunt, respondi. pro Dom. 222 a, Collegia tribunorum tota reperitur, quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis. Attic. 186 b, Sed velim scire, ho diene statim de auctione, aut quo die venias. I. A. 155 a, Cum languerē de via. de Fin. 39 a, Fessus de via. Part. 241 b, Defensor autē de æquitate nitatur. Offic. 9 a, Regulus de captiuis commurandis Romam missus est. de Orat. 100 a, Quod quidem certis de causis aliter existimatur. Orat. 215 b, Quæ de causa sit, vt, &c. Attic. 32 a, Si quid de ea causa venierunt. de Ar. 253 b, Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. Attic. 115 b, Is de quo angor & crucior. Epist. 124 a, Intemelij in armis sunt, neque de magna causa. Epist. 119 a, Eos tibi & rem de qua misi, velim curæ habeas. de Cl. 42 b, Excipere quibus de causis non liceat, &c. Attic. 101 a, Nam de illo altero minus sum admiratus. Att. 201 a, De Othone diffido. Attic. 140 b, De Repub. quotidie magis timeo. Att. 42 b, Me metus de fratre in scribendo impedit.

† **Syntaxis. Pecunia hæc de meo est. Collegia de pijs facta. De quo nomine iudicem accedis? Est ille de nostris hominibus? De transfuerso. Id faciam de tuo consilio. De nuncio accipere: id est, a. De illa causa non venias: id est, propter. Capti de hostibus vrbs.**

**DE A, de q. L. DEVS.** pro Rabir. 91 a, Ab Ioue optimo Maximo cæterisq; dijs deabusque immortalibus pacem accipiam, peto, precorq; vt, &c. de Nat. 68 b, Qui de dea matre est, Deus sit necesse est. Anteq. 196 b, Dij deaq; immortales, qui, &c.

**DE ALBATS, a, um.** I. V. 105 b, Columnæ, quas dealbatas videtur.

**DE ALBO, as. sectorium induco.** Epist. 109 a, Duos parietes de eadem fidelia dealbare, *proverbium*.

**DE ALBOR, tis.** I. V. 105 b, Quod si tanta pecunia columnæ dealbari potuissent, certè nunquam ædilitatem petuissent.

**DE AMBVLATVR.** de Leg. 158 b, Quin igitur ad illa spacia nostra sedesq; pergimus? vbi cū satis erit deambulatum, requiescemus. & 169 a, Satis iam deambulatum est. de Or. 131 b, Eamus deambulatum: & ille, Quid opus fuit de? Imò verò, inquit, quid opus fuit te?

**DE BEO, bes. faciendum est, vt, &c. conuenit, oportet.** Attic. 273 b, Ciuis talis, qualis & prudentissimus & fortuna optima esse debet. Orat. 203 a, Magni iudicij & summæ facultatis esse debet moderator ille, &c. Epistol. 6 a, Qui & te maxime debuerunt, & plurimum iuuare potuerunt. de D. 127 a, Oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quæ ratione atq; animo videre debebant. Att. 141 a, Si volent grati esse, debent Pompeium hortari, vt mihi sit amicus. de Vni. 203 a, Quantum esset, quod deberet accedere. *de vi dicitur* de Orat. 137 b, Nam principia habere hanc vim magnoperè debent, vt possint, &c. & ibid. Principia causarum propria esse debent.

¶ **Refertur etiam ad res alienum.** Attic. 168 a, & Ep. 209 b, Is debet mihi



DECVSSO, as. *in forma X. literæ confusio.* de Vniu. 199 a, Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæque accommodans, mediam quasi decessauit.

DEDECET, bat. *indecorum est.* (Decet, decorum est. Or. 293 b, Decere quasi aptum esse & consentaneum personæ, contraque item dedecere. de Orat. 96 a, Ijs quæ habeas modicè ac scienter uti, & vt ne dedecet. Tusc. 221 a, Oratorem irasci minimè decet, simulare non dedecet. Offic. 29 b, Ut si quid dedecet in illis, vitemus & ipsi. aliter, in illos.

DEDECORANS, tis. *turpificans.* Offic. 53 b, Te inanem redire turpissimum est, dedecorantem & vrbis autoritatem, & magistrum.

DEDECVS, oris. *turpitudine, nota turpitudinis, infamia, probrium, labes, macula, ignominia, labes turpitudinis, opprobrium.* Tusc. 177 b, Nihil videri debet peius dedecore. I. A. 190 b, Nihil est detestabilius dedecore. de Leg. 167 a, Antiqui decus summum bonum esse dixerunt, item dedecus summum malum. ad Her. 17 b, Dolor dedecore & infamia leuior est. Offic. 28 a, Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo. Attic. 122 b, Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, & 124 b, Sed vereor, ne cum nihil proficiam, etiam dedecori sim. Off. 24 b, Optima hereditas à patribus traditur liberis, gloria virtutis: cui dedecore esse, nefas iudicandum est. de Diuin. 113 a, Cum ignominia & dedecore mori. I. V. 75 a, & Attic. 138 b, Admittere dedecus. Offic. 25 a, Sin autem libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est: quod & ipsa senectus concipit dedecus, & c. Epist. 40 b, Admissum de decus confitebor. pro Mur. 126 b, Sed aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum est flagitium ac dedecus. I. C. 100 a, Quæ nota domesticæ turpitudinis non iniusta vitæ tuæ est: quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? pro Cl. 19 b, Huic nihil possit offensionis accidere sine summo dedecore vitæ ac turpitudine. Attic. 119 b, Subire periculum cum aliquo fortè dedecore. de Fin. 58 b, Incurrere in dedecora. Attic. 160 a, Nec versari inter eos sine dedecore potero. I. V. 160 b, Homo in dedecore natus. de Clar. 176 a, M. Brutus, in quo magnum fuit, Brute, dedecus generi vestro. pro S. R. 29 b, Sumptus effusi cū probro atque dedecore. Att. 256 b, Factum meum flagitij plenū & dedecoris. pro Clu. 30 a, Iudicia vera, atque insigni turpitudine notata, atque operta dedecore & infamia. ad Heren. 35 a, Aliquem iuis maculæ & dedecori esse. \* ad Hortensium, Quod dedecus est, quod non euocetur atque eliciatur voluptate? I. V. 264 a, Neque hæc tottantaque dedecora dissimulatione tua,

neque obliuione hominum ac taciturnitate tegere voluisti. Att. 124 b, Vereor ne, nihil cum proficiam, etiam decori sim studijs ac literis nostris.

\* Syntaxis. *Flagitium ac dedecus. Probrium & dedecus. Dedecus & infamia. Macula & dedecus. Dedecus ac turpitudine. Dedecus admittere, concipere. Id fiet dedecori tibi: & erit ad dedecus. Incurrere in dedecora. In dedecore nasci.*

DEDICATIO, onis. *consecratio.* pro Dom. 234 a, Nisi quem fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterreret. pro Dom. 238 a, An consecratio nullum habet ius? dedicatio est religio? pro Dom. 237 b, Postem teneri in dedicationem templi oportet. \* pro Dom. 237 a, Hanc tu dedicationem appellas? ibid. An istæ dedicationes ad honorem Deorum immortalium sine illa ciuium calamitate à maiorib. nostris constitutæ sunt? pro Dom. 237 b, Quid ego de dedicatione loquar? & 238 b, Dedicatio magnam habet religionem. ibidem, In dedicatione nõnne & quis dicit? & quid? & quomodo quæritur?

DEDICATVRVS, a, um. I. V. 228 b, Marcellus duo templa dedicaturum se Romæ vouerat.

DEDICATVS, a, um. de Leg. 168 a, Ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit. de Nat. 38 a, Fides & Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus à M. Aemilio. & ibidem, Virtutis & Honoris templum à Qu. Maximo dedicatum. de Leg. 175 a, Bene verò, quod Mens, Pietas, Fides consecratur manu: quarum omnium dedicata publice templa sunt. I. V. 214 b, Ut cum aduissent simulacrum Iouis Opt. Max. dedicatum, legatos mitterent. de Nat. 62 a, Aedes Castori & Polluci in foro dedicata.

DEDICO, as. *dico, confesco, religiosum facio, religionem in aliquem locum infero, aliquem locum religione deuincio.* pro Arch. 189 b, Smyrnæi delubrum Homero dedicauerunt. pro Dom. 237 b, Simulacrum aut aram dedicare. de Nat. 41 b, Consecrare & publicè dedicare aliquem deum. pro Flac. Ad hæc prædia incensa dedicaui. pro Dom. 233 b, Quid, quod nunc apud Pontificis agis? te meam domum consecrasse, te monumentum fecisse, te in ædibus meis signum dedicasse.

DEDICOR, ris. *consecror.* de Leg. 156 b, Romulus templum sibi dedicari in eo loco iussit.

\* Syntaxis. *Dedicare templa, idola, aras, prædia, signa.*

DEDISCENDVS, a, um. Epistol. 138 b, Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.

DEDISCO, scis. *quæ auidici, obliuiscor.* de Orat. 151 b, Cum iuuentus nostra dedisceret penè discendo. Epist. 141 b, Deinde vereor, ne nescio quid illud, quod solebas, dediscas, & obliuiscare cœnulas facere. de Clar. 169 a, Eloquentia loqui penè dedidicit. pro Quint. 10 a, Etenim si vult bonorum virorum instituto viuere, multa oportet discat atque dediscat.

DEDISCOR, ris. de Clar. 179 b, Hæc verba mutari dediscique possunt.

DEDITIO, onis. *subiectio, cum quis se in hostis potestatem tradit.* pro Pomp. 10 b, Pompeius eis spem deditiois non ademit, obsides imperauit. I. A. 257 b, Cum locum tibi relictu non modò ad pacem, sed ne ad deditioem quidem feceris. Offic. 74 a, Atque huius deditiois ipse qui dedebatur, autor fuit. I. A. 193 b, 194 a, Maiores nostri bellicosissimas gentes in deditioem imperij redegerunt.

DEDITICVS, a, um. *deditus.* Attic. 274 b, Id senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad tuos siue captiuos, siue dediticios pertinere.

DEDITVS, a, um. Epist. 8 b, Vt te admoneam, quod ipse literis omnibus à pueritia deditus, experiendo magis quàm discendo cognoui. de Orat. 89 b, M. Marcellus, & c. iam tum erat adulescentulus his studijs misericè deditus de Orat. 85 a, Artes, quibus à pueris dediti fuimus. pro Mil. 119 b, Vir bonorum voluntati & autoritati senatus deditus. pro Cæl. 51 b, Homo grauitati deditus. pro Arch. 183 a, Fateor me his studijs esse deditum. I. V. 160, Is ciues Romanos coluit, ijs indulsit, eorum voluntati & gratiæ deditus fuit. pro S. R. 24 b, Vita vitij omnibus dedita. pro Dom. 238 b, Vir religionibus deditus. Epist. 65 a, Hoc sum magis Publio deditus, quod, & c. de Fin. 114 b, Epicuro deditus. pro Cæl. 53 a, Culus prima ætas dedita disciplinis fuit, ijs que artibus. de Cl. 185 a, Qu. Cæpio nimis equestri ordini deditus. pro Cæl. 47 a, Animus libidini deditus, cupiditate impeditus. de Clar. 171 b, Qu. Nobilior iam patrio instituto deditus studio literarum. pro Cæl. 54 b, Hunc addictum, deditum, obstrictum tibi habebis. Attic. 156 a, Vt igitur hæc scirem, dedita opera has ad te literas misi. de Orator. 161 a, Opera dedita facere aliquid. de Inu. 73 b, Imperatore Samnibus dedito. \* pro Cornel. 64 b, Assiduus vsus vni rei deditus. de Finib. 61 b, Amatorijs leuitatibus dediti. pro Cæl. 53 a, Cuius prima ætas dedita disciplinis fuit, ijs que artibus.

\* Syntaxis. *Literis deditus, alienis voluntati, & gratiæ, al-*



cui. *Addictum, dedisum, obstrictum aliquem habere.*

**DEDO**, dedis. *addico, trado, do, mancipio, quasi consecro.* de Leg. 170 a, Patria, cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. *Qu. fr. 326 a, Abdico equidem me ab omni reipublicæ cura, dedo que literis.* de Orat. 148 a, Itaque ei studio se excellentissimi ingenij homines dediderunt. *Offi. 14 b, Qui doctrinæ sese dediderunt.* de Or. 86 b, *Qui musicis penitus se dedit, quin, & c.* & 93 a, *Cum se ad scribendum maiore opera dediderit.* & 305 a, *Primum Scæuolæ te dedidisti.* *Tusc. 250 b, Dédere se alicui arti toto animo.* *Qu. de Pet. 210 a, Dédere se vni alicui, & deserere cæteros.* *pro Arc. 190 b, Dédere aures suas alicui.* *Orat. 210 b, Dédere se desidiæ.* *Att. 135 b, Ne me totum ægritudine dedam.* *Tus. 163 b, Qui se totos libidinibus dedidissent.* & 185 b, *Si se lamentis dedit.* de Fin. 78 b, *Dédere se libidini alterius in Verr. 221 b. Eius religioni te vinctum astricimusque dedamus.* *Postquam. 200 b, Dédere alicuique constructum hostibus.* *pro Mil. 101 b, Quem reum sententijs iudicum tradidisset, cum telis militum dédere.* *Attic. 144 b, Do, do (al. dedo) pœnas temeritatis meæ.* *Att. 78 b, Saturnalibus mane se mihi Pindenissæ dediderunt septimo & quinquagesimo die.* de Orat. 100 a, *Quem pater patratu dedidisset, ei nullum esse postliminium.* & *ibid. Cum pater patratu ex S. C. Mancinum dedidisset.*

**DEDO**, ris, de Inuent. 73 b, *Qui porcam tenuerit, dedi oportere.* *pro Qu. 11 a, \* Ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus Sex. Næuij cupiditati crudelitatiq; dedatur.*

† *Syntaxis. Se totum alicui dédere, ac penè consecrare. Vni alicui se dédere. Aures dédere. Militum telis aliquem dédere.*

**DEDOCENDVS**, a, um, de Or. 115 a, *Cum docendus iudex est, aut dedocendus.* de Fin. 59 b, *Vt coëtcendi magis, quam dedocendi esse videantur.*

**DEDOCEO**, dēdoceas. *ab eo, quod quis edoctus est, deduco, secus docer.* (Doceo. de Fin. 53 a, *Quod profectò nunquam putauisset, si à Polyæno familiari suo Geometriam discere maluisset, quàm illam etiam ipsum dedocere.*

**DEDVENDO**. *Off. 12 b, Vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, deducendoq; videre, quæ reliqui summa fiat.* *deducendo: id est, detrahendo.*

**DEDVCO**, cis. *adduco, reuoco, remoueo, reduco, detraho, deductio- nem facio.* (reduco. de Orat. 96 a, *Illud quod ed quò intendas, ferat deducatque, cognoscendum est.* in Ver. 71 a, *Vt cuius diuitijs me de fide deducere non potuissent, ne eiusdem pecunijs de honore deiicerent.* in Cat. 110 b, *Si quis me de hac animi lenitate deduxerit.* de Or. 140 a, *Deduci à tristitia.* *Qu. fr. 291 a, Quem nulla conditio pecuniæ ab summa integritate continentiaque deduxerit.* de Fat. 144 a, *Epipicurus atomos de via deducit.* *Qu. de Pet. 211 a, Da operã vt illos de prauitate animi deducas.* de Nat. 56 a, *Eloquentia deducimus perterritos à timore, & cõsolamur affictos.* in Verr. 202 b, *Deducere aliquem ab humanitate & ab religione.* de Or. 87 a, *Voluntatem impellere quò velis, vnde autem velis deterrere.* *Acad. 40 b, Nam nos in nostra vrbe peregrinantes errantesq; tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt.* *pro Flac. 153 a, Non deduxi, inquit, Seruiliu.* *Epist. 151 a, Cum magna multitudo ciuium me de domo deduceret.* *Attic. 130 b, Cõss. præsidia deducturi sunt.* *Acad. 30 b, Cuius Dei maiestatem deducitis vsq; ad apium formicarumq; perfectionem.* *I. C. 105 a, Sed cum viderem fore, & c. rem huc deduxi, vt palàm pugnare posses.* *Antequam. 195 b, Neq; ed rem deducam, aut progredi patiar, vt, & c.* \* de Repub. *Deduc orationem tuam ad hæc cituma pro Planc. 262 a, b, Possũme te ad causam crimẽque deducere?* *Acad. 46 a, Sed ea contraherent, in angustumque deducerent.* *Ep. 247 a, Soli propemodũ nos philosophiam illam veram & antiquam, quæ quibusdam otij esse ac desidiæ videtur, in forum atque in Rempub. atque in ipsam aciem penè deduximus.*

**DEDVCO**, ris. *Epist. 2 b, Quod instituit referre de religione, ab eo deduci non potest.* de Pro. 71 b, *Aliquem ex provincia deduci.* in Verr. 77 b, *Quorum scelus poenis agitur, à mente consilioque deducitur.* contra Rull. 63 b, *Deducuntur, inquit, coloniæ.* *pro Cecin. 288 b, & 303 a, Et de fundo moribus Cecinna deduceretur.* de Orat. 159 a, *Ne verba asperè concurrant, neve vastius deducantur (al. diducantur) item, Coniectura omnis ingenijs hominum in multis ac diuersas, aut etiam contrarias partes sæpe deducitur.* de Clar. 173 a, & Att. 25 a, *De sententia deduci.* ad Her. 17 a, *Deduci à via recta.* de Leg. 180 b, *Partitionis caput scriptum cautè, vt centum nummi deducerentur.* de Diu. 116 a, *Ad eum agrum non casu, sed duce Deo seruus deducitur.* de Orator. 125 b, *Vt is qui audit, ad fletum misericordiamque deducatur.* & *ibidem, Oloror quàm sagacissimè possum, quò iudices deduci oratione facillimè posse videantur.* *pro Sex. R. 50 b, Ergo huc vniuersa causa deducitur, vt, & c.* *Att. 78 a, Cicerones nostri sunt apud Deo-*

tarum: sed si opus erit, deducuntur Rhodum pro Mur. 135 b, *Homines coniuratos cum gladijs in campum deduci à Catilina sciebam.* \* *Hortens. Habet ipsa certam & definitam viam, sed ex ea multis vitijs & erroribus deprauata deducitur.*

**DEDVCTIO**, onis. *deuactio, adductio, deriuatio.* *I. V. 189 a, Certis nominibus deductiones fieri solebant.* *Attic. 59 b, Ne qua deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat.* de Diuinat. 101 a, *Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio est.* *Topic. 223 b, Riurorum à fonte deductio.* *I. A. 172 a, In oppida militum crudelis deductio.* *pro Cec. 291 a, Vt ius ac deductio moribus fieret.* contra Rull. 63 b, *Deductio coloniarum in agros aliquos.* de Inuent. 46 a, *In coniecturali autem constitutione, quia ratio non est, non potest ex deductione rationis nasci iudicatio.*

† *Syntaxis. Deductiones riurorum, militum, coloniarum, rationis.*

**DEDVCTOR**, oris. *qui honoris causa aliquem deducit.* *Quin. de Pet. 210 a, Deductorum officium, quod maius est quàm saluatorum, & c.*

**DEDVCTVS**, a, um. *adductus.* *pro Flac. 147 b, Qui ad hoc iudicium deducti non sunt.* de Amic. 95 b, *Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, vt, & c.* de Diu. 122 b, *Ita Albana aqua deducta ad vtilitatem agri suburbani.* *Ep. 235 a, Neque legis improbissimæ pœna deductus est, quominus hospitij & amicitia ius officiumque præstaret.* de Leg. 180 a, *Si in testamento deducta scripta non essent.* *I. A. 252 a, Saxa, homo deductus ex vltimis genibus.* de Opt. 244 b, *Si prius exposuero, quæ causa in iudicium deducta sit.* \* *pro Rab. 123 a, Natura ipsa sermonibus in paternæ culpæ similitudinem deductus est.* *Att. 274 b, Ea cum multisimudine vsque in Capitolium deductus maximo clamore atque plausu in Rostris collocatus sum.* *Att. 331 b, Res videbatur in extremum deducta discrimen.*

† *Syntaxis. Deducere aliquem de fide, de animi lenitate, à tristitia, animi prauitate, ab religione. Quò res deducta? Deduci ex provincia: id est, renocari. A mente, consilio. Verba vasse deducta.* (concurrentia. *Causa in iudicium deducta.*

**DEERRO**, as. *ererro.* ad Herenn. 3 a, *Si nullis transitionibus vtetur, si non deerrabimus ab eo quod cœperimus exponere.* & 40 a, *Ait ille eos similitudine loci deceptos angiporto deerrasse.* \* 3. *Acad. Qui in itinere deerrauissent.*

**DEFATIGATIO**, nis. *lassitudo.* *I. A. 198 a, Nulla res ei finem cadendi nisi defatigatio & satietas affert.* de Senect. 84 a, *Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingruescunt, animi autem se exercendo leuantur.* de Orator. 159 a, *Interpirationis enim non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed verborum & sententiarum modo interpunctas clausulas esse in oratione voluerunt.* de Natur. 37 b, *Deus morbum non metuens ex defatigatione membrorum.* ad Her. 6 a, *Ne qua possit animum tuum defatigatio retardare.* de Senect. 95 a, *Senectutis defatigationem fugere debemus.* \* *pro Sest. 20 b, Defatigatio magis & errore quàm misericordia & modo, aliquando cadere desisterunt.* *Tusc. 205 a, Defatigatio miseriarum ægritudines cum faciat leuiore.*

† *Syntaxis. Defatigatio & satietas. Defatigatio & exercitatio corporis.*

**DEFATIGATVS**, a, um. *languens de via, sessus de via.* de Diu. 101 a, *Puella defatigata petijt à matertera, vt sibi concederet, vt in eius sella requiesceret.* *Epist. 70 b, Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quaerit.* *Epist. 199 a, Quamquàm sumus iam defatigati, sed nulla lassitudo impedire officium debet.* & 199 a, *Admodum sumus iam defatigati.* ad Her. 19 a, *Animi defatigati ad aduersarijs multitudine verborum.* \* *Epist. 155 a, In ea Repub. conseruanda iam defatigatus, non multò plus fauce patriæ, quàm tuæ gloriæ.*

† *Syntaxis. Defatigatum corpus, animus.*

**DEFATIO**, gas. *defatigationem vel laborem affero.* de L. 190 a, *Defatigare aliquem in aliquo negotio.*

**DEFATIGOR**, ris. *Att. 286 b, Te hortor, ne defatigere, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis, & c.* *pro Mar. 134 a, Noli igitur in conseruandis bonis viris defatigari.* de Orator. 124 b, *Ne auditor defatigetur similitudinibus satietate.* & 156 a, *Profectò nunquam conquiscaim, neque defatigabor, antequam perterepero, & c.* de Clar. 172 a, *Egerunt gratias, & ne defatigaretur, orauerunt.* *Ep. 232 a, Nec animi nec corporis laboribus defatigati.* *Leut. Epistol. 191 b, Hæc etsi adhuc non magnopere mihi tulisse fructum animaduerso, tamen non despero; nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis.* de Clar. 167 b, *Laborare & defatigari, idem.*

† *Syntaxis. Defatigare quempiam in aliqua re. Defatigari aliqua re: (cum infinitiuis) aliquid facere, & c.*



**DEFECTIO**, onis. *eclipsis, defectus*. Attic. 48 a, Metuens credo defectionem animi mei. de Sen. 83 a, Etsi ista ipsa defectio virium adolescentiæ vitij efficitur sæpius, quam senectutis. de Diu. 103 a, Thales primus defectionem Solis, quæ Astyage regnante facta est, prædixisse dicitur. & 111 b, Solis defectione, itemque Lunæ prædicuntur in multos annos. de N. 57 a, Ab hominum genere finitus est dies, mensis, annus, defectiones Solis & Lunæ.

¶ *Animi, studijque alienatio, rebellio*. Tusc. 214 b, Intemperantia, quæ est à tota mente & à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, vt, &c. \* In Pis. 97 b, Quæ natio in illa omnium barbarorum defectione Macedonica C. Sextium prætorem tutata est. Qu. fr. 305 b, Multa conueniunt, quæ mentem exturbârunt meam, subita defectio Pompeij, &c.

**DEFECTVM**, ti. *malum*. pro Sestio, Ille ad eos à quibus audiebatur quotidie aliquid defecti afferebat. de Vatinio.

**DEFECTVS**, a, um. *perfectus*. Attic. 213 a, Libri ad Varonem non morabantur, sunt enim defecti: tantum librarium menda tolluntur. *aliter, defecti: foris, perfecti, vel descripti. nam ansea dixerat se Romam misisse describendos, vt Varoni mitteret.*

**DEFECTVS**, ctus. *defectio* de Nat. 36 a, Neq; solum eius species ac forma mutatur, tum crescendo, tum defectibus in initia recurrendo. *de Luna.*

\* **DEFENDENDVS**, a, um. Acad. 34 b, Hæc tibi, &c. tam sunt defendenda quam mœnia.

**DEFENDO**, dis. *tego, prosego, propugno, adsum, studeo, faseo, pro aliquo dico, verba facio, causam alicuius suscipio, vel ago sum aduocatus, tueor, iniuriam prohibeo, calamitate vel periculo prohibeo, complector*. de Orat. 123 b, Carneades nullam vnquam rem defendit, quam non probârit: nullam oppugnauit, quam non euerterit. Off. 65 a, Oratam Crassus, Cratidianum defendebat Antonius. de Orat. 99 a, Armis prudentiæ causas tueri atque defendere. pro Syl. 168 a, Hortensius Syllam de ambitu defendit. & 183 b, Nullum scelus defendo ac tegeo. & 176 b, Ego iacentem & spoliatum defendo & protego. pro Mil. 102 b, Defendere vitam ab inimicis. Offic. 5 b, Qui autem non defendit, nec oblitit, si potest, iniuriæ, tam est in vitio, quam, &c. Offic. 66 b, Qui non defendit iniuriam, neque propulsat à suis. Planc. epist. 153 a, Ego fratrem mittam, qui Italiam à vastatione defendat. Epist. 227 a, Diligentissimè alicuius tueri atque defendere. pro Pom. 6 b, Defendere alicuius à calamitate. pro Mur. 125 a, Defendere pericula ciuium. in Anton. 216 a, Ego semper ocio studui, pacem defendi. pro Mil. 103 a, Vim vi illatam defendere. Aca. 30 a, Illud autem superius sicut caput & famam tuam defendere necesse erit. Epist. 59 a, Pudor tuus te defendit. pro Quin. 7 a, Ne locum suum, quem adhuc honestissimè defendit, obtineat. Epist. 58 a, Quod sentias aut re efficere, aut denique libera oratione defendere. de Sen. 88 a, Vna vestita pampinis, nimios Solis defendit ardores. \* pro Cl. 43 b, Defendo alicuius apud prætores & aediles curules. I. P. 80 a, Ego interpositam Senatus auctoritatem sustinui contra iniuriam, atque defendi. pro M. Tull. Si se telo defenderit fur. pro C. Corn. 1, Quam ego causam longè aliter prætor in concione defendi. Frag. ep. Defensas velim tolerabile erratum. pro Cornel. 63 b, Itaque & ad sunt principes ciuitatis, & defendunt amore vt suum ciuem, testimonio vt nostrum, officio vt nobilissimum & sanctissimum hospitem, studio vt diligentissimum defensorem commodorum suorum.

**DEFENDOR**, ris. contra Rull. 76 a, Mithridates ab iniuriam Cn. Pompeij manu Mæotide & illis paludibus, & iterum angustijs, atque altitudinem montium defenditur. \* pro A. Gab. Integris amicitijs officium prætermisum imprudentiæ vel negligentia excusatione defenditur. Acad. 35 a, Ita res reliquit sententias, quas putet probabiliter posse defendi.

† Syntaxis. *Aliquem de re quapiam defendere. Tueri atque defendere (pura synonyma.) Iniuriam defendere, pericula. L. ARCERE.*

**DEFENSIO**, propugnatio, patrocinium. de Orat. 105 b, Vtriusque rei facilis est & prompta defensio. pro Cæl. 39 a, Ad istam omnem orationem breuis est defensio. Epist. 6 b, Nostra propugnatio & defensio dignitatis tuæ propter magnitudinem beneficij tui, fortasse plerisque officij maiorem auctoritatem habere videatur, quam sententiæ. Attic. 280 b, Quo in iudicio Lepidus defensionem non haberet. Epist. 65 a, Permanere in defensione alicuius suscepta. Suscipere defensionem alicuius. ib. 15 a, pro Mil. 104 b, Qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit. & ibid. In confessione facti defensionem iuris suscipi posse. \* de Cl. 179 a, Defensione iuncta laudatio & oratio. con. C. Anto. Tu potes in defensione tua dicere. I. V. 194 b, Vtrum crimini defensio, an comitatus exilio quaeritur. de Orat. 129 a, Hæc

perpetua contra Scæuolam Curiana defensio tota redundauit hilaritate quadam & ioco: dicta illa breuia non habuit.

† Syntaxis. *Propugnatio ac defensio, facilis, prompta, breuis.*

**DEFENSITO**, tas. de Cl. 173 b, Fannius causas defensitauit. & Offic. 24 b, Acad. 18 a.

**DEFENSOR**, onis. *propugnator, patronus, tutor, aduocatus, ad stipulator, custos, qui aliquem in fidem suam recipit, quem aliquis patronum adoptat, qui aliquem habet commendatum.* (Oppugnator, aduersarius. de Or. 106 a, Mutius paterni iuris defensor, & quasi patrimonij propugnator sui. pro Rab. 92 b, Defensor custosque libertatis. Postquam. 212 b, Alter fuit propugnator mearum fortunarum, & defensor assiduus. I. V. 63 a, Adoptare sibi aliquem defensorem sui iuris. Epist. 2 b, Is in omnibus rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. pro Mil. 109 a, P. Lentulus propugnator senatus, defensor vestrae voluntatis, patronus publici consilij, & ibi. Octo tribuni plebis illius aduersarij defensores mei. \* pro C. Corn. 1, Quod palam iam isti defensores iudiciorum pugnauerunt. con. C. Ant. Populus Romanus constituit sibi defensorem. ibi. Hunc honestissimum rerum defensorem populus Romanus repudiare potest.

† Syntaxis. *Defensor & custos. Propugnator ac defensor.*

**DEFENSTRIX**, que defendis. in Timæo, de Vniuersitate: testante Prisciano, 245.

\* **DEFENSVS**, a, um. de Fin. 49 a, Quo libro à nobis philosophia defensa & collaudata est.

**DEFERENS**, tis. de N. deor. lib. 1. 22 b, Vt igitur Tib. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre, de M. Octauio, deferentem stitellam, &c.

**DEFERO**, fers. *numcio, affero, significo*. Epist. 47 a, Te esse sollicitum, multi ad nos deferunt. Attic. 38 b, Hoc Curio ad patrem detulit, ille ad Pompeium: res delata ad senatum est. & ibid. Nisi Curiones rem antè ad Pompeium detulissent. pro Mil. 106 a, Quam vocem ad Catonem statim Fauonius detulit. Quint. frat. 297 b, Sic ad nos omnes ferè deferunt, nihil te fieri posse iucundius. in Cat. 105 a, Sed quam multos fuisse putatis, qui quæ ego deferre, non crederent. Atto. 177 b, Multos esse arbitror, qui ad Cæsarem detulerint, me pœnitere consilij mei. pro Cl. 47 b, Qui nostra consilia ad aduersarios deferunt. contra Rull. 87 b, Si quæ apud vos de me deferunt. pro Corn. 68 a, Deferre alicuius acerbum nuncium alicui. de Diu. 136 a, Deferre ad coniectorem quidam somniasse se, &c. \* pro Plan. 280 b, Cum ad me L. Tubero, &c. eas insidias, quas mihi paratas ab exulibus coniuratis audierat, animo amicissimo detulisset.

¶ *Tribuo, trado, credo, concedo, refero*. pro Sest. 28 a, Cum ad vos iudicia, literas, confessiones communis exitij detuli. I. A. 153 a, Ad hunc ordinem res optimas defererebat I. C. 119 a, Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt. Epist. 87 b, Vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te deferre. Epist. 16 b, Atque istam partem vitæ consuetudinisque nostra totam ad te deferre. de Nat. 5 a, Ad quem tum Epicuri primas ex nostris hominibus defererebat. de Or. 129 b, Deferre palmam alicuius rei cupiam. pro Fl. 146 a, Deferre præmium dignitatis alicui. Off. 74 a, Rem ad populū detuli. in Ant. 177 a, M. Antonius cōsul C. Cæsari Dictatori regnum detulit, Cæsar vt noluit. pro Flac. 149 a, Omnem ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes, ad hoc negotium conficiendum detulit. cont. Rull. 75 a, Si quis est honor singularis, populus Rom. cum, cui velit, deferat. pro Pomp. 17 a, Quicquid possum ad hanc rem conficiendam, tibi polliceor & defero. Epist. 56 b, Vltro mihi Cæsar omnia detulit. pro Pom. 16 b, Deferre omnia ad vnū. pro Cor. 62 a, Deferre alicui potestatem beneficiorum tribuendum. Epist. 224 a, Vltro ei legationem detuli, cum multis iam petentibus denegassem. Ep. 94 a, Hanc meam voluntatem ad matrem tuam detuli. & 211 b, Eique nec opinantem voluntatem tuam per literas detuli. Att. 207 a, Ligarianam præclare vendidisti: posthac quicquid scripsero, tibi pœconium deferam. de Cl. 172 a, Itaque publicanos causam detulisse ad Galbam. Epist. 75 a, Quamquam iustus de causis rationes deferre properarim. Oct. 330 a, Quæ tibi non antè quam postulare, maiora quam velles, plura quam sperares, detulit senatus? Attic. 292 a, Qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris, non temerè libertis suis defererebant. in Verr. 114 a, \* Quam hoc illis in beneficij loco deferendum. pro Mur. 132 a, Neque verò eius belli conficiendi curam tanto studio populus Roman. ad Cn. Pompeium detulisset.

¶ *Adduco*. pro Dom. 217 a, Quem tu ad hunc honorem rogatione tua detulisti. de Pro. 79 a, Populus Rom. mihi omnes honores detulit. pro Muræ. 139 a, Hos ad magistratos si qua te fortuna Cato detulisset, nō tu quidē, &c. pro Mil. 107 b, Libratium te aiunt eripuisse è domo, vt præclarum inde munus ad alicuius deferre posses. pro Cl. 18 b, Si iudicia iam



iam facta domo deferamus ad causas. pro Fl. 157 b, Deferre querelas suas ad aliquem per aliquem. pro Syl. 177 a, Deferre mandata ab aliquo. \* pro C. Cor. 1, Sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre. con. C. Anton. Quod caput ad Syllam vsque ab Ianiculo ad ædem Apollinis manibus ipse suis detulit.

¶ *Accuso.* pro Cor. 68 a, Is in cōsulatu præfectū fabrum detulit. pro Cæl. 49 b, Hic nemini nomen detulit. pro Cæl. 49 b, Deferre nomen alicuius de aliqua re. pro Dom. 223 a, & pro Cæl. 53 b, Deferre nomē alicuius de ambitu. \* pro S. R. 25 a, Nomen huius de patricio deferrent.

¶ *Exhibeo.* Off. 73 b, Deferre iusiurandum alicui.

**DEFEROR,** ris. in Ver. 268 b, Ad eam deferitur esse, &c. id est, remittitur. Att. 11 b, Defertur res ad senatum.

¶ *Tribuor.* de Leg. 184 b, Quod genus imperij primū ad homines iustissimos deferretur. pro Lig. 137 b, Si illud imperium esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico consilio deferretur. Att. 25 b, Et quoniam Nepos proficiscitur, scire velim cui nam auguratus deferretur. Epistol. 2 a, Omnes rem ad Pompeium deferri volunt.

¶ *Afferor, adducor.* pro Fl. 150 b, Lex tabulas ad prætorē triuō deferri iubet. \* pro C. Cornel. 1, Dum sitella defertur.

† *Syntaxis.* Deferre ad aliquem, & alicui. Beneficij loco deferre alicui alicui. Defert ad honores virtus. Nomen alicui deferre, vel iusiurandum. Rem ad vnum deferri: id est, prouinciā vni mandari.

**DEFERUES** co, scis, deferbui. refrigeror. Tusc. 226 b, Autrogandi sunt, orandique vt si quam habent vlciscendi vim, differant in tempus, dum deferuescat ira. Deferuescere autem certè significat ardorem animi inuita ratione excitatum. Orat. 206 b, Quantis illa clamoribus diximus de supplicio patriciarum: quæ nequaquam deferbuisse, post aliquanto sentire cœpimus. pro Cæl. 46 b, Cùm a adolescentiæ cupiditates deferbissent.

**DEFESSVS,** a, um. *defatigatus.* de Orat. 110 b, Animi nostri forensibus negocijs atque vrbano opere defessi gestiunt, ac volitare cupiunt, vacui cura atque labore. & 130 b, Defessus sum labore atque itinere disputationis meæ. & 156 b, Quamobrem nisi fortè iam es defessus, & si tibi graues non sumus, refer te, &c. 19 a, Neque quisquam est, quin satietate iam defessus sit. contra Rull. 83 b, Aratores cultu aegrorum defessi. pro Arch. 187 b, Vbi aures conuictio defesse conquiescant. Epist. 161 a, Egi que acerrimè, senatum iam languentem & defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque reuocauit.

† *Syntaxis.* Languens & defessus (sicut Cicero tamen vis maior in languore.)

\* **DEFETIS** COR. Vide **DEFESSVS.**

**DEFICIENTIS,** tis. Tusc. 163 b, Qui cùm acriter deficientem solem intuerentur.

**DEFICIO,** cis. *desum.* pro Quint. 1 a, Quod mihi consuevit esse adiumento, id quoque in hac causa deficit. I. V. 32 a, Vereretur, ne mihi crimina non suppetere, ne oratio deficeret, ne vox viresque deficerent. Ep. 51 b, Ea me solatia deficient, quæ cæteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. pro Flac. 159 a, In hac repub. ad quam opprimendam nō animus eius, sed vires deficient & defuerunt. Postquam. 198 a, Vt quod odium in omnes bonos conceptum iam diu continebant, id in me vno potius quàm in vniuersa ciuitate deficeret. de Vni. 201 a, Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat, ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo. de Fin. 74 a, Si memoria defecerit, tuum est vt suggeras. Acad. 3 a, Tamen nec illi defecerunt, neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. Orat. 197 b, Cùm esset Demosthenes, multi oratores fuerunt, & antea fuerant, nec postea defecerunt. Att. 115 a, Deficit enim non voluntas, sed spes. pro Font. 281 a, Si cum in causa deficerent omnia. de Clar. 172 b, Cùm motus omnis animi tanquam ventus hominem defecerat. Qu. fr. 314 b, Omnia colligo, vt noui scribam aliquid ad te: sed vt vides, res me ipsa deficit. de Orator. 101 b, Iam me vires deficere cœperunt. in Ver. 250 a, b, Si me in ea querimonia non solum vires, sed etiam vita deficit. I. V. 213 a, Vox me citius defecerit, quàm nomina. I. V. 119 b, Iam me dies, vox, latera deficient, si velim, &c. pro Cæl. 43 a, Dies iam me deficiet, si quæ dici in eant sententiam possunt, coner exprimere. pro S. R. 33 a, Tempus hercule te citius quàm oratio deficeret. de Nat. 76 a, Dies me deficiet, si, &c. I. V. 72 b, Quàm multa te deficiant, vides Cæcili. pro Dom. 149 a, Ea tamen illum studia defecerunt. de Orat. 173 a, Prudentia nunquam deficit oratorem. in Cat. 106 a, b, Res eos iam pridem, fides deficere numerat. Orat. 197 a, Si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij vis fortè deficiet. de Or. 150 b, Ij quos discētes vita defecit. in Verr. 268 a, Dolor me non defecit. Ep. 95 a, Vox cum defecit. Epist. 56 a, Relinquebatur triste quod-

dam literarum genus, id quoque deficiebat me, in quo, &c. \* Acad. 43 b, Græcis verbis licebit vtare, cùm voles, si te Latina fortè deficiet.

¶ *Sum alienus.* pro Syl. 173 b, Nec si à me fortè deficiueris, idcirco te à se, & à republica, & à tua dignitate deficere patitur. in Catil. 103 a, Qui à republica deficiunt, ciuium iura non tenent. in Verr. 92 a, Deficere ab imperio ac nomine nostro volebat. pro Pl. 277 b, Consules à republica & à bonis omnibus defecerunt. Epistol. 187 a, Cæterique qui vnà cum illo à republica defecerunt. Epist. 26 b, A meque ipse deficerem. de Fin. 81 a, Si utilitas ab amicitia defecerit. de Am. 103 b, Difficile est amicitiam manere, si à virtute defeceris. Ep. 101 b, Quare si planè à nobis deficiis, molestè sero.

¶ *Minuor, pauor defecum.* de Natur. 66 b, Animanteis, cùm calor defecerit, tum interire. Attic. 12 a, Ne P. C. vna plaga accepta conciderent, ne deficerent. pro S. R. 20 a, Sin à vobis deferat, tamen animo non deficiam. de Somn. 130 a, Olim deficere sol hominibus extinguique visus est. de D. 105 a, b, Si Luna paulò ante Solis ortum defecisset in signo Leonis.

¶ *Defero.* in Verr. 171 b, Leontina ciuitas me defecit.

**DEFICIO** R, ris. de Cl. 167 b, In quo non modò defici, sed etiam laborare turpe est. pro Clu. 56 b, Mulier abundat auidacia, consilio & ratione deficitur. de Ar. 253 a, Ne patres auxilio diminuti deficiantur.

† *Syntaxis.* *Absolue.* Id deficit. Ille deficit à sua dignitate.

**DEFIGO,** gis. *colloco, pono, immitto, figo, intendo.* I. C. 100 b, Si eam consulis in corpore defigere. de Or. 145 b, Omnis ceteris argumentis in eam mētem orationemque defigit. in Ant. 260 b, Qui omnes suas curas in reipub. salute defigunt. & 232 a, In omnium possessiones atque fortunas impudentissimos oculos spe & mente defigit. de Pro. 70 b, Hæc auidacia quam ille præfens in oculis vestris, mentibusque defixit. pro Dom. 214 b, Ea sententia, quam populi sermo in animis vestris iam antè defixerat.

¶ *Estitem verbum mali ominis, à sagis ductum.* de Legib. 173 b, Quæque augur iniusta, nefasta, vitiosa, diræ defixerit, irrita infectaque sunt.

**DEFIGOR,** ris. pro Rab. 92 b, Qui in campo Martio crucem defigi, & constitui iubet.

† *Syntaxis.* *In aliqua re mētem & orationem defigere.* Oculos defigere spe ac mente in possessiones omnium. Defigere in oculis aliquem: id est, obicere, & antepone, vel collocare. Locum defigere in mente & cogitatione.

**DEFINIENDVS,** a, um: & **DEFINIENDO.** de Leg. 170 b, Videamus igitur rursus, priusquam digrediamur ad leges singulas, vim naturamque legis: ne cùm referenda sint ad eam nobis omnia, labamur interdū errore sermonis, ignorantemque vim sermonis eius, quo iura nobis definienda sunt. de Inu. 68 a, Vis vocabuli definiendo verbis est. Orat. 207, In omnibus quæ ratione docentur & via, primū cōstituendum est, quid quidque sit: nisi enim inter eos qui discerent conuenit, quid sit illud, de quo ambigitur, nec rectè differi, nec vnquam ad exitum perueniri potest: explicanda est sæpe verbis mens nostra, atque inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est. de Orat. 107 a, Res inuolutas definiendo explicare. de Cl. 178 a, Definiendo explicare rem latentem.

**DEFINIO,** nis. *describo, definitione explico, quid aliquid sit cōstituo, circumscribo, termino, definitione vniuersam rei vim explico, perscribo.* de Orat. 90 b, Si quis vniuersam & propriam oratoris vim definire, complectique; vult, hic orator erit. qui, &c. de Orat. 123 b, Aliquid breuiter illustrare, verbisque; definire. de Inu. 44 a, Definire vim vocabuli alicuius. Postquam 203 a, Neque æquum est tempore & die memoriam beneficij definire. pro Cor. 68 a, Loca quæ regione orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Rom. definiunt. Orat. 202 b, Similiter extrema definire. pro Sest. 18 a, Qui imperium populi Romani orbis terrarum terminis definiuit. pro Mar. 135 a, Hic tu modum vitæ tuæ non salute reipub. sed æquitate animi definies. de Or. 44 a, Attē definire ex rebus perspectis, planeque cognitis, &c. de Or. 91 a, In hoc quidem certè propè idem, nullis vt terminis circumscribat, aut definiat ius suum. I. P. 88 b, Qui mala dolore, bona voluptate definiūt. I. A. 216 a, Sedes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt. con. Rul. 72 b, Dat præterea potestatem verbo prætoriam, reuera regiam definit legem in quinquennium. Or. 202 b, Sepissimeque extrema definiunt. ad Her. 17 a, Si vnquamque rem certo nature termino definiemus. Acad. 38 b, Tu mores fingas, fines bonorū constituas, officia describas, quam vitam ingrediar definias, &c. pro Qu. 15 b, Tibi quid facias definit. de Diu. 127, Illi orbis qui aspectum nostrum definiunt. de Orat. 153 a, Philosophi causam aut controuersiam appellant, eamque tribus, licet, aut deliberatione, aut laudatione, definiunt. de Fin. 101 a, Itaque id definiemus quod sit indifferens cum existimamus



tionē mediocri. Off. 19 b, Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiunt, ut decorum esse velint, quod, &c. de Inu. 44 b, Definire rem verbis, breuiterque describere. Orat. 207, Erit igitur hæc facultas in eo, ut definire rem possit: neque id faciat tam presè & angustè quàm in philosophorum disputationibus fieri solet. \*Frag. ep. Ut alio modo definiam.

**DEFINIOR**, ris, de Fin. 143 a, Perficiendi vis ita definitur à Stoicis, ut negent, &c. Off. 19 b, Atque illud superius sic definitur solet, decorum id esse, quo, &c. I. V. 193 b, Cur quæ optimo iure esse debet Sicilia, huic præcipue lex iniuriæ definitur? de Ar. 236 a, Quas ego optimatū discordias à dijs immortalibus definiti putem? de Fin. 64 b, Epicurus negat definiti rem placere: sine quo fieri interdum non potest, ut inter eos qui ambigunt, conueniat quid sit id de quo agatur. de Orat. 143 b, Atque his ferè ipsis definitur viris oratio. pro Sest. 23 a, Sed quæ vniuersum breui circumscribi & definiti potest: omnes optimates sunt, qui, &c. Off. 13 a, Itaque probè definitur à Stoicis fortitudo, cū eam virtutem esse dicunt, propugnantem pro æquitate pro Arch. 190 a, Res hæc quas gessimus, orbis terre regionibus definiuntur. † Syntaxis. *Definire & complecti. Illustrare ac definire. Definire alicui vitam: id est, circumscribere vitam ratione. Aspectum nostrum definiunt orbis: id est, terminant.*

**DEFINITE**, aperitè, finitè, pro Cor 61 b, Lex Gellia, quæ definit potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat. & de Orat. 119 a, Definitè de singularibus hominibus.

**DEFINITIO**, onis, descriptio, de Or. 100 b, Definitio est earū rerum, quæ sint eius rei quam definire volumus, breuis & circumscripta quedam explicatio. & ibid. Definitionibus, quam vim res habeant, est exprimendum. & ibi. Propriam cuiusque rei vim definitione declarare. de Or. 118 b, Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est: definitio enim est oratio, quæ quid sit id de quo agitur, ostendit quàm breuissimè. Top. 221 b, Definitio est, quæ id quod quasi inuolutū est, euoluit. ad Her. 32 a, Definitio est, quæ rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter & absolutè. & ibi. Hæc exornatio omnem rei cuiuspiam vim & potestatem dilucidè proponit, & breuiter explicat. & ibi multa definitionū exempla sunt. de Fin. 64 b, Atqui hæc patefactio quasi rerum operatarum, cū quid quicque sit aperitur, definitio est. Off. 2 b, Omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id de quo disputetur. de Or. 116 a, In verborum definitionibus, neque abesse quicquam decet, neque redundare. item, Atque in hoc genere causarum nonnulli præcipiunt, ut verbum illud quod causam facit, lucidè, breuiter uterque definiat: quod mihi quidem perquam puerile videri solet. alia est enim, cū inter doctos homines de ijs ipsis rebus quæ versantur in artibus, disputatur, verborum definitio: ut cū queritur, quid sit ars, quid sit lex: in quibus hoc præcipit ratio atque doctrina, ut vis eius rei quam definias, sic exprimat, ut neque absit quicquam, neque super sit. Top. 222 b, Definitiones aliæ sunt partitionū, aliæ diuisionum: partitionū, cū res ea quæ proposita est, quasi in membra discernitur: ut si quis ius ciuile dicat id esse, quod in legibus, senatusconsultis, rebus iudicatis, iuris peritorū autoritate, edictis magistratuum, more, æquitate consistit. Diuisionum autè definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur: hoc modo, Abalienatio est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio: inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Top. 222 b, Definitio est oratio, quæ id quod definitur, explicat quid sit. definitionū autem duo sunt genera prima: vnum earum rerū quæ sunt, alterum earum quæ intelliguntur, &c. Par. 233 b, Definitio genere declaratur & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid sit eluceat. Top. 228 a, Cū autè quid sit queritur, notio explicanda, & proprietates, & diuisio, & partitio. hæc enim sunt definitioni attributa. additur etiam descriptio, quam Græci *ὀρίσασθαι* vocant. de In. 68 b, Nominis breuis & aperta & ex opinione hominum definitio. de Leg. 161 b, Ita quæcunq; est hominis definitio, vna in omnes valet. de L. 161 b, Nulla dissimilitudo est in genere: quæ si esset, non vna omnes definitio contingeret. Part. 239 a, Definitio atque descriptio aut informatio verbi. de Diu. 131 b, Hominum & temporū definitione sublata. \* de Or. 118 b, Definitio reprehensio verbo vno, aut addito, aut dempto, sæpe extorquetur è manibus: deinde genere ipso doctrinā redolet exercitationemque, penè puerile: tum & in sensum & in mentē iudicis intrare non potest. Antè enim præterlabitur quàm percepta est. Acad. 5 b, Plerique tamè & definitiones ipsarum etiam euidencium rerum non improbant. Acad. 6 a, Ut retineamus eam definitionem, quam Philo voluit euertere. Quam nisi obtinemus. de Finib. 97 a, Bonum definitione explicetur. Sed eorum definitiones paulim oppidè inter se disse-

runt: & tamen eodem spectant.

† Syntaxis. *Definitio est circumscripta explicatio. Definitio inuoluta euoluit. Operatarum rerum patefactio definitio est. Definitio, descriptio, & informatio verbi.*

**DEFINITIVVS**, sua, uum, de Inuent. 68 a, & 46 a, Definitiuum constitutio.

**DEFINITVS**, a, um, certus, decretus, confusus. Ep. 36 b, Nihil habent quod definitum sit, aut certum. de Som. 127 b, Hic certus est in celo ac definitus locus. de Or. 109 a, Benedicere autem non habet definitam aliquam regionē. ad Her. 1 a, Si recta intelligentia & definita moderatione animi gubernetur. de Or. 121 b, Genera esse definita non solum numero, sed etiam paucitate. de Or. 112 b, Certum autem in quo quid in personis & in constituta re & definita quereretur. & 114 b, Vnum de certa definitaque causa. de Fat. 142 a, Non tamen sequitur, ut etiam sedere eos & ambulare principalibus causis definitū & constitutum sit. \* de Or. 153 a, Definita controuersia certis temporibus ac reis.

† Syntaxis. *Definitum & certum. Recta intelligentia definita animi moderatio. (Synonyma in copulatis.) Constitutum ac definitum: & contrā.*

**DEFIT**, deest. Tusc. 200 a, Pol mihi fortuna magis nunc deficit, quàm genus. Poëta.

\* **DEFIXVS**, a, um, I. V. 67 b, Ut nō modò in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurè sim

**DEFIXVS**, a, um, infixus, hæres in aliquo, positus. pro Dom. 23 b, Porticus furoris Tribunij, defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam. de Ar. 257 a, Vita in aliquo penitus defixa atque hærentia. de Or. 144 a, Cū eū in cogitatione defixū esse sensisset, statim recessisse. & 124 b, His locis in mente & cogitatione defixis. I. A. 193 b, Virtus est altissimis de fixa radicibus. de Or. 197 b, Aliquid intueri, in eoque defixum esse. de Somn. 128 a, Quousque humi defixa tua mens erit. \* pro Flac. 146 b, Ut omnia Reipub. subsidia, totum statum ciuitatis, omnem memoriam temporum præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorum in vestra potestate, in vestris sententijs, in hoc vno iudicio positam esse & defixam putetis.

† Syntaxis. *Spes est in te posita & defixa. Indicium defixū ad memoriam sempiternam. Virtus defixum, ac in hærens. Virtus defixa radicibus alijs. Intueri aliquid, & in eo defixum esse.*

**DEFLAGRATIO**, onis, exustio, flamma, ardor, pro Pl. 279 b, Cū in ea domus ardore suo deflagrationem vrbi minaretur. \* de Fin. 103 b, Qui negant se recusare quo minus ipsi mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur. de Diu. 103 b, Natura futura presentium animi, ut deflagrationem futuram aliquando cœli atque terrarum.

**DEFLAGRATVS**, a, um, exustus, Tusc. 200 a, Fana flammā deflagrata. \* I. C. 121 a, Ut gentem Allobrogum in vestigijs huius vrbs atque in cinere deflagrati imperij collocarent.

**DEFLAGRO**, as, conflagro, comburo, ardeo. de Nat. 40 a, Quam nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesæ templum deflagrauit. de D. 86 b, Curia Saliorū deflagrauit. Acad. 30 a, Fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. I. A. 177 b, Illæ faces, quibus incensa L. Bellienī domus deflagrauit. Off. 71 a, Phaëthon ictu fulminis deflagrauit. Part. 121 b, Aedes nympharum manu tua deflagrauerunt.

† Syntaxis. *Deflagrare: & Deflagrare ardore, aut flamma.*

**DEFLECTO**, ctis, declino, conorquo. de Ar. 253 a, Nihil ut à patris virtute, præterquam quod à senatu descuerat, deflexisset. de Amic. 104 a, Deflexit enim iam aliquantulum de spacio curriculoque, cōsuetudo maiorū. & 114 a Sed nescio, quomodo ab amicitijs sapientum, &c. ad leues amicitias deflexit oratio. I. V. 272 a, Si quis tātulum de recta religione deflexerit. *Alij legunt regione, alij ratione.* Off. 34 b, In quo verbo lapsa consuetudo deflexit de via, sensimque: cō deducta est, ut, &c. Epist. 121 a, Curio de suarum actionum cursu tua causa deflexit. Or. 209 b, Ut declinet à proposito, deflectatque sententiam. pro Mur. 135 a, Cū te de curriculo petitionis deflexisses, animumque ad accusandum transulisses. pro Q. R. 52 b, Qui semel à veritate deflexit. pro Cecin. 294 a, Si ad verba rem deflectere velimus.

† Syntaxis. *De spacio & curriculo deflectere. A veritate deflectere. Ad res deflectere verba.*

**DEFLEO**, fles, ploro, deploro. de Cl. 196 a, Sæpe enim inter nos impendentes casus defleuimus. pro Dom. 232 a, Defleuit coniugis miseræ dissidium. Epist. 163 a, Illud initium ciuili belli sæpe defleui.

**DEFLETVS**, a, um, comploratus. de Orat. 145 b, L. Crassi mors quæ est à multis sæpe defleta. Tusc. 166 b, Non liberi defleui, non fortunæ omnes à victoribus possiderentur. I. A. 248 a, Sed hæc satis diu multumque defleta sunt.

**DEFLEXVS**, a, um, de Diu. 88 a, Quosdam amnes in alium cursum contortos & deflexos videmus. Attic. 145 a, Aetas iam à diuturnis laboribus deflexa ad ocium.

† Syntaxis.



† Syntaxis. *Contortus amnis, ac deflexus: id est, sinuatus. Deflema etas ad ocium: id est, ocij cupida.*

DEFLORESCENS, tis. de Clar. 194 b, Non talis, qualem te, Brute, iam deflorescentem cognouisti.

DEFLORESCO, scis. *flaccido, florem venustatemq; amitto.* pro Cæl. 47 a, Amores & hæ delicæ, & c. maturè & celeriter deflorescunt. ad Her. 32 b, Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur. \* *ibid.* Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate.

\* DEFLUENS, tis. de Nat. 55 a, Superiora supercilij obducta sudorem à capite & fronte defluentem repellunt.

DEFLVO, is. *labor, delabor.* de Amic. 107 a, Ne quid excidat, aut defluat in terram. Tuscul. 240 a, Iam ipsæ defluabant coronæ.

¶ Cesso. Epistol. 139 a, Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo.

¶ Accedo. Tus. 161 a, A quibus mansuefacti & exculti à necessarijs artificijs ad elegantiora defluximus.

¶ Alienor. pro Sest. 18 b, Ex octo tribunis plebis, quos habueram, vnus me absente defluxit.

¶ Penetro. Orat. 205 b, Hoc totum è Sophistarum fontibus defluxit in forum.

\* DEFODIOR, eris. de Diu. 236 a, Thesaurum defossum esse sub lecto.

DEFORE, defuturus. contra Rull. 84 a, Tamen non defore, qui, & c.

\* DEFORMATIO, nis. Hortens. Quæ deformatio coloris & corporis est, quæ non euocetur atq; eliciatur voluptate?

DEFORMATVS, a, um. *turpis, forma atque ornamentis omnibus spoliatus, turpificatus.* Attic. 36 a, Sic ego hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus subito deformatum vidi. & *ibid.* Deformatus corpore, fractus animo. ad Heren. 14 b, Mortuus, deformatus, tumore præditus, corpore decoloratus. de Arch. 249 b, Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati, & 257 a, Si hominem deterrimum poetæ aliquis fictis conquisitisque vitijs deformatum vellet inducere. de Orat. 143 a, Deformata ciuitas. I. V. 228 b, Parietes nudos deformatosque reliquit. pro Qu. 17 b, Aliquis deformatus, atq; ornamentis omniaibus spoliatus. pro Syl. 181 a, Quæ ita à fortuna deformatæ sunt, vt tamen à natura inchoata compareant.

† Syntaxis. *Corpore deformatus. Deformatus. Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. (Synonymiam aduerte in quatuor vocabulis.) Vitijs deformatus.*

DEFORMIS, me. *turpis.* (Formosus. de Inuent. 50 a, Epist. 54 b, Nec eam diligere minus debes, quod deformior est, sed misereri potius. pro Cæl. 38 b, M. Cælium nunquam pœnitēbit non deformem esse natum. de Orator. 131 b, locus in rebus turpiculis, & quasi deformibus ponitur. de Finib. 132 b, Motus statusve deformis. Offic. 25 b, Partes quæ ad naturæ necessitatem datæ, aspectum deformem habent. pro Cæl. 38 b, Deforme est etiam de seipso prædicare, & c.

† Syntaxis. *Res turpicula, & quasi deformis. De se prædicare, deforme est.*

DEFORMITAS, tis. *prauitas, turpitudine.* (dignitas. de Orat. 97 b, Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem prauitatemque veniamus. de Orat. 131 a, Deformitas & corporis vitium. Ep. 147 a, Dignitas nulla erit, sed summa deformitas. Offic. 73 b, Nullum est maius malum turpitudine: quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri? de Leg. 166 a, Animi deformitas, non habebit aliquid offensionis. \* de Finib. 143 b, Deformitatem, morbum, dicis, mala. Epist. 147 a, Tum in istis amplissimis nominibus honorum non modò dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas.

† Syntaxis. *Deuenire ad deformitatem & prauitatem. Corporis vitium & deformitas. Turpitudine, deformitas, deprauatio, fœditas.*

DEFORMO, as. *fado, turpo, maculo, quasi depingo.* (Orno, exorino. pro Cec. 287 b, Quis igitur ille, quem supra deformauit. de Ar. 256 a, Eius concio, in qua Pompeium ornat, an potius deformatè ad Her. 28 b, Qui sunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginenses. & 72 a, Aut si quæ re deformabimus: vt si cruentam, aut cæno oblitam, aut rubricâ delibutam inducamus. pro Cæl. 38 a, Ea quæ accusatores deformandi huius causa dixerunt.

descriptus. pro Dom. 215 b, Cum desperatis ducibus decuriatos ac desertos haberes exercitus perditorem. de Sen. 78 a, Naturam sequimur ducem: à qua cum cætera partes ætatis bene descriptæ sint, non verisimile est extremum actum, tanquam ab inerti poeta, esse neglectum. de Nat. 42 b, Cum solarium vel desertum, aut ex aqua contemplare. de Or. 122 a, Materiam orationis, cuiuscunque sit generis, omnibus locis descriptam, instructam, ornatamque comprehendere. & 90 a, Ius civium generatim in ordines ætatesque descriptum. l. C. 112 b, Vt urbem omnibus ex partibus, quemadmodum desertum distributumque erat, incenderent. & 107 a, Docui, quemadmodum esset ei ratio belli descripta. de Offic. 11 a, Quæ descripta sunt legibus, & iure civili, hæc ita teneantur, vt sit constitutum, &c. Att. 254 b, O dies in auspicijs Lepidi descriptos.

† Syntaxis. *Munus cuique; ius descriptum & dispositum. Natura nihil descriptius. Exercitus descripti. Pars ætatis bene descripte. Descripta materia orationis. Descriptum est, absolutè. Descripta legibus. Dies descripti.*

DESECANS, tis. de Vniu. Partes rursus ex toto desecans. DESECAS, as. seco. Att. 255 a, Tu proœcium desecabis, & hoc conglutinabis.

\* DESECTVS, a, um. Acad. 30 b, Vt patefacta corpora & desecta mutantur. *Alij desecta legunt.*

DESERENDVS, a, um. pro Syll. 178 a, Non enim mihi deserenda est causa amici veteris. Offic. 6 a, Prætermittendæ defensionis, deserendique officij plures solent esse causæ.

DESERO, ris. *desertio, relinquo, derelinquo, non adsum, abs sum, desertum esse patior, prodo, à causa alicuius recedo, negligo, prætermitto.* in Verr. 174 a, Aratores agros desererent, totasque rationes derelinquerent. l. A. 225 a, Deserere ac prodere aliquem. Tusc. 172 b, Fama nunquam deseret Curium. Attic. 48 b, Non deseram preces fratris, nec cæterorum promissâ, nec spem vxoris, nec obsecrationem filiarum, nec fideles literas tuas: *id est, non frustrabor.* Tuscul. 159 a, An tu cum me in summam expectationem adduxeris, deseris? pro Plane. 261 a, Deinde sitientem me virtutis tuæ deseruisti ac dereliquisti. pro Cæl. 43 b, Si quem offendit huius splendor, si nitor, iam ista deseruerit. de Diu. 89 a, Vires vitæque corpus meum deserit omne. de Sen. 92 a, Deserere vitam. & in Verr. 258 b, Deserere exercitum. pro Sest. 14 b, Nonne si vitam meam deseruissem, Respublicam perdidissem. Qu. frat. 304 a, Amici partim deseruerunt me, partim etiam prodiderunt. Attic. 121 a, Turpe erit Domitium deserere, implorantem eius auxilium. pro Cecin. 305 a, Suum non deseruit, nec quicquam illius audaciæ concessit. de Fat. 142 b, Vigila Chryssippe, nec causam tuam deseras. \* Offic. 20 b, Vt appetitus rationi obediant: eamque neque præcurrant, neque propter pigritiam aut ignauiam deserant.

DESERO, ris. Att. 60 b, A cæteris oblectationibus deseror, & voluptatibus propter Respublicam. pro Cluent. 56 b, Illi quorum eminet audacia, à malitia deseruntur. Epistol. 5 a, Vereor ne aut eripiatur à nobis causa regia, aut deseratur. Attic. 45 b, Deseri à mente: *id est, præ nimio dolore insanire.* Epist. 8 a, Maltum interest, vtrum laus minuatur, an salus deseratur. l. A. 181 a, Cur honorem Cæsari tua lege datum deseri patimur? pro Sext. Rosc. 20 a, Sin à vobis deserat, tamen omnino non deficiam. Attic. 252 b, Certè enim deseremur ocyus à re familiari, quam à Republica. \* Tusculan. 159 b, Nec accidere posse, vt ipse animus vnquam à se deseratur.

DESERTOR, oris. Postquam. 200 b, Cum viderem eos aut proditores esse, aut desertores salutis meæ. Attic. 124 a, Quid hoc miserius, quam alterum existimari consuaro-rem inimicorum, alterum desertorem amicorum. \* de Finib. 103 b, Nec magis vituperandus est proditor patriæ, quam cõmunis vtilitatis aut salutis desertor propter suam vtilitatem aut salutem.

DESERTVS, a, um. *relictus, incultus, vastus, vastatus, nudus.* de Amic. 106 b, Vita inculta & deserta ab amicis, non potest esse iucunda. in Pison. 100 b, Introitus in urbem desertus ab amicis. & 91 a, Vt nullius vnquam reditus fuerit desertor. Epist. 61 a, Desertus ab officijs amicorum. & 5 b, Desertus & abiectus. Quint. frat. 320 b, Nihil turpius, nec desertius. Offic. 6 b, Vt eos quos tueri debeant, desertos esse patiantur. Tusc. 230 b, Non sum passurus amicos meos à me desertos. pro Qu. 9 a, Viri boni multis vadimonijs desertis, sæpe illius ac desituti hoc faciunt. pro Qu. 8 a, Vadimonij sibi aut esse desertum. pro Pomp. 10 a, Multas insulas esse desertas. pro Clu. 50 b, Locus à Tribunitia voce desertus. pro Cecin. 285 a, & de Leg. 164 a, In agro locisque desertis. l. V. 271 a, In desertissima solitudine. cont. Rull. 82 b, Ager desertus à plebe atque à cultura hominij. Q. fr. 294 b, Multas dirutas & desertas vrbes per te esse recreatas. pro Cæl. 46 a,

Via deserta & inculta, atque interclusa iam frondibus & virgultis relinquatur. \* Incer. Qui fuit locus religiosissimus, is erat desertissimus. l. V. 157 b, Quos ego campos antea collesque nitidissimos viridissimosque vidissem: hos ita vastatos nunc ac desertos videbam.

† Syntaxis. *Fama illum deseret. Desero, ac derelinquo, pura synonyma. Vitam deserere. A mente deseri, & à re familiari. Incultus & deserta vita. Desertus locus, homo. Introitus ab amicis, desertus. Desertissima solitudo. Ab hominum cultura desertus ager. Via deserta, inculta, frondibus inclusa.*

DESERVIENS, tis. de Leg. 163 b, Epicurei sibi indulgentes, & corporibus deseruientes, &c.

DESERVI O, uis. *seruio.* pro Syll. 172 a, Si officia mea, si operæ, si vigilæ deseruiunt amicis, & præstò sunt omnibus. Offic. 22 a, Item alij, qui quiduis perpetiantur, cuius deseruiunt, dum quod velint, consequantur. Epist. 263 b, Indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruiisti non satis.

DESIDEO, es. vel DESIDEO, dis. *resideo, quasi descendo.* de Diuin. 109 a, Labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra defedisset. de Diuinat. 96 b, Multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræque defederint. *Desidere dicuntur terra, cum facta labes: id est, hiatus, quasi descendunt & demerguntur.*

DESIDERABILIS, le. *expetendus.* Topic. 226 b, Desiderabile. (quo quis facile carere possit. de Fin. 60 a, Nihil desiderabile concupiscunt.

\* DESIDERANDVS, a, um. Frag. ep. Nec idcirco mihi desiderandam esse dignitatem meam.

DESIDERATIO, onis. *desiderium, cupiditas.* de Sen. 86 b, Næ est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus, sed nec desideratio quidem.

DESIDERATVS, a, um. Postq. 198 b, Omnia desiderata magis, quam assidue percepta delectant. \* Tusc. 190 a, Animæ medicina nec tam desiderata sit antiquam inuenta.

DESIDERIUM, rij, *cupiditas, studium, amor, fuit, igniculus desiderij.* de Orat. 102 a, Ea si paululo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni desiderij nostri. Tuscul. 213 b, Desiderium est libido eius qui nondum adsit, videndi. de Clar. 165 a, Hortensius extinctus, & autoritatis, & prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquit. Quint. fr. 289 b, Annus tertius accessit desiderio nostro & labori tuo. de Amic. 111 a, Deinde requirunt atque appetunt, ad quas se applicent eiudem generis animantes: idque faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani. in Anton. 169 a, Is desiderium tui dissidij ferre non potest. de Sen. 88 b, Homerus Lærtem lenientem desiderium, quod capiebat è filio, colentem agrum fecit. Attic. 144 b, Nunc emergit amor, nunc desiderium ferre non possum. Epistol. 246 b, Voluntas, in qua inest aliqua vis desiderij. in Anton. 159 b, 160 a, Populus Romanus desiderium liberatoris sui perpetuo plausu & clamore leniuit. Postquam. 199 b, Quæ suo fletu desiderium mei, memoriamque renouaret. Quin. frat. 315 b, Faciam vt in medio dolore ac desiderio mei læteris. pro Rab. 93 a, Tib. Gracchus magnum desiderium suum reliquit apud populum Romanum. pro Rab. 95 b, Qui hominis seditiosij imagine desideria imperitorum misericordia commoueret. Postquam. 398 a, Vt aliquando vos memoria mei, desideriumque teneret. de Sen. 83 b, Ne ille quidem magno desiderio tenebitur virum. Epist. 24 a, Me mirum desiderium tenet vrbs. Epistol. 24 b, Spes triumphij, in qua satis gloriose triumpharem, si non essem tiam diu in desiderio rerum mihi charissimarum. in Anton. 227 a, Brutus erat in desiderio ciuitatis. Epist. 260 a, Non ignoro, quantum ex desiderio labores, sed, &c. & 255 b, Tum discedis à nobis, meque, tanto desiderio afficis, vt vnam cõsolationem mihi relinquas, fore vt vtriusque nostrum absentem desiderium crebris & longis epistolis leniatur. Epist. 255 a, Vt tolerabili feramus igniculum desiderij tui, crebris nos literis appellato. 103 b, Sed magis vt desiderio nostri te æstuate putarem. & 234 a, Valete mea desideria, valete. Epistol. 233 b, Hem mea lux, meum desiderium. \* Qu. fr. 319 a, Id ego summo meo dolore & desiderio tamen ex parte gaudeo.

† Syntaxis. *Expectatio desiderij. Desiderium est libido. Cognosce libidinem esse supra desiderium. Relinquere sui desiderium vrisse. Mora desiderio accedens. Applicatio cum desiderio. Desiderium lenire. Teneri desiderio. Esse in alicuius rei desiderio. Desiderium meum filius.*

DESIDERO, as. *desideris alicuius rei flagro, in desiderio alicuius rei sum, desiderium alicuius rei me tener, ex desiderio laboro, desiderio vel studio alicuius rei toneor, requiro, postulo, scio, quero.* de Sen. 82 b, Ne nunc quidè vires desidero adolescentis, nõ plus quam adolescens vires tauri aut elephantis desiderabam. Quint. frat. 311 a, *ἀμφιρᾶσιαν* illam, quam tu soles dicere, bono modo desidero. de Pro. 78 a, Cum vos me vt charissimum filium desiderabitis. pro Pl. 251 b, Desiderarunt te, inquit, oculi



oculi mei, cum tu esses Cyrenis. Attic. 76 b, Dum hæc quæ longiorem desiderant orationem, summam tibi perscriberem. de Orat. 101 b, Jam illa non longam orationem desiderant, quam obrem, &c. Att. 132 a, Quis ab eis vllam rem laude dignam desiderat? & 200 a, Quis congressum meum aut facilitatem sermonis desideravit? de Cl. 175 a, Vnum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem. Orat. 198 a, Antonius multa & in se & in alijs desiderans. Att. 11 b, Refertur ad cõsiliu, vna sola sententia præsidium non desideravit. Quin. fr. 325 b, Nec honores sitio, nec desidero gloriam. pro Ar. 191 a, Virtus nullam aliam mercedem laborum suorum desiderat, præter hanc laudis & gloria. pro Quin. 10 a, Desiderare vel requirere aliquid ab aliquo. I. V. 250 a, Et reliquos non desideraret solùm, sed etiam posceret & flagitaret. Ep. 104 b, Ius civile doctorem vsumq; desiderat. Epist. 153 b, Lepidus, quod ego desiderabam, fecit, vt, &c. & 76 b, Quando id te video desiderare. Epist. 18 a, In quo autem desiderare te significabas literas meas, præ te fers, &c. Epist. 108 b, Intellexi te ex libris meis animum meum desiderare. \* Frag. ep. Quis in eo generis antiquitatem desideret? ibid. Quod plus desiderant dignitatem. Oecon. 1, Cum & operam & diligentiam ea desiderarent. Hortens. Quid natura desideret. de Sen. 83 b, Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. & 86 a, Senectus voluptates nullas magnoperè desiderat.

**DESIDEROR**, ris. *desum*. Att. 117 a, Sin erit bellum, vt video fore, partes meæ non desiderabuntur. in Verr. 222 b, Nec quicquam ex eo fano præter vnum perparuum signum ex ære desideratum est.

**DESIDIA**, diæ. *inertia, ignavia, languor*. cont. Rull. 87 a, Qui propter desidiam in ocio viuunt, tamen in turpi inertia capiunt voluptatem. Tufcul. 243 b, Sed nos vmbri, delicijs, ocio, languore, desidiam animum infecimus. in Sal. 273 b, Homo desidiam æ luxuriæ plenus. pro Sest. 26 b, Sed mihi omnis oratio est cum virtute, nõ cum desidiam. de Cl. 165 b, Confugere in portum, non inertia, neque desidiam, sed ocij moderati atq; honesti. Offic. 25 a, Languori desidiamq; se dederit. Acad. 45 a, Hinc gignebatur fuga desidiam. ad Her. 2 a, Si inertiam, ignauiam, desidiam, luxuriam aduersariorum proferemus. & 13 a, Philosophia affert, socordiam atq; desidiam.

\* Syntaxis. *Propter desidiam in ocio viuere. Inscire animum desidiam, ocio, languore. Plenus desidiam.*

**DESIDIOSVS**, a, um. *ociosus*. de Orat. 151 a, Aliquid quod cū desidiosa delectatione vestiges. cont. Rull. 84 b, Inertissimum & desidiosissimum ocium. ad Her. 34 a, Vt cū desidiosam artem dicimus, quia desidiosus facit.

\* **DESIDO**, is. Vide **DESIDEO**.

**DESIGNANDI**. de Diuin. 135 a, Sin vera diuina sunt, falsa autem humana, quæ est ista designandi licentia?

**DESIGNATIO**, onis. *descriptio*. de Nat. 6 a, Requiri omnem totius orbis designationem & apparatus. Att. 57 a, Offendes designationem Tyrannionis. de Orat. 96 b, Infinitæ rei quæstio sine designatione personarum & temporum.

**DESIGNATOR**, oris. *qui ludis funebribus præest, quisq; locū & tempus personis designat ad agendum*. Attic. 56 a, Post has ruinas desertus à suis vixiam dicimus designatorem, vix Gellium retinet.

**DESIGNATVS**, a, um. *in annum proximum, aut consilium, aut prætor, aut Trib. pl. creatus, renunciatus, declaratus, decretus*. Ep. 170 b, Cū Tribuni plebis haberent in animo de præsidio cõsulum designatorum referre. Att. 6 a, Quod in epistola tua scriptum erat, me iam arbitrari designatum esse, scito nihil tam exercitum esse nunc Romæ, quam candidatos. cont. Rull. 69 a, Rullus iam designatus Tribunus plebis alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur. Att. 38 a, Permagni nostra interest, te, si comitijs non poteris, at declarato illo esse Romæ. item, Consul designatus à populo suffragijs, declaratus autem vel renunciatus ab alio consule voce. pro Cl. 24 a, Designatus Reipub. ciuis: *id est, infans in vtero matris necatus*. de Diuin. 98 a, Neque dij ignorant, quæ ab ipsis constituta & designata sunt. de Nat. 77 a, Nec domus, nec Reipub. ratione quadam & disciplina designata videatur, si in ea nec rectè factis præmia extent, nec supplicia peccatis.

**DESIGNO**, as. *describo, noto, significo, cõstituo, desino*. I. C. 97 b, Catilina notat & designat oculis ad cædem vnumquemque vestrum. de Orat. 94 a, Res aliquas verbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. & 130 b, Hæc enim ridentur, quæ notant & designant turpitudinem aliquam, non turpiter. de Natur. 8 b, Aristoteles quodam loco mundum designauit Deum. de Vniuers. 203 a, Quæ cū ita designasset, &c. I. A. 224 a, Vtique locum sepulcro pedes triginta quaque (al. quoquo) versus designat.

**DESIGNOR**, tis. contra Rull. 71 b, At quomodo? vt ij de-

cemuratum haberent, quos plebs designauerit, oblitus est nullos à plebe designari. de Ar. 256 a, Nam hoc verbo nec Clodius, nec quisquam de gregalibus eius designatur. de Nat. 7 a, Anaxagoras omnium rerum descriptione & modum mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici voluit. de Inu. 49 a, Ex qua certum quiddam designatur oratori, in quo animum debeat habere occupatum.

\* Syntaxis. *Orbis designatio & apparatus. Personarum ac temporum designatio. Designata sunt à Deo cuncta. Hoc tibi designo: id est, tribuo, decerno, assigno.*

**DESILIO**, lis. *celeriter & quasi saltu descendo*. pro Mil. 106 b, Milo de rheda reiecta penula desiluit.

**DESINENDI**. Orat. 218 b, Hæc copia facultatem affert, nõ semper eodem modo desinendi. Offic. 27 b, Vt incipiendi ratio fuerit, ita desinendi modus.

\* **DESINENS**, tis. ad Herenn. 30 b, Similiter desinens est, cū tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus sunt.

**DESINO**, nis. *desisto, cesso, finem facio, omisso, conquiesco, confido, cado, prætermitto, intermitto*. Attic. 19 a, Conuentus qui initio celebrantur, iam diu fieri desierunt. de Som. 130 a, Quod sese mouet, nunquam moueri desinit. pro Qu. 5 a, Iste caput petere non desinit. de Orat. 113 b, Illud iam mirari desino, hunc, &c. Epist. 179 a, Quem ego ad bellum commune vocare non desino. & 17 b, Non desinam tua decreta defendere. & 141 b, Te ad cœnas ire desisse molestè fero. Att. 272 a, Nam mihi stat alere morbum desinere. de Orat. 162 a, Illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter. Ep. 95 b, Libenter mehercule artem desinere. Acad. 20 a, Desine communibus locis, sc. vii.

**DESINOR**, ris. de Finib. 73 b, Rectè contra eos desitum est disputari. Epistol. 159 b, Qui primus est Papisus vocari desitus. de Inuent. 48 b, Ab eo in quo desitum sit, rursus incipere. Offic. 38 a, Desitum est enim videri quicquam in socijs iniquum.

\* Syntaxis. *Id fieri desijt. Similiter desinentia verba. Ille vocari desitus. Disputari desitum est.*

**DESPICIENS**, tis. *demens*. de Diuin. 119 a, An est quisquam ita desipiens, qui credat, &c. Epistol. 37 a, Neque enim eram tam desipiens, vt, &c. de Nat. 25 b, Nec enim tam desipiens fuisset, vt, &c. & 29 a, Desipiens arrogantia. Epist. 14 a, Populus Atheniensis penè iam desipiens senectute. & ibid. b, Desipiente populo.

**DESPICIO**, is. *demens sum, deliro*. I. V. 260 b, Vtrum ego desipio, an vos quoq; doletis? Epist. 22 b, In quo cū obiurgarer, quod nimio gaudio penè desiperem, ita me defendebam, &c. pro Planc. 278 b, Licet me desipere dicatis. de Nat. 20 b, Desipere, delirare, dementem esse.

**DESISSO**, stis. *cesso, intermitto, dimitto, discedo*. I. V. 232 b, Vt aliquando de rebus ab isto iudicatis dicere desistamus. de Clar. 194 a, Cū amici me hortarentur, vt castas agere desisterem, quoduis periculum mihi adendum, quam à sperata dicendi gloria discedendum putavi. Epistol. 2 a, Pompeium hortari & orare non desistimus, vt, &c. pro Quint. 3 a, Auctionem Quintus velle facere desistit. Tufc. 181 a, Verbo de sententia desististi. Epistol. 60 b, Qui agent cum eo, vt ab illa mente desisteret. Offic. 74 a, Docuit, cur sibi à causa desistere necesse esset. pro R. P. 123 b, Vt magis pœniteret cœpisse, quam liceret desistere. de Clar. 195 a, Nos non desistebamus augere illud, &c. in Verr. 256 a, Rogat eos, vt id facere desistant. Tufculan. 174 a, Vt homines mortem timere desistant. Quint. frat. 297 a, Non desistunt nobis agere quotidie gratias honestissimæ societates. Offic. 55 a, Cū sint docti à peritis, desistunt facillè sententia. Epist. 13 a, Desistere pugna. Epist. 14 a, Quasi desisterim pristina causa. \* pro C. Cornel. 1, Desistit accusatione, an vi, an veritate?

\* Syntaxis. *Desino dicere, à causa, sententia. Mente ab aliquo desistere.*

**DESITVS**, a, um. **DESINO**. de Diu. 128 b, Nam si esset factitatum, non esset desitum. de Cl. 175 b, Veteres orationes post nostras, à plerisq; legi sunt desitæ. \* pro C. Corn. 1, Cœptum per eos, desitum est per hunc.

**DESPECTIO**, *contemptio*. Hort. Consolabitur eum magnitudo animi & humanarum opinionum alta quædã despectio.

**DESPECTVS**, a, um. I. P. 101 a, Abiectus, contemptus, despectus ab omnibus.

**DESPECTVS**, us. ad Heren. 362, \* Filij parui priuati patris auxilio ludibrio & despectui paternis inimicis erunt oppositi.

**DESPERANDVS**, a, um. *sine spe*. I. C. 106 b, Essent illi quidem desperandi, sed tamē ferendi. de Am. 113 a, Cuius aures ita clausæ sunt veritati, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. Orat. 197 b, Nam neque illud quod est optimum, desperandum est, neque, &c.

**DESPERANS**, tis. Ep. 156 a, Laterèsis suo chiro grapho mittit mihi







\* **DESTRINGO**, is. *disfringo*. cont. C. Anton. Duas vno tempore conantur in Rempubl. ficas destringere. *Alij disfringere legunt.*

**DESTRVO**, is. *tollo, deleo, diruo, euerto, diripio, excido, excindo, conuello, vasto, opprimo, extinguo, occido, interficio, dissoluo, disfrubo, nullum vestigium relinquo, imaginem nullam relinquo, ruinam edo, extinguo & funditus deleo.* ( *Construo, cogmento.* de Sen. 92 a, Ut nauem, vt ædificium idem destruit facillimè, qui construxit.

**DESVBITO**, pro *Subito*. de Rep. ex Nonio.

\* **DESVDANS**, tis. *sudans, nitens*. de Sen. 84 b, Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc viricula mentis. In his defudans atq; elaborans corporis vires non magnoperè desidero.

**DESVEFACTVS**, a, um. ( *Assuefactus, assuetus.* pro Cl. 40 b, Is multitudinem iam defuefactam à concionibus, ad veteris consuetudinis similitudinem reuocauerat.

**DESVLTORIVS**, a, um. *qui ex equo in equum facile desilit, relicto priore, in alterum transiit, hic comparatio est, qua Posthumij inconstantiam notat.* pro Mur. 137 b, Qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in consularem quasi defultorius, in quadrigarum curriculum incurere.

**DESVMES**, non *adsum, deficio, absum.* Qu. fr. 309 b, 310 a, Huic conuiuii Quintus tuus defuit. de Cl. 186 b, Ei paucaæ centuriæ ad consulatû defuerunt. de Or. 91 b, Nobis si ingenium, vt putas, non defuit, doctrina certè & ocium defuit. contr. Rull. 74 a, Oratio ad eius rei disceptationem non deerit. de Clar. 175 b, Et vita suppeditaui, & splendor ei nõ defuit. de Diu. 93 b, Siue deest naturæ quippiam, siue abundat, atque effluit. de Orat. 144 a, Nec in Antonio defuit hic ornatus, nec in Crasso redundauit. Epistol. 64 a, Nunquam mihi tui omandi voluntas defuit. Epist. 153 b, Quod si quis vestrum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciam, non illi erga patriam fidelitatem. pro Mil. 121 a, Tibi nullum à me pietatis officium defuit. Epist. 14 a, Tantum enitor, vt neq; amicis, neq; alienioribus, opera, consilio, labore desim. Epistol. 181 b, Quod officium tuum, vel in absentem me, vel in præsentem meos defuit? Epist. 227 a, Non putauit fieri posse, vt mihi verba deessent, sed tamen in C. Lenio commendando defunt. ibid. Sed vereor, ne iam mihi superesse verba putes, quæ dixeram defutura. de Claris orat. 176 a, Qui cum remiserant dolores pedum, non deerat in causis. de Ar. 252 b, Tibi hominum poenæ defunt adhuc, non deorum. I. A. 173 b, Cur ei bello propter timiditatem tuam & propter libidines defuisti? I. A. 221 a, Nõ quod L. Philippo aut studium, aut cura defuerit, in tanto officio tantoq; munere. Att. 61 a, Nec metuo tamen ne mihi sermo desit abs te, quo magnoperè delector. pro Fl. 159 a, In hac Repub. ad quam opprimendam non animus eis, sed vires deficiunt & defuerunt. \* de iur. ciuil. Nec verò scientia iuris maioribus suis Q. Aelius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit. Hortens. Oratæ neque ad voluptatem quicquam defuit, neque ad gratiam, neque ad bonam integramque valetudinem. Topic. 221 a, Admonitus huius æris alieni, nolui deesse ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. pro Sest. 20 b, Plaga vna illa extrema defuit. ibi. Num defuit gladijs?

\* *Syntaxis. Deesse consilio. id est, in concilio. Deest hoc ad gloriam. Tibi desim opibus. Tibi non semper deerrunt hominum pænæ.*

\* **DETECTVS**, a, um. Acad. 30 b, Quia fieri possit, vt patefacta corpora nostra & detecta mutantur.

**DETVNTVS**, a, um. Att. 48 b, Hactenus Theffalonicæ detentus sum.

**DETERGO**, gis. vel **DETERGEO**, ges. *abstergeo.* in Arat.

*Cum neq; caligans detergi sidera nubes.*

Att. 226 a, Primo anno LXXX. detersimus.

**DETERIORIVS**: **DETERIMVS**. *peior, durior, nequissimus.* de Ar. 257 a, Deterioris verbum in eum maximè cadit, qui sit vnus omnium mortalium sine vlla dubitatione deterimus. & ibid. Nullum decus reperiri potest, quod non in deteriore insit. de Opt. 243 a, Quod optimo dissimillimum est: id est, deterimum. de Orat. 154 b, Quicquid detraxeris, vitiosius & deterius futurum est. Attic. 226 b, Rem non fecit deteriore, haud scio an fructuosiore. Attic. 143 b, Currere huc & illuc via deterrima. de Nat. 43 a, & de Cl. 188 b, Si corrigere aliquid volet, deterius id faciet. I. A. 215 a, Res verbo fieri interdum deterior solet. in Verr. 178 a, Nisi hoc statuisses, quicquid dixisses, te deterius esse futurum. de Nat. 33 a, Natura non optima putanda potius, quam deterrima. I. A. 256 a, Deteriores iugulare cupio, meliores vincere pro Cecin. 293 b, In iudicijs deterior causa est eorum qui frugiunt. pro Cor. 62 a, Nec ideo est Gaditanorum causa deterior: grauissimis enim & pluribus rebus est fulta. pro Qu. 3 b, Deteriore tempore absens auctonatur. de Ar. 258 a, Deteriore statu esse. Ep. 70 b, Ego valeo, sicut soleo, paulò tamen etiam deterius quam soleo. de Fin. 120 b, Ex his angustijs ista cuaserunt deteriora quam Aristonis.

ad Heren. 27 b, Vt si qua res honestiori ordini placeat, quæ à deteriore ordine improbetur, ad Her. 17 b, Homo deterimus. de Amic. 107 a, Tertius verò ille finis deterimus, vt quanti quisq; se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. de Leg. b. 172 a, Teophrastus autor haud deterior mea quidem sententia, &c. de Arusp. 256 a, Hetruscus libri deteriores: & repullos hos appellant, quorum & mentes & res sunt perditæ & 257 a, De repulsijs & deterioribus multa. \* de Leg. Status aut melior, aut certè non deterior.

† *Syntaxis. Esse iure deteriore. Tua est causa deterior. Fugientium causa deterior.*

\* **DETERIVS**, adverb. de Finib. 50 b, Quid inciderint inculta quædam & horrida, de malis Græcis Latinè scripta deterius.

**DETERMINATIO**, onis. *terminus, conclusio, finis.* de Inu. 60 a, Conclusio est exitus & determinatio totius orationis. de Nat. 46 a, \* Restat vltimus & à domicilijs nostris altissimus omnia cingens & coërens cœli complexus, qui idem æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi.

**DETERMINO**, as. *termino, concludo.* de Orat. 159 a, Et id quod dicit, spiritu, non arte determinat. de Diu. 84 a, *Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.*

**DETERRENDVS**, a, um. Offic. 46 a, Eamq; iniuriam in deterrenda liberalitate ( *al. deterrendo à liberalitate* ) sibi geri putant. de Orat. 107 b, Illud vereor, ne maiorem vim ad deterrendum habeat, quam ad cohortandum.

**DETERREO**, es. *dehortor, tardo, reuoco, auoco, deduco, repello, remoueo, refinguo, auerto, debilito, summoceo, studium alacritas tardo vel refinguo.* de Orat. 94 b, Neq; hæc in eam sententiam disputo, vt homines adolentes à dicendi studio deterream. Epist. 7 a, Sed vt ego te ad certam laudem adhortor, sic à dimicatione deterreo. de Ar. 247 b, Non his delector literis, quæ nostros animos deterreant atq; auocent à religione. Att. 278 a, Me quidem autoritas tua à nimio mœrore deterruit. de Clar. 189 b, Cæsar fanos homines à scribendo deterruit. Attic. 235 b, Non te Bruti nostri vultriculus ab ista oratione deterret? Attic. 284 a, Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria detertere. Brut. 173 a, Quod me de statu meo nullis contumelijs detertere possunt. Tusc. 168 a, Itaq; non deterret sapientem mors, quò minus in omne tempus Reipublicæ consulat. de Clar. 197 a, Nec verò Aristotelem in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis: nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia cæterorum studia restinxit. pro Qu. 2 a, Deterere aliquem, ne faciat aliquid. \* pro Font. 281 b, Vt suos nouos clientes à bello faciendo deterreat. de Fin. 49 b, Non enim illum ab industria, sed ab illiberali labore deterret.

**DETERREOR**, ris. Attic. 280 a, Is nulla re deterri à proposito potest. Epistol. 115 b, Deterri ab officio. de D. 125 a, Num igitur eorum frequentia Stoici de sententia deterrentur.

† *Syntaxis. Deterere aliquem ab iniuria & mœrore, ab officio, à proposito.*

**DETESTABILIS**, le. *execrandus.* Offic. 36 a, Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. I. A. 232 b, Atq; hoc quidè detestabile omè auertat Iupiter. Off. 12 a, Quod est detestabilior istorum humanitas, qui lacerarunt omni scelere Rempub. Tusc. 221 a, & 204 a, Iam ægritudinem laudare, vnam rem maximè detestabilem, quorû est tandem philosophorum? Tusc. 195 b, Res tetra, misera, detestabilis. de Sen. 85 b, Nihil tam detestabile, tamq; pestiferum, quam voluptas. in Ant. 159 a, Metui, inuidiosum & detestabile est. & 172 b, Hic execrandus pop. Rom. & detestabilis est. de Amic. 101 b, Scelus detestabile. I. A. 181 a, O detestabilem hominem.

† *Syntaxis. Nascitur ab homine homini pestis detestabilis. Terrum, miserum, detestabile. Metui, est inuidiosum ac detestabile. Homo detestabilis.*

**DETESTANDVS**, a, um. *execrandus.* de Nat. 25 b, Quæq; dixerit, inuidiæ detestandæ gratia dixisse.

**DETESTATIO**, onis. *deprecatio.* pro Dom. 241 b, Cum pro detestatione tot scelerrum, vnam aram nefariè consecrârat.

**DETESTOR**, aris. *deprecor, remoueo.* I. A. 193 a, O dii immortales, auertite & detestamini quæso hoc omè. I. C. 102 b, Vt à me quandâ propè iustâ patriæ querimoniam detester ac deprecet. I. A. 215 b, Proximi belli ciuiliis causam ignoro, detestor exitum. I. P. 100 a, Omnes memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem deniq; ac nomen à Repub. detestantur. I. Vat. 36 b, Omnes te vitant, & cum viderint, tanquam auspicionum malum detestantur. Attic. 146 a, Detestaris hoc diligenter x1. cal. Mart. id est, quasi ita non esse testaris.

† *Syntaxis. Detestari aliquid, & aliquid ab aliquo.*

**DETEXENS**, tis. in Arat.

*His non perpetuum detexens conficit orbem.*

**DETEXO**, is. ad Heren. 14 a, Nunc ego te ab summo iam detexam exordio.



**DETEXTVS**, a, um. de Orat. 123 a, Reperitur non modò ea quæ iam non possint ipsi dissoluere, sed etiam quibus antè exorta & potius detexta propè retexantur.

**DETINEO**, nes. *teneo, demoror.* Attic. 154 b, Consilium tuum etsi non in longinquum tempus differs, tamen suspensum me detines. Lent. Epist. 193 a, Nonnulli etiam ipsi magistratus veniebant in suspicionem, detinuisse nos & demoratos esse, dum, &c.

**DETINEOR**, ris. ad Herenn. 23 b, Nunquam est enim, quin aliquid memoriæ tradere velimus, & tum maximè, cum aliquo maiore negotio detinemur. de Inu. 79 a, Quare in alienis negocijs detineantur.

**DETORQUEO**, es. *deflecto, auerto.* Offic. 40 b, Voluptates blandissimæ dominæ sæpe maiores partes animi à virtute detorquent. de Vniuers. 199 a, Eamque particulam detorsit à latere in dextram partem. de Orat. 91 a, Vt ea ipsa nescio quomodo rursus detorqueres, & oratori propria traderes. \* Tusc. 239 b, Eius fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset, cum ipsum, cum fores cubiculi clauserat, detorquebat.

**DETORQUEOR**, ris. pro Cæl. 41 b, Voluntas testium, quæ nullo negotio flecti ac detorqueri potest.

**DETORTVS**, a, um. de Fin. 39 b, Pars corporis imminuta & detorta. *(ἀπασι, integra.*  
† Syntaxis. *Animus à virtute detorquetur voluptate. Flectere ac detorquere testium voluntatem. Membrum detortum.*

**DETRACTIO**, onis. *diminutio.* Offic. 58 a, Detractio atque appetitio alieni est contra naturam. de Diuin. 118 b, Statuæ enim ipsæ efficiuntur detractio. Attic. 197 b, Cuius loci detractio fieri velit. \* de Vniuers. 198 a, Nec verò desiderabat mundus detractioem confecti & consumpti cibi. Offic. 76 a, Dicunt voluptatis magnitudinem, doloris detractio fieri. *Alij finiri legunt.*

**DETRACTVRVS**, a, um. I. V. 62 b, Cùm ipse de ea facultate, si quam habet, aliquantum detracturus sit.

**DETRACTVS**, a, um. *in actiōe synonyma sunt.* de Orat. 94 b, Fingere aliquem detractis omnibus vitijs, atq; omni laude cumulatam. Offic. 36 b, Quò quis callidior est, hoc inuisor detracta opinione probitatis. de Clar. orat. 189 a, Commentarij Cæsaris nudi omni ornatu orationis, tanquam veste detracta. Epist. 34 b, Si absenti mihi vnus mensis labor detractus esset. p. Pomp. 5 a, Ne vera laus ei detracta oratione nostra, nec falsa affecta esse videatur. pro Plan. 270 a, Nihil enim, mihi creda, de te detractum, sed aliquid etiam de virtute significatum tua. de Finib. 55 a, Detractis de homine sensibus, reliqui nihil est. pro R. P. 129 b, Restituere id quod detractum est ex aliqua re. Epistol. 45 a, Ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur. in Ant. 108 a, Celeritas de causa detracta. pro Clu. 34 b, Nihil potest neq; additum neq; detractum de re familiari latere.

**DETRAHENDVS**, a, um. *diminuendus, amouendus.* Offic. 27 a, Cùm de absentibus detrahendi causa maledicè contumeliosèq; dicitur. pro Cæl. 38 a, Ea quæ accusatores deformandi huius causa, detrahendæ, spoliandæ dignitatis gratia dixerunt. de Pro. 69 a, Qui mihi homines ex prouincijs potissimum detrahendi sunt.

**DETRAHENS**, tis. Acad. 5 a, Socrates de se ipse detrahens. \* Tusc. 199 b, Detrahens eas voluptates, &c. detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiuntur oculis suaves motiones.

**DETRAHO**, his. *minuo, delibo, derogo, desero, aufero, decerpo, detractioem facio.* Ep. 60 a, Egi cum Claudia vxore tua & cum vestra sorore Mutia, vt cum ab illa iniuria detraherent. pro Mar. 132 b, Quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferet laudibus. de Diu. 137 a, Nunc propter intermissionem forensis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea non utebar. de Diuin. 105 a, Paruis enim momentis, multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. I. A. 225 a, Si quis hanc consuetudinem plerisq; in rebus bonos obtractandi tibi detraherit: *alijs bonis.* de Arusp. 250 a, Qui sacerdotem ab aris detraxisti. item, Detrahere aliquem de cruce. de Am. 107 a, Multæ res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt detrahiq; patiuntur. Anteq. 197 a, Neque Quintus Metellus quicquam de virtute sua detraxit, quod cessit L. Saturnino, &c. pro Sext. Rosc. 51 b, Nihil mihi detraham, cū illis exacte ætatis seuerissimè fructum quæ meruerunt, retribuam. Att. 158 b, Rogauit, & si quid posset, ex ea summa detraheret. de Diuin. 125 a, Cæsar Deiotaro detraxit Armeniam à senatu datâ. de Nat. 86 b, Dionysius Ioui aureum detraxit amiculum. in Verr. 81 a, Sed de meo iure aliquid & commodò detraho. Postquam. 199 a, Non solum calamitatē mihi detraxisse, sed etiam dignitatē auxisse videmini. & 202 a, Mihi quod potuit sceleratorum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipauit. Offic. 56 b, Detrahere aliquid alteri, & rapere

ad se commoda alterius. de Orat. 135 a, Concedere aduersario id ipsum, quod tibi ille detrahit. in Verr. 212 a, Vt ipse de me detraham. ad Attic. 177 b, Ille non cessat de nobis detrahere. de Inuent. 66 a, Detrahere de honestate alicuius. & Epistol. 38 a, Detrahere de fama alicuius. pro Flac. 163 b, Dat de lucro, nihil detrahit de viuo. in Verr. 203 a, Honorem debitum detraxerunt non homini, sed ordini. Epistol. 5 b, Nihil enim tibi detraxit senatus, nisi id quod per eandem religionem dari alteri non potest. & ibid. Si quid ex ijs rebus, quas tibi fortuna elargita est, nonnullorum hominum perfidia detraxerit. Academ. 2 b, Ne quid priuatis studijs de opera publica detrahamus. de Orat. 88 a, Ne de C. Lælij gloria detraham. \* Hortens. Vt ea sibi ratio vera restituat, quæ consuetudo vitiosa detraxerit. Offic. 57 b, Si quid ab homine ad nullam partem vtili, utilitatis tua causa detraxeris. ibid. Si quid ob eam causam alteri detraxeris.

¶ *Adducto.* pro Cluent. 55 b, Vt hunc Oppianicum ad hanc accusationem detraheret. de Pro. 73 a, At hi illum inimicum ex Gallia suis sententijs non detrahebant: *id est, non revocabant.*

¶ *Obtracto.* Quint. fr. 299 a, Sermo eorum qui de se detrahere volunt. pro Rabir. 94 b, Detrahere de aliquo, & eum in inuidiam vocare.

**DETRAHOR**, nis. p. Mil. 190 a, Detrahi in iudicium. I. V. 189 a, Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ detrahebantur. pro Cæl. 44 b, Claudia patrem triumphantem de curru detrahi passâ non est. Att. 125 b, Cùm aliquid de illo detrahitur, nefas esse approbare.

† Syntaxis. *De se detrahere: id est, se non laudare, non sibi tribuere, Detrahere alicui damna. De aliquo detrahere, & alicui: id est, maledicere.*

**DETRIMENTVM**, ti. *damnum, βλάμματα.* *(emolumentum.* de Orat. 88 a, Plura detrimenta publicis rebus quàm adiuuētā per homines eloquentissimos importata. I. A. 201 a, Cōsules prouideant, ne quid Respub. detrimenti accipiat. I. V. 204 a, Respub. detrimentum fecit, quòd per te imperij ius in ciuitate imminutum est. ibid. At commodasti publicè. Non sine magno Reip. detrimento. de Finib. 60 a, Plusq; in ipsa iniuria detrimenti est, quàm in his rebus emolumentum, quæ iniuria pariuntur. Attic. 265 a, Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod adferret rei familiaris, eodem magnâ partem fortunatum traiecit suatum. de Clar. 165 a, Nostro incommodò detrimentoq; doleamus. I. A. 179 b, Tua ista detrimenta sunt, illa nostra. Planc. Epistol. 154 a, Tamen si quid Lepidus bene sentiens detrimento cepisset, hoc omne assignatum mihi aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam. Planc. Epist. 159 b, Neque tamen refugiendo commissuri sumus, vt maius detrimentum Respub. accipere possit. Off. 11 a, Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuiq; Epist. 260 b, Senatus consulibus, pratoribus, Tribunis plebis, & nobis qui proconsules sumus, negociū dedit, vt curaremus, ne quid Respub. detrimenti caperet. pro Milon. 115 a, & I. C. 98 a, Vt videret, ne quid Respub. detrimenti caperet. \* pro Pomp. 6 b, Cæteris in rebus cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur. & 16 b, Vt detrimentis accipiendis maiore affici turpitudine videremur. de Finib. 104 b, Vt conseruetur omnis homini erga hominem societas, coniunctio, charitas: & emolumenta & detrimenta, quæ ἀφαιρέματα & βλάμματα appellant, communia esse voluerunt: quorum altera profunt, nocent altera.

† Syntaxis. *Per aliquem importatum detrimentum alicui. Pasi, accipere, facere detrimentum. Incommodum ac detrimentum.*

**DETRUDO**, dis. *depono, deturbo, expello.* de Vniu. 203 b, Et ita dextra detrusit speculorum lenitas in lauam partem oculorum, læuaq; in dextram. Epist. 66 b, Quatuor enim turres, & quatuor muros cepi, & arcem eorum totam, ex qua me niues, frigora, imbres detruferunt. Offic. 23 a, Sin aliquando necessitas non ad ea detruferit, quæ nostri ingenij non erunt, &c. de Orat. 95 b, Detrudere aliquem ad id quod facere potest.

¶ *Differo, produco.* Attic. 66 a, Putant fore aliquem, qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat, Catone præsertim absoluto.

**DETRUDOR**, ris. *deturbor.* pro Qu. 4 b, Quintus contra ius & consuetudinem, edicto prætoris de saltu agroque communi à seruis communibus vi detruditur. pro Cecin. 294 a, Potestne detrudi quisquam, qui non attingitur nonne, si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est. cum detrudi cui manus afferantur necesse est, inquam, si ad verbum rem volumus attingere, neminem statu detrusum, qui non adhibita vi manu demotus & actus præceps intelligatur. de Orat. 89 a, Oratorem in iudicia & concinulas, tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam.



¶ *Differor.* Quin. fr. 3 14 b, Putantur detrudi comitia in mentem Martium.

**DETRUSVS**, a, um. de Nat. 53 a, Stomachus agitatione lingua depulsum, & quasi detrufum cibum accipit. Qu. fr. 305 b, In maximum luctum laboremq; detrufus sum.

† *Syntaxis.* Comitia detrufa in calid est, dilata. Detrudere & cōpingere. Cibus depulsum ac detrufus. In luctum detrufus.

**DETVRBANDVS**, a, um. pro Quin. 8 a, De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est.

**DETVRBATVS**, a, um. *deiectus.* Epistol. 198 b, Neque solūm spe, sed certa re iam & possessione deturbatus est. Epistol. 63 b, Sed hoc scito, tuos veteres hostes, novos amicos, vehementer literis percussos, atque ex magna spe deturbatos iacere.

**DETVRBO**, bas. *demolior, deijcio, detrudo, disturbo.* I. V. 221 a, Tindaritani statuam istius deturbarunt. in Pis. 89 b, Suum quemque scelus de sanitate ac mente deturbat. I. P. 99 a, Illi statuam istius deturbat, affligunt, comminuunt, dissipant. Qu. fr. 328 b, Quod si cæmentum bonum non haberem, deturbem ædificium?

† *Syntaxis.* Deturbare aliquem de fortunis, spe, possessione, certa re. Deturbare ædificia. Ex spe deturbari.

**DEVECTVS**, a, um. in Ant. 154 b, Atq; ego celeriter Veliam deuectus sum.

**DEVENIENDVM.** Epistol. 97 a, Aut deueniendum in victoris manus.

**DEVENIO**, nis. *venio, peruenio.* de Orator. 131 a, Quæ cuiusmodi sint, facilius iam intelligemus, cum ad ipsa ridiculorum genera deuenimus. I. P. 94 b, Deuenit, aut potius incidit in istum Græculus, & c. Epistol. 51 a, Quoniam in eam fortunam deueni, & c. pro Mur. 130 b, Qui oratores euadere non possunt, ad iuris studium deuenire. Attic. 5 a, Nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire. \* I. V. 261 a, Ad senatum deuenient, qui de Verre supplicium sumat?

\* **DEVERTO**, is. de Inu. 67 a, Quod simul deuerterit. *Alij diuerterit legunt.*

**DEVENATVS**, ta. *valde vexatus, afflictus.* Ep. 145 a, Per tot annos republ. deuekata.

**DEVEVS**, a, um. *deflexus, inclinatus.* de Diuinat. 101 a, Lucus Vestæ, qui à palatij radice in nouam viam deueus est. Attic. lib. 9, Actas iam à diurnis laboribus deuexa ad ocium, domesticarum me rerum delectatione molliuit. 5. de Legibus, Sol paululum à meridie iam deueus videtur.

† *Syntaxis.* Deuexa via, etas in, ad.

**DEVICTVS**, a, um. contra Rul. 84 a, Quibus Coss. Capua deuicta atque capta est. de Nat. 27 b, Classe deuicta. \* pro Marc. 135 a, Deuictis aduersarijs.

**DEVINCENTVS**, a, um in Catil. 101 a, Tu ad deuincendas perfugiendasque leges valuisti.

\* **DEVINCIENDVS**, a, um. de Cl. 177 a, In verbis & eligendis & collocandis & comprehensione deuinciendū.

**DEVINCIOS**, cis. *obstringo, alligo, constringo, comprehendo.* pro Sest. 6 a, Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxit, nihil contra me esse facturum. pro Dom. 239 b, Deuincire aliquem, lo cum religionis id est, dedicare. Epist. 206 b, Tum viros primos & homines honestissimos summo beneficio in perpetuum tibi tuisque deuinxeris. de Cl. 133 a, P. Crassus cum Seruio Galba affinitate sese deuinxit. Offic. 11 b, Sanguinis autem coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines. Epist. 203 b, Ipsum præterea summo officio, & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Qu. fr. 300 a, Quorum principem Hermippum non solūm sermone meo, sed etiam familiaritate deuinxit, in Ant. 182 b, Cæsar aduersarijs clementiæ specie deuinxerat. Or. 204 b, Nec acerratim multa frequentans vna complexione deuinciet. de Nat. 56 b, Eloquentia nos iuris legumque societate deuinxit. I. P. 85 b, Qui in Italia omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxit. de Fat. 144 a, Hi mentem hominis voluntate libera spoliata fati necessitate deuincunt. de Ar. 244 b, Hic maximo se scelere deuinxit. \* contra Rul. 83 a, Atellam, Cumas, Neapolin, Pompeios, Nuceriam, suis præsidij deuincient.

**DEVINCIOR**, ris. I. V. 252 b, Cleomenes ab isto donis beneficijque plurimis deuinciebatur. Off. 74 b, Fœdera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides.

**DEVINCTVS**, a, um. Ep. 14 b, Cuius officij me esse deuinctum confiteor. & 6 b, Hic tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctus est, & 88 b, Nūc tanto sum deuinctus eius beneficio, vt nemini plus debeā. Ep. 87 a, Omnes ferè familiarissimi eius quasi deuincti meis magnis veteribus officijs me diligenter obseruent. Epist. 45 a, Ijs studijs, quibus vterque nostrum deuinctus est. de Clar. 168 b, Nec in impeditis ac regum dominatione deuinctis nasci cupiditas dicendi solet. Attic. 263 a, Me maximo beneficio deuinctum

semper habebis. pro Cæl. 45 a, Eum habere tuis copijs deuinctum non potes. de Pro. 73 a, Nationes nondum legibus & iure certo, nec satis firma pace deuinctæ. pro Mil. 118 b, Pompeium nouo reditu in gratiam quasi deuinctū arbitrabatur. pro Cl. 55 b, Vt cum nuptijs alligatum, simul & testamenti spe deuinctum haberet in potestate. contra Rul. 63 b, Italiam omnibus vinculis deuinctam & constrictam tenere. pro Planc. 267 a, Tenere aliquem deuinctum largitione. item, Is totam Hortensiorū domum deuinctam consuetudine tenebat. pro Cec. 302 a, Ad duas dissimiles res duo deuincta interdista sunt.

† *Syntaxis.* Deuincire aliquem clementia, se scelere deuincire. Fœdere deuincitur fides. Aliquem vinculis amicitiæ deuinctum tenere.

**DEVINCO**, cis. *supero, vinco.* de Nat. 27 a, Cū ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deuincissent. Orator. 211 a, Duellius qui Pœnos classe deuicit. contra Rul. 73 a, Nuceriam suis præsidij deuincit. \* *al. deuincient.*

**DEVIATIO**, onis. *fuga, vitatio.* Att. 252 a, Facilior & explorator deuitatio legionum fore videtur, quàm piratarum, qui apparere dicuntur.

**DEVIATVS**, a, um. Attic. 139 b, Ne Cæsar se à me deuitatum putet.

**DEVITO**, as. *defugio, vito.* in Verrem 68 a, Procellam temporis deuitauit.

**DEVITOR**, ris. Tul. 188 b, Nullum ab ijs, qui in id certamen descendant, deuitari dolorem.

**DEVIVS**, a, um. *qui de reſta via deflexit, à via remotus, alienus, aduersus.* Attic. 25 a, Id & nobis erit iucundum, & tibi non sanè deuium. I. P. 93 b, In oppidum deuium Beroam perſugisti. Attic. 41 a, Sed itineris causa vt diuertat, primū est deuium, & c. & 56 b, Metellus per itinera deuija ad campum currebat, & c. & 225 b, Trebonius itineribus deuijs proficiscitur in prouinciam. in An. 180 b, Quid Anagnini? qui cūm essent deuij, obuiam ei descenderunt. de Amic. 113 b, Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium, quàm animus assentatoris? in Ant. 201 b, Homo amentissimus, atque omnibus consilij præceptis & deuius. \* 3. Acad. Quod si liceret vt ijs, qui in itinere decrauissent, sic vitam deuiam secutis corrigere errorem pœnitendo.

† *Syntaxis.* Via, iter, oppidum, factum, vira, animus deuius.

**DEVNX**, cis. *vndecim vicia, quasi vna de aſſe dempta.* pro Cæcinnam 288 a, Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cæcinnam.

**DEVOCO**, as. *renoco.* de Pro. 75 a, Nihil est, quod eū de prouincia deuoent: ad gloriam deuo cant, ad triumphum, ad gratulationem, ad summum honorem Senatus equeſtris ordinis gratiam, populi charitatem. Tusc. 230 a, Socrates primus philosophiam deuoauit cœlo.

**DEVOCOR**, ris. ad Heren. 6 b, In ſuſpicionem maleficij deuocari.

**DEVOLO**, as. *auolo, auſugio.* pro Qu. 17 a, Ab afflictis amicitijs transfugere, & ad florentem aliam deuolare. ad Her. 29 b, Falsi amici simul ac fortuna dilapſa est, deuolant omnes.

**DEVOLVOR**, cris. I. A. 211 a, Non auditis ſententiam meam flagitari? cui cūm pridie frequentes eſſetis aſſenti, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti.

**DEVORANDVS**, a, um. Att. 57 b, Dudum circumrodo quod deuorandum est. de Clar. 186 a, M. Piſo hominum ineptias & ſtultitias, quæ nobis deuorandæ ſunt, non tulit.

**DEVORATVS**, a, um. I. P. 99 a, In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorum centum talenta euomere non poterat. in Sal. 275 a, Patrimonio non comeso, ſed deuorato. pro Flac. 158 a, Quod erat ſpe lucrum deuoratum. in Ant. 246 b, Beneficij Cæſaris deuoratum.

**DEVORO**, as. *ligurio, helluor.* pro Sest. 7 b, Verbum ipsum voluptatis omnibus modis animi & corporis deuorabat. I. P. 90 a, Cūm partim eius prædæ profundæ libidines deuorafſent: partim, & c. Att. 12 a, Regis hereditatem ſpe deuorarat. in Ver. 188 a, Deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. in Sall. 275 a, Quid enim tibi faciam? qui illos liberos deuoraſti? Epist. 177 b, Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quaerit: non quod veterem comederit, nullam enim habuit: ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. I. A. 208 b, Quapropter Quirites expeſtate, & paucorum dierum moleſtiam deuorate. pro Dom. 225 a, Cūm omnium locupletum bona ſpe & auaritia deuorafſes. I. V. 188 a, Nōn leuiter furta ligurire, ſed deuorare pecuniam. I. V. 103 b, Iſte qui iam ſpe & opinione prædam illa deuoraſſet.

**DEVOROR**, ris. de Clar. 191 a, Oratio à multitudine & à foro deuorabatur: id est, non plane intelligebatur. de Nat. 53 a, Stomachi partes quæ ſunt infra quàm id quod deuoratur, dilatantur: quæ autem ſuprà contrahuntur.

† *Syntaxis.* Deuoranda ſtultitia, Deuorare libros. Bona ſpe de-



uorare: id est, per auaritiam & opinionem. Orationem deuorare: id est, percipere.

**D E V O T I O**, nis. *dedicatio, consecratio.* de Nat. 62 b, Deciorum deuotionibus placatos esse deos. pro Dom. 242 b Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse & commissam putabo. Postq. 198 a, Eius deuotionis me esse conuictum iudicio deorum, &c. testimonio senatus, confessione inimicorum maximè lætor.

**D E V O T Y S**, ta, tum. *destinatus, confitutus.* de Ar. 244 a, Accedit enim, quod expectatione omnium T. Annio deuota & constituta ista hostia videtur.

**D E V O V E O**, ues. *uoueo, defimo, dedico, consecro.* de N. 27 b, Quidam imperatores se ipsos dijs immortalibus, capite velato verbis certis pro republ. deuouerunt. de Diu. 91 a, P. Decius deuouit se, & in aciem Latinorum irrupit armatus. de Finib. 77 b, Num etiam eius collega P. Decius princeps in ea familia consulatus, cum se deuoueret, & equo admissio in mediam aciem Latinorum irruerat, &c. in Anton. 233 b, P. Decius qui maiorum suorum exempla persequens, pro alieno se ære deuouit. Parad. 117 b, Quæ vis patrem Decium? quæ filium deuouit? & immisit in armatas hostium copias? Postquam. 198 a, Cum me fortunasque meas pro vestra incolumitate, ocio, concordiaque deuoui. pro Dom. 242 b, Meque ac meum caput hac conditione deuoui, vt si, &c. Offic. 71 a, Agamemnon cum deuouisset Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidè anno natum pulchrius.

† Syntaxis. *Deuotionis conuictus. Capitis deuotio. Pro alio se Deo deuouere. Deuouere se pro ære alieno. Deuouere filium.*

**D E V S**, dei. *diuinus spiritus, numen, præstans æternaque natura, diuus, qui in deorum numero est, ille qui cælum atque terras tuetur & regit, procreator mundi.* Tusc. 162 a, Nec Deus ipse qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam & libera, segregata ab omni concretionem mortali, omnia sentiens & mouens, ipsaque prædita motu sempiterno. de Nat. 12 b, Roges me, quid, aut qualis sit Deus: autore vtur Simonide, de quo cum quæsisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi causa sibi diem postulauit: cum idem ex eo postredie quæreret, biduum petiuit: cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero quæreret, cur ita faceret? Quia (inquit) quantum diuitius cogito, tantò mihi res videtur obscurior. de Nat. d. 1, Plato sine corpore Deum vult esse, vt Gæci dicunt, *ἀσώματος.* de Ar. 248 a, Quis est tam vecors, qui cum suspexerit in cælum, deos esse non sentiat? & ibi multa de Deo ac providentia. de Som. 127 b, Ille princeps Deus, qui omnem hunc mundum regit. de Somn. 128 b, Nouem orbibus connexa sunt omnia, quorum vnus est cælestis extremus, summus ipse Deus arcens & continens cæteros. de Som. 130 b, Deū igitur te scito esse, siquidem Deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet, qui tam regit & moderatur id corpus cui præpositus est, quam hunc mundum princeps ille Deus. de Diu. 139 a, Esse præstatem aliquam æternamque naturam, & eam suspiciendam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum cælestium cogit consistere. de Fin. 108 b, Sed etiam modestiam quandam cognitio rerum cælestium affert, his qui videant, quanta sit etiam apud Deos moderatio, quantus ordo: & magnitudinem animi, deorum opera & facta cernentibus: iustitiam etiam, cum cognitum habeas, quod sit summi rectoris & domini numen. de Leg. 161 a, Nulla gens est tam fera, quæ non etiam si ignoret, qualem Deum habere deceat, tamè habendum sciat. de Diu. 105 a, Quanto id Deo est facilius, cuius numini parent omnia. de N. 26 b, Iupiter dominator rerū, omnia nutu regens, pater diuūq; hominūq; de Vn. 202 b, Deus, qui omnia genuit: *ad alios deos genitos futur.* de Vn. 198 b, Sic Deus ille æternus, hūc perfectè Deum procreauit. de Nat. deor. 78 b, Nihil est, quod Deus efficere non possit, & quidem sine labore vllò. de Diu. 134 b, Nec frustra & sine causa find facere, dignum Deo est. de Legib. 175 a, Et quod Thales dixit, homines existimare oportere, Deos omnia cernere, Deorum omnia esse plena, fore enim homines castiores. Offic. 72 b, Nunquam nec irasci Deum, nec nocere. pro S.R. 40 a, Commoda quibus vtimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, à Deo nobis dari atque impartiri videmus. Offi. 35 a, Dij ratione vtentes. & ibid. Deos placatos pietas efficit & sanctitas. Attic. 226 b, Nostri illi heroës, sed dij futuri quidam, in gloria sempiterna sunt. de N. 37 b, Deos quosdam ex magnis beneficijs fuisse constitutos. de Sen. 94 b, Sic me colite vt Deum. Parad. 118 a, Cum tibi siue Deus, siue natura dederit animum, &c. de Nat. 12 b, Tragici poetæ cum explicare argumenti exitum non possunt, confugiunt ad Deum. pro Pomp. 17 a, Testor omnes Deos, & eos maximè

qui huic loco temploque præsent, qui omnium mentes eorum qui ad Rempub. adeant, maximè perspiciunt de D. 116 b, Deos ipsos iocandi causa in duxit Epicurus perlucidos & perflabiles, &c. de Na. 71 b, Deos ea facie nouimus, qua pictores & fectores voluerunt. de Nat. 78 b, Malos felices contra Deos testimonium dicere. & 78 a, Improborum prosperitates secundæque res redarguunt vim omnem Deorum ac potestatem. & 59 b, Magna dij curant, parua negligunt. Antequam. 197 a, Testor Deos deasque omnes immortales, me, &c. de Inu. 74 b, Ei Deo: id est, Dianæ, Attic. 96 b, Ac te apud eum, dij boni, quanta in gratia posui. de Clar. 191 a, O Dij boni, quid quasi nos alii agimus. Att. 153 a, Reliqua, o Dij, qui comitatus. Offic. 33 b, Quid est enim per Deos optabilis sapientia? I. A. 216 a, Nunquid tale habemus? dij meliora: id enim ipsum agimus, &c. Attic. 135 b, Contrà igitur? Dij, inquis, auertrunt. I. P. 87 b, Appellatus est hic Vulturius illius prouinciæ (si dijs placet) imperator. in Anton. 190 b, His ducibus dijs iuuantibus erimus liberi breui tempore. Quin. frat. 309 b, Dijs hominibusque plaudentibus. Offic. 9 a, Doque volentibus cum magnis dijs. Epistol. 105 a, Dijs approbantibus & iuuantibus. & 156 b, Meque dijs iuuantibus ante brumam expectabis. de Sen. 94 b, Si quis Deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam. Tusc. 153 b, Harum sententiarum quæ vera sit, Deum aliquis viderit. Attic. 92 a, Sed hæc Deus aliquis gubernabit. Attic. 138 b, Quid tu autem possis? aut quid homo quiscumque vix iam Deus. Tusc. 170 a, Dij immortales sciunt, hominem puto scire neminem. de Orat. 124 b, Qui ordo tibi placet, & quæ dispositio argumentorum, in quo tu mihi semper Deus videri soles. Postq. 220 a, P. Lætulus, cõsul, parens, Deus, salus nostræ vitæ. pro Sesto. 28 a, P. Lætulus, cuius ego patrè Deum ac parètem statuo fortunæ ac nominis mei. Tusc. quæst. lib. 1, Deus qua facie sit, aut vbi habitet, ne quærendum quidem est. 2. de Legib. Deus qua mente sit futurus, quando ei aliquid ab impijs donatur, vetat Plato dubitare: cum vir nemo bonus ab improbo donari velit. de Nat. d. 1, Si Deus esset animus hominis, cur quicquam ignoraret? de Nat. d. 1, Si mundus est Deus, quoniã partes mundi sunt: Dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicèda sunt. de Nat. d. 2, Sapiens est mundus, & propterea Deus. Tusc. q. lib. 1, Deus mundum ædificauit, secundum Platonem in Timæo. 14. Fam. Deus aliquis mihi medicinam fecisse videatur. de Vniu. Deus effector mundi atque molitor. Tusc. q. lib. 1, Deus vel effector mundi, si natus est: vel moderator, si semper fuit. de Diu. lib. 1, Deus inclusus corpore humano. de Vniu. Deus is qui erat quum mundum crearet, de aliquando futuro Deo cogitans. 2. de Nat. Deus nulli naturæ obediens aut subiectus. 4. ad Atti. Deus ille noster Plato. de Nat. d. 1, Deus Platonis de Timæo, opifex ædificatorque mundi. de Nat. d. 1, Deus Platonius. de Nat. d. 2, Deus præsens & præpotens. Tusc. quæst. lib. 1, Tantus & tam præsens habetur Deus. 7. ad Attic. Deus qui nos melius, quam optare auderemus, liberauit. 4. ad Atti. Fors viderit, aut si quis est Deus, qui hæc curet. 1. ad Atti. Nisi quis nos Deus respexerit. 16. Fam. Nisi quis Deus, vel casus aliquis subuenerit. de Nat. 1, Deus significatur beatus & æternus. Tusc. q. lib. 1, Vetat dominans ille nobis Deus, iniussu hinc nos suo demigrare. 2. de Leg. Deus vindex constituitur, vt præsentis pœnæ metu religio confirmetur. de Nat. deor. 1, Mundus, Deus volubilis. de Nat. deor. 1, Dei formam intelligi posse non censet Aristoteles. de Nat. deor. 1, Dei formam mutabilem esse vult Heraclides Ponticus. de Nat. deor. 1, Dei formam quæri non oportere: Socrates apud Xenophontē. 1. de Leg. Dei notitiam nullum est animal quod habeat, præter hominem. 1. de Nat. Dei speciem cogitatione percipi cum sensu. 2. de Leg. Deo nihil minus gratum, quam nõ omnibus patere ad se placandum & colendum, viam. de Nat. deor. 1, Deo isti rotundo quæ vita tribuitur? 14. Famil. Deo piè & castè satisfacere. Som. Scip. Deo nihil, quod quidem in terris fiat, acceptius est, quam concilia, cœtusque hominum iure foeciati, quæ ciuitates appellantur. 3. de Leg. Deo paret mundus, & huic obediunt maria, terræque, & hominum vita iussis supremæ legis obtemperat. 2. de Leg. Deo probitas grata est, sumptus remouendus. 2. de Legib. Deo proximum & antiquissimum id habendum, quod sit optimum. 2. de Leg. Deo sponcione voti obligamur. de N. deor. 21 b, Non membra solum hominis Deo tribuunt imperiti, sed vsum etiam membrorum. Dant enim arcum, sagittas, hastam, clypeum, fusciam, fulmen. de Nat. deor. 2, Deo tribuenda est ratio recta, constans: paulò post vocat perfectam & absolutam. de Nat. deor. 7 a, Deum dixit Thales Milesius eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret. de Vniu. Deum, qui esset optimus, fas nec est, nec vnquam fuit facere quicquam, nisi pulcherrimum. de Nat. deor. 7 b, Deum Pythagoras censuit esse animum, per naturam rum



rum omnem intentum & commentem, ex quo animi nostri caperentur. ibidem, Deum voluit esse Xenophanes, mente adiuncta, omne præterea quod esset infinitum. de Nat. deor. 1. Deum esse mundum & cælum & astra & terram, & animos, & eos quos maiorum institutis accepimus. de Nat. deor. 2. Deum esse mundum, omnemque vim mundi diuina natura contineri. de Nat. deor. 1. Deum solem & anumum esse ait Socrates apud Xenophontem: & modò vnum, tum autem plures Deos constituit. de Nat. 1. Ad Deum reuocat Parmenides, cupiditatem, bellum, discordiam. Tusc. quæst. lib. 1. Deum esit non videmus, tamen agnoscimus ex operibus eius. de Nat. deor. 1. Deum non attingit labor. Tusc. quæst. lib. 1. Deum ipsum cogitatione completi non possumus. 3. de Nat. Contra Deum disputare. 1. de Nat. Deum non modò aliqua, sed etiam pulcherrima specie esse decet. 1. de Leg. Ex quo efficitur, vt is agnoscat Deum, qui vnde ortus sit, quasi recorderetur ac agnoscat. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. Deum omnia nostri causa fecisse docent Stoici. de Nat. 1. Fingeret Deum lineamentis duntaxat extremis. de Diu. lib. 2. Ne in Deum quidem cadere, vt sciat quid casu & fortuito futurum sit. de Nat. 1. Deum certissimum iudicat Cleanthes, vltimum & altissimum, atque vndique circumfusum, & extremum omnia tingentem, atque complexum ardorem, qui æther nominetur. de Nat. 1. Sed nos Deum nisi sempiternam intelligere qui possumus? de Nat. 1. Aëra Deum statuit Anaximenes. de Nat. 1. Quis enim Deum non timeat, omnia prouidentem & cogitantem & animaduertentem, & omnia ad se pertinere putantem, curiosum & plenū negocij Deum? de Diu. lib. 2. Nihil à Deo significari somnijs. de Vniuers. Deo inuito, non sunt dissoluta per eum facta. 2. de Nat. Nisi iuuante Deo tales non fuerunt, Curius, Fabricius, Coruncanus, reliquique viri fortes. 2. Famil. & 6. ad Attic. Dij appropinquant, quod actum est. 3. Philipp. Quod si iam (quod dij omen auertant) fatum extremum Reipub. venit, &c. 3. de Nat. Dij Barbarorum. Diu. lib. 1 & 2, Dij benefici sunt, generique hominum amici. 2. de Nat. Dij bellis prælijsque non caruerunt, vt fabulæ ferunt. 2. de Nat. Magna dij curat, parua negligunt. ad Brut. Dij deæque mihi prius omnia eripuerunt. in Verr. Dij faciant vt rei militaris, vt belli mentionem facere audeas. 1. Famil. Dij isti malè faciant. 15 & 16. ad Attic. Dij faxint, quod promittis. Tusc. quæst. lib. 1. Dij genitales. Tusc. q. li. 1. Dij maiorum gentium. 15. ad Att. Dij illi mortuorum *imprecatio est suppresso verbo*. 8. Philipp. Ergo habet Antonius, quod suis polliceatur. quid nos? nunquid tale habemus? dij meliora. Id enim ipsum agimus, nequid posthac eiusmodi quicquam possit polliceri. 3. de Nat. Dij minima negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. Diu. lib. 1. Dij ipsi se nobis non offerunt, vim autem suam longè lateque diffundunt. 3. de Nat. deor. Dij poetici. de Nat. 62 a, Dij præsentem vbi visi fuerint. 10. Fam. Pollutionis, Quod dij prohibeant. Tusc. quæst. lib. 1. Dij quales sint, ratione cognoscimus. pro Cluent. Dij quomodo placandi. 14. Famil. Dij, quos tu castissimè coluisti, gratiam nobis non retulerunt. de Nat. 1. Dij hominum similes, &c. de Nat. 2. Dij induti specie humana, fabulas poetis suppeditauerunt. de Vniu. 47. Deorum, quos Græci *ἀνθρώπων* appellant, nostri opinor, lares. 2. de Leg. Cur paupertatem sumptu ad sacra adhibito deorum aditu arceamus. 3. de Nat. Quam essent agri Deorum immortalium excepti lege Censoria. 3. de Nat. Deorum beneficio multi peruersè vtuntur. 10. Famil. Planci, Deum benignitate. 1. de Nat. Tanquam descendisset ex Deorum concilio. 2. de Nat. Deorum cultus quis optimus & castissimus. 2. de Nat. Deorum forma & ætates & vestitus, ornatusque noti sunt. 1. de Nat. Deorum honore res sordidas atque deformes afficere. 2. de Leg. Deorum iram donis placare impius ne audeo. 2. de Leg. Deorum Manium iura sancta sunt. Hos leto dato diuos habentò. Sumptum in ollos luctumque minuunt. 2. de Nat. Deorum natura præpotens & excelens. 1. de Nat. Est Deorum eximia quædam præstansque natura. de Vniuers. Quæ de Deorum, qui cernuntur, quiq; sunt orti natura, præfati sumus. 3. de Nat. Quisquam nobilitatem Deorum. 2. de Nat. Deorum nomen obtinuerunt ex res, quarum vis erat tanta, vt sine Deo regi non possent (nempe fides, virtus, honor, salus, concordia, libertas.) de Nat. 1. Quot hominum linguæ, tot nomina Deorum. de Nat. 1. Deorum notionem in hominum animis impressit ipsa natura. de Nat. 3. Cleanthes quatuor modis formatas in animis hominum putat Deorum esse notiones. de Aruf. resp. Deorum immortalium numine omnia regi, gubernarique perspeximus. 2. de Leg. In Deorum numero esse maiores voluerunt eos qui ex hac vita migrassent. de Nat. 1. In Deorū numero Democritus refert imagines, earumque circuitus, & cætera. 2. de L. 30. Deorum omnium plures, singuli singulis sacerdotes. 2. de Leg. Deorum omnium terra

factum domiciliū. de Vn. Deorum omnium qui intra cælum gignerentur, terram custodem esse voluit Deus. de N. 1. In Deorum opinione turpissimè labitur Empedocles. de Vniu. Deorum ortus habeatur, atque dicatur, vt Oceanum, Salaciamque cæli fatu, terræque conceptu generatos, editosque memoremus. ex his Phorcyn, Saturnū, & Opem: deinceps Iouem atque Iunonem, reliquos, quos fratres inter se, agnatosque vsurpare atque appellare videmus. de Vn. Deorum progeniem se esse dicebant veteres & præsci viri. 2. de Leg. Deorum species quadam opinione in oculis est, non solum in mentibus. de Nat. 1. Deorum speciem, corpus non esse, sed quasi corpus: nec habere sanguinem, sed quasi sanguinem dicit Epicurus. de Nat. deor. 1. Deorum ignotorum turbam magnam congregat Chryssippus. 1. de Leg. Deorum immortalium vi, natura, ratione, potestate, mente, numine, natura omnis diuina regitur. 3. de Nat. deor. Improbiorum prosperitates, secundæque res redarguunt vim omnem Deorum ac potestatem. 1. de Nat. deor. Deorum vim & naturam tollit Antisthenes. Topic. Deorum virtus naturâ excellit, hominum industriâ. 15. Famil. M. Catonis, Dijs immortalibus gratulari nos, quam tibi, acceptum referre maui, gaudeo. ad Oct. Deos frustra appello, quorū aures atque animus à nobis abhorret. 2. de Natur. d. Deos certos cur Homerus principibus heroum periculorum comites adiunxerit. 1. de Leg. Qui canem & selem vt Deos colunt eadem superstitione, qua cæteræ gentes, cõsistantur. 2. de Nat. deor. Mala & impia est consuetudo contra Deos disputandi. Diu. lib. 1. Deos esse, & consulere rebus humanis. 2. de Leg. Deos non esse parietibus claudendos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumque hic mundus templum esset, censuerunt Magi Persarum. Tusc. quæst. lib. 1. Cur Deos esse credamus, firmissimum hoc afferri potest, quòd nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. 2. de Legib. Deos esse dominos ac moderatores omnium rerum, eaque quæ gerantur, eorum geri iudicio ac numine, eosdemque optimè de genere hominum mereri, & qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, quæ mente, quæ pietate religiones colat, intueri, piorumque & impiorum habere rationem, à principio ciuibus persuasum esse debet. de Nat. deor. 1. Deos esse dicit Democritus, principia, mentesque quæ sunt in vniuerso. de Nat. 1. Deos Perseus eos dicit esse habitos, à quibus magna vititas ad vitæ cultum esset inuenta. de Nat. 1. Deos octo esse dixit Xenocrates. de Natur. 1. Deos esse dubitauit Protagoras, nullos esse omnino Diagoras & Theodoros Cyrenæicus putauerunt. de Nat. 1. Deos esse facimus hi vocabulis, quibus à nobis nominantur. de Nat. deor. 1. Deos esse natuios Anaximander putauit. de Nat. 2. Deos esse quodam pacto negat Democritus. Tusc. quæst. lib. 1. Deos esse natura opinamur. de Nat. 8 b, Deos populares esse multos, naturalem vnum dicit Antisthenes. de Arusp. respon. 16. Deos esse, quibus argumentis probetur. 2. de Leg. Deos esse summos cum concedamus, eorumque mente mundum regi, & eorum benignitatem hominum consulere generi, & posse nobis signa futurarum rerum ostendere, non video, cur diuinationem esse negem. 2. de Leg. Deos nemo separatim habessit, neue nouos: sed ne aduenas, nisi publicè adscitos priuatim colunt. 1. de Legib. In Deos ceremoniæ ac religiones, non metu, sed ea coniunctione, quæ est homini cum Deo, conseruandæ. 2. de Leg. Deos nouos, & in his colendis nocturnas peruigilaciones sic Aristophanes poeta vexat, vt apud eum Sabazius, & quidam alij dij peregrini iudicati è ciuitate eiciantur. 1. ad Quint. frat. Quod precarer Deos, nisi meas preces audire desissent. 1. de Natur. Re tollit, oratione relinquunt Deos Epicurus. de Vniuers. Deos alios in terra, alios in Luna, alios in reliquis mundi partes spargens Deus quasi ferebat. 2. de Legibus, Deos suos, aut nouos, aut alienigenas colit, confusionem habet religionum, & ignotas etiam sacerdotibus ceremonias. 10. Famil. Lepidi, Deos hominesque testor. de Senect. Vereri Deos. 15. Famil. Deos tibi cum honorem fortunare volo: *intelligit consulatum*. 2. de Finib. Quos dij immortales, ille, quum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat. de Vniuers. A' dijs ortis fidem non habere, difficile. 3. de Natur. deor. Non idcirco à dijs non optimè nobis esse prouisum, quòd multi eorum beneficio peruersè vtantur. 3. ad Quint. frat. Dijs hominibusque inuitis. 2. de Legibus, Dijs immortalibus interpositis tum iudicibus, tum testibus ciuium inter ipsos, quam sancta erit inter eos societas. de Leg. 160 a, Naturam omnem diuinitus regi Deorum immortalium natura, ratione, potestate, mente, numine, siue quod est aliud verbum, quo planius significem, quod volo. \* pro M. Scaur. Sanctissimos Deos illo constituisse in templo videtur, in vestro conspectu, vt salutem à vobis nepotis sui deprecarentur. de Lau.



de Inu. 74 a, Nautæ uouerunt, ei Deo, *Diana*, qui ibi esset, se vitulum immolaturus. I. V. 77 b, Rapiunt eum ad supplicium Dii patrij. I. V. 259 a, Sed tum à Dijs Manibus innocentium pœnas, sceleratorumq; furias in tuum iudicium esse venturas. Anteq. 196 b, Nunc ego te Iupiter Opt. Max. cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur: cæteri; Dii Deaq; immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam, vt non solum cunctam intueri, sed etiam tueri possitis ciuitatem, &c. oro atq; obsecro, ferte opem pariter Reipub. cunctaq; ciuitati, meisq; fortunis: resistite tribunitio furori: fauete innocentia: subuenite solitudini: miseremini senectutis: nolite eum supplicem à vobis abstergere & excludere, &c. Sic C. Mario auxilium fuistis, &c. sic nunc in meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam: vt sepe multorum in periculis fecistis: sic nunc in meis miserijs diuinum aliquod auxilium & nomen ostendite. de Nat. 8 a, Quod verò sine corpore vllò Deum vult esse, vt Græci dicunt *ἀσώματος*: id quale esse possit, intelligi non potest. Careat enim sensu necesse est, careat prudentia, careat voluptate. Quæ omnia vnà cum Deorum notione comprehendimus. ibid. Idem dicit, & mundum Deum esse, & cœlum, & astra, & terram & animos, & eos, quos maiorum institutis accepimus. ibid. Xenophon facit Socratem disputantem, formam Dei quæri non oportere: eundemq; & Solem, & animum Deum dicere, & modò vnum, tum autem plures Deos de Nat. 17 b, Apim illum sanctum Aegyptiorum bouem nonne Deum videri Aegyptijs? de Nat. 21 a, Tuus Deus non digito vno redundat, sed capite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, erubus. de Nat. 22 b, Hoc idem fieri in Deo, cuius crebra facie pellantur animi. de Nat. 25 b, Si maximè talis est Deus, vt nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur: valeat. Quid enim dicam propitius sit. de N. 27 a, Sæpe visæ formæ Deorum quemuis aut non hebetent aut impium, Deos præsentem esse confiteri coegerunt. ibid. Itaque in nostro populo & cæteris, Deorum cultus religionumq; sanctitates existunt indies maiores atque meliores. de Nat. 32 a, Audiamus Platonem quasi quendam Deum philosophorū. de Nat. 40 a, Videtisne vt à physicis rebus benè atque vtiliter inuentis, tracta ratio sit ad commenticios & fictos Deos. de Leg. 170 b, A Dijs immortalibus sunt nobis agendi capiendâ primordia. I. C. 115 a, Vt hæc, quæ nunc fiunt canere Dii immortales viderentur. de Fin. 105 b, Nec verò pietas aduersus Deos, nec quanta his gratia debeatur, sine explicatione naturæ intelligi potest.

† Syntaxis. *Deus princeps, summus, pater diuim hominumque beneficus, genitilis, immortalis, dominus, moderator. Dii meliora. Deus omen auertat. Deum approbet, auertat. Deo inuiso. O Deus bone. Si Deo places.*

**D**EXTELLA, *æ. parua dextra, delicia.* Att. 235 b, & 236 a, Qu, frat vt scribis, est dextella.

**D**EXTERA, a, um. ( *Sinister.* de Diuin. 82 b, Iupiter cornicem à læua. coruum à dextra canere iussisset. de Diuin. 90 a, Pateram dextra manu tenebat. Epist. Fam. lib. 10, Dexterius cornu Galbæ.

**D**EXTERA, *æ. dextra.* Postquam. 269 a, Qui mihi primus afflito & iacenti consularem fidem dexteramq; porrexit. I. V. 267 a, & pro Clu. 22 b, & I. A. 146 b, Cui supplicii non illa dextera fidem porrexit? de Pro. 71 a, Imperator dexteram tendens milites hortabatur. Attic. 98 b, Vbi sunt illæ densæ dexterae?

**D**EXTRA, *træ. dextra manus.* I. A. 231 a, Dextræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatæ. I. A. 226 b, Græcia tendit dextram Italiae, suumq; ei præsidium pollicetur. de Diu. 98 a, Quid augur? cur à dextra coruus? à sinistra cornix faciat ratum? in Anton. 244 b, Facilis est circumspæctus, quid ad dextram, quid ad sinistram sit. de Vn. 203 b, Nam & antè & ponè, ad læuam & ad dextram, & sursum & deorsum, &c. de Diu. 93 a, Prehensisse eam dextram tuam.

† Syntaxis. *Fidem dextramq; porrigere. Hæc dextra fidem porrigit. Dexteram tendere alicui, & auxilium polliceri. Prendere dextram.*

**D**EXTORSVM, ad dextram. de Diuin. 89 b,

*Dextorsum orbem flammæum,*

*Radiatum solis liquier cursu nouo, &c. Poëtæ.*

**D**IADEMA, *tis. apex, insigne regni.* in Ant. 176 b, Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu rejiciebat. in Anton. 185 b, Antonius collegæ diadema imposuit. & 225 b, Nisi fortè eos qui diadema posuerunt, conseruandos: eos qui nomen regis sustulerunt, deserendos putatis.

**D**IABIA, *æ. medicina pars, quæ victu morbos curat.* ad Att. 56 a Sed ego diacta curari incipio, chirurgiæ tædet.

**D**IAGORAS, *æ. de Nat. 78 a, At Diagoras cum Samothra-*

ciam venisset, Atheos ille qui dicitur, atque ei quidem amicis. Tu qui Deos, &c.

**D**I A L E C T I C A, *cæ. differendi ratio & scientia, veri & falsi iudicandi scientia, dialecticorum scientia, prudentia disputandi, ars intelligendi quid quamque rem sequatur, & quid sit cui que contrarium.* de Clar. 194 a, A' Diodoro cum in alijs rebus, tum studiosissimè in dialectica exercebar, quæ quasi contracta & astricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu Brute iudicasti te illam iustam eloquentiam, quam dialecticam dilatam esse putant, consequi non posse. Acad. 23 a, Dialectica veri & falsi, quasi disceptatrix & iudex. & ibid. Dialectica primo progressu festiuè tradit elementa loquendi, & ambiguum intelligentiam, & cõcludendi rationem: tum venit ad foritas, lubricum sanè & periculosum locum. Or. 297 a, Aristoteles in principio artis Rhetoricæ dicit eam artem quasi ex altera parte respondere dialecticæ: vt hoc videlicet differant inter se, quod hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Academ. 45 a, In qua philosophiæ parte tradebatur dialectica disciplina: id est, oratio ratione conclusa, huic quasi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur. de Fin. 67 b, & Orat. 207 a, Zeno rhetoricam palmæ, dialecticâ pugno similem esse dicebat: quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. de Orat. 123 a, Ars bene differendi, & vera ac falsa dijudicandi, quæ verbo Græco *ἀγαστικὴ* appellatur: & ibi de dialectica multa. de Finib. 68 a, Dialecticam contemnit Epicurus, quæ vna continet omnem & perspicendi quid in qua re sit, scientiam, & iudicandi quale quicque sit, ac ratione & via disputandi. Acad. 23 a, Fundamentum dialecticæ est, quicquid enuncietur (id autem appellatur *ἀξιωμα* quod est quasi effatum) aut verum esse, aut falsum. de Fin. 105 a, Dialectica habet rationem, nec cui falsò assentiamur, neve vnquam captiosâ probabilitate fallimur: ea que quæ de bonis & malis diceremus, vt tenere turque possimus. nam sine hac arte, quemuis arbitramur à vero abduci fallique posse. \* Hortens. Tunc Pseudomenon & Soritam, & totam Dialecticam aut illudis aut increpas?

**D**I A L E C T I C A, *corum de Clar. 175 a, Stoicorum in dialecticis omnis cura consumitur. de Fin. 99 a, Carneades tuus egregia quadam exercitatione in dialecticis. Attic. 227 b, Vestorius homo remotus à dialecticis, in arithmeticiis satis exercitatus. \* Offic. 4 b, Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæque ponetur, id iure laudabitur: vt in Astrologia C. Sulpitium audiuius, in Geometria Sex. Pompeium ipsi cognouimus, multos in Dialecticis: (at. Dialectica) plures in iure ciuili. Quæ omnes artes in veri inuestigatione versantur.*

**D**I A L E C T I C E, *dialecticorum more, tenuiter, subtiliter.* de Fin. 67 b, Rhetoricè vel dialecticè disputare. Acad. 40 b, Multa dialecticè dicta.

**D**I A L E C T I C E, *ces. Topic.* 221 b, Omnis ratio diligens differendi duas habet partes, vnã inueniendi, alteram iudicandi. & ibidem, Iudicandi vias Stoici diligenter persecuti sunt, eam scientiã, quam dialecticè appellant: inueniendâ verò artem, quæ topicè dicitur, totam reliquerunt.

**D**I A L E C T I C V S, a, um. *minus philosophus, disputandi peritus.* de Diu. 132 b, Ambigua oracula ad dialecticum referenda sunt. de Diu. 110 b, Quomodo mentientem dissoluas, quem pseudomenon vocant, aut quemadmodum foriti resistas, dialectici docent. Orat. 207 a, Disputandi ratio & loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi, & orandi pro Dom. 222 b, Sexte noster bona venia, quoniã iam dialecticus es, & hoc quoque liguris, &c. de Diu. 134 a, Si velim geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. Academ. 24 b, Mina erat merces dialecticorum. de Fat. 142 b, Vigila Chryssippe, ne causam tuam, in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna lustratio est, deseras. de Finib. 67 b, Dialecticæ captiones. de Orat. 95 b, Acumen dialecticorum. pro Mur. 142 b, Peruersa & præpostera dialecticorum sapientia. Part. 242 b, Et eadem vel angustè differere, vt dialectici qui appellantur, vel vt oratorem decet, latè exprimere. de Fat. 142 a, De connexis & coniunctionibus ridiculis dialecticorum. Par. 116 a, De minuto genere dicendi, & argumentandi dialecticorum, siue Stoicorum. \* ad Heren. 9 a, Cognitionis amphibologiarum, quæ à Dialecticis profertur. ibid. Omnes illi amphibologias aucupantur. Itaque & alieni sermonis molesti interpellatores, & scripti tum odiosi tũ obscuro interpretes sunt: & dum cautè expedite loqui volunt, infantissimi reperiantur. Ita dum meruunt in dicendo ne quid ambiguum dicant, nomen suum pronuciare nō possunt. Verum horum pueriles opinioniones rectissimis rationibus, cum voles, refellemus. In præsentia hæc interserere non alienum fuit, vt huius infantia garulam disciplinam contemneremus. de Orator. 123 a, Si simpliciter dictum sit, suscipiunt Dialectici vt iudicent, &c. & ad extremum ipsi compungunt suis acumi-



acuminibus, & multa quaerendo perierunt, non modò ea, quæ iam non possint ipsi dissoluere.

**DIALOGVS**, g. *disputatio, sermo in personas distributus*. Epistol. 16 b, Scripsi etiam tres libros in disputatione & dialogo de oratore. de Cl. 184 b, Cùm disputatio esset inter eos, vt est consuetudo dialogorum. Ora. 211 a, Plato in ijs sermonibus, qui dialogi vocantur. Attic. 70 b, Nos Tarenti, quos cum Pompeio *Διάλογος* de Republica habuerimus, ad te perscribemus. & 244 a, Varronis *Διάλογος* expecto. & 218 b, Hic dialogus sic conclusus est. \* Att. 63 b, Nosti genus dialogorum meorum: vt in oratorijs, quos tu in cælum fers, non mentio potuit fieri cuiusquam ab ijs qui disputant. Att. 208 a, Scito te ei dialogo adiunctum esse. Att. 209 a, Sic constituebam neminem includere in dialogos eorum qui viuerent: sed eos confeci & absolui nescio quàm bene, sed ita accuratè, vt nihil posset supra.

**DIANA**, næ. *Dianæ plures fuerunt*. de Nat. 71 a, & Nat. 39 b, Dianam & Lunam eandem esse putant: eandem apud Græcos Diana & Lucifera, & apud nos Iuno Lucina. & Diana dicta, quia noctu quasi diem efficit. in Arat. 392 a,

*Vt quondam Orion manibus violasse Dianam  
Dicitur, &c.*

in Verr. 216 a, Dianam Pergæ violatam esse. & 217 a, De simulacro Dianæ.

**DIANIVM**, oppidum. \* I. V. 94 a, Hoc illi nauigio ad omnes populi Rom. hostes vsq; ab Dianio, quod in Hispania est, ad Sinopem, quæ in Ponto est, nauigauerunt.

**DIARIVM**, rij. *Stipendium militibus in singulos dies propositum*. Attic. 132 a, Eo modo autem ambulat Cæsar, & ijs diarijs militum celeritatem incitat.

**DIARRHOEA**, rhœa. *alui purgatio, ventris fluxio*. Epist. 107 b, In eas herbas cùm incidissem in cœna augurali, apud Lentulum tanta me *Διάρροια* atripuit, vt hodie primum videatur cœpisse consistere.

**DIBAPHVS**, phi. *bis simetus, purpura*. Epistol. 27 b, Nam Curius noster dibaphum cogitat, sed cum insector moratur. Attic. 28 b, Strumam Vatinij sacerdotij *διβάφην* vestiant.

**DICA**, dicæ. *iudicium, actio*. I. V. 212 a, Artagatho imperat, vt aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummolorum dicis causa daret: *aliter, dicæ*. I. V. 116 a, Scribitur Heraclio dicæ quater. & 117 b, Dicæ sortitur, educit ex vna tres iudices. \* I. V. 116 a, Quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicæ sortiturum Syraculis iste edixerat: paratus ad hanc dicam sortiendam venerat. Tum eum docet Heraclius, non posse eo die sortiri: quòd lex Rupilia vetaret diebus xxx sortiri dicam, quibus scripta esset. I. V. 117 a, Qui dicam scripserat. ibid. Id ei postera die venit in mentem, è lege Rupilia sortiri dicæ oportere.

**DICACITAS**, tis. de Orat. 128 b, Duo sunt genera facetiarum: alterum æqualiter in omni sermone fufum, alterum peracutum & breue. illa superior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata est: Leue nomen habet vtraque res. Or. 204 b, Sales, quorum duo genera sunt: vnum facetiarum, alterum dicacitatis. de Orat. 131 a, Scurrilis dicacitas oratori fugienda est. Att. 7 b, Genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur. \* de Orat. 129 a, In hoc altero genere dicacitatis quid habet ars loci?

\* **DICANDVS**, a, um. *tribuendus*. de Consolat. Huic idem honores certè dicandus est.

**DICATIO**, onis. *cùm aliquis se in ciuitatem aliquam dicat, & tradit*. pro Cor. 60 a, Neq; solum dicatione, sed etiam postliminio potest fieri ciuitatis mutatio.

**DICATVS**, a, um. Orat. 201 a, Epididiccon genus gymnasijs & palæstræ dicatum, spretum & pulsus foro. Tusc. 163 b, Cygnus non sine causa Apollini dicatus est. I. V. 273 b, Donum Ioui dicatum ac promissum.

**DICAX**, cis. *paulò nimium facetus, promptus, paratus ad dicendū*. Orat. 205 a, Demosthenes non tam dicax fuit, quàm facetus. est autem illud acrioris ingenij, hoc maioris artis. de Orat. 129 a, Hominibus facetis & dicacibus difficile est habere hominum rationem, & ea quæ occurrant, cùm falsissimè dici possint, tenere. I. A. 175 a, Populum in te dicacem etiam reddidisti. de Orat. 131 a, Vargula & Granius sunt dicaces. Granio quidem nemo dicacior. pro Cæl. 52 a, In conuiuijs faceti & dicaces. pro Quint. 2 b, Quo impunijs dicax esset.

**DICHOREVS**, rei. *per potius*. Or. 217 b, Institit autem ambitu modis pluribus, è quibus vnum est secuta Asia maximè, qui dichoreus vocatur, cùm duo extremi chorei sunt: *id est, è singulis longis & breuibus*.

**DICIS**, causa. *id est, simulandi causa, per simulationem, ad speciem*. I. DICA. Ego tamen ibidem, *dicæ causa, legi posse existimo, vt sit liijs causa*. \* I. V. 212 a, Vt aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis causa daret.

**DICO**, as. *nuncupo, προσφωνώ, consacro, addico*. pro Corn. 60 a,

Non est hulus ciuitatis ciuis, qui se alij ciuitati dicare potest pro Corn. 60 b, Dicare se in aliquam ciuitatem. Attic. Rectum cœnsuisti, vt aliquid dicarem. de Leg. 170 b, Ordire igitur. nam hunc totum tibi dicamus diem. Epistol. 20 b, Huic meæ laudi, vel (vt verius dicam) propè salutem tuam studium dices. de Orat. 413 b, Non vidi eorum casus, qui tum adolecentes Crasso se dicarant: ad Cæs. ex Non. Balbum quanti faciam, quamque ei me totum dicauerim, ex ipso scies.

\* *Syntaxis. Dicare tempus, studium, sese totum alicui, in ciuitatem.*

**DICENDI**, do, dum. de Orat. 97 a. Dicendo homines, vt dicant, efficere. & ibidem, Peruersè dicere homines, peruersè dicendo consequi. de Clar. 169 b, Dicitur etiam C. Flaminus ad populum valuisse dicendo. 2. de Orat. Dicendi genera singula singulis ætatibus. 15. ad Attic. De optimo dicendi genere iudicium M. Bruti à Cicerone diuersum. Brut. Dicendi opus ex quinque partibus constat. Part. Dicendi doctrinæ partes tres. 2. de Orator. Dicendi ratio tribus ad persuadendum rebus est nixa Brut. Dicendi studium non commune Græciæ, sed proprium Athenarum. Brut. Dicendi certum tempus Pompeia lege constitutum. 2. de Orat. Dicendi vsus in omni pacata & libera ciuitate dominatur. 11. Famil. Matij, Dicendo vincere non postulo. 1. Offic. Vt non modò Græcarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos & ad dicendum & ad iudicandum: *id est, in oratoria arte, in philosophia*. de Orator. Num igitur placet, cùm de eloquentia præcipias, aliquid etiam de testimonijs dicendis quasi in arte tradere? de Vniuers. Quod ne dictu quidem fas est. 11. Famil. Dicendum aliquando est. *pro, tandem dicendum est*. 4. Verr. Audistis ob ius dicendum, Qu. Varium dicere, procuratores suos isti centum & triginta millia nummum dedisse. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Dicendi ars, pro Rhetorica. 1. ad Herenn. Dicendi assiduitas audaciam alit. Attic. 56 b, Metellus calumniam dicendi tempus exemit. 1. ad Heren. Dicendi copia quid desideret. Brut. Dicendi cupiditas quibus rebus alatur, quas fugiat. 2. de Orat. Dicendi disciplina mendacio nixa est. Brut. Dicendi facultas cæteris artibus multò tardius absoluta. 3. de Orat. Dicendi facultatem veteres Græci sapientiam nominabant. Offic. 1, Dicendi genus forense. Orator. Dicendi genera tria.

**DICO**, cis. *loquor, aio, narro, verbum vel verba facio, verba, vel sermonem, vel orationem habeo, vsurpo, commemoro, expono, explico, profero, memoro, in concione vel oratione mea pono*. de Nat. 187 b, Mortè dico, & Deos timebat Metrodorus. I. V. Quamobrem nihil dico de meo ingenio, neque est quod possim dicere: neque si esset, dicerem. Tusc. q. lib. 1, Non dico fortasse etiam, quod sentio. pro Rosc. Amer. Causam dicitis, qui vnus relictus, ex illorum nefaria cæde restat. lib. 1. de Finib. Dicit planè, quod intelligam. Att. lib. 5, Cicero meus modestissimus & suauissimus puer tibi salutem dicit. pro Rosc. Amer. Ea nos hoc tempore vtinur, qui causam dicimus. de Vniuers. Dicimus multa inconsideratè ac temerè. pro Planc. Multi etiam communes inimici reorum omnium, qui ita semper testimonium de ambitu dicunt. 2. Philipp. Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu cursum dicis aliena. 2. ad Quint. frat. Dixi pro illo de ambitu: pro Sylla, Qui testimonium de coniuratione dixi in alios. Attic. lib. 1, 6. Verr. Neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum. 2. de Finib. Sed tu istuc dixi bene Latine, parum planè. Attic. lib. 4, Sed quibus sententijs dixi, quod & ipsi probarent, latati sunt tamen me contra Pompeij voluntatem dixisse. 6. Verr. Vt quisque ætate & honore anteedebat, ita sententiam dixit ex ordine. 11. Philipp. Crassus Consul, Pontifex maximus, Flacco collegæ Flaminii Martiali multam dixit. si faceris discessisset. pro Milon. Diem mihi (credo) dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat. Attic. lib. 11, Etsi multa præsens in præsentem acerbe dixerat & fecerat. 4. Verr. Dicam paulò alius. 3. ad Quint. frat. Nihil dicam grauius. de Amic. Dissuasimus nos, sed nihil de me: de Scipione dicam libentiùs. de Natur. deor. 1, Valeat. quid enim dicam? propitius sit. Parad. Dicam, quod sentio, tamen. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1, Dicam, vt res est. pro Rosc. Amer. Dices, quid postea, si Romæ assiduo fuit? Tusc. 6. Verr. Dicit aliquis, Quid ergo tu, &c. 3. Verr. Dic, dic, quæso, clarius. 2. ad Quint. frat. Dic mihi verum. 3. de Leg. Dicit Senator loco: *id est, rogatus*. 6. Famil. Dicerem de me ipse: *id est, me ipsum laudarem*. 6. Verr. Quum surgeret nemo, neq; sententiam diceret. ad Qu. fr. lib. 3, 55, Quum testimonium secundum fidem & religionem grauissimè dixissem. de Clar. orat. Quum quidem eo ipso anno contra Seruium Galbam ad populum summa contentione dixisset. 13. Fam. Si dicam, docere te videar, non rogare. de Nat. dicar.



deor. 1. Sic loquitur, vt Coruncanum pontificē maximum te audire dicas. 10. Famil. Planci, Non dixerim faciliē. 3. Ver. Jam verò in bonis Qu. Optimij vendendis, quas iste prædas, quàm apertè, quàm improbè fecerit, longum est dicere. 1. de Orat. Dicere nunquam non ineptum est, nisi cum est necessarium. 2. de Inuent. Dicere à scripto. Læl. Dicere ad voluntatem alicuius. Tusc. q. lib. 4. Dicere aliquid acrius & vehementius. Acad. q. edit. 2. lib. 1. Dicere aliquid constanter. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Dicere aliud atque sentias. Tusc. q. lib. 5. Dicere apertè & clara voce. Offic. 1. Dicere aptè, distinctè, ornatè pro Rosc. Comœd. Dicere audacter & apertè. Brutus, Dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. 1. de Fin. Dicere causam apud aliquem, pro Quin. De capite suo priore loco causam dicere. Tusc. q. lib. 1. Dicere certa. lib. 1. de Fin. Dicere contra omnes. Acad. q. edit. 1. lib. 2. Dicere contra sensus, contraque perspicuitatem. Offic. 2. Dicere copiosè, sapienterque. Offic. 1. Dicere de absentibus, detrahendi causa. de Nat. deor. 1. Longum est dicere de Platonis inconstantia. Cat. Dicere de seipso senile est, cuique ætati conceditur. Offic. 3. pro Rosc. Amer. Dicere diem alicui. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Dicere disertè copioseque. pro Cec. Dicere dotem. Acad. q. ed. 1. 3. Dicere ea quæ sunt in promptu. de Fin. lib. 4. Dicere minora enucleatè. Offic. 1. Dicere grauissimè & copiosissimè. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Dicere inuidiosè, elegantè, subtiliter. de Fin. lib. 2. Dicere ius. 5. in Verr. Dicere leges. de Pet. conf. Dicere mendacium alicui. Tusc. q. lib. 4. Dicere monstrum. pro Planc. Dicere orationem de scripto. de Fin. lib. 4. Dicere grandia ornatè. de Fin. lib. 4. Dicere politè, apteque. de Fin. lib. 4. Dicere pro reo. 2. Famil. Dicere suam rationem contra alienam. Brut. Dicere omnes Romæ cupierunt, non plurimi ausi sunt, pauci potuerunt, pro Domo sua, Dicere Senatui: *pro, in Senatu, vel apud Senatam.* Orat. Dicere sententiosè sine verborum & ordine & modo, infantia est. Offic. 2. Dicere simpliciter breuiterque. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Dicere subtiliter contra aliquem. Tusc. q. lib. 1. Dicere subtiliter magis, quàm dilucidè. 1. ad Qu. fr. Nec temerè dicere, nec astute reticere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Dicere falsum testimonium. 14. ad Att. Dicere valde vehementer & liberè. 2. de Legib. Verè dicere. 12. Fam. Non dicere visus Antonius, sed vomere. pro Cl. 52 a. Quæ dixi necessariò, pluribus verbis egi, vt, & c. & ibid. bis. Attic. 212 b. Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. Epist. 186 b. Quod autem & in senatu pluribus verbis disserui, & dixi in concione, in eo velim fidem meam liberes. de Clar. 196 b. Nihil dico amplius: tantum dico, si mihi, & c. & pro Qu. 12 b. Vnum illud dico, si propter, & c. de Or. 115 a, b. Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm expertus. Attic. 18 b. Homines beati, hos piscinarios dico, amicos tuos. de Diu. 128 b. Demosthenes cum Rho dicere nequireret, exercitatione fecit, vt planissimè diceret. Or. 215 b. Quod versus sæpe in oratione per imprudentiam dicimus. Orat. 297 a. Aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere. item: Dicere nihil aliud est, nisi omnes, aut certè plerisque illuminare sententias. de Clar. 188 a. Dicere de aliqua re proposita in vtranque partem. de Orat. 111 b. Dicere causas in foro. Orat. 184 b. Dicere ex tempore. I. V. 129 a. Dicere aliquid ex superiore loco. Attic. 38 b. Dicere ex inferiore loco. Dicere dictum. L. DICTVM. in Apt. 295 a. Dixi ad ea omnia consules, de quibus retulistis. Acad. 13 a. Ad has omnes visiones permulta dixit. de Leg. 176 b. Nisi hi omnes multa ad veritatem admirabilia dixissent: *id est, vera prædixissent.* Attic. 216 a. Non temerè dixit Hortensius ad Quæstorem, Trib. mil. & c. pro Qu. 5 a. Dicere causam de capite suo priore loco. pro Corn. 56 b. Cum Qu. Metellus causam de pecunijs repetundis diceret. de Clar. 171 b. Cato contra Galbam ad populum summa contentione dixit. de Orat. 117 b. Dicere causam contra aliquem apud Centumuiros pro aliquo. de Cla. or. 171 b. Metellus pro L. Cotta dixit, accusante Africano. & 192 a. Sed in iudicium veniant, ad stantem iudicem dicant. de Opt. 243 b. De re priuata ad vnum iudicem dicere. Attic. 106 a. Ad summam dic. M. Tullij, & c. Attic. 247 a. Dic mihi, Antonius vultne, & c. Attic. 24 b. Quod inter nos liceat dicere. de Orat. 94 a. Nam quid ineptius est, quàm de dicendo dicere? & ibid. Quid de illis dicat, quæ, & c. Att. 56 b. Dicere sententiam de scripto. & I. A. 225 a, & de Cl. 168 b, & Epist. 151 b. (*Memoriter, & ex memoria.* pro D. 218 b. Quis apud populum Rom. de illius dignitate industrius? quis senatui sapius dixit? de Fin. 130 b. Et si ea quæ adhuc dixisti, quamuis ad ætatem restè isto modo dicerentur. pro Dom. 232 a. Dico igitur, & quàm possum maxima voce dico, me, & c. \* pro Sex. Rosc. 25 b. Vt non modò tibi contra nos dicendum putes, verùm etiam contra rerum naturam, contraque consuetudinem hominum, contraque opiniones omnium. pro C. Corn. 1. Dum priuatim dicunt. ibid. Causam lege Varia de maiestate dico. con. C. Anton. Tu potes

in defensione tua dicere. Hortens. Qui lentus dicere solebat. Incer. Vt ita diceret, quo modo se quilibet posse confideret.

¶ *Decerno.* In Verrem 106 b, & 107 a. Dicere diem operi faciendo. pro Flac. 162 b. Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat.

¶ *Propono.* Attic. 151 a. Volet Cæsar, vt prætor dictatorem dicat.

DICTORIS. Tusc. 213 b. Distingunt illud etiam, vt sit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam quæ *καταγορημα* dialectici appellant: vt, habere diuitias, capere honores. I. V. 208 b. De hoc homine Verri dicitur, habere eum perbona torcumata. de Nat. 68 b. Aristæus oliuæ inuentor dicitur. & 70 b. Solem Acantho Rhodi peperisse dicitur. & ibid. Mercurius, qui Argum dicitur interemisse. Epist. 115 b. Pompeius dicitur valde laborare. de N. 71 a. Aesculapius, qui primus vulnus obligauisse dicitur. & 78 b. Portenta & flagitia ab vtrisque dicuntur. de Orat. 157 b. Vt dicitur: *id est, vt aiunt.* Tusc. q. lib. 4. De cuius excellentia, multa quidem dici, quamuis fusè lateque possint. 4. Philipp. Vt sententiæ de summa Reipub. liberè dici possint. de Fin. lib. 1. Quid eo miserius dici aut fingi potest? 7. Fam. Dicit non potest quàm valde gaudeam. pro Quint. Dicit vix potest quàm multa sint quæ respondeatis. Tusc. q. lib. 3. Video enim ab eo dici multa seuerè, multa præclare. lib. 1. de Fin. Dicit splendè quædam non conuersa de Græcis. 5. Famil. Vatinij, P. Vatinij cliens ad te venit, qui pro se causam dicit vult. pro Qu. 1 b. Quid hoc iniquius dici aut commemorari potest. \* Qu. fr. 293 b. Parui refert, abs te ipso ius dici æqualiter & diligenter. de Orat. 134 a. Quæ à prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, sub absurdè falseque dicuntur.

† *Syntaxis.* Dicitur, Dicere peruersè, inconsideratè, temerè, Latine, planè, ex ordine, acerbè. Diem dicere, testimonium, à scripto, ad voluntatem. Causam dicere apud senatum, contra sensus. Dicere leges, monstrum, falsum testimonium, portenta, flagitia.

DICROTYM, *genus nauigiij, birem.* Att. 73 b. *ῥοδιον* Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliquid *ῥοδιον*. Att. 253 b. Nam & ipse Domitius bona planè habet dicrota.

DICTAMVS, mi. de Nat. 51 b. Herba, quæ dictamus vocatur, quàm cum gustauissent capræ, sagittæ excidere dicuntur ex corpore.

DICTATORIS, *magister populi, vt Varro scribit.* de Leg. 185 b. Regio imperio duo sunt. *Et ibi de dictatore, Et magister equitum multa.* I. A. 177 a. C. Cæsari dictatori perpetuo M. Antonius consul populi iussu regnum detulit. pro Mil. 106 b. Iter eo die Miloni erat Lanuuim ad Flaminem prodendum. quod erat dictator Lanuij Milo. Attic. 151 a. Volet Cæsar vt Coss. roget prætor, vel dictatorem dicit. Attic. 248 a. Quinto filio negocium dedit Antonius, vt eum dictatorem efficeret. pro Qu. Emisti bona Sex. Alpheni L. Sylla dictatore vendente. Attic. 151 a. Sylla potuit efficere ab interrege vt dictator diceretur. Qu. fr. 327 b. Ad interregnum comitia adducta, rumor dictatoris iniunctus bonis. \* de Finib. 105 b. Rectius magister populi appellabitur (is enim est dictator) quàm Sylla.

DICTATORIVS, a, um. pro Cl. 43 a. Dictatorius gladius.

DICTATA, *qua magistri pueris dictant.* Quint. fr. 320 a. Meam in illum orationè pueri omnes tanquam dictata reddunt, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. de Finib. 108 b. Quæ quidem res efficit, ne necesse sit isdem de rebus semper quasi dictata decantare. Tusc. 108 b. Dionysius Stoicus multos versus admiscebat orationi: sed is quasi dictata nullo delectu, nulla elegantia. de Fin. 84 b. Nam ista vestra, & c. dictata sunt.

† *Syntaxis.* Dictata reddere, decantare.

DICTATURA, turæ. *dictatoris munus.* I. A. 153 b. Dictaturam, quæ vim iam regis potestatis obfederat, funditus ex republica sustulit, de qua ne sententias quidem diximus. Offic. 74 b. Quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset. Quint. frat. 316 a. Erat aliqua suspicio dictaturæ, nec ea quidem certa. \* I. A. 153 b. Cum dictatoris nomen, quod sæpe iustum fuisset, propter perpetuam dictaturæ recentem memoriam funditus ex Republica sustulisset. Att. 67 b. Eò magis nunc concitare (*ab. cogitare*) dictaturam.

\* *Dictarium, iij, falsè dictum.* Frag. ep. Quæ faceret & breuiter & acutè locuti essemus, ea proprio nomine appellari dictaria voluerunt.

DICTIO, onis. *oratio dicendi genus actio, non vocabulum, aut verbum vnum.* de Orat. 86 b. Græci seposuerunt à cæteris dictionibus hanc partem dicendi, quæ, & c. pro Qu. 6 a. Totam causæ meæ dictionem in certas partes diuidam. pro Sest. 11 b. Is mihi causæ dictionem denunciabat. de Orat. 90 b. Quæcunque res inciderit, quæ sit dictione explicanda, de



da. de Orat. 97 a, Etiam si vehementissimè se in his subitis dictionibus exercuerit. & 134 a, Genus facietiarum cum oratoris dictionibus, tum vrbani sermonibus accommodatum. de In. 46 b, Aut ab aliqua firmissima ratione nostræ dictionis incipimus. de Orator. 89 b, Fateor in forensibus causis magis assiduè versari hanc nostram dictionem. \* de Orat. 97 b, Educenda deinde dictio est hac domestica exercitatione & vmbatili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra atque aciem forenses.

¶ *Oraclum.* Heren. 14 a,

*Aperiè satur dictio, si intelligas  
Tali dari arma, qualis qui gessit fuit,  
Iubet, &c. Poëta.*

**DICTIO**, tas. frequenter dico. de Orat. 13 b, Ex numero eorum, qui causas diciturunt. & pro Dom. 216 b, Boni viri diciturant.

**DICTO**, ctas. dicere quæ alius excipiat. Attic. 111 a, Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed dictaui propter lippitudinem. Attic. 128 a, Mihi molestior lippitudo erat etiam quam antè fuerat: dictare tamen hanc epistolam malui, quam, &c. Attic. 156 a, Eodem die epistolam dictaui, & pridie dederam mea manu longiore. Attic. 206 a, Non modò Tyroni dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. Quint. frat. 521 b, Hæc inter cœnam Tyroni dictaui. Att. 37 b, Hæc ambulans dictaui recreandæ vocolæ causa. & 236 b, Hæc scripsi seu dictaui apposita secunda mensa. Atti. 213 a, Ergo ego ne Tyroni quidè dictaui, qui totas periôchas persequi solet, sed Spinteri syllabatim. de Finib. 120 a, Rogarem te, inquit, vt diceres pro me tu idem qui illis orationem dictauiisses. \* Att. 77 a, Hanc epistolam dictaui sedens in rheda.

**DICTVM**, ti. Offic. 21 a, Multa quæ multorum faceret dicta, vt ea quæ à sene Catone sunt collecta, quæ vocantur apophthegmata. pro Flac. 161 a, Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam. de Orat. 129 a, Dicere enim, aiunt, Eonium, flammam à sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat. Hæc scilicet, bona dicta, quæ falsa sint: nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. de Orat. 121 b, Ne quotiescunque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. Epist. 135 b, Acute aut faceret dictum. de Orat. 140 a, Commodè ac breuiter, & acutè dictum. pro Plan. 277 a, Vter nostrum est cupidior dicti? I. A. 168 b, Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere.

¶ *Verbum, sermo.* Epistol. 16 a, Nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæsare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, vt ego cum mihi deuinum putarem. Epist. 59 a, Ob dictum capite & fortunam oppugnari. pro Rab. Post. 124 a, In litibus ex dictis testium appellari. & 127 b, Dictis testium recitatis. \* de Orat. 157 b, Quandoquidè iste circumuehit dictis, sepit sedulo.

† *Syntaxis.* Ex dictis testium appellari.

**DICTVS**, a, um. I. V. 162 a, Respondebatur se ad recuperatores esse dicturum. pro Quint. Qui hoc iudicio partes acculatoris obtinet, contra me sit dicturus.

**DICTVS**, a, um. de Diu. 110 a, Dicendum quæ igitur mihi ad ea quæ sunt à te dicta. pro Flac. 162 b, Quæcunque sine tutore autore est dicta dos, nulla est. \* pro Q. Gal. Omnes logos, qui ludis dicti sunt, animaduertisse. Incer. De accusatore lege quinta dicta.

**DIDUCO**, cis. aperio, dispergo. Orat. 207 a, Cum autem diduxerat digitos, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam dicebat esse. in Arat.

*Ni parte ex aquilonis opacam pellere nubem  
Caperit, & subitis auris diduxerit: Ara.* de Inu. 68 a, Di-

ducere aliqua in contrarias partes.

**DIDUCOR**, ris. de Inuent. 61 b, Diduci ab aliquo: id est, separari.

**DIDUCTVS**, a, um. de Orat. 144 b, Riuis est diducta oratio, non fontibus.

**DIECVLA**, æ. Att. 83 b, C. Iulius dieculam dixit. Alij duxit legunt. item: Dieculam adderem.

**DIES**, diei. lux, tempus. Att. 53 b, Postridie in senatu, qui fuit dies non. Septembr. de Orat. 144 b, Inclinato iam in postmeridianum tempus die. Attic. 29 a, Dies nullus erat Antij cum essem, quo die non scirem, &c. Att. 283 a, Cum lætissimus ille ciuitatis dies illuxisset. Att. 117 b, Diem ex die expectabam, vt statuerem, quid esset faciendum. Att. 262 a, Pecuniam ad diem soluere. Att. 124 b, Alios non soluere, aliorum diem nondum esse. I. A. 177 a, Cum latronibus non solùm de die, sed etiam in diem viuere. de Or. 124 a, Si barbarum est in diem viuere, nostra consilia in sempiternum tēpus spectare debent. pro Qu. 13 b, A me nominis, quod inficiatus esset, diem petiuit. Atti. 64 b, Venit legi dies. Att. 158 b, Diem pecuniæ quid. Decemb. esse. pro. S. R. 39 b, Opinor esse in lege, quibus ad diem proscriptioes fiant, nimirum calend. Iunias. pro Cec. 291 a, & 88 b, Cecinna ad

constitutā diem tempusque venit. Postq. 203 a, Neque æquum est, tempore & die moram beneficij definire. pro Cæl. 50 a, Dij nonnunquam præsentis fraudis pœnas in diem referunt. Att. 268 a, Emerere aliquid in diem. de Nat. 79 a, Dabis nobis aliquem diem, vt contra ista dicamus. I. V. 67 b, bis: Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulauissem. I. V. 82 b, Ex ea die ad hanc diem que fecisti in iudicium voco. de Fin. 59 b, Quibus sollicitudinibus eorum animi noctes atque dies excedunt. Ep. 3 a, Consumere diem alteratione. Postq. 207 a, Qui dies totos de officio disserunt. Attic. 108 a, Dies noctes que torquor. in Verr. 233 b, Perpotare totos dies. I. V. 65 b, & de Cl. 170 b, Dicere diem alicui. Att. 94 a, Paucos dies habebam reliquos annui muneris. de Arusp. 245 a, Diem dixisset, vt fecerat: fecissem, vt ei statim tertius à prætore dies diceretur. Attic. 6 a, Tulliola tibi diem dat, spōforem appellat. pro Dom. 230 a, Cui dies dicta non est. in Verr. 109 b, Dicere diem operi faciundo. Attic. 206 a, Multus sermo ad multum diem. Qu. fra. 302 b, Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret. de Cl. 172 a, Vnum quasi compendinatius medium diem fuisse. Att. 23 a, Equidem credibile nō est, quantum scribam die, quin etiā noctibus: nihil est enim somni. Att. 282 b, Etesiarū diebus auster me in Italiam retulit. & 29 a, Nos in Formiano esse volumus, vsque ad pridie nonas Maias: eò si ante eam diem non veneris, Romæ te fortasse videbo. I. C. 105 b, & 16 b, Postera die, &c. Hæsterna die, &c. Tus. 251 a, Multa prima die, cum de ipsa morte quaereremus: non paucata etiam postero cum ageretur de dolore, sunt dicta de morte. de Clar. 172 a, Socios illa die quæstione liberatos fuisse. Attic. 165 a, & 204 a, Vel vna dies mihi erit utilis. Atti. 68 a, Vt ea die manerè in Trebulano. I. A. 187 a, Antonius diem edicti obire neglexit, & antè quantum calendarum Decembris distulit. I. A. 177 a, Quæ formido illa die? Offic. 63 b, bis: Inuitat Caninius postera die familiare suos. pro. D. 322 a, bis: Vter magistratus accuset intermissa die. de Diuin. 191 b, Ea ipsa die domum ad vespèrum redijt. de Natur. 70 b, Mercurius cœlo patre, die matre natus. de Fi. 88 a, Agere diem suum natalem. Attic. 87 b, Ego diem statuo satis laxam. Attic. 95 a, Mihi decessio dies *λεγέθησθαι* obrepebat. Att. 45 b, Dies autem non modò leuat luctum hunc, sed etiam auget. Quint. fr. 307 b, Producta dies in 1111. iduum Februarij. Quint. frat. 312 a, Si sibi cum populo dies agendi essent exempti. Quint. frat. 319 a, b, Antiquior dies in tuis fuerat ascripta literis, quam in Cæsaris. I. A. 181 a, Heri quartus in circo dies ludorum Romanorum fuit. M. Antonius ad populum tulit, vt quintus præterea dies Cæsari tribueretur. de Amic. 97 b, Ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætissimosque tulit, illum diem clarissimum fuisse. Topic. 226 a, Vitium in dies crescit. \* pro Sest. 9 a, Equites Ro. daturos illius dies pœnas. Sic enim legendum probas Gellius lib. 9. cap. 14. pro C. Cornel. Ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum potestasque venisset. con. C. Anton. Præterea illum penè acerbum & luctuosum populo Romano diem. in L. Piso. Quis hic illuxit dies? Oecon. 1, Mundū muliebrem, qui ad dies festos comparatur: deinde ad virilem item dierum solennium ornatum. ibid. Quibus ad dies festos vitur. I. V. 67 b, Qui sibi in Achaiam biduo breuiorem diem postulare. ibid. Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obji. I. V. 117 a, Id ei postera die venit in mentem. Postquam. 198 b, Ludi & dies festi quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi quam fruendo. pro Planc. 280 b, O reliquis omnes dies noctesque, quibus iste à me non recedens Thessalonicam me in quæstoriumque perduxit. de Fat. 140 a, Omnis ferè nostra in his deliberationibus consumebatur oratio. Idque & sæpe aliàs, & quodam liberiore quam solebam, & magis vacuo ab interuentoribus die cum ille ad me venisset. de Fat. 141 a, In brumali die nati. Epistol. 5 b, Vt infingatur hominum improbitas, &c. & ipsa die, qua debilitantur cogitationes & inimicorum & proditorum. Ep. 119 a, Has literas ad 1111. Non. Septemb. dedi, cum ad eam diem me ne profugiatum quidem quicquam esset. Attic. 41 a, Eo die pueri tui à te mihi literas reddiderunt: & alij pueri post diem tertium eius diei literas alias attulerunt. Attic. 66 a, Cum dies venerit. ibid. Vestorio dandi sunt dies. I. V. 106 a, Iste omnibus iudicijs diem distulit.

† *Syntaxis.* In postmeridianum tempus dies inclinat. Dies nullus est, quin febrilis ille. Dies iste lætus tibi illuxit. Diem ex die expectare. Soluere ad diem. In diem viuere, &c. de die. Ad constituendum diem ac tempus. Reseruare in diem. Do tibi diem, vt respōdeas. Post tertium diem eius diei. Ex ea die ad hanc diem que fecisti, in iudicium voco. Dare, & dicere diem alicui. Multus sermo ad multum diem. Scribere die ac noctibus. Statuere diem laxam. Agere diem natalem. Ferre in vita dies celeberrimos.

**DIFFERENS**, tis. dispar, dissimilis. (congruens, similis, par. de Fat. 141 b, Quid mirum est has dissimilitudines ex differen-



tibus causis esse factas? de Orator. 100 b, Partes generis communione quadam similes, specie autem differentes. Orator. 203 b, Aliquid ab indifferis re, plus quam opinione differens. de Leg. 162 a, Ratio, &c. est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par. de Leg. 163 b, Cum illis re congruentes, genere docendi paulum differentes.

**D I F F E R E N T I A**, tix dissimilitudo, discrimen, varietas, distinctio, intervallum. Offic. 19 a, Qualis autem differentia sit honesti & decori, facilius intelligi quam explanari potest. Offic. 22 b, Atque hæc differentia naturarum tantam habet vim, vt, &c. de Finib. 96 b, Qui nullam rerum differentiam esse duxerunt. de Finib. 128 b, Ita fit, vt quanta differentia est in principijs naturalibus, tanta sit in finibus honorum malorumque dissimilitudo. \* Topic. 221 b, Alia argumenta appellamus ex differentia. & 222 a, A differentia sic ducitur argumentum. & 224 b, Sequitur similitudinem differentia rei maximè contraria superiori.

**D I F F E R O**, fers, rejicio, deirudo, referuo, sustineo, sustento, profero, extraho, produco, prorogo, moram interpono, tardo, procrastino, moror, celeritatem de causa deiraho, cunctor. Epist. 69 b, Sin autem differs me in aliud tempus, coram tecum loquar. Epist. 19 a, Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo. Quint. frat. 310 b, Cætera præsentis sermoni referentur: hoc tamen non queo differre. de Orat. 193 a, Rem commouisti noua disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. Attic. 248 a, Que differs, vt mecum coram, expectabo tabellarios. Attic. 279 b, Ipsi magnopere autor fui, ne differat tempus petitionis suæ. I. A. 209 a, Venit tempus ita maturum, vt differri iam hora non possit. pro Quint. 4 a, Differre vadimonium cum aliquo. I. A. 218 b, Cum ille tempus differret, virgula stantem circumscribit. Attic. 154 b, Differre consilia in longinquum tempus. pro S. R. 22 b, Differre quotidie ac procrastinare aliquam rem. Attic. 217 a, Differre rem in diem tertium. Epist. 153 a, Seruilius rogatus rem distulit. de Fin. 107 a, Quarum cum vna sit, qua mores conformari putantur, differo eam partem, &c. in Vat. 34 b, Quod promulgasti misericordiam nomine, ac crudelitatis tempus distulisti. I. A. 187 a, Antonius diem edicti obire neglexit, in diem quartam calend. Decembr. distulit. de Pro. 74 b, Alij tempus differebant, alij, &c. pro Deiot. 147 b, In posterum, inquit, diem distulit. I. V. 92 b, Differre vim doloris in posterum. \* I. V. 116 a, Iste omnibus iudicij diem distulit.

¶ *Disfo, discrepo, alius sum.* Orat. 203 a, Poëtæ quæstionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus. de Inuen. 37 b, Hoc genus causæ à superiore hoc differt, quod in illo, &c. Offic. 19 b, In eo in quo natura hominis à reliquis animantibus differt. pro Cecin. 292 b, Qui hoc ab illo differt? vt ille cogatur, &c. ille non cogatur? & ibid. Vt ista re aliquid cum aliqua (al. legunt, Vt illa res aliquid aliqua) ex parte differre videatur. pro Pomp. 6 a, Istorum aduentus in vrbes non multum ab hostili expugnatione differt. de Orat. 161 a, Inter doctum & rudem non multum differt in iudicando. de Nat. deor. 17 a, Nihil inter deum & deum differt. in Anton. 229 a, Statui tamen à vobis in tanta atrocitate temporis nõ differre vestitu. de Fat. 141 b, Multaque alia sunt quæ inter locum & locum differunt. de Clar. 178 a, Aetates nostræ nihil, aut non ferè multum differunt Orator. 214 b, Compositio ab vtroque differt. & 202 b, Sed hoc differunt *sophista & orator.* contra Rull. 83 a, Quasi verò paulum differat ager Campanus ac Stellatis. Offic. 39 a, Hæc est vna res prorsus, vt non multum differat inter summos & mediocres viros. Top. 224 a, Sed quid inter se differant, dicendum est. Ora. 207 a, Rhetorica & Dialectica hoc differunt inter se, quod hæc, &c. illa autem, &c. Orat. 117 a, Multi naturis differunt, voluntate autem similes sunt inter se. pro Cec. 296 b, Quod etiam si verbo differre videatur, re tamen est vnum & idem, in omnibus causis valebit. de Opt. 243 A' perfectio qui absunt, non genere differunt, vt ab Actio Terentius, sed in eodem non sunt pares. & ibid. b, Oratores non generibus inter se, sed facultatibus differunt. Tusc. 214 a, Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt, re verò copulata sunt. Offic. 20 a, Est autem quod differat in omni ratione habenda inter iustitiam & verecundiam. I. V. 64 a, At vide, quid differat inter opinionem meam & tuam. de Nat. 5 a, Aliqua inter se magnitudinis, & quasi gradibus, non genere differre. de Inu. 51 a, Cum genere idem sit, sit aliud, quod quadam parte & specie differat. de Finib. 107 b, Peripatetici Academicique, qui re consentientes, vocabulis differebant. de Finib. 107 a, Virtutes omnes similes artium reliquarum, materia tantum ad meliorem partem & tractatione differunt. de Finib. 116 b, Atque Aristonis est explosa sententia, dicentis nihil differre aliud ab alio, nec esse res vllas præter virtutes, inter quas quicquam omnino interesset. & 97 a, Sed

ex definitiones paulum oppidò inter se differunt. de Inu. 81 a, & 57 b, Deinde, quid res cum re differat, demonstrabitur, vt non idem videatur de vtraque existimari oportere. de Inu. 51 a, Occasio cum tempore hoc differt: nam genere quidem vtrunq; idem esse intelligitur. verum, &c. \* Hortent. Quantum inter se homines studijs, moribus, omni vitæ ratione differant.

**D I F F E R T**, bat, aliud est & aliud, distat, interest, abest, refert. de Diuin. 124 a, Solebat ex me Deiotarus percontari augurij nostri disciplinam, & ego illius: dij immortales, quantum differebat, vt quædam etiam essent contraria. de Diu. 128 b, Quid inter Indos & Persas, Aethiopes & Syros differat corporibus, animis, &c.

† *Syntaxis. Rem differre & tempus. Rem differre, & procrastinare. Ad tempus differre: id est, in posterum. Hoc ab illo differt, & inter hoc & illud. Quid differant hæc, audias. Plurimum differre aliqua. Hæc igitur hoc differunt, quod. Quid res cum re differat, vide. Multum inter eos differt animis.*

**D I F F I C I L E**, & **D I F F I C I L I M E**, difficulter. de Inu. 83 b, Difficile fieri id dicimus, quod, &c. de Vniu. 201 b, Difficilime factum est.

**D I F F I C I L I S**, le, laboriosus, opeuosus, habens multum difficultatis & laboris, arduus, habens difficultatem, in quo multum est negocij vel operis, in labore multo positus, magnus. pro Planc. 256 b, Sed mihi in hac causa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur. de Legib. 190 b, Dicam, Attice, & versabor in re difficili, ac multum & sæpe quæsitæ. in Verr. 60 b, Intelligo quam scopuloso difficultique loco verser. de Natur. Difficile factum est, me id sentire quod tu velis. Epist. 6 a, Quod scire vis qua quisque in te fide sit & voluntate, difficile dictum est de singulis: vnum illud audeo, &c. de Natur. 79 a, Natura deorum obscura est, & difficile explicatus habet. Offic. 15 b, Sed quod difficilium, hoc præclarium. Offic. 4 a, Res difficiles & obscuræ. de Inuent. 82 b, Res arduæ ac difficiles. de Orator. 207 a, Contortas res & difficiles perdiscere. de Inuent. 78 b, Nec fuisse ei graue, nec difficile eam causam excipere, si, &c. de Leg. 179 b, Quod plura & difficiliora scire videatur. Attic. 142 b, Res difficiles ad iudicandum. Offic. 25 b, Difficile est ad eloquendum. Orator. 206 a, Vsq; eò difficiles & morosi sumus, vt, &c. de Natur. 74, Pares illepidus, & in liberos difficilis. de Senect. 78 b, Senes moderati, nec difficiles, nec inhumani, tolerabilem agunt senectutem. I. A. 201 b, D. Bruti opera difficilimo reipublicæ tempore esse subuentum. I. A. 203 a, b, Summo & difficilimo reipublice tempore. pro Pomp. 15 b, Exercitum difficili reipublice tempore conficere. pro Cecinna 287 a, Temporibus illis difficilim solutionis. \* pro C. Corneli. 1, Quasi legem aliquam aut ad scribendum difficilem. Incer. Est causa difficilis laudare puerum.

† *Syntaxis. In re difficili versari. Difficile factum, & difficilime. Obscurum, & difficile explicatus habens. Arduum ac difficile. Contortum ac difficile. Difficile ad loquendum, iudicandum. Difficilis ac mouens. Illepidus ac difficilis in aliquem. Summo & difficilireip. tempore.*

**D I F F I C I L I T E R**, difficulter. Academ. 13 b, Vt difficiliter à vero internoscatur. ibidem, Vt difficiliter internosci possit.

**D I F F I C I L T A S**, tis, labor, angustia, asperitas. Topic. 229 a, Quæ fieri sine summa difficultate non possunt. Epist. 47 a, Nihil construi potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. de Fat. 148 a, Dum autem verbis vitur suis, delabatur in eas difficultates, vt necessitatem fati confirmet inuitus. de Diuinat. 102 a, Sed difficultas laborque discendi disertam negligentiam reddidit. pro Cluent. 18 a, Res habens multum difficultatis & laboris. Quint. frat. 296 a, Atque huic tuæ voluntati ac diligentia difficultatem afferunt publicani. ad Heren. 19 a, & Attic. 216 a, Sed si Plancus festinat, tum haberes difficultatem. de Orator. 94 b, Vt quisque optumè dicit, ita maximè dicendi difficultatem pertimescit. I. V. 61 a, Quod si ego hæc propter magnitudinem rerum ac difficultatem assequi non potui. Attic. 120 b, In vtraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. de Natur. 34 b, Ea difficultas in duxit imperitos vt errarent. pro Mur. 128 a, Seruius multorum difficultatem exorbuit. de Inuent. 52 b, Non rei solum magna utilitas est, sed præcipiendi quoque summa difficultas. pro Quint. 2 a, Tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus. I. C. 100 a, Quæ ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem pertinent. Antequam. 194 a, Si eundem in cæterorum periculis haberemus animus, quæ in nostris difficultatibus? in Ver. 246 a, Id nunc summa in difficultate nauis à C. Verre pretio assecuti sunt. & ib. Nullis populi Rom. difficultatibus. de Or. 91 b, Cõplures ibi dies sum propter nauigandi difficultatē cõmoratus. I. V. 123, Ex simul



simul ostendit se in summa difficultate numaria esse. & ibidem, Expositis suis difficultatibus, &c. de Orat. 86 a, Quid aliud esse causæ putet, nisi rei quamdam incredibilem magnitudinem ac difficultatem? I. V. 191 a, Ut ventura difficultate ad quam vellent æstimationem peruenirent.

**D I F F I C I L T E R**, *difficiliter, difficile, agra, vix, tristis, durius*, de Inu. 83 b, Atque in his omnibus quid difficulter fieri, & quid facile fieri possit, oportet considerare.

† Syntaxis. *In difficultates incurrere. Difficultas est labor. Id habet difficultatem. Difficultatibus affectus est afflictus. Difficultas nauium, numaria.*

**D I F F I D E N S T I S**, de Diu. 110 a, Nihil affirmabo, quæram omnia. dubitans plerumque, & mihi ipse diffidens. I. P. 98 b, Diffidens & desperans rebus suis. pro Pom. 8 a, Aliquem fugientem excipere, diffidentem rebus suis confirmare, afflictum erigere, perditum recreare.

**D I F F I D E N T E R**, pro Cluent. 18 a, Timidè & diffidenter aliquid facere.

**D I F F I D E N T I A**, *tia*. (*fidentia* Tusc. 229 b, Metus est diffidentia expectati mali. de In. 82 a, & b, Fidentia contrarium est diffidentia: & ea re vitium est.

† Syntaxis. *Metus est diffidentia expectati mali. Hic aduerte definitionem, cum sit potius diffidentia boni metus.*

**D I F F I D O**, *dis*: diffusus sum. *quasi despero*. Qu. fr. 290 a, Tanta adhibebatur à nobis diligentia, utrem posse confici non diffiderem. de Diu. 91 b, Eudemus ita grauiter æger fuit, ut omnes medici diffiderent. Anteq. 194 a, Quis est, qui non sibi ac suis diffidat fortunis. pro Mur. 14 b, Vidésne tu illum tristem, demissum? iacet, diffidit, abiicit hastas. de Fin. 82 b, Qui autem diffidit perpetuitati bonorum, timeat necesse est pro Clu. 30 b, Is certè potius qui sibi alia ratione diffideret, quàm is qui omni ratione consideret. Attic. 286 b, Te horror, ne defatigare, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis. pro Qu. 14 a, Diffido me posse in hac causa consistere. Acad. 3 a, Inuenire se posse quod cuperent, diffidi sunt. 197 a, Experire id nobis, quod te asse qui posse diffidas. Quin. fr. 327 b, Si ille dictator sit factus, penè diffidit. Orat. 205 b, Eloquentia, quam omnes se asse qui posse diffiderent. Att. 247 a, Quo die audiui, &c. subdiffidere coepi. de Pro. 77 a, Diffidere sibi. Attic. 201 a, De Othone diffido. Epist. 23 a, Parthos times, quòd diffidis copijs nostris. Tusc. 228 b, Huic incipio sententia diffidere. Sulp. Epistol. 51 a, Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentia tuæ diffidere. de Pro. 77 a, Sed homines diffidi sunt ipsi sibi.

† Syntaxis. *Ita grauiter æger ille fuit, ut medicus diffideret. Tibi ne diffidas. Tacens, diffidens. Subdiffidere. Diffidens ac desperans suis rebus.*

**D I F F I N D O**, *dis*: *findo*, diuido. de Vni. 199 a, Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit.

\* **D I F F I S S V S**, a, *um*: *diffusus*, diuisus. de D. 85 a, Saxo diffisso.

\* **D I F F I S V S**, a, *um*: pro Mur. 139 a, Ego quoq; diffusus ingenio meo quæsiui adiumenta doctrina.

**D I F F I T E O R**, *eris*: *nego*, *inficior*. Epist. 158 a, Itaq; nunquam diffitebor me, &c. *Plancij*.

\* **D I F F L V E N S**, *tis*: de Orat. 154 a, Illi (*Græci*) nati in literis, ardentisque his studijs, otio verò diffuentes non modò nihil acquisierint. de Clar. 194 b, Ut nimis redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quasi extra ripas diffuentes coërceret.

**D I F F L V O**, *is*: *liquesco*, *abundo*, *fluo*. de Off. 21 b, Turpe est diffuere luxuria.

**D I F F V G I O**, *gis*: *huc illuc fugio*, *dilabor*. in Anton. 181 a, Omnes metu perterriti, repente diffugiunt. & Offic. 75 a, pro Dom. 214 a, Ministros partim amissis gladijs, partim ereptis diffugisse. Epistol. 241 a, Diffugiunt, qui sunt, metu oblato.

**D I F F V N D O**, *dis*: *dispergo*, *disippo*, *spargo*, *effundo*. de Diu. 97 a, Dij vim suam longè lateque diffundunt. de Sen. 87 b, Terra semen tepesfactum vapore & complexu (*al. compressu*) suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem. \* de Nat. 31 a, Nisi eadem aqua se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

**D I F F V N D O R**, *tis*: de Nat. 54 a, Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. de Amic. 105 b, Virtus ex bonis amici quasi diffanditur, & incommodis contrahitur.

**D I F F V S E**, *dispersè*. de In. 60 a, Res dispersè & diffusè dictæ.

**D I F F V S V S**, a, *um*: de Fin. 88 b, Error tam longè lateq; diffusus de Orat. 121 b, Ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, cogere, & ad artem redigere. de Fin. 69 b, Quibus vinum diffusum è pleno sit œnophoro. pro Sest. 23 a, Numerus optimatum late & variè diffusus est pro Cor. 57 a, Cn. Pompeij late longeq; diffusa laus. de Nat. 45 a, Sol diem efficit toto cœlo luce diffusa. de Orat. 161 b, Color

diffusus sanguine. de Orat. 100 b, Quæ ignota quondam omnibus & diffusa late videbantur. de Or. 160 a, Dithyrambi membra & pedes sunt in omni locupleti oratione diffusa. de Leg. 162 b, Hæc beneuolentia tam late longeq; diffusa. de Orat. 87 a, Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.

† Syntaxis. *Deus vim suam longè lateque diffundit. Terra diffundit semen. Diffusum ac dissipatum. Color sanguine diffusus. Glacies diffusa. Platanus ramis patulis diffusa ad locum opacandum. Diffusè & dispersè.*

**D I G A M M A**, *Filiera*. Attic. 144 a, Deli tuum digamma videam: id est, Formianum villam, ut quidam intelligunt, quod ab *Filiera* id nomen incipiat, quæ digamma *Aeolicum* vocatur. Ego verò, *Digramma* lego: ut *Digramma* sit codex, in quem soleret *Atticus* & fructus agrorum, & impensas referre. \* *Manutius fundum, Bofius fanus* intelligit.

**D I G E R O**, *tis*: *concoquo*, *miscifico*. Att. 65 a, Stomachus concaluit, ut digerat multa cruda facilius.

¶ *Ordino*, *disfringuo*, *infirmitas*, *disfringuo*, *diuido*. in Verr. 88 a, Habeo istius tabulas omnes, quas diligentissimè legi atque digessi. pro R. P. 126 a, Demetrius rempubl. Athenis optime digessit. Qujnt. frat. 315 a, Facies scilicet, ut mea mandata digeras, persequare, conficias. de Orat. 100 b, & 116 b, Si quis omne ius ciuile in genera digerat, quæ perpauca sunt. de Inuen. 52 b, Qui quid cuique conueniat, ex hac copia digeremus.

† Syntaxis. *Digerit cruda stomachus. Digerimus libros, mandata, rempublicam.*

**D I G E S T I O**, *onis*: *distributio* in Anto. 198 a, Ut digestio potius, quàm declamatio videretur. de Orat. 162 a, Digestio, quæ exornatio est, ea est partitio.

**D I G E S T V S**, a, *um*: de Or. 100 b, Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta generatim componerent. pro Qu. 46 a, Vtrum cætera nomina in codicem digesta habes?

\* **D I G I T V L V S**, *i*: pro M. Scau. Duobus digitulis gulam oblitit.

**D I G I T V S**, *ti*: *pars in manu pedibusque tres*. pro Cæl. 43 a, Aliquid primoribus labris gultare, & extremis (ut dicunt) digitis attingere. Attic. 103 a, Mihi certum est, ab honestissima sententia digitorum nusquam. in Verr. 207 a, Neq; ab argento digitorum discedere. Qu. de Pet. 210 b, Sed ut commonstrare & digitorum, ut fieri solet, ad fontes intenderem. I. V. 104 b, Tollit digitorum Iunius Patruus. Parad. 120 b, Digiti peccata dimittunt. \* Acad. 36 a, Nam cum extensis digitis aduersam manum ostenderat, visum, inquebat, huiusmodi est. Deinde cum paulum digitorum constrinxerat, assensus huiusmodi. Tum cum plane commiserat, &c. de Somn. 130 b, Mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest.

† Syntaxis. *Aliquid extremis digitis attingere. Neque discedere digitorum. Digitorum intendere ad.*

**D I G L A D I O R**, *atis*: *decerio*. Off. 6 b, Philosophi ea quæ plerique vehementer expetunt, & de quibus inter se digladiari solent, contemunt. & de Leg. 188 a, Tusc. 219 a, Digladiantur illi per me licet, &c. \* 1. Acad. Quid Antipater digladietur cum Carne ad tot voluminibus.

\* **D I G N A N D V S**, a, *um*: Acad. 45 b, Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda & quadam æstimatione dignanda docebat.

**D I G N A T I O**, *onis*: *dignitas*. Att. 163 a, Et si meus quidem est fortior, eoque ipso vehementius commouet, nec quicquam nisi de dignatione laborat.

**D I G N E**, *pro dignitate*. pro S. R. 24 a, Postq. 208 a, Quis de tali ciue satis dignè vnquam loquetur. Ep. 187 a, Is omnium iudicio dignè, ac meretur, commendatus est. de Sen. 77 b, Philosophia nunquam satis dignè laudari potest.

† Syntaxis. *Insignis Lasinitas hæc est: Commendatur dignè ac meretur.*

**D I G N I T A S**, *tis*: *honestas*, *honor*, *gradus*, *gradus dignitatis*, *honoris amplitudo* *splendor*. (*indignitas*. de Inu. 83 a, Dignitas est alicuius honesta autoritas, quæ & cultu, & honore & vterecundia digna est. de Orat. 123 b, Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis. I. C. 120 a, Sicut ipsius dignitas, & maiorum eius amplitudo postulabat. Epist. 39 b, Tua dignitas atque amplitudo mihi cara est. pro Flac. Apud quem omnes gradus dignitatis tuæ retinisti, pro Syl. 167 b, Quorum ego opera illum in locum atq; in hanc celsissimam sedem dignitatis atque honoris ascendi. Epist. 146 b, Adeptus es amplissimos dignitatis gradus. pro Planc. 265 b, Tenere summum gradum & dignitatis, & gratiæ in aliquo loco. Epist. 150 b, Dignitatem tuam & esse iam, & futuram amplissimam intelligo. Offic. 25 a, Ciuitatis dignitatem & decus sustinere. pro Dom. 232 a, Facti alicuius egregij splendorem verbis dignitatemque retinere. pro Dom. 213 b, Hi tales viri qui non solum consilijs suis, sed etiam specie ipsa reipubl. dignitatem sustinent. pro Flac. 151 b, In imperio



atque in publica dignitate omnia ad splendorem gloriamque reuocanda sunt. item: Summam video esse in te dignitatem generis, integritatis, industriae, caeterorumque ornamentorum omnium. pro Mur. 128 b, Summa est in utroque honestas, summa dignitas. Qu. fr. 299 b, Species tam gratiosi liberti, aut serui, dignitatem nullam habere potest. Orat. 210 a, At dignitatem docere non habet. pro Mur. 129 a, Ars militatis admirabilem dignitatem habet. pro Mur. 137 a, Qui ex continuis maiorum suorum honoribus unum ascendere gradum dignitatis conatus est. de Amic. 97 b, Vt ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur peruenisse. de Orat. 139 a, In suadendo nihil optabilius quam dignitas: id est, honestas. Offic. 14 a, Vt nihil à dignitate sapientis discedas. de Orat. 121 a, Ac si quid affert praeterea hominis aut dignitas aut indignitas, extra causam est. Ora. 125 a, Seruare dignitatem suam parcendo aduersariis. Ep. 57 a, Ego si dignitas est bene sentire de rep. & bonis viris probare, quid sentias, obtineo pristinam dignitatem meam: sin autem in eo dignitas est, quod sentias aut re efficere, aut denique libera oratione defendere, ne vestigium quidem vllum est reliquum nobis dignitatis. Tusc. 237 a, Ergo etiam dignitas et tribuenda est. Att. 126 a, Tenendam hanc oram puto, quae dignitatem & opportunitatem habet. de Am. 97 b, Is qui cum dignitate est. \* pro C. Corn. 1, In quo suspitionem omnem tollit C. Curionis virtus ac dignitas, & Qu. Metelli adolescentia. cont. C. Anton. Hanc tu habes dignitatem, qua fretus me contemnitis & despicias: an eam, quam reliqua vita es consecutus? pro M. Scauro: Vt M. Aemilius cum sua dignitate omni fordissimae genti ac pelliculis testibus condonetur. in L. Pison. Nec municipij dignitas patitur. Frag. epistol. Nec idcirco mihi desiderandam esse dignitatem meam, quod eam multi impugnant: sed eam magis recolendam, quod plures desiderant. I. A. Spoliatio dignitatis.

¶ *Decor, pulcritudo, ornamentum, decus, forma & liberalis species.* Offic. 26 a, Venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. de Inu. 62 b, Quare qua sint illae virgines dignitate praeditae, potes ex his suspicari. de Orat. 96 b, Agere cum dignitate & venustate. Offic. 21 b, In formis alijs dignitas inest, alijs venustas. de Inuent. 62 a, b, Pueri magna praediti dignitate. Offic. 28 b, Vt ea quae pertinent ad liberalem speciem & dignitatem, moderanda sint. Offic. 26 b, Formae dignitas coloris bonitate tuenda est, color exercitationibus corporis. ad Her. 28 a, Sententiarum exornatio est, quae non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem. ad Heren. 20 b, Dignitas est oratio, cum aliqua grauitate & vocis remissione. Offic. 14 b, Tranquillitas animi affert dignitatem. Quint. frat. 218 a, & de Orat. 159 b, Pauimenta porticus summam dignitatem habebant. de Ar. 253 b, Sed habet ea molestia quandam dignitatem. de Prou. 74 b, Dignitas verborum & honos Caesaris laudi concessus est.

† Syntaxis. *Dignitas & amplitudo. Celsissima dignitatis & honoris sedes. Dignitatem & decus ciuitatis sustinere. Splendor ac dignitas. Hoc non habet in seruo dignitatem. Seruare suam dignitatem. Virgo dignitate praedita. In formis inest dignitas aut venustas. Forma dignitas coloris bonitate defenditur.*

DIGNO, as. pro Dignor. in Arat.

— vt veteres statuere poetae,

Aeterno cunctas aeo qui nomine dignant. sc. Vergilias.

DIGNOR, aris. dignus habeor, vel existimor. de Inuent. 76 b, Qui ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt. de Inuent. 82 b, Obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur. de Orat. 145 a, Res dissimiles inter se, quae tamen consimili laude dignentur. \* Oecon. 1, Qui apud nos hoc nomine dignantur.

† Syntaxis. *Vir probus summa aestimatione dignandus.*

DIGNVS & DIGNISSIMVS. *honestus, qui meretur, dignitate praeditus, plenus dignitatis, habens dignitatem, qui cum dignitate est, idoneus, par, egregius, summum dignitatis gradum tenens.* pro Arch. 186 b, Omnes eum cognitione & hospitio dignum existimauerunt. de Arusp. 259 b, Deiotarus saepe à senatu reguli nomine dignus existimatus est. Attic. 133 a, Balbi. Suffice curam & cogitationem dignissimam tuae virtutis, vt, &c. de Arch. 256 b, Et hunc vnum esse in hac ciuitate dignum huius imperij dicit. de Pet. 205 a, Non potest qui dignus habetur patronus consularium, indignus consulari putari. pro Quin. 17 b, Qui moeror dignus inueniri in calamitate tanta potest? Attic. 14 a, Quod docto homine & amico dignum fuerit: id est, quod docto homini conueniens fuerit. de Diuin. 104, Quod non decorum est, nec dijs dignum. I. A. 210 a, Quo nomine dignus est nemo, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere. Epistol. 122 a, Posteaquam illum ne cui satisfaceret quidem, me dignum habere sensi. in Sal. 273 b, Res familiaris, quae mihi multo minor est, quam ha-

bere dignus sum. I. P. 80 a, Cum omnes te luce dignum non putarent. pro Dom. 239, Praeclara voluntas, atque omni laude digna. Acad. 5 b, Res est idonea de qua queratur, & homines digni quibus cum differatur. in Anto. 188 a, Philippus vir auo, patre, maioribusque suis dignissimus. de Orat. 125, & de Finib. 77 b, Aliquem esse dignum vel indignum suis maioribus. Epistol. 29 b, Praebere se dignum maioribus suis. Epistol. 24 a, Vel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, quia maiora in republica onera sustinere & possim, & soleam. Epistol. 147 a, Vt dignum aliquid & consulari meo, & vestra expectatione efficerem. de Leg. 184 b, Qui modeste parerit, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. de Legib. 179 a, Dignissima autem dona habentur, & formae ab vno pictore vno absolutae die. I. A. 209 a, Venit tempus Quiritis serius omnino, quam dignum populo Romano fuit, sed tamen, &c. & ibid. 187, Dignus malo. de Fin. 136, Dignus odio. \* con. C. Anton. Dignus consulari. in Vat. 29 a, Quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo ciuitate, nemo luce dignum putet.

† Syntaxis. *Hic moeror non est dignus in tanta calamitate. Hoc te non est dignum. Negotium tuis viribus dignum.*

\* DIGRAMMA, tis. Att. 144 a, Deli tuum digramma videram. Ita Caelius legit. Vide DIGAMMA.

DIGREDIENS, tis. de N. 46 b, Luna tum congregiens cum sole, tum digrediens.

DIGREDIOR, ris. *egredior, discedo, aberro ad alia, aberro à proposito, diuerso.* Epistol. 195 b, Eti perinquo patiebar animo te à me digredi. & 55 b, Cum ab eo digressus essem eo consilio, vt, &c. pro Syl. 173 b, Parens eius omnibus illis rebus interfuit, nunquam est à me digressus. Att. 43 a, Timebam, ne à me digredi non posset. de Ar. 244 a, Dolore efferti, & iracundia longius digredi, quam sapientis hominis cogitata ratio postulat. de Inu. 60 a, Nobis de causa digredi, nisi per locum communem displicet. de Or. 157 b, Digredi ab eo quod proposuerit. de Cla. 193 a, Sed iam ad id, vnde digressi sumus, reuertamur. I. V. 184 b, Verum huc longius quam voluntas fuit, à proposito digressa est oratio mea. de Clar. 195 b, Delectandi causa digredi parumper à causa. de Nat. 71 b, Sed eò iam, vnde huc digressi sumus, reuertamur. Part. 231 a, Paululum digredi de cursu. \* I. V. 184 b, Verum huc longius quam voluntas fuit, ab epistola Timarchidis digressa est oratio mea.

† Syntaxis. *Luna digrediens à Sole. Digredi ab aliquo, de causa, à proposito. Inde huc digressus sum.*

DIGRESSIO, onis. *declinatio.* (cōgressio. Qu. fr. 324 a, Id minus miserum fuit, quam fuisset tum congressio, tum verò digressio nostra. de Cl. 192 a, Digressio à proposita oratione. de Or. 137 b, Causae, quae plurimos exitus dant ad eiusmodi digressionem. & 161 b, Abre non longa digressio, tum reditus ad rem. de Or. 90 a, Digressio aut sui laudem, aut aduersarij vituperationem continet: aut aliam causam deducit, ex qua efficiat aliquid confirmationis, aut reprehensionis, non argumentandum, sed augendo per quandam amplificationem.

DIGRESSVS, sus. *digressio, discessus.* Att. 3 b, Vt primum à tuo digressu Romam veni, confeci. Quint. frat. 304 a, Congressus nostri lamentationem petimus, digressum verò non tulimus.

DIIVDICATIO, onis. *disceptatio, iudicium, deliberatio.* de L. 167 b, Nam ista quidem magna diiudicatio est.

DIIVDICANDVS, a, um. de Leg. 165 a, Honestas & turpia, natura, non opinione diiudicanda sunt.

DIIVDICO, as. *discerno, distinguo, discepto.* de Orator. 61 a, Omnes tacito quodam sensu quae recta ac parua diiudicant. Off. 65 a, Recte diiudicare aliquid. pro Cec. 294 a, Qui tam callide verbis controuersias, non aequitate diiudicas. Offic. 55 b, Vt sine villo errore diiudicare possimus. Par. 242 b, Vera à falsis diiudicare & distinguere. Acad. 27 a, Nec habent istam artem, qua vera & falsa diiudicent. de Finib. 91 a, Attendes igitur, vt soles, & eam controuersiam diiudicabis, quae, &c. \* Tusc. 153 a, Vt uti igitur inter has sententias diiudicare malumus, an ad propositum redire?

DIIVDICOR, ris. de Orat. 118 b, Idque aut nunquam diiudicari poterit, aut ita diiudicabitur. de Pet. 210 b. 211 a, Quibus rebus beneuolus & simulator diiudicari possint. Epistol. 135 b, Non facile diiudicatur amor verus & fictus. pro Qu. 7 b, De controuersijs velut diiudicari. de Leg. 167 b, Hoc diiudicari nunquam poterit.

† Syntaxis. *Verbis, non aequitate res diiudicare. Diiudicatum est inter hasce sententias. Sic beneuolus ac inimicus diiudicatur. De controuersia diiudicare.*

DIIVNECTVS, a, um. *remotus.* Attic. lib. 12, Totum est aliud, posteaquam sum à te diiunctior.

DIIVNGO, gis. *disiungo.* Attic. 99 b, Diiungere me ab illo volo. \* de Diuin. 124 b, Vt iumenta iubente diiungere. ab. *disiungere.*



**DILABOR**, *ris. diffugio.* I. A. 173 a, Malè parata, malè dilabuntur. Offic. 50 a, Præclarissimè constituta resp. dilapsa est. ad Her. 29 b, Hi simul ac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Offic. 21 a, Ne elati voluptate in aliquam turpitudinem dilabamur. de Inu. 71 a, In relationem criminis dilabi. Tus. 211 a, Sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si vnū aliquid effugerit. I. A. 248 a, Sūt alij plures fortasse, sed mea memoria dilabuntur.

† Syntaxis. *Fluuius rapidè dilapsus. Glacius liquefacta & dilapsa. Fortuna dilapsa deuolant assentatores.*

**DILACEROR**, *aris.* de N. 7 b, Distractione humanorum animorum discerpi & dilacerari Deum.

**DILANIANDVS**, a, um. pro Mil. 108 a, Tu cadauer P. Clodij nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

**DILAPIDO**, *as. disperdo, decoquo, consumo.* Off. 329 b, M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vestigalia.

\* **DILAPSVS**, a, um. de Nat. 31 a, Quæ aqua neque conglaciaret frigidibus, neque niue pruinaque concrederet, nisi eadem se admisso calore liquefacta & dilapsa diffunderet. de Leg. 170 b, Fibrenus diuifus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, rapideq; dilapsus citò in vnum confluit.

**DILARGIOR**, *iris. dono.* contra Rul. 82 a, L. Sylla, qui omnia sine vlla religione, quibus voluit, dilargitus est.

**DILATVS**, a, um. de Cl. 194 a, Ista iusta eloquētia, quam dialecticam dilatam esse putant, de Leg. 190 b, Hæc lex dilatata in ordinem cunctum coangustari etiā potest. Off. 135 b, Quorum rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur.

**DILATIO**, *onis. prolatio, mora, retardatio, procrastinatio.* I. A. 183 b, Quæ est igitur expectatio? aut quæ vel minima dilatio temporis? pro Pomp. 4 a, \* Propter dilationem comitiorum ter prætor primus centurijs cunctis renunciatus sum.

**DILATO**, *as. collato, latè explico, propago.* (coangusto, coarcto, angustè refercio. pro Flac. 148 b, Sed non dilatabo orationem meam: etenim posset esse infinita. Ora. 207 a, Dilatate manum. de Clar. 188 b, Dilatate literas. de Nat. 64 a, Istū enim locum illa vetus Zenonis breuis conclusio dilatavit. Part. 116 a, Cato nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed, &c.

**DILATOR**, *ris.* de Som. 130 b, Vestra gloria quantis in angustijs se dilatori vult. de Nat. 30 a, Hæc enim quæ dilatantur à nobis, Zeno sic premebat. de Finib. 100 b, & Acad. 11 b, Quanquam negent nec virtutes, nec vitia crescere: & tamen vtrunque eorum fundi quodammodo & quasi dilatari putant. \* Hortens. In continentibus terris vestrum nomen dilatori potest. Part. 231 b, Vt aut ex verbo dilatetur; aut in verbum contrahatur oratio.

† Syntaxis. *Lex in cunctum ordinem dilatata. Dilatatum imperium, oratio, argumentum. Fundi & dilatari gloriam in angustijs, & orationem.*

**DILATVS**, a, um. Attic. 285 a, Br. Vereor ne in breue tempus dilata sit abs te pernicijs. Br. 90 b, Si ea, quo die dixi sententiam, perfecta essent, & non in diem ex die dilata. de Orat. 110 a, Bonam sermonis partem in alium diem esse dilatat. Att. 63 b, Res ab ijs à calend. lun. dilata est ad 11. nonarum Iun. Att. 13 a, Comitia in vi. calend. Sextilis dilata sunt. I. V. 124 a, Transacto aut dilato iudicio. de Pro. 71 b, Nec toties dilata res esset. Epist. 151 a, Ita q; res dilata est in posterum. Qu. fr. 308 a, Res in posterum dilata est, Clodius in Quirinalia produxit diem.

**DILAVDO**, *as. prædico, laudo.* Attic. 91 b, Libri, quos tu dilaudas.

\* **DILEGO**, *is. deligo.* ad Heren. 31 a, Dilegere oportet quem velis diligere. Ita Lambinus: alij diligere legunt.

**DILIGENS**, *tis: & sismus. attentus, sedulus, diligentiam adhibens, assiduus.* I. V. 102 a, Qui in re aduentitia & hæreditaria tam diligens & attentus esset. pro Pl. 359 a, M. Laterensis homo studiosissimus, & diligentissimus salutis meæ. de Diuin. 100, Cares in ostentis animaduertendis diligentes fuerunt. I. V. 158 b, Homo nauus & industrius, experientissimus & diligentissimus arator. pro Cæl. 53 a, Q. Pompeius castissimus vir, atque omnis officij diligentissimus. Qu. fr. Diligentissimus omnium in promerendo, vt sibi magni honores haberentur. 204 a, Quædam etiam negligentia est diligens. Attic. 197 b, Medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens. de Orat. 134 a, Non amo nimium diligentes: dictum Africanus censoris. I. C. 101 a, Quem tu ad custodiendum te diligentissimum fore putasti. de Orat. 97 a, Assidua, diligens scriptura. Att. 70 b, Literas Pontino de omnibus rebus diligenter dabis. de Inu. 82 b, Tribuere alicui diligentem cultum. de Nat. 49 b, A deligendo sunt dicti diligentes.

† Syntaxis. *Diligens & attentus. Studiosus & diligens. Omnis officij diligens. In omni genere diligens. Scriptura assidua, diligens.*

**DILIGENTER**, *accuratè, exquisitè, studiose, magna cum cura & diligentia.* Attic. 262 b, Studiosè diligenterque curare aliquid. Epist. 82 a, Liber tuus & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissimè. I. A. 160 a, Et sum à vobis benignè ac diligenter auditus. de Diu. 81 b, Diligenter etiam atque etiam facere aliquid. de Cl. 172 a, Iterum multò diligentius, meliusq; dixit.

**DILIGENTIA**, *tię. assiduitas, sedulitas.* Att. 31 a, Terentię pergrata est assiduitas tua & diligentia. de Am. 113 a, Omnis in hac re habenda ratio & diligentia est, vt, &c. de Ora. 122 a, Ipsum ingenium diligētia, etiam ex tarditate incitat Diligentia cum omnibus in rebus, tum in causis defendendis plurimum valet: hæc præcipuè colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est quod non assequatur. & ibid. Reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, labore complectar vno verbo, quo sæpe iam vsi sumus diligentia: qua vna virtute reliquæ virtutes omnes continentur. Hic vocabuli primus expendas, teffor. de Off. 21 a, Excitanda est animaduersio & diligentia, vt ne quid temerè ac fortuito, inconsideratè negligentēque agamus. pro Mur. 144 b, Vos pro mea summa & vobis cognita in rempub. diligentia moneo. Top. 221 b, Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque ad memoria rerum nostrarum excitarem. de Ora. 108 a, Demosthenes impedimenta naturæ diligentia industriaque superauit. de Inu. 56 a, Magna cum cura & diligētia scribere aliquid. ad Her. 30 b, Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animū. & 32 a, Diligentia est accurata conseruatio suorum. Epist. 144 a, Conserre diligentiam ad aliquam rem. Offic. 28 a, Domus finis est vsus, ad quem accommodanda est ædificandi descriptio: & tamen adhibenda dignitatis commoditatisq; diligentia. \* Oecon. 1, Cum & curam & diligentiam ea desiderarent. ibid. A natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam. ibid. Hunc sexum custodiæ & diligentia assignauerat natura. ibid. Partis opibus æquè fuit opus memoria & diligentia. ibid. In re familiari laboriosior est negligentia quam diligentia. Oecon. 2, Qui me absente in meum locum substituit, & vicarius meæ diligentia succedit. pro Quint. 1 a, Quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi. Quæ quanta sit, nisi tempus & spatium datum sit, intelligi non potest. pro Marc. 134 b, Augebimus & diligentiam. Qu. fr. 302 a, Quæ ad te scripsi, scripsi propter diligentiam cautionis meæ: in qua & maneo & manebo.

† Syntaxis. *Studiosè, diligenterq; Fac diligenter etiam atq; etiam. Assiduitas & diligētia. Excita animaduersione, ac diligentiam. Diligentia & industria. In hoc diligentiam conseruas.*

**DILIGOGIS**, *amo, charum habeo.* pro Cor. 67 a, Vt eos diligitis & charos habetis, sic, &c. Epist. 11 a, Et eum non solum beneficio, sed amore etiam & perpetuo quodam iudicio meo diligebam. Epist. 74 b, & 168 b, Quos ego ambos vnicè diligo. pro Planc. 264 b, Hic ab illo dilectus est. Attic. 197 b, Tuam quidem & in agendis nostris rebus, & in consilijs ineundis, mihi que dandis, in ipsis literis quas mittis, benevolentiam, diligentiam, prudentiam mirificè diligo. de L. 185 a, Colere & diligere aliquem. pro Quin. R. 45 b, Vsq; eone te diligit, & magnificè circumspicit, vt ita petas? Ep. 57 b, Qui me admodum diligit. & 31 a, Valde hominem diligo. Epist. 133 a, Tantum accessit, vt mihi nunc denique amare videar, antè dilexisse. pro Corn. 69 a, Fidem eius est complexus, officia obseruantiamque dilexit. \* Frag. ep. Me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges. Att. 133 b, Balbi. Illum tanti facio, vt non Cæsarem magis diligam. ibid. Quem ante me diligo.

**DILIGOR**, *ris.* Epist. 222 a, Vt scires eum non à me diligi solum, sed etiam amari. & 181 a, Dilixi te quo die cognoui, meque à te diligi iudicaui. de Nat. 13 a, Te ab eo minicè diligi intelligebam.

† Syntaxis. *Amore diligere. Colo & diligo. Nunc amo, antè diligebam.*

**DILORICO**, *as. discindo, aperio.* de Orat. 110 b, Qui in causa peroranda non dubitauit excitare reum consularè, & eius diloricare tunicam.

**DILVCSCT**, *bat. lucefit, lucere incipit.* I. C. 112 a, Ipsi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. I. A. 240 a, Dilucilla est illa caligo, quam paulò antè dixi: diluxit, patet, videamus omnia.

**DILVCIDE**, *lucide, perspicue, clarè, aperitè, planè.* in Vat. Mea lex dilucide vetat. & Orat. 294 a, Dilucide planeque dicere. de Orat. 96 b, Planè & dilucide loqui. de Diu. 104 b, Quæ est à te explicata dilucidè.

**DILVCIDANDVS**, a, um. ad Her. 17 b, Nam quod in docendo rei dilucidandæ causa dolū appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus.

**DILVCIDVS**, *dior. apertus, euident.* Or. 108 b, Contrà tennes, acuti, omnia docentes, dilucidiora nō ampliora facientes.



- de Inu. 48 b, Ac verbis quoque dilucidis vtendum est. ad Her. 3 b, Quod breuior, eò dilucidior erit narratio. & 35 a, Perspicua & dilucida expositio.  
 † Syntaxis. *Perspicua ac dilucida.*
- DILUCULUM**, *summo mare, prima lux.* Att. 259 b, vi. idum cum ante lucem surrexisset, veni diluculo ad pontem Tiberium, qui est Minuturnis. pro S. R. 21 b, Primo diluculo nuncius hic Ameriam venit.  
 † Syntaxis. *Diluculo, absolute: & primo diluculo.*
- DILUO**, is. *confuso, abstergeo.* pro S. R. 25 a, Ego qua ratione res tam leues infirmem ac diluam, reperire non possum. pro Milone 115 a, Mors P. Clodij, de qua, si nollem diluere crimen, vt dilui: tamen, &c. pro Cael. 44 b, Quæ tu diluas oportet, & falsa esse doceas. in Verr. 251 a, & de Clar. 190 b, Diluere crimina aduersariorum. de Inuent. 78 a, Diluere quæ contrà dici possunt \* ad Heren. 20 a, & de Inuen. 57 a, Diluere contrarias argumentationes. Tuscul. 108 a, Quæ cogitatio vna maximè omnes molestias extenuat & diluit.
- DILVOR**, ris. ad Her. 20 a, Diluere contrarias argumentationes. ad Heren. 13 b, Alterutra pars diluitur.  
 † Syntaxis. *Infirmare & diluere. Crimen diluere. Diluere & extenuare molestias cogitatione.* \* ad Heren. 30 a, Vt aut dilui non possit, aut multò difficilimè possit. de Inu. 57 a, Reprehensio est, per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleuatur. *Alij legunt alienantur, alij lenantur.*
- \* **DILVTIVS**, *parcius.* pro M. Fon. Galli posthac dilutius potabunt, quod illi venenum esse arbitrabuntur.
- DIMANO**, as. *profuso.* pro Cael. 38 b, Meus hic forensis labor vitæ quæ ratio dimanauit ad æstimationem (*al. existimationem*) hominum paulò latius, commendatione ac iudicio meorum.
- DIMENSIO**, onis. Tusc. 160 a, In illo libro pusionem quendam Socrates interrogat geometrica quædam, de dimensione quadrati.
- DIMENSVS**, a, um. Orat. 215 a, Quæ *versum* dimensa ratio docuit, quid acciderit. de Sen. 89 b, Atqui ego ista sum dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio. *ibid.* A quo essent illa dimensa atque descripta.
- DIMETATVS**, ta. *dimensus.* de Nat. 57 b, Eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, & varietates, mutationesque cognouimus.
- DIMETIENDVS**, a, um: & di. de Or. 210 b, De syllabis prope modum dinumerandis & dimetiendis loquemur. de Senectute 87 a, Studium dimetiendi penè cœli atque terræ.
- DIMETIOR**, ris. *dimensus sum. metior, digero.* Par. 120 b, Dimetiri peccata digitis, aut versus pedibus.
- DIMICANS**, tis. pro Sest. 3 a, Rei de capite dimicantes.
- DIMICATIO**, onis. *discrimen, conuensio.* Orat. 201 a, Sed hæc ludorum atque pompæ, nos autem iam in aciem dimicationemque veniamus. pro Syl. 182 a, Si qua subeunda dimicatio erit pro Pl. 275 b, Is nec inimicitias, nec vitæ dimicationes pro me sibi defugiendas putauit. pro Corn. 56 a, Talis est eius in remp. nostram labor, assiduitas, dimicatio. \* pro Planc. 265 b, Pater vt in dimicatione fortunarum obeisset filio debeat.
- DIMICATVR**, Offic. 8 b, Cum Pyrrho de imperio dimicabatur.
- DIMICO**, as. *configo.* de Nat. 27 a, Cùm A. Posthumius cum Octaui Manilio prælio dimicaret. pro Arch. 198 a, & 191 a, Qui de vita, gloriæ causa dimicant. Attic. 131 a, Vt de omnibus fortunis reipub. dimicem. & 102 a, De sua potentia dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis. Ep. 80 b, Alteri dimicant, alteri victorem timent. Tuscul. 218 a, Conuenit dimicare pro patria. \* de Finib. 76 b, Sic vester sapiens magno aliquo emolumento commotus, animi causa, si opus fuerit, dimicabit.  
 † Syntaxis. *In aciem dimicationemque venire. In discrimine ac dimicatione fortunæ. Prælio dimicare. Dimicare de gloria, pro gloria.*
- \* **DIMIDIA**, æ. *dimidia pars.* I. V. 173 a, Si, vt quæ dimidiæ essent, decumæ vocarentur.
- DIMIDIATVS**, a, um. *medius.* I. V. 34 b, Exemit ex anno vnum dimidiatumque mensem. Tuscul. 282 b, Ferre plus dimidiati mensis cibaria. Tusc. 241 a, Apparebat epigramma ex his posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis ferè.
- DIMIDIVS**, a, um. Epistol. 217 a, Hæres ex parte dimidia & tertia est Capito, in sextante alij. pro Dom. 220 b, Itaq; pop. Rom. neque Salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos sacerdotes. de Nat. 46 b, Luna maior, quàm dimidia pars terræ. pro Dom. 236 b, Is emit domum propè dimidio carius quàm æstimabat. Attic. 143 a, Rectè non credis de numero militum, dimidio plus scripsit Clodia. I. V. 164 b,
- Additur medimnis M. M. dimidio ferè pluri quàm anno superiore. Attic. 214 b, Ambulatiuncula propè dimidio minoris constabit illo loco. pro Flac. 156 a, Habebat iste quosdam discipulos, quos dimidio redderet stultiores quàm acceperat. pro Quin. Rosc. 50 a, Tu sine me cum Flauio decidisti, vtrum pro dimidia parte, an pro toto. Attic. 171 a, Ex ea pecunia partem dimidiam ferè exegit. I. V. 156 a, Emtores accederent ad dimidias partes emendas. *bis: & 173 a.* Cùm ex eo agro dimidio plus abstulerit, quàm populo Rom. miserit. I. V. 101 a, Ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad fratrem perueniret. pro Fl. 152 b, Dimidium eius quo Pompeius erat vsus, imperauit. de Orat. 141 a, Dixit se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum. Qu. fr. 309 b, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curauit.  
 † Syntaxis. *Exesa posteriore parte: id est, postrema dimidiata ferè. Ex hoc minus dimidium ad se peruenit.*
- DIMINVENDO**, Qu. fr. 301 b, Te rogo, vt procuratoribus Flauij remittas de diminuendo.
- DIMINVO**, is. *imminuo, minuo, attenuo, detraho, exhaurio, decerpo, derogo, remitto, leuo, ad pauciora redigo, diripio, diminutionem facio.* Quint. frat. 301 b, Ne quid de bonis L. Flauij diminuerent.
- DIMINVOR**, ris. de Orator. 168 b, Ne quid de hoc tam exiguo sermonis tui tempore, verbo vno meo diminueretur. ad Heren. 6 a, Veruntamen maturabimus, & quod negotio diminutum fuerit, ex æquabimus industria. \* Quint. frat. 301 b, Ne quid de bonis, quæ Octauij fuissent, diminui paterentur.
- DIMINVTIO**, onis. *imminutio.* (accretio. Epist. 50 b, De imperio præterea tanta diminutio facta est, &c. & de Ar. 253 a, Offic. 48 b, Neque de bonis priuatorum publicè diminutio fiat. contra Rub. 64 b, Non queror diminutionem vestigalium. Tuscul. 162 b, Luna accretione & diminutione luminis quasi factorum notans dies. de Pro. 73 b, Diminutio capitis. de Pro. 96 b, Multatari imperatorem diminutione provincie, contumeliosum est. \* con. Rub. 69 a, Quo animo libertatis vestræ diminutionem ferre possitis. I. C. 116 a, Virtus est huius victoriæ crudelitatem postea Sylla: ne dici quidem opus est, quanta diminutione ciuium.  
 † Exornatio. ad Her. 36 a, Diminutio est, cùm aliquid esse in nobis, aut in ijs quos defen dimus, aut natura, aut fortuna, aut industria, dicemus egregium, quod ne qua significetur arrogans ostentatio, diminuitur & attenuatur oratione.
- DIMINVTVRVS**, a, um. pro Syl. 167 a, Sed quatum de mea autoritate diripuisset, tantum se de huius prædij diminiatur sperauit.
- DIMINVTVS**, a, um. pro Cœc. 285 b, Pars aliqua iuris diminuta. Top. 223 a, Qui capite non sunt diminuti. de Arusp. 253 a, Ne patres auxilio diminiti deficiantur. pro Syll. 177 b, 178 a, Prædij diminitis. de Orat. 154 b, Separatione partium magnitudines sunt artium diminutæ. pro Cœc. 292 a, Si vlla ex parte sententia huius interdicti diminuta aut infirmata sit. de Clar. 165 a, Interitu talis auguris dignitatem nostri collegij diminutam dolebam.  
 † Syntaxis. *Remitto tibi de diminuendo. Diminuere de re, & res. Diminutio sit de. Diminutione provincie multatus imperator. Auxilio diminitus deficitur inops. Sententia diminuta & infirmata.*
- DIMISSIO**, onis. Parad. 125 a, Qui videt dimissiones liberorum ad scenerandas discipendasque provincias. I. V. 253 a, \* Præclara classis in speciem, sed inops & infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum.
- DIMISSVRVS**, a, um. Att. 96 b, Cæsar exercitum nullo modo dimissurus est.
- DIMISSVS**, a, um. Acad. 4 a, In ista philosophia, quæ nunc propè dimissa reuocatur. I. C. 99 a, Hæc ego omnia vix iam cœtu vestro dimisso comperi. I. V. 123 a, Dimisso atque ablegato consilio.
- DIMITTENDVS**, a, um. pro Arch. 191 a, Non cum vitæ tempore dimittebam esse commemorationem nominis nostri. pro Corn. 61 a, Sui quemque iuris & dimittendi & retinendi esse dominum.
- DIMITTO**, tis. *amitto, missum facio, remitto, depono, omitto.* pro Pl. 279 a, Libertatem meam neq; dimissi vnquam, neque dimittam. At. 229 b, Ego non dimittam istam curam. pro Qu. 4 a, Tum Næuius pueros circum amicos dimittit. Off. 72 a, Sed dimittamus fabulas, &c. de Fat. 141 a, Sed Possidium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. I. A. 246 a, Si aliquid de summa grauitate Pompeius, multù de cupiditate Cæsar dimississet. de Leg. 176 a, Augures possunt concilia vel instituta dimittere, habita rescindere. I. V. 125 a, Qui honestos homines ableget, consilioque (*al. consiliis, al. à consilioque*) dimittat. de Orat. 93 a, De reliquo iam nostra culpa erit, si te dimiserim. Attic. 191 a, Discedentem te non sine magno dolore dimittam. de Orator. 94 b, & 95 b, Epist. 215 a, & 226 b, Dimittere aliquem à se. pro Syl. 178 a, Aliquic



Aliquem dimittere abs se, & mādare in vltimas terras. Or. 205 b, Dimittere eum, quē manū cōprehenderit. & 206 a, Quoniam Demofthenem totum cognouisti, nec cum dimittis ē manibus. Or. 199 b, Consequeris tamē, vt eos ipsos quos contrā statuas, æquos placabilesq; dimittas. I. P. 89 b, Dimittere exercitum. & ibid. Dimittere familiam. I. V. 256 b, Dimittere remiges. Offic. 8 a, Cum Pompilio videretur vnam dimittere legionem, Catonis quōque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit. Epist. 126 a, Et si nō idcirco eorum vsum dimitteram, quōd ijs succenserem. de Am. 110 b, Dimittere amicitiam alicuius. Acad. 20 a, Epicurum rem eō dimittit, vt, &c. Ep. 132 a, Quod quidē si ita est, minime miror cælum etiam & terras vim suam, si tibi ita conueniat, dimittere. \* Att. 109 b, Dimittamne me penitus in causam. *alijs Demistam legunt.* Tusc. 236 a, Quōd multas naues in omnem oram maritimam dimississet mercator. I. V. 110 a, Quos illa Sicilia partim mercibus suppeditanis cū quæstu compendioque dimittit, partim retinet. I. V. 165 b, Illum viris fortissimis iudicārant patres conscripti dimittere de summa non potuisse.

**DIMITTORIS.** Attic. 9 a, Hoc concursu optimatum comitia dimittuntur. I. V. 123 a, Res illo die non peroratur, dimittitur iudicium. & 234 a, Prætor dimitti iubet senatū. p. Cec. 299 b, Patrimonium vnus incommo dimittitur. \* Syntaxis. *Dimissum & ablegatum consilium. Ius suum dimittere retinere. Dimistere libertatē: id est, negligere. De cupiditate multum dimittere. Consilio aliquem dimittere: id est, ex consilio. Dimistere abs se, & mandare in vltimas terras. Ne dimittas ē manibus. Dimistere vsum. Dimittitur iudicium, miles.*

**DIMOVEO.** es. depello, permoueo, remoueo, deijcio. Attic. 63 b, Quōd in oratorijs libris personam desideres Scæuolæ, nō eam temerē dimouei. Anteq. 196 a, Expurgare suspicionem, dimouere. I. V. 75 b, Vt ne quis te de vera & certa possit sententia dimouere. de Orat. 127 b, Odium à nobis dimouere, & in alios struere. cont. Rull. 82 a, Ex ea possessione Rempub. dimouere, ex qua Syllæ dominatio non deiecit. Par. 118 a, Voluptas mentem ex sua sede & statu dimouet. pro Cæc. 293 a, Vis, quæ formidine animum perterritum loco sepe & certo de statu dimouet. pro Sest. 14 a, Dimouere aliquem de cursu suo. & pro Planc. 270 a, Dimouere aliquē loco suo. \* pro Mur. 143 b, Neq; isti me meo nomine interfici, sed vigilantem Consulē de Reipub. præsidio dimouere volunt. pro Sest. 24 a, Quem neq; periculi tempestas, neq; honoris aura potuit vnquam de suo cursu, aut spe aut metu dimouere.

**DIMOVEORIS.** I. V. 55 b, Quo ego adiumento sperabam hanc à me molestiā posse dimoueri. pro Dom. 226 a, Similis à Reipub. labes in posterū dimouebatur. I. A. 193 b, Virtus nunquam potest dimoueri loco. pro Cec. 264 a, Dimoueri & depelli de loco. \* de Inu. 73 a, Cū eius intentio facti, quod ab aduersario infertur, in aliū aut in aliud dimouetur. pro Sest. 24 a. De ciuitate maluit quàm de sententia dimoueri. Tusc. 187 b, Mori maluit quàm tantummodò de dignitatis gradu dimoueri.

\* Syntaxis. *Suspicionem expurgare ac dimouere. Sic odium, ac facti intentionem. Dimouere loco, de loco.*

**DINUMERANDVS.** a, um. Orat. 210 a, De syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquamur.

**DINUMERATIO.** onis. *exornatio quadam verborum, frequentatio.* de Orat. 162 a.

**DINUMERO.** as. Offic. 31 b, Etiam si dinumerare se stellas, & metiri mundi magnitudinem posse putet. Att. 257 b, Octauius centurias Capuæ dinumerat, iam iamq; video bellū. I. V. 260 a, Dinumerare pecuniam alicui.

**DIOCHARINVS.** a, um. Att. 219 b, Quæ epistola quanquā antè data erat, quàm ille Diocharinæ: id est, literæ, quas Diocharis Cesaris libertus attulit.

**DIOCESIS.** sis. *procuratio, vel gubernatio.* Att. 82 a, Mirifica expectatio Asiæ nostrarū diocesium. Ep. 37 b, Vt me omnium illarū diocesium, quæ cis Taurum sunt, omniumq; earum ciuitatum magistratus legationesq; conuenirent. Epist. 223 b, Deinde, si quid habebit cum aliquo Hellepontino controuersia, vt illam diocesi reijcias.

**DIOCETES.** te. *qui procuracionem & quasi dispensacionem regiam suscipit.* pro R. P. 126 a, Rabirius diocetes fuit regius. & 127 a, Id autem facere nō poterat, nisi diocetes (hoc enim nomine vitur) qui à rege est constitutus.

**DIONE.** Veneris mater. de Nat. 71.

**DIONYSIA.** orum. Bacchi festa, Bacchanalia. I. V. 85.

**DIONYSIOPOLITANVS.** populi. Att. 300 a.

**DIONYSIVS.** sij. Dionysij multi fuerunt. de Nat. 71 a, & 77 a, Dionysius in Tympanidis rogam illatus. & Att. 105 a, b.

**DIOSCVRI.** apud Græcos multi. de Nat. 70 a,

\* **DIPHThERA.** æ. Att. 212 a, Quatuor diphtheræ sunt in eua potestate. Per. Victorius membranas, Paul. Leopard. libros Academiæ quæstionum intelligit.

**ΔΙΠΛΗ** nota, qua veteres in margine scriptorum notabant, si quid esset animaduersione dignum. Duobus autem modis hæc dipla pingebatur: vno sic L, altero huic aduerso: sic 7: vtraque autem trigonâ figura obliqua, sine basi. Att. 119 a, Vibullij res gestæ sunt adhuc maximæ: id ex Pompei literis cognoscet: in quibus animaduertito illum locum, vbi erit diuina: videbis de Cn, nostro ipse Vibullius quid existimet.

**DIPLOMA.** tis. principum & aliorū magistratuum codicilli, literæ, vt publicæ, signo regio munitæ, & sanctæ. Attic. 169 b, De diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitij insimularem. & ibid. Ego autē quia scripseras te proficisci cogitare (etenim audierā meminī taliter licere) & eo te habere censebam, & quia à pueris diploma sumferas. I. P. 99 a, Mitto diplomata tota in prouincia data. Ep. 89 a, Diploma statim nō est datum, quōd mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius veniam tibi dari, quem, &c.

**DIRÆ.** arum furia, tristitia signa, minæ. de Diuin. 86 b, Etenim diræ, sicut cætera auspicia, vt omina, vt signa, non causas afferunt, cur quid eueniat, sed enunciant euentura nisi prouideris. & ibid. M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum abnunciatione neglecta.

**DIRECTVS.** directio. Part. 232 a, Directè dicere. (Inuerso ordine dicere. Acad. 18 a, Phœnices eo directi gubernant, quod, &c.

**DIRECTO.** directio. de Nat. 15 a, Directò deorsum ferri. Part. 234 a, Alterum ad fidem directò spectat.

**DIRECTVS.** a, um. rectus. pro Cec. 289 a, Eius fundi extremam partem oleæ directò ordine definiunt. de Nat. 53 b, Vix ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ. de Diu. 134 b, Iam verò quid opus est circuitione & anfractu, potius quàm directò? pro Cæl. 46 a, Illud cū labore ad laudem directum iter proba. & ibid. Non semper superest vera illa & directæ ratio. pro Qu. R. 46 b, Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex. Part. 241 b, Ratio directi, & veri, & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni. Top. 222 b, Partes directus. de Fin. 60 b, O præclaram beatè viuendī, & apertam, & simplicem, & directam viam. de Sen. 89, Ordines arborum in quincuncem directi.

**DIREPTVS.** a, um. Offic. 76 a, Callipho & Dinomachus, qui se direpturos controuersiam putauerunt.

**DIREPTIO.** onis. Ep. 46 a, Vrbs relicta direptioni atq; incendijs. & 56 b, Versor in eorum naufragijs & bonorum direptionibus. \* I. V. 227 a, Vnius vrbs Syracusarum direptionem cōmemorabo, & in medium proferam. pro Dom. 218 a, Impendebat fames, incendia, cædes, direptio. in Cætil. 101 a, Tibi vexatio direptioq; sociorum impunita fuit ac libera. pro Dom. 223 b, Quid operum publicorum exactio? quid nominis inscriptio tibi? num aliud videri esse ac meorum bonorū direptio? Offic. 49 a, Tanta sublatis legibus & iudicijs expilatio direptioq; sociorum. & 59 a, Hinc nascuntur expilationes direptionesq; sociorum & ciuium. \* Syntaxis. *Direptio loci, hominis, populorum. Vexatio direptioq;.*

**DIREPTOR.** oris. I. A. 188 b, Direptor & vexator vrbis. I. C. 108 b, \* Quos in eodē genere prædatorū direptorūq; pono.

**DIREPTVS.** a, um. pro Pomp. 8 a, Res, quas Mithridates ex tota Asia direptas in suum regnum congefserat. de Fin. 58 a, Sapientia omnium falsarum opinionum temeritate direpta, certissimam se nobis ducem præbet, &c. Art. 79 a, Ibi quinq; dies morati, direpto & vastato Amano inde discessimus. Att. 143 a, Quæ tu locū Græciæ non direptū iri putas.

\* Syntaxis. *Direpta sapientia, mens.*

\* **DIREPTVS.** us. Tusc. 163 a, Est enim interitus quasi discessus & secretio ac direptus earum partium, quæ ante interitum iunctioe aliqua tenebantur.

**DIRIBEOR.** ris. *distribuo, dinumeror, discernor, separor.* I. P. 100 a, An expectas dum te LXXV. tabellæ diribcantur. \* pro C. Cornel. 1, Dum tabellæ diribentur.

**DIRIBITIO.** onis. *distributio.* pro Plan. 261 b, Nihil iam est quōd populo supplicetur, nihil quōd diribitio, nihil quōd supplicatio magistratum, renunciatio suffragiorum expectetur, &c. Significat populi distributionem, quæ fieri consueuerat in comitijs priusquam suffragia rogaretur: vt populus in suas vel tribus, vel classes distribueretur. Sunt tamen quibus direptio, pro diribitio, magis probetur.

**DIRIBITOR.** oris. *distributor:* erant enim diribitores, q. populi Romanū in suas classes & tribus distribuēbāt, ad suffragia ordine ferenda. Postq. 210 b, Quādo illa dignitate tot rogatores, diribitores, custo desq; vidisti. & I. P. 87 a, Vos rogatores, vos diribitores, vos custo des fuisse tabularum.

\* *Est etiam diribitor citra populi distributionem: vt dicuntur tabularum diribitores.*

**DIRIGENDVS.** a, um. Offic. 68 b, Honestate dirigenda vtilitas est. item: Eadē vtilitatis quæ honestatis est regula. L. REGVLA. de Orat. 160 b, Hanc ad legem dirigenda & formanda oratio est. de Orat. 160 b, Nec sunt hæc rhythmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda.



**DIRIGENS**, *tis*. pro Mur. 124 b, M. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissimè perpendens momenta officiorum omnium. de Fin. 79 b, Epicurei voluptate omnia dirigentes.

**DIRIGO**, *gis*. *refero, metior, estimo, constituo, ordino, describo, dispono*. de Cl. 177 a, Antonius in verbis & eligendis & collocandis & comprehensione deuinciendis, nihil non ad rationem, & tanquam ad artem dirigebat. Ac. 17 a, Et meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruam Cynosuram, & c. sed ad Helicem, & clarissimas septentriones: id est, rationes has latiore specie, non an tenui climatas. Orat. 197 b, Speciem aliquam intuens, in eamq; defixus, ad illius similitudinem artem & manum dirigebat. de D. 83 b, Litu Romulus regiones direxit, tum urbem condidit. Att. 287 a, Brut. Si flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxerat in exturbando Antonio. Epist. 150 a, Cum ipse iter ad Mutinam dirigerem. de Fin. 138 b, Fines bonorum, quos utilitate aut voluptate dirigit. Top. 228 b, Dirigere orationem ad animi bona. Or. 220 a, Nihil firmum tenco, quo iudicium meum dirigam. pro Sect. 23 b, Hoc est igitur propositum his Reipublicæ gubernatoribus, quò intueri, & quò cursum suum dirigere debeant. de Diuin. 85 b, Diuinationo fallit fortasse non nunquam: sed tamen ad veritatem sæpissimè dirigit. Attic. 228 b, Me sine ad hanc opinionem dirigere puerum. pro Mur. 142 b, Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, recta sunt: si ad disciplinæ præcepta perpendas, reperiantur prauiissima.

**DIRIGOR**, *ris*. de Leg. 172 a, Lex est iustorum, iniustorumque distinctio, ad illam rerum omnium principem expressam naturam, ad quam leges hominum diriguntur. Offic. 70, Sed tamen ad extremum utilitate putat officium dirigi magis quam honestate. de Finib. 60 a, Ne ipsarum quidem virtutum laus reperire exitum potest, nisi dirigatur ad voluptatem. de Nat. 52 b, Ab etelisy ventis maritimi cursus celeres & certi diriguntur.

† Syntaxis. *Dirigere, & formare orationem, iter suum. Dirigere omnia voluptate, cogitatione ad. Diuinitio aliquando ad veritatem dirigit. Dirigere aliquem ad opinionem virtutis. Ad rationem ciuitatis omnia dirigere.*

**DIRIMO**, *mis, diuido, distraho*. (conciilio, contraho. de Natur. 65 a, pro Syl. 168 a, Cum ille tanto scelere commissio omnium officiorum societatem diremisisset. Qu. frat. 314 b, Actum est eo die nihil, nox diremit. pro Dom. 218 b, & de Am. 101 b, & Offic. 56 b, Hanc nostram coniunctionem, hanc iucundissimam vitæ societatem certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt. I. A. 165 a, Vitinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisisset. Epist. 41 a, Ego autem cum eo citius veterem coniunctionem diremissem, quam nouam conciliaissem. p. Cæl. 44 b, Appius Claudius pacem Pyrrhi diremit. de Leg. 167 a, Per paruam vero controuersiam dicit, & non eam quæ dirimat omnia. de Diu. 98 a, Cur pulmo incisus in exitis dirimat tempus, & proferat diem.

**DIRIMOR**, *ris*. \* de Nat. 65 a, Corpus immortale nullum esse, ne indiuiduum quidem, nec quod dirimi distrahi que non possit. de Leg. 176 a, Quid grauius, quam rem susceptam dirimi?

† Syntaxis. *Nox diremit. Coniunctionem dirimere. Dirimere pacem, rem susceptam.*

**DIRIPIENDVS**, *a, um*. de Pro. 71 b, Hos vos de prouincijs si non aliquando deducendi essent, diripiendos non putaretis. Attic. 119 a, Patriam non seruandam ad reditum nostrum, sed diripiendam inflammandamque relinquimus.

**DIRIPIO**, *pis, prædor, aufero, rapio*. pro Syl. 167 a, Sed quantum de autoritate mea diripisset, tantum se huius præsidij diminuturum sperauit. pro Pomp. 14 b, Expilare socios, diripere prouincias. I. A. 213 a, Omnia vexare & diripere cupient. Epist. 102 a, Quæ diripuisses ipse, ut viderentur ab hoste vastata. \* con. C. Anton. Diripuit socios.

**DIRIPIOR**, *ris*. de Orat. 143 a, Tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. Postquam. 208 a, Domus mea diripiebatur. I. P. 100 a, An expectem dum de te lxxv. tabellæ diripiantur? aliàs diribeantur.

† Syntaxis. *Diripere loca, de dignitate, patrimonium dignitatis.*

**DIRITAS**, *tis, crudelitas*. in Vat. 39 b, Quamquam sis omniditrate atq; immunitate terribilissimus. Tusc. 196 b, *Et si qua inuicta diritas casu foret, Ne me imparatum cura lacerares repens.*

† Syntaxis. *Teter diritate & immanitate.*

**DIRUMPO**, *pis*. de Am. 112 a, Repente amicitias exorta aliqua offensione dirumpimus. Ep. 95 b, Dirupi penè me in iudicio Galli familiaris tui.

**DIRUMPOR**, *ris*. Ep. 184 a, Itaq; iam infinito fratris tui plausu dirumpitur.

**DIRYO**, *is, excido, excindo, enerro*. de Inuent. 56 b, Urbem igi-

tur diruamus. pro Dom. 241 a, \* Quod in naufragio Reip, & c. dirucris, ædificaris.

**DIRVPTVS**, *a, um*. Quint. fr. 324 a, Cato diruptis tabellis de circulo se subduxit. in Ant. 252 a, Homo diruptus dirutusq; Quin. Cælius.

**DIRVS**, *a, um, ferus, crudelis, immanis, infestus, infaustus*. de Leg. 173 b, Quæ augur iniusta, nefasta, vitiosa dirave dixerit, irrita infestaq; sunt. de Diu. 115 b, Cum tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius. de Diu. 86 a, Itaq; sinistra dum non exquirimus, in dira & in vitiosa incurrimus. & 84 a,

*Quòd fermè dirum in tempus cecidèrè Latine.*

† Syntaxis. *Nil dirius. Incurrere in dira, & in vitiosa: id est, in fausta.*

**DIRVTVS**, *a, um, excisus, enersus*. Quint. frat. 294 b, Complures dirutas ac penè desertas vrbes per te esse recreatas. I. A. 252 a, Homo diruptus dirutusque Qu. Cælius. *Animaduertere.*

**DIS**, *ditis*: & **DITISSIMVS**. **L. DITIOR**. *dimes, πολύτιμος*. **Dis pater**. de D. 96 b, Midam ditissimum fore prædictum est. de Nat. 39 a, Terrena vis omnis atque natura Diti patri dedicata est, qui Dis est, apud Græcos πολύτιμος. I. V. 225 a, Spelunca, qua ferunt Ditem patrem repente cum curru extulisse.

**DISCEDENDVM**. de Clar. 194 a, Quod potius mihi periculum a deundum, quam à sperata dicendi gloria discedendum putauit.

\* **DISCEDENS**, *tis*. Tusc. 166 a, Quod à vita quidam per incediam discedens reuocatur ab amicis.

**DISCEDITVR**. Epist. 135 b, Omnia sunt incerta, cum à iure disceditur.

**DISCEDO**, *dis, abeo, proficiscor, cedo, soluo, migro, demigro*. (Reg. mane. Att. 101 a, Chrysiippus discessit à puero insciente me: & 115 a, Eo die Capua discessi, & mansi Calibus. I. A. 218 a, Non modò ille à Gallia non discessit, sed ne Mutina quidem recessit. Epist. 30 a, Verebar, ne antè quam tu in prouinciã venisses, ego de prouincia discederem. Epist. 91 a, Hanc in opinionem discessi, ut mihi tua salus dubia non esset. & 158 a, Frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. de Fin. 118 a, Discedere de sententia. de Somn. 126, Itaque nunquam ex animo meo discedit illius optimi viri memoria. I. V. 234 a, Itaque tum de foro cum iam aduersa speraferet, discessimus. I. A. 220 a, Qui ab armis discesserant. Offic. 2, Ut nihil à naturæ statu discedas, nihil à dignitate sapientis. pro S. R. 20 a, Ut spolijs Sext. Roscij hoc iudicio ornati auctique discedant. de Orat. 121 b, Mihi certum est à iudicij causis que discedere. Orat. 206 b, Ipse nunquam ab illa acerrima contentione discederem. Offic. 67 a, Is à fide iustitiæq; discessit. de Diu. 132 a, Is magnitudine timoris à constantia atque à mente, atque à seipso discessit. de Clar. 190 a, Cælius discessu meo discessit à sese. I. V. 215 b, Si istius hæc tanta iniuria impunita discesserit. Epist. 115 b, *Cælij*. Inter postulationem & nominis delationem vxor à Dolabella discessit: id est, cum eo diuortium fecit. Orat. 202 b, Discedere à re: id est, digredi. I. V. 207 a, Neque ab argento digitum discedere. Epist. 14 b, Sic enim te existimare velim, cum à vobis meæ salutis autoribus discesserim, neminem esse, cuius officij me tam esse deinctum confitear. Epist. 89 a, Cæsaris familiares cum ab eo discesserint, me habent proximū, & c. Offic. 24 a, Cum ab hoc dicendi genere discesseris. Tusc. 166 a, Discedere à vita: id est, mori. de Diu. 100 a, Cum coelum discessisse visum est, atq; in eo animaduersi globi. ibid. b, Marico bello cælum discessit. Tusc. 152 a, Qui discedere animum censent. Offic. 59 b, Qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbris, in illum hiatus descendit. de Clar. 185 b, Is omnium qui aderant iudicio discessit probatus. pro Cæc. 285 a, Superiorem discedere. pro Font. 276 a, Videte, quò descendam, iudices, quàm longè videar à consuetudine mea, à cautione & diligentia discedere. Att. 122 b, Modò audiui quartanam à te discessisse.

¶ *Consequor, obineo*. Att. lib. 2, Si possum discedere, ne causa optima in senatu pereat, ego satisfaciam publicanis.

† Syntaxis. *In opinionem discessit. A se discedere, ab armis. Vxor à viro discedit: id est, diuortium facit. A vita discedere. Terra discedit: id est, dehiscit. Si discedam ut venias.*

\* **DISCENDI**, *do, dum*. Offic. 21 b, Hominis mens discendo alitur. & 33 b, Si discendi labor est potius quam voluptas.

\* **DISCENDVS**, *a, um*. de Orat. 118 a, Rectè igitur de causa discenda nihil præcipiunt.

**DISCEPTATIO**, *onis, causa, controuersa, lis, iudicium*. Offic. 26 b, Contètio disceptationibus tribuatur iudiciorum concionum, senatus. pro Flac. 151 a, Disceptatio & cognitio veritatis. pro Mil. 105 a, Ipse lator legis cum esset, controuersia nulla facti iuris, tamen disceptationem esse voluit. pro Deiot. 144 b, Tanta causa, quanta nulla vnquam in discepta-



disceptatione versata est. Offic. 7 b, Duo genera decertandi sunt: unum per disceptationem, alterum per vim. cont. Rul. 77 a, Nulla disceptatione, nullo consilio priuata publicare, publica liberare. & 74 a, Vtrum oratio ad eius rei disceptationem deicit? de Orat. 100 a, Quæcūq; in disceptationem hominum venire possunt. & 135 b, Res quæ in dicendi cōtrouersiam aut disceptationem vocatur. & 86 b, Forenses disceptationes iudiciorum aut deliberationum. Offic. 13 b, Ex quo fit vt neque disceptatione vinci se, nec vllō publico ac legitimo iure patiantur. \* de Orat. 86 b, Pars dicēdi, quæ in forensibus disceptationibus iudiciorum aut deliberationum versatur. Topic. 229 a, In qua re alij quasi itatus existunt noui qui appellantur legitimæ disceptationes. p Flac. 151 a, Vtrum hic tandem disceptationem & cognitionem veritatis fore putatis?

† Syntaxis. *Causa in disceptatione versatur, venit in disceptationē. Vocari in controuersiam & disceptationem.*

**DISCEPTATOR, ORIS.** index. de Leg. 185 b, Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicare iubeat, prætor esto. pro Cec. 286 a, Quorum alterum persæpè disceptatore domestico diiudicatur. cont. Rull. 65 a, Populo Rom. disceptatore vti volo. pro Flac. 164 b, Populum Rom. disceptatorem non modò non recuso, sed etiam deposito. pro Cæl. 44 b, Vel seuerissimis disceptatoribus M. Cælij vitam me probaturum esse confido. Parad. 230 b, Disceptator: id est, rei sententiæq; moderator.

**DISCEPTATRIX, CIS.** Academ. 23 a, Dialectica veri & falsi quasi disceptatrix & iudex.

**DISCEPTANDO.** pro Pl. 277 b, Iure & legibus disceptando decertare.

**DISCEPTANS, TIS.** pro Deiot. 144 b, Si hanc causam in foro dicerem, eodem audiente & disceptante te.

**DISCEPTATUR.** Acad. 45 a, Qua de causa definitiones ad omnia, de quibus disceptabatur, habebant. Ep. 58 a, Videbam quanto periculo de iure publico disceptaretur armis. de Orat. 125 a, Rei sunt omnes, quorum de re disceptatur. de Cl. 192 a, Cùm de sapientia disceptatur.

**DISCEPTO, AS.** *contendo, decerto, disputo, diiudico, cognosco.* pro Mil. 106 a, Et isti est præpositus questionibus, qui hæc iuste sapienterq; disceptet. Ep. 70 a, Non cōsilijs, nec autoritatibus nostris de iure publico disceptare. Tusc. 310 a, Cùm Academicis Stoicorum controuersias disceptarent. de Leg. 173 b, Feciales bella disceptant. pro Corn. 68, Qui non de suo facto, sed de publico iure disceptat. I. V. 117 a, Vt sibi cum palæstris æquo iure disceptare liceat. Epist. 149 a, In vno prælio fortuna Reip. disceptat.

† Syntaxis. *Disceptando decertare. Disceptare de. Iudicium, damna, controuersias disceptare. Cùm aliquo disceptare. In prælio disceptare, & armis.*

**DISCERNO, IS.** *dijudico, distinguo, dispicio, internosco, secerno, diuido.* de Ar. 252 b, Cùm vxorē sororemq; nō discernis. de Vni. 109 b, Animus discerit, quid sit eiusdem generis, quid alterius, & cætera diiudicat, &c. quæ distinctio sit inter ea quæ gignantur, & ea quæ sunt semper eadem. Tusc. 230 a, Democritus alba & atra discernere non poterat. \* Acad. 21 b, Qua igitur notione discerneres?

**DISCERNOR, RIS.** Part. 236 b, Temperantia duobus modis in rebus commodis discernitur. Acad. 7 b, Si id quod visum erit, discerni non poterit à falso. pro Font. 278 b, Quid est igitur, vbi discerni stultus auditor & credulus ab religioso & sapienti iudice possit?

† Syntaxis. *Vxorē & sororem non discernere.*

\* **DISCERPO, IS.** *dilacero.* Acad. *Quem in contemptis vnguibus bæchantes asperoq; ore discerpant.*

**DISCERPOR, RIS.** *dilaceror, dilanior, diuellor, diuidor.* de Nat. 7 b, Distractione humanorum animorum, discerpi & dilacerari Deum. Tusc. 163 a, Animus nec discerpi, nec distrahi potest. Topic. 222 b, Cùm res quæ proposita est, quasi in membra discerpitur.

**DISCERPTVS, A, UM.** Orat. 145 a, Aliqua diuisa & quasi discerpta contrectare.

† Syntaxis. *Discerpere & dilacerare. Discerpere & distrahere. Diuisum & discerptum.*

**DISCESSIO, ONIS.** *remotio, recessus, profectio, abitus, abitio, digressus, abscissus.* (A. cæssio. Offic. 54 b, Eorū neq; accessione melior vita fit, neq; discessione peior. I. A. 188 a, Antonius effugere festinans senatusconsultum de supplicatione per discessionem fecit, cùm id factum esset antea nunquam. I. A. 206 a, Hæc sententia sic per triduum valuit, vt quamquā discessio facta non esset, tamen omnes assensum mihi viderentur. & 262 a, Si in has sententias meas cōsules designati discessionem facere voluissent.

**DISCESSVRVS, A, UM.** de Orat. 105 b, Cùm hic iuriconsultus fuerit superior discessurus.

**DISCESSVS, SVS.** *abscissio.* Att. 120 a, Quid perturbatius hoc ab vrbe discessu, seu potius turpissima fuga. I. A. 300 a, Post

discessum latronis, vel potius desperatam fugā. Att. 203 a, Vt me leuārat tuus aduētus, sic discessus afflixit. de Senect. 95 a, Sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore. Attic. 145 b, Subitus discessus, & præceps profectio. I. C. 98 b, Cùm tu discessu cæterorum, nostra, qui remansimus, cæde contentus erat. Ep. 16 b, Quod rogas, vt mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim, sunt orationes quædam, &c. de Diu. 90 a, O præclarum discessum, inquit, è vita. de Nat. 30 a, Solis accessus, discessusq;. \* Tusc. 165 b, Ipse animi discessus à corpore nō fit sine dolore: ibid. Illud angit, vel potius exercuiat, discessus ab omnibus his, quæ sunt bona in vita. Vide ne à malis dici verius possit. de Diuin. 121 a, Ita te nec terræ fremitus, nec cæli discessus, &c. terre bunt.

† Syntaxis. *Longinquus inter nos digressus & discessus. Subitus discessus, & præceps profectio (synonyma in copulatis.)*

**DISCIDIVM, DIJ.** *diuorium.* de Or. 148 b, Hinc illud discidium extitit, quasi linguæ & cordis. aliis *disidium.*

**DISCIDENDVS, A, UM.** de Amic. 110 a, Talis igitur amicitiaè dissuendæ magis sunt, quàm discidendæ.

**DISCIDO, DIS.** *dilacero, dilorico.* pro Cæl. 45 b, Discidit vestem, refarectur. de Orat. 126 b, Cùm ista feci, quæ tu, &c. vt disciderem tunicam, vt cicatrices offererem.

**DISCINGO, GIS.** Quint. frat. 314 a, Cæsar, mihi crede, in sinu est æque ego discingor: id est, non reijcio, aut diffuere patior.

**DISCIPLINA, NÆ.** *institutum, ratio, institutio, ars, mos, consuetudo.* pro Cæl. 45 b, Dicit aliquis, hæc igitur est tua disciplina: sic tu instituis adulescentes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendauit & tradidit? pro Cæl. 43 a, Cuius prima ætas dedita disciplinis fuit, ijsq; artibus, quibus instrumur ad hunc vsum forensium. de Diuin. 99 b, Senatus decreuit, vt de principum filijs sex singulis Hetruriae populis in disciplinam traderentur. I. V. 99 b, Adulescentes ei in disciplinam tradit. I. A. 161 a, At enim te in disciplinam meam tradideras. Orat. 198 a, Alia intelligendū, alia discendi disciplina est. pro Pomp. 9 a, Pompeius è ludo atq; pueritiæ disciplina ad exercitum patris, atq; in militiæ disciplinam profectus est. & 14 a, Rhodiorum vsque ad nostram memoriam disciplina naualis & gloria remansit. p Mur. 129 a, Illud dico, nullam esse in ea disciplina munimam ad cōsulatū viam. de Diuin. 99 a, Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui nō antè disciplinam scientiamq; magorum perceperit. de Nat. 58 a, Vt exercitum in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ. I. V. 184 a, Erudire aliquē ad ciuitatis disciplinam. & ibid. Educari in furis disciplina. & ibid. Non degenerare à disciplina patris. de Nat. 78, Lacedæmoniorum disciplinam à Lycurgo datam & 5 a, Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam. & 5 a, Trium enim disciplinarum principes. conuenistis. Tusc. 246 a, Omnes ferè philosophi omnium disciplinarum. Acad. 2 b, Restat vnum genus reprehensorum, quibus Academicæ ratio non probatur: quod grauius ferremus, si quisquam vllam disciplinam philosophiæ probaret, præter eam quam ipse sequeretur. de Nat. 77 a, Vt nec domus nec Respub. ratione quadam & disciplina designata videtur. de Finib. 51 b, Non modò quid nobis probaretur, sed etiā quid à singulis philosophiæ disciplinis diceretur, persecutū sumus. Acad. 3 a, Et ad quamcūq; sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adhærescūt. de Clar. 186 a, M. Piso quicquid habuit è disciplina, maximeq; ex omnibus Græcis doctrinis eruditus fuit. & 189 b, Quicquid habuit, id totum habuit è disciplina, instrumenta naturæ decerant. de Orat. 99 b, Homo omnium disciplina iuris ciuili eruditissimus. de Clar. 173 a, Spurius doctus ex disciplina Stoicorum. & ibid. P. Crassus habuit quasdam etiam domesticas disciplinas. & 179 a, Colere disciplinam Stoicam. & 189 a, Herimægoræ disciplina ad orandum inops. & 179 a, Disciplina discendi. de Orat. 91 a, Summus ille doctor istius disciplinæ Apollonius. Orat. 104 a, Quarum rerum fateor magnam multiplicemq; esse disciplinam. Orat. 197 a, Omnes bonarum rerum disciplinæ: Epist. 83 b, Vt in nostra disciplina est. de Diuin. 110 a, Res quarum est disciplina, vt literæ. Epistol. 83 a, Ratio vetustæ disciplinæ, quam à patre acceperas. Quint. frat. 293 b, Familia grauis & constans disciplina. Offic. 24 a, Quidam parentum disciplina meliores sunt. de Finib. 71 b, Deprauari mala disciplina. pro S. R. 38 b, Hominis penè operarij ex America disciplina patris familiæ rustici, pro Flac. 149 a, O morem præclarum & disciplinam quam à maioribus accepimus siquid teneremus. Orat. 216 b, Exercitatus bona disciplina. Quint. frat. 293 b, Hæc institutio atque disciplina potest sustinere in rebus statuendis decernendisque eam seueritatem. pro Deiot. 149 a, Imitari potus aut mores disciplinamque debebas. pro Flacco 148 a, Nisi nostri mores ac disciplina plus valerent.



pro Rab. 96 b, Adeone ignarus est disciplinae, consuetudinisque nostrae? pro Quint. Rosc. 49 b, Disciplina quae erat ab hoc tradita, locabat se non minus H. S. C. C. C. L. I. I. I. pro Deiot. 147 b, Nihil factum est, nisi moderatè, nisi quietè, nisi ex hominis grauiissimi & sanctissimi disciplina. Ep. 8 b, Lentulum in primis imitatione tui fac erudias: nulla enim erit hac praestantior disciplina. Qu. fr. 39 b, Studia & artes quae sunt nobis Graeciae monumentis disciplinisque traditae. \* Hortens. Vnde facilius quam ex annalium monumentis aut res bellica, aut omnis Reipub. disciplina cognoscitur? de Finib. 56 a, Ea quae voluptaria delicata, mollis habeatur disciplina, quam grauis, quam continens, quam seuera sit. Orat. 197 a, Si quis minus instructus erit magnarum artium disciplinis. I. V. 149 a, Potest animo equo istius quotidianam adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium videre? Tusc. 199 a, Qui liber continet omnem disciplinam tuam. de Finib. 124 b, Vt non sine causa ex his locis memoriae ducta sit disciplina. de Leg. 167 b, Sed te existimo tum populis, tum etiam singulis, hodierno sermone leges viuendi & disciplinam daturum. Offic. 2 a, Sed sunt nonnullae disciplinae, quae propositis bonorum & malorum finibus officium omne peruertunt. ibid. Hae disciplinae si sibi consentaneae esse velint, de officio nihil queant dicere. Att. 335 b, Virtutis disciplinam meliorem reperiet nullam, quam contemplationem atque imitationem tui.

† Syntaxis. In disciplinam traditus. Disciplinam, scientiamque perdiscere. Erudire ad disciplinam Accipere disciplinam. Ad disciplinam deferri. Id habere est disciplina. Doctus ex disciplina. Habere domesticam disciplinam. Instructio ac disciplina. Id factum est ex hominis disciplina. Studia & artes disciplinis tradita Germanorum.

**DISCIPLINABILIS**, le. ad Herenn. 16 b, Aut si qua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere. alia, disciplinam scientiam poterimus habere: et vestitus quidem nam disciplinabilis, nemo unquam Latinorum dixisse legitur.

**DISCIPULVS**, li. auditor, qui audit aliquem, qui se alicui in disciplinam tradit. Epistol. 136 b, Hircium & Dolabellam dicendi discipulos. coenandi magistros habeo pro Corn. 64 b, C. Marius P. Africani discipulus ac miles. de Nat. 61 a, R. dum me discipulum atque integrum accipe. de Diu. 90 a, Heraclides auditor & discipulus Platonis. \* de Diu. 81 b, Sed à Stoicis vel principibus eius disciplinae Possidonij doctor, discipulus Antipatri, degenerauit Panætius.

† Syntaxis. Dicendi discipulus. Discipulus et auditor. \* **DISCISVS**, a, um. de Diuin. 87 a, Ita cotem nouacula esse discissam.

**DISCLVDO**, dis. disjungo, separo. Tusc. 152 b, Plato duas partes animae separare voluit, iram & cupiditatem: quas locis disclusit, iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locauit.

**DISCLVSVS**, a, um. remotus. Tusc. 165 a, Plato perturbationes semotas à mente & disclusas putat.

**DISCO**, scis. percipio, disciplinam accipio, cognosco, perdisco, condisco, documentum capio, exemplum ex aliquo capio, cognitionem accipio, comprehendendo. de Orat. 121 b, Crassus, quod disci potuit de iure, didicit. de Sen. 82 a, Vt ego feci, qui senex Graecas literas didici: quas quidem sic auide arripui, quasi diurnam sitim explere cupiens. de Orat. 156 a, Qui non citò aliquid discit, nunquam omnino posse perdiscere. Orat. 212 b, Est enim haec non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus, sed ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus. de Orat. 151 a, Liber semper discere. pro Qu. 10 a, Multa discere atque dediscere. Ep. 131 a, &c. 53 a, Discere literas apud aliquem. de Sen. 82 a, Antiqui discabant fidibus. Ep. 33 a, Animaduerti enim, & didici ex tuis literis, te, &c. \* pro Q. Gall. Multos condiscipulos habet in theatro, qui simul literas non didicerunt.

**DISCORRIS**, I. V. 90 b, Dum est, vnde ius ciuile discatur.

† Syntaxis. Discere apud aliquem, ex aliquo. **DISCOLOR**, oris. diuersus, dispar, dissimilis, varius. I. V. 73 b, Vt discoloribus signis sententiae iuratorum hominum notarentur.

\* **DISCORDANS**, tis. dissidens, dissentiens. de Finib. 61 a, Animus à seipso dissidens secumque discordans.

**DISCORDIA**, dia. dissidium, dissensio, seditio, odium. (amicitia. Tusc. 213 b, Discordia est ira acerbior, intimo odio & corde concepta. de Fin. 58 a, Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur. de Am. 100 b, Empedocles dixit, quae in rerum natura, totoque mundo constant, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. de Ar. 256 b, Nec alius discordiarum solet esse exitus inter claros & potentes viros, nisi aut vniuersus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum. Offic. 17 b, Rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam. Quint. frat. 264 b, Multas esse in oppidis

seditiones, multas discordias. pro Mur. 135 b, Vt odia occulta ciuium, quae nunc tacitis discordijs continentur, in optimi cuiusque fortunas erumperent. de Ar. 254 b, Sic discordiarum finis aliquando. pro Mur. 144 a, Seditionem ac discordiam concitare. I. A. 153 a, Sedare discordias. pro Font. 282 a, Summi duces ciuitatis discordijs consumpti. \* pro Sest. 24 a, Plebs perfuncta grauissimis seditionibus ac discordijs otium malle videtur.

† Syntaxis. Discordia, est ira (caue ab hoc genere Lector: Discordia siquidem est sine ira per sepe). Dissidia, discordiae. Discordijs consumptus.

**DISCORDO**, as. disideo, discrepo, dissentio, non consentio. de Fin. 58 a, Cupiditates intus in animis inclusae inter se dissident atque discordant.

† Syntaxis. Dissidere ac discordare. A seipso dissidet, ac secum discordat. (expende synonyma.)

**DISCORDS**, dis. dissentiens, discordans. (concors. cont. Rull. 84 b, Non contentione, non ambitione discordes.

**DISCREPANS**, tis. (Congruens. de Leg. 162 a, Oratio verbis discrepans, sententijs congruens. Tusc. 222 b, Philosophi discrepantes de aliqua re. de Orat. 161 a, Non modò cateruae atque conuentus, sed ipsi sibi singulis discrepantes eijciuntur.

**DISCREPANTIA**, tia. dissensio, discordia. de Orat. 135 a, Ridetur etiam discrepantia, quid huic abest, nisi res & virtus? Offic. 22 b, In actiones omnemque vitam nullam discrepantiam conferre debemus. de Finib. 99 a, Maiorem multò habere Stoicos & Peripateticos rerum omnino discrepantiam, quam verborum. \* Topic. 229 a, Ita sunt tria genera, quae controuersiam in omni scripto facere possunt, ambiguum, discrepantia scripti & voluntatis, scriptura contraria.

**DISCREPO**, as. discrepans sum, abhorreo. (Congruo. Att. 23 a, Id à tuis literis, quas ad me de accessu tuo miseris, discrepabat. Epistol. 25 a, Ex eo quidam suspicati sunt, animorum contentione, non opinionum diffensione me ab eo discrepare. de Orat. 153 b, Si qua in re discrepauit ab Antonij diuisione nostra partitio. Offic. 29 a, Quae multum ab humanitate discrepant. pro Planc. 267 b, Sed factum tuum à sententia legis discrepat. Parad. 116 a, Quae tamen multum discrepant ab opinione populari. de Inuent. 80 a, Cum duae leges inter se discrepant. Offic. 68 b, Et quidem sic haec duo verba inter se discrepant, vt tamen vnum sonare videantur.

pro Cluent. 43 a, Iudicia censorum quandoque inter collegas discrepare. in Verrem 260 b, Eadem dicit, nulla in re discrepat. & 134 b, Si quid discrepat, eximunt vnum diem. de Fin. 83 b, Facta Epicuri cum dijs discrepant. & 119 b, Hoc discrepat cum illo. (Hoc conuenit cum illo. Offic. 29 a, Vt in fidibus, aut in tibijs, quamuis paulum discrepent, tamen id à sciente animaduerti solet. Epistol. 76 a, Nec in eo quicquam à meis rationibus discrepant tuae. Epistol. 145 b, Nec vnquam à tuis consilijs discreparem. \* de Fin. 85 b, Testamentum Epicuri non solum à philosophi grauitate, sed etiam ab ipsius sententia iudico discrepare.

† Syntaxis. Discrepare verbis, de verbis. Discrepare ab aliquo in aliqua re. Inter se illi discrepans. Cum aliquo discrepare. Ego à tuis consilijs non discrepo.

**DISCRETE**, distincte. (confusè. de Inuent. 52 a.

**DISCRETIO**, onis. \* de Leg. 160 b, Multò etiam magis parent huic caelesti discretioni mentique diuinæ, & praepo- tenti Deo. Alij descriptioni legunt.

**DISCRIMEN**, nis. differentia, delectus. in Verr. 135 b, Iste omnia iura precio exaequauit, omnium rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit. de Nat. 76 b, Deorum iudicio, si vident res humanas, discrimen esse sublatum. de Finib. 121 b, Officia omnia tolluntur, delectu omni & discrimine remoto. pro Planc. 260 b, Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, &c. de Finib. 74 a, Totumque discrimen summi boni in ea comparatione positum putat. pro Corn. 65 a, Sit hoc discrimen inter gratiosos ciues atque fortes vt illi &c. hi, &c.

¶ Periculum. I. A. 209 b, Adducta est Respub. in maximum periculum, & extremum penè discrimen. & 189 a, Res in discrimen adducta est, vtum ille pœnas Reip. luat, an nos seruiamus. pro Quint. 17 a, Ea res nunc in discrimine versatur vtumne, &c. pro Planc. 270 b, Et enim verebatur, credo, angustias, quasi res in contentione aut discrimen posset venire. Att. 280 a, Maximo in discrimine Respublica versatur. pro S. R. 21 a, Cum omnium nobilium salus in discrimine veniret. de Orat. 85 a, Deueni in medium rerum omnium certamen atque discrimen. pro Mur. 144 a, In discrimen extremam venimus. pro Pomp. 6 a, & Offic. 31 a, In periculum ac discrimen vocari. pro Dom. 218 a, Vir saepe ad extrema Reip. discrimina delectus. pro Deiot. 144 a, & Ep. 90 b, Adducere aliquem in discrimen capitis. pro Mur. 137 a, Adduci in discrimen vitae. pro Sest. 3 a, Obijcere se in discrimen pro



pro aliquo. I. V. 66 a, & Epist. 132 b, Venire in discrimen existimationis suæ. ad Br. 90 b, Res existimabatur in extremum adducta discrimen. Epist. 77 a, Res mihi videtur in propinquum adducta discrimen. & 96 a, Omnis Respub. in meo capite discrimen est habitura. I. A. 259 a, Discrimen totius huius belli in vniuersi viri fortissimi vita positum est. Acad. 33 b, Erit igitur iam res in discrimine. Att. 99 a, Nunc incido in discrimen ipsum. de Nat. 59 b, Dij discriminum periculorumque comites. de Orat. 126 a, & de Finib. 99 a, In summum discrimen adduci. Attic. 75 a, Ostentationes meas in discrimen esse adductas. \* pro Syll. 182 a, Vbi crit illud fortissimum præsidium pudoris? quo in loco nobis vita antea facta proderit? quod ad tempus existimationis partæ fructus referuabitur? si in extremo discrimine ac dimicatione fortunæ deseruerit: si non aderit: si nihil adiuuabit.

¶ *Contentio*, Epistol. 12 b, Iecit quidam casus caput meum quasi certaminis causa in mediam contentionem, disensionemque ciuilem, quo in discrimine, cum mirifica Senatus, incredibilis Italiæ totius, & singularis bonorum omnium consensus, in me tuendo extitisset: non dicam quid acciderit. Tantum dicam breui, non mihi exercitum, sed duces defuisse.

¶ *Spacium interuallum*, contra Rull. 83 b, Duo maria pertenui discrimine separata.

† *Syntaxis*. *Delectum & discrimen auferre, tollere. In extremum periculum & maximum discrimen adduci. (vide synonyma.) In discrimine versari. Venire & versari in discrimine. Vocari in periculum & discrimen. Discrimen ac dimicatio. Fortunæ. Obijcere se, adduci in discrimen. Habere discrimen in aliqua re. In discrimen esse res. (agnosce, esse in discrimen.)*

**DISCRIMINO**, as, dis. *discrimino*. I. A. 243 b, Hetruriam discriminat Cassia, scilicet via.

**DISCRUCIATVS**, a, um. I. V. 253 a, Et si posset, Brutum & Cassium discruciatos necaret.

**DISCRUCIOR**, aris, *excarnificor*. Att. 224 b, Discrucior Sestii fundum à Verberone Curtilio possideri. pro Quint. R. 50 a, Quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tardè percipi videt, discruciat.

\* **DISCVMBITVR**, I. V. 89 b, Mature veniunt, discumbitur.

**DISCVMBO**, bis, *accumbo, cubo ad mensam, ad somnum*. Att. 68 a, Discubui omnes præter illam. de Inu. 63 b, Cœnati discubuerunt ibidem.

**DISCVPIO**, pis. Epistol. 124 a, Te videre, & omnia intima conferre discupio. *Celij*.

**DISCVS**, sci, *vas est, quo cibi: vt carnes & huiusmodi alia in mensam feruntur: & fortè patina dici potest. Sed hic Cicero discum intelligit, molem quãdam rotundam, è saxo, ferro, vel plumbo factã, cuius in ætu certabant, vt vires corporis ostentarent & exercerent*. de Orat. 110 a, Philosophi, quorum auditores discum audire quàm philosophum malunt: qui simul vt increpuit, philosophum disputantem relinquunt.

**DISCVSVS**, a, um, *proiectus, fugatus*. I. A. 240 a, Discussa est illa caligo, quam paulò antè dixi: diluxit, patet, videmus omnia.

**DISCVTIENDVS**, a, um. de Orat. 163 a, Discutienda sunt ea, quæ obscurant, & ea quæ sunt eminentia & prompta, sumenda.

**DISCVTIO**, tis, *dispello, remoueo, tollo, perturbatio*. Att. 39 a, Modò egedem timueramus, quã oratio fortissimi senis Qu. Cōsidij discusserat: ea quã quotidie timere potueramus, exorta est. pro Dom. 224 a, Cum eorū aduocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti. pro Mur. 144 a, Dij faciunt, vt hoc periculum, quod, & c. consilio discutiam & comprimã. Qu. frat. 313 b, De Comageno rege, quod rem discusseram, mirificè mihi blanditur Appius. Acad. 12 b, Discutere captiones alicuius. A. fin. Epistol. 165 b, Si ad Lepidum venissem, omnem cunctationem eius discussissem.

† *Syntaxis*. *Discutere caliginem, periculum, cunctationem, rem.*

**DISERTVS**, doctè, *peritè*. de Orat. 88 b, Deniq; vt prudentibus disertè, stultis etiam verè dicere scribare. Acad. lib. 1, Disertè copiosèq; dicere in Vetr. Disertè scribere.

**DISERTVS**, a, um, *doctus, peritus*. de Orat. 88 a, Reliquas vititates à disertis & ornate dicentibus esse cōstitutatas. de Or. 92 b, Disertos cognoui nonnullos, eloquentem adhuc neminem. de Or. 198 a, Antonius disertus ait se vidisse multos, eloquentè verò neminem. de Diu. 102 a, Sed difficultas laborq; discendi disertam negligentiam reddidit. & 125 b, Aliborq; discendi disertam negligentiam reddidit. & 125 b, Aliquem esse contra se copiosum & disertum. I. A. 197 b, Quasi Rhetor ille te disertum facere posset. pro Cæl. 41 b, Homo disertus. Att. 62 b, Disertus epilogus. & Ep. 44 a, Disertæ literæ. & Att. 101 a, Disertissima epistola. de Cl. 173 a, Oratio neq; nimis infans, neq; perfectè diserta. de Orat. 105 a, Sic orationem illam disertam sibi & oratoriam videri, fortem & vitilem non videri. Orat. 198 a, Ita & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit.

**DISIBECTVS**, a, um, *dispersus*. Attic. 120 a, Nos disiecta manu pares aduersarijs esse non possumus. ad Heren. 24 a, Res dispersas & vagè disiectas eligere. Disiecta saxa in Arat.

**DISIICIO**, is, *dispergo*. pro C. 45 a, Dede, disijce per me licebit.

† *Syntaxis*. *Dispersum & disiectum (synonyma pura.)*

**DISIUNCTIO**, onis. de Pro. 77 b, In disiunctione sententiæ, coniuncti tamen amicitia manemus. de Am. 110 a, Statim alienatio & disiunctio facienda est. cont. Rull. 69 a, Animorum disiunctio disensionem facit. pro Sest. 13 a, \* An erat mihi in tanta disiunctione meorum vita retinenda?

¶ *Item enunciationis, seu argumentationis genus, cum vna harum ponitur, aut, vel.* de Nat. 15 a, In omnibus disiunctionibus, in quibus est aut non ponitur, alterutrum verum esse. Topic. 225 b, In disiunctione plus vno verum esse nō potest. Acad. 24 b, Si è contrarijs disiunctio falsa potest esse: nulla vera est. de Fat. 147 b, Epicurei dicunt veras esse ex contrarijs disiunctiones.

¶ *Insuper exornatio Rhetorica, cum eorū de quibus dicimus, aut vtrūq; aut vnumquodq; certo cōcluditur verbo, & c.* ad Her. 32 b.

**DISIUNCTVS**, a, um, *etior, silius, procul remotus, distans, discrepans*. pro S. R. 24 b, Quæ vita est maximè disiuncta à cupiditate & cū officio coniuncta. pro Sest. 27 a, Græci longè à nostrorum hominum grauitate disiuncti. pro Cæl. 48 b, Mores eius longissimè à tanti sceleris atrocitate sunt disiuncti. I. P. 80 a, Tamen ea quæ sunt longissimè disiuncta, comprehendã. I. P. 99 a, Actolia procul à Barbaris disiuncta gentibus. de Ar. 256 a, Quorum mentes longè à communi salute disiunctæ sunt. I. V. 228 a, Fons munitione ac mole lapidum à mari disiunctus. de Or. 89 a, Quod longissimè est ab imperitorum intelligentia, sensuq; disiunctus. de Am. 104 a, Videre iam videor pop. Rom. à senatu disiunctum. pro Pom. 5 b, Duobus in locis disiunctissimis maximeq; diuersis. de Arusp. 249 b, Quod ex aliquo disiuncto diuersoq; monstro significatum caueremus, id, & c. Ep. 6 a, Quoniam interuallo locorū & temporū disiuncti sumus.

Acad. 17 a, Nihil est disiunctius ab ea cogitatione, quæ, & c. Acad. 24 b, Omne quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam, aut non: non modò verum esse, sed etiam necessarium. I. V. 273 b, Quasi natura & genere disiuncti sunt, qui ita dissidēt à nobis. \* pro Q. Gall. Quorum ætates non annis, sed seculis, scimus esse disiunctas. de Fin. 74 a, Quæ mens & disiuncta coniungat. I. V. 224 a, Insula est Melita, satis lata à Sicilia mari periculosoq; disiuncta.

**DISIUNGO**, gis, *dijungo, separo, ab alieno, distrahō, dissidium vel disensionem, ab alienationem disiunctionemq; facio*. Qu. frat. 296 a, Ordinem de nobis optimè meritum, & à nobis, & à Republica disiungemus. in A. 163 a, Cæsar Pompeium à mea familiaritate disiunxit. Epist. 16 b, Nam ab orationibus disiungo me ferè, referoq; ad mansuetiores musas. de Nat. 5 a, Qui honesta à commodis non nomine, sed genere toto disungerent. de Orat. 156 a, Sin eos disiungent, hoc erant inferiores, quod, & c. pro Syll. 178 b, Disiunxit, inquit, eos à colonis. de Diu. 124 b, Disiungere iumenta.

† *Syntaxis*. *Disiunctus populus, animus, vita, mores, mens, locus: Disiuncta regio, maximeq; diuersa. Natura, genere, locorum interuallo ac temporum disijungi.*

summo dolore diuellitur. pro Qu. 4 b, Affinitas filijs istius viuis diuelli nō poterat. I. V. 232 b, Cūm tot rerū tanta varietate diuelleret. I. C. 109 a, Neq; diuelli ab eo possunt. p. Mil. 121 a, Magno dolore à te diueller. \* de Fin. 59 a, Vt enim sapientiam, temperantiam, fortitudinē copulatas esse docui cum voluptate, vt ab ea nullo modo nec diuelli nec distrahi possint, sic de iustitia iudicandum est.

**D I V E N D O**, dis. contra Rom. 62 a, Hic permittit sua lege, vt Decemuiri bona pop. Rom. possint diuendere.

**D I V E R S E**, variē. de In. 59 b.

**D I V E R S O R**, aris. apud hospitem sim, versor. in Verr. 99 a, Verres Rubrium delicias suas parum lautē diuerfari dicit. in Verr. 90 a, Domus in qua iste diuerfatur. & 108 a, Lyfo apud quem diuerfatus es. Attic. 89 a, Vt diu diuerfatus est Laodicea apud Pompeium. in Ant. 173 b, Hac te in domo tandiu diuerfari non pudet. Tusc. 232 b, Nuper cum Athenis imperator apud Aristonem diuerfaret. Att. 204 b, Inuit eum per literas, vt apud me diuerfaret.

**D I V E R S O R**, oris. hospes, qui recipitur. de In. 64 a, Caupo cum quibusdam diuerforibus illum qui antē exierat, consequitur.

**D I V E R S O R I O L V M**, li. Att. 225 a, Accepi V. II. calendarum in diuerforio tuas literas. Epist. 196 a.

**D I V E R S O R I V M**, rij. hospitium. I. A. 280 a, M. Varro voluit villam illā, esse studiōrū tuorū, non libidinū diuerforium. de Or. 120 b, Requiescam in Cefaris sermo, tanquam in aliquo per opportuno diuerforio. & 135 b, Qui hoc diuerforio fermonis tam libenter acquieturū te esse dicebas. Ep. 92 b, Nam & villa, & amenitas illa cōmorationis est, non diuerforij. de Sen. 94 b, Ex vita ista discedo tanquā ex hospitio, non tanquā ex domo: commorādi enim natura diuerforium nobis, nō habitandi dedit. Att. 61 a, Cogito in hortis Crassipedis, quasi in diuerforio cōnare. Ep. 106 a, Nā ego multō libentiū emerim diuerforium Tarracing, ne semper hospiti molestus sim. pro Sex. Rosc. 41 a, Si domus hęc habenda est potius, quā Officina nequitia, diuerforium flagitiorum omnium.

† Syntaxis. *Lautē diuerfari. In domo, apud aliquem diuerfari. Acquiscere sermonis diuerforio.*

**D I V E R S V S**, a, um, dispar, distās, varius, impar, dissimilis, dissumtus, contrarius ferē, totus alius, disparilis de In. 63 b, Separatim sunt alia cuiusque generis & diuersæ præceptiones. pro Pomp. 5 b, Duo loca dissimilissima, maximeque diuersa. de Som. 129 b, Duo aliqua inter se maximē diuersa. pro Pom. 12 b, Ex tam lōginquis & tam diuersis locis. contra Rull. 83 b, Corinthus duo maria maximē nauigationi diuersa penē cōiungit. Qu. fr. 297 a, Difficile est ea, quæ cōmodis, utilitate & propē natura diuersa sunt, volūtate cōiungere. de Orat. 108 a, Cetera quæ cōstant ex varijs & diuersis studijs. de Cl. 193 a, Hęc videtur esse à proposita ratione diuersa. Acad. 25 b, Epicurus, qui à te totus diuersus est. de Opt. 243 a, Hoc est diuersum à reliquis. de Or. 148 b, Variē & diuersē, & in omnē partē diffusē disputationes. de Cl. 188 b, Confluxerunt in hanc urbē multi ex diuersis locis. I. C. 108 b, Diuersa Catilinae studia in dissimili ratione. de At. 249 a, Quod ex aliquo disuncto diuersoq; mōstro significatum caueremus. I. A. 178 a, Quæ ex diuersis emebantur, id est, à diuersis hominibus. de Inu. 49 b, Hoc igitur vitandum est, ne cuius genus posueris, eius secum aliquam, sicuti diuersam & dissimilem partem ponas, in eadē partitione. I. V. 227 b, Portus qui diuerfos inter se aditus habent. I. A. 294 a, Cefaris autem longissimē diuersa ratio. pro Pomp. 9 b, Varia & diuersa genera bellorum.

† Syntaxis. *Alia & diuersa genera. Disiunctum ac diuersum. Longinqua ac diuersa loca. Varium & diuersum. A proposito diuersum. Homo ab aliquo totus diuersus. A diuersis hęc dicuntur (scilicet hominibus).*

**D I V E R T I C V L V M**, li. flexio via, anfractus. I. P. 90 b, Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula flexionesq; quæcūq; pro Qu. R. 53 b, Satrius aliud fraudis, & insidiarum in eodem vestigio diuerticulū reperit. Part. 242 a, Ne diuerticula peccata darentur.

† Syntaxis. *Peccatorum diuerticula & flexiones.*

**D I V E R T O**, tis. diuertor, de via decedo. de D. 92 b, Cum duo quidā iter vnā facerent, alter ad cauponē diuertit, alter ad hospitem. pro Deiot. 146 b, Cum domū regis hospitis tui diuertisses. Att. 169 a, Hortensius ad Terentiam salutatum diuerterat. I. V. 79 a, Diuertere ad amicos. & de Fin. 125 a, Diuertere ad hospitem. Attic. 222 b, Diuertit ad illū, de quo tecum manē. Offic. 46 b, Cimon imperauit villicis suis, vt omnia præberentur, quicunq; Laciades in villam suam diuertisset. pro Milo. 111 a, Clodius Aritia rediens diuertit ad Albanum. & ibid. Suspiciari debuit Clodium ad villam suam diuersurum. I. A. 248 b, Nunciant se Pompeij conueniendi causa diuertisse Massiliam. Epist. 199 a, Sed redeamus ad illud, vnde diuertimus.

**D I V E R T O R**, ris. diuerto. Attic. 41 a, Sed itineris causa vt diuertat, primum est deuium. pro Fon. 278 a, Si qui Cobiamacho diuertentur, neq; Tholosam ire vellent.

† Syntaxis. *Ad amicum salutatum diuertere, domū in villā ad villā.*

**D I V E S**, tis: **D I V I T I O R**. fortunatus, locuples, copiosus, beatus, affluens, opulentus, pecuniosus, omnibus copijs circumfluens, opibus & copijs præditus, omni copiarū genere abundans, diuixus affluēs, cui amplissimæ fortunæ sunt, pecunia princeps, benē nummatus. Parad. 124 b, Animus hominis diues nō arca appellari solet, quāuis illa sit plena: dum te inanē video, diuitem nō putabo. de Or. 160 a, Inde ille diuitior & licetior fluxit dithyralibus. Parad. 124 a, Diues est, cui tāta possessio est, vt ad liberaliter viuendū facile contentus sit. pro Mur. 138 b, Solos sapiētes esse, si mendicissimi sint, diuites. Offic. 45 a, P. Crassus cū cognominē diues, tum copijs. Offic. 48 a, Diues fortunatus, opulentus. (Pauper, humilis. de Fin. 105 b, Rectius enim appellabitur diues, quā Crassus, qui nisi eguisset, nunquā Euphratem nulla belli causa transire voluisset. in Vat. 35 a, Ex pauperrimo diues factus est. I. A. 216 a, Ex mendicis fieri repente diuites. Par. 124 b, Neminem esse diuitem qui non exercitiū alere possit suis fructibus. & 126 b, Hic non modō non copiosus & diues, sed etiam inops & pauper æstimandus est. \* Incert. An verō multorū in terris prædiorum dominos diuites appellamus. Epist. 102 b, Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum: id vtrum Romano more locutus sit, benē nummatus te futurum: an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites, qui cœlo & terra frui possunt, postea videro. Paradox. 124 a, Animus tuus oportet se iudicet diuitem, non hominum sermo, neque possessiones tuæ. ibid. Qui nihil sibi deesse putat, nihil curat amplius, satiat est aut contentus etiam pecunia: concedo diues est.

† Syntaxis. *Dives animus. Dives, fortunatus, opulentus. Copiosus & diues. Ex paupere factus diues.*

**D I V E X O**, as. vasto. I. A. 231 a, Omnia diuexare & diripere cupiens. & 250 b, Diuexat agros, &c.

**D I V I D E N D O**. de Fin. 53 a, Epicurus nihil de diuidendo & partiendo docet.

\* **D I V I D E N S**, tis, de Sen. 79 a, Qui, &c. C. Flaminio tribuno plebis quo ad potuit restitit, agrum Picenum & Gallicum viritum contra Senatus autoritatem diuidenti,

**D I V I D O**, dis. partior, dispartior, distribuo, dispartio, partibus distribuo, seco, digero, distinguo, discrimino, distribuo, legrego, excludo. Att. 79 a, Amanus Syriā à Cilicia aquarū diuortio diuidit. p. Syll. 175 a, Diuisas tabulas toti Italię, diuisi in oēs prouincias. de L. 175 a, Nos legem bonā à mala nulla alia nisi naturali norma diuidere possumus. Or. 207 a, Ambiguē dicta diuidere & explanare oportet. & 209 b, Diuidere in partes. de Orat. 116 a, Post diuidere causam, aut proponere. Orat. 207 b, Partiri ac diuidere genus vniuersum in species certas, vt nulla neq; præmittatur neque re dundet. de Fin. 70 a, Quomodo autem philosophus loquitur? tria genera cupiditatum, naturales & necessarias, naturales nō necessarias, nec naturales nec necessarias. primum diuisit in eadem: duo enim genera, quæ erāt, fecit tria: hoc est nō diuidere, sed frangere rem. qui si diceret cupiditātū esse duo genera, naturales & inanes, naturalium quoque duo, necessarias & non necessarias, confecta res esset. vitiosum est enim, in diuidendo partem in genere numerare. Tusc. 236 a, Aristoteles bona diuisit tripartitō.

**D I V I D O**, ris. dissecor. de N. 65 a, b, Omne corpus secari ac diuidi potest. Part. 232 b, Quæ ad faciendā fidem pertinēt, ea in confirmationē & in confutationem diuiduntur. \* I. P. 80 a, Ego agrum Campanum, si diuidi non oportuit cōseruauit. p. Syll. 175 a, Describi tabulas ab omnibus statim librarijs, diuidi passim & peruulgari atque edi pop. Rom. imperari. pro Mil. 104 a, Diuisa sententia est postulante nescio quo. Acad. 42 b, Ea bona animi ab ijs in naturam & mores diuidebantur.

† Syntaxis. *Ambigua diuidere, & explanare. Partiri ac diuidere. In diuidendo vitiosum est. &c.*

**D I V I D V S**, a, um. quod recipit sectionē. de Vn. 198 b, Idq; interiecit inter indiuiduum, & id quod diuiduum esset in corpore. ibid. Materia quæ diuidua gignitur. de Nat. 65 b, Dissolubile & diuiduum est omne animal mortale.

**D I V I N A N S**, tis. prædicens futura, hariolus. de Diu. 90 a, Est quiddam in nobis presentiens atq; diuinans. ibid. 118 a, Quædam casu eueniunt, vt prædicta sunt à diuinantibus. \* de Diuin. 98 b, 99 a, Priamus nōne & Helenū filium & Cassandra filiam diuinantes habebat, alterum augurijs, alteram mentis incitatione & permotione diuina.

**D I V I N A T I O**, nis. vaticinatio, augurium, prædictio, præsentio, scientia verū futurarum, auguratio, ariolatio, oraculū coniectura. Epist. 45 a, Quod tamē ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione, nō despero. Ep. 83 b, Quare, quādo vt augures & astrologi solent, ego quoq; augur publicus ex meis superio-



superioribus prædictis cõstitui apud te autoritate augurij & diuinationis meæ, debet habere fidem nostræ prædictio. de D. 135 b, Chryssippus diuinationē definit his verbis, vim cognoscētē & videntē, & explicantē signa, quæ à dijs hominibus portendantur: officium autē eius esse, prænoscere Dei erga homines mente qua sint, quidq; significet, &c. de L. 176 a, Diuinationē, quā Græci *μυρτικὴ* appellāt, esse cæco, & huius hanc ipsam partē, quæ est in aui- bus, cæterisq; signis disciplinæ nostræ, de D. 111 a, Diuina- tio est earum rerū, quæ fortuitæ putātur, prædictio atque præsentio. de D. 80 a, Diuinationem quam Græci *μυρτικὴ* ap- pellāt: id est, præsentio & scientia rerum futurarum. de D. 95 a, b, Potest autē quis cū diuinationem habeat, errare ali- quando. de D. 81 & 82 a, Xenophanes diuinationem fundi- tū sustulit. de N. 12 b, Sequitur *μυρτικὴ* vestra, quæ Latine diuination dicitur. pro Cl. 37 b, Iam ista diuination est: qua si licet vti, vide ne mea coniectura multo sit verior. de Nat. 59 b, Multa diuinationis vsus ita notaui, vt artem diuinationis efficeret. pro S. R. 34 b, Eō rem adducam, vt nihil diuinationis opus sit. \* de Diuin. 80 a, Magnifica quædam res & salutaris diuination, si modō est vlla: quæq; proximē ad Deorū vim natura mortali possit accedere. Itaq; huic præstantissimæ rei nomen nostrū à Diuis, Græci à furore duxerunt. de Diuin. 85 a, De diuinatione dico. & b, Similis est aruspicum responsio, omnisq; opinabilis diuination. Coniectura enim nititur, vltra quam progredi non potest. Ea fallit fortasse nonnunquam: sed tamen ad veritatem sæpissimē dirigit. Est enim ab omni æternitate repetita. In qua, & c. ars est effecta.

¶ Est quoq; genus cause, cū de constituto accusatore queritur. vnde Diuination Cic. in Verr. Qu. fr. 322 b, Apud Catonem erat diuination in Gabinium futura inter Memmiam, & T. Nerone, & C. Antonium: putabamus fore vt Gabinio daretur. Epist. 117 a, De diuinatione Appius cū calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pyliōq; cessit.

† Syntaxis. *Animi diuinatione permoueri, Augurium & diuina- tio alicuius. Diuination est prædictio, atq; presentio. (hic habes & synonyma, & duo genera diuinationis.) Habere diuinationem, De diuinatione calumniam intrare.*

\* D I V I N A T V S, a, um. coniectus, prædictus, de Diuin. 106 a, Quæ mirabiliter à Socrate diuinata sunt.

D I V I N E, diuinitus. Att. 157 a, Nunquam de republica nisi diuinē cogitauit. de Diuin. 106 a, Multa diuinē præsentia & prædicta reperiri.

D I V I N I T A S, tis. *Deorum maiestas, summa præstantia*, de de Or. 116 b, Quorū alterū diuinitatis mihi cuiusdā vide- tur, alterū humanitatis. de Diu. 125 a, Placet igitur huma- nitatis expertes habere diuinitatis autores. Orat. 202 b, Theophrastus diuinitate loquēdi nomē inuenit. de N. 8 b, Aristoteles menti tribuit omnē diuinitatem. de D. 113 b, Diuinitas, vnde animos haufios, aut libatos habemus. de N. d. lib. 1, Diuinitatem dedit Soli & Lunæ, reliquisq; sibe- ribus, animoq; præterea, eodem Diuinitatem tribui pu- tat stellis errantibus Heraclides Ponticus. eodem, Diuini- tatem omnem tribuit astris Cleanthes. de Vn. & de Orat. lib. 2, Ex diuinitate sua animum genuit Deus.

† Syntaxis. *Loquendi diuinitas. Ex diuinitate sua genuit ani- mum Deus.*

D I V I N I T V S, diuinē, diuino numine. Att. 12 a, Ille locus in- ductus est à me diuinitus. id est, diuina quædam solertia. Att. 32 b, Varro satis mihi facit, Pompeius loquitur diuinitus. pro Syll. 175 a, Multa prouidit diuinitus. Partit. 237 a, & de Or. 78 a, Quæ diuinitus accidunt. de Or. 1 b, 2, Diuinitus à Platone disputata. pro Dom. Diuinitus inuenta & instituta. \* de Orat. 102 a, Vt & ipsum, quod erat hominis propriū, non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum videat. Postq. 211 a, Homines de me diuinitus meriti. Epist. 12 b, Quæ sunt apud Platonem nostrum scripta diuinitus. In- cer. Diuinitus extitisse illam flammam.

† Syntaxis. *Diuinitus loquitur est, diuinē. Diuinitus accidit, id est, à Deo. Diuinitus de aliquo meriti: id est, honores diuinos.*

D I V I N O S, as. *ratior, augur, concilio, futura significo, in pos- teri præsentio, præsentio, arator, oraculum edo, coniectura prospici- o.* Att. 257 b, Non equidem hoc diuinavi, sed aliquid tale putavi fore. pro Qu. 11 a, Nemo diuinare poterat te pos- sulturum. Quint. fr. 107 b, Quod futurum est latrocinio Tribunorum, nō diuino. de Diuin. 99 a, Veteres vt sapere, sic diuinare regale ducebant. Epist. 45 a, Quasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum, sic, &c. & 79 a, Diuinare futura. Br. 289 b, Diuinare de aliqua re. I. V. 112 a, Diuinare, conijcere, augurari. de Diu. 94 a, Morientes diuinare. \* de Diuin. 106 a, Qui aut arte aut coniectura diuinare videantur.

† Syntaxis. *Diuinare aliquid, & de aliquare.*

\* D I V I N O R, aris. Incer. Ne quid certi sit, diuinari potest.

D I V I N V S, a, um: D I V I N I V S, & ssumus. *caelestis, augur, diuinans, magus.* de Fat. 73 a, Homo diuinum atq; cœ- leste animal, & c. de Orat. 88 a, Homo diuinus in dicendo. Qu. fr. 310 b, Ibid. Maijs. senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio denegāda. de Orat. 95 a, Hæc in te Sulpiti diuina sunt. Post. 199 b, Cn. Pisonis diuina quædam & inaudita autoritas atq; virtus: in Anton. 200 a, Illæ cœ- lestes diuinæq; leg. ones Martia & quarta. pro Mil. 117 b, Patera, qua ad res diuinas utebantur. I. V. 203 b, Res illum diuinas apud eos deos in suo sacrario, ppē quotidie face- re vidisti. I. A. 188 b, Sors diu. na. de D. 97 b, Melancholicos habere aliquid in animo præfagens atq; diuinum, existimat Aristoteles. & 103 b, Nec Pherecydes potius diuinus habebitur quàm Phisicus. de Fat. 143 a, Hoc loco Chry- sippus æstuans, falli sperat Chaldaeos cæterosq; diuinos. I. V. 244 a, O diuina senatus adumorsatio. de Nat. deor. 1, Diuinus ille cœli sensus in celeritate tanta conseruari quomodo potest? de Nat. deor. 2, Diuina bonitas erga ho- mines. 1. Fam. Diuina illius in me liberalitas. 4. Acad. Diuina memoria. de Nat. deor. 1, Diuina solertia. pro L. Manil. Consilium diuinum. 7. Famil. Diuinum & fortitū opponuntur. ad Qu. fr. Diuinæ cuiusdam virtutis esse videtur. de Nat. deor. 1, Cū numini diuino omnes natura, cœlum, ignes, terræ, maria parerent. 1. ad Qu. fr. Quendam de cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsam putent. de Nat. deor. 1, Diuinam vim in ratione esse positam ait Chryssippus. de Nat. deor. 2, Sine aliquo afflatu diuino ne- mo vnquam fuit vir magnus. pro Mil. Homo diuina & in- credibili fide. 12. Fam. Lentuli, Diuina tua mente prospexi- sti. de Nat. deor. 2, Omnis mundi vis. diuina natura continetur. 13. Fam. Quasi diuino consilio isti negotio præ- positum esse. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Diuino ingenio esse. de Amic. Diuini animi hominum. 14. ad Attic. Diuini viri. de Vn. Diuina animantia infixæ cœlo sidera. de Nat. deor. 1, Diuinas esse quatuor naturas censet Empedocles, ex qui- bus omnia constare vult. 11. Famil. Nefas esse duxi, & c. vt de tuis diuinis in Rempub. meritis sileretur. 2. Famil. Diuini- nis laudibus ornauit res nostras. 1. de Diuin. Itaque ap- propinquante morte anima multo est diuiniore. 1. de Diu. Quid hoc somnio dici diuinus potest? de Leg. 179 a, Di- uinissima dona habent (*al. aues &*) formæ, ab vno pietore vno absolutæ die.

† Syntaxis. *Diuinum ac caeleste. Diuinus in oratione. Diuinum & inauditum. Cælestis, diuinæque legio In animo aliquid præsa- gians, & diuinum habere. Chaldaei cæteri; animi. Numen diuinis. Diuinæ laudes.*

D I V I S I O, onis. *partitio, distributio, diuortij, diuisum, sectio.* de Nat. 61 a, Quæ dripartita fuit diuisio tua: primū, vt velles docere deos esse, deinde quales essent, tum ab ijs mundū regi, postremō consulere eos rebus humanis. hæc, si rectē memini, partitio tua fuit. Off. 54 a, Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huius necesse est restare tertiam. de Nat. 39 a, Diuisio trium regnorum, cœli, maris & infe- rorum. ad Her. 3 b, Causarum diuisio in duas partes distri- buta est. \* Topic. 223 a, Partitio omniū & diuisionum genus quale esset ostendimus. sed quid inter se differant, planius dicendum est ibid. In diuisione formæ sunt. Ep. 140 b, Quid enim? non honestum verbum est diuisio? At inest obscœ- num: cui respondet intercapedo.

¶ Ad hæc exornatio, quæ rem semouens à re vtrāq; absoluit ra- tione subiecta. ad Heren. 36 b.

D I V I S O R, oris. I. A. 233 a, Nōne ante oculos proponitis nuculam & Lentonem Italæ diuiores lege ea, quam se- natus per vim latam iudicauit & 198 a, b, Tantum quis- que habebat possessor, quantum diuifor reliquerat An- tonius.

¶ Item pecuniarum redemptor, quæ tribuim diuidebantur à can- didatis ad suffragia corrumpenda. pro P. 268 b, Doce, per quem sequestrum, quo diuifore tribus corrupta sit. I. V. 70 b, & de Ar. 253 b, Diuifores omnium tribuum noctu ad istum vocati. in Verr. 184 a, & 210 a, In furis ac di- uiforis disciplina educatus. Epistol. 140 b, Non honestum verbum est Diuifor: at inest obscœnum, cui respon- det Intercapedo. \* pro C. Cornel. 1, Nisi pœna accessisset in diuifores.

D I V I V S, a, um. de Nat. 60 b, Religio in sacra & auspicia diuisa est, tertium adiunctum est, &c. de Leg. 170 a, Fibre- nus stultius diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc in- sula alluit.

D I V I T I A E, arum. *opulencia, ample fortuna, magna fortuna atq; copia, summa copia, opes & copia, omnium rerum abundan- tia.* (Summa inopia. Att. 3 a, Quod si assequar, supero Craf- sum diuitijs. de Am. 100 a, Diuitiæ opportune sunt vt vta- re, opes vt colare, honores vt laudare. Off. 5 b, Expetuntur diuitiæ, tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfuendas voluptates. contr. Rull. 80 a, Diuitijs augere aliquem, &



fortunis locupletare. de Amic. 105 a, Homines diuitijs affluentes ac ornata eius ingenij per quædam inuolucra atque integumentum æta perispexi. Paradox. 124 b, Ex eo quantum cuiq; fat est, metiantur homines diuitiarum modum. Parad. 125 a, Est diuitiarum fructus in copia. & b, Quis dubitet quin in virtute diuitiæ positæ sint? ibid. Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimæq; diuitiæ. Parad. 126 a, Quod est proprium diuitiarum.

† Syntaxis. *Diuitijs au gere aliquem, & fortunis locupletare. Ingenij diuitiæ.*

**D I V O R T I V M**, *ij. affinitatis disidium, disidia, disidium.* Topic. 223 a, Si viri culpa factum est diuortium, etsi mulier nuncium remisit, tamen pro liberis manere nihil oportet. Att. 206 a, Lentulus cum Metella facit diuortium Cæli. Ep. 116 a, Valeria diuortium sine causa fecit, nuptura est D. Bruto, nondum reulerat. de Orat. 157 b, Nam si res suum nomen & proprium vocabulum non habet, & c. vt in vxore diuortium, necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere. pro Cl. 57 b, Sæpe fieri diuortia atq; affinitatum disidia videm? Att. 203 b Sed quid est, quod audio Spinterem fecisse diuortium. de Orat. 100 a, Mater, quæ (si iudicaretur certis quibusdã verbis fieri cū superiore diuortium) in concubinæ locū duceretur. l. A. 173 b, Antonius cum Mima fecit diuortium. pro Clu. 20 b, Ecce autem subito diuortium, discedit à Melino Cluentia. de Orat. 140 a, Sic ex communi sapientium iugo sunt doctinarum facta diuortia. Att. 79 a, Amanus Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. Epist. 23 a, Qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus aquarum diuortijs.

† Syntaxis. *Facere cum aliqua diuortium. Diuortia, & affinitatum disidia. Doctrinarum, aquarum diuortia.*

**D I V R N V S**, a, um, quod ad diem pertinet, aut fit de die. cōtr. Rull. 67 a, Quæ mihi nullam partem neq; diurnæ, neq; nocturnæ quietis impartitur. Off. 69 a, Diurni nocturniq; metus. & de Sen. 94 a, Diurni nocturniq; labores. de In. 51 a, Annuum, menstruum, diurnum nocturnum spacium.

\* **D I V S**, ij. I. V. 86 a, Quæ signa apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumnijs, in sylua denique dispersa sub dio, (id est, sub aère) vidimus. Oecon. I. Foris & sub djo esse.

**D I V T I N V S**, a, um, diuturnus. Off. 23 a, Multa passus est Vlyses in illo errore diutino. aliter, diuturno. Epist. 171 b, Libertatis desiderio, & odio diutina seruitutis.

**D I V T I S S I M E**, longissimo tempore. Qu. fr. 290 a, Vt te quæ diutissimè iucunda opinione oblectarem. l. P. 99 a, & de Am. 96 a, Quod te quàm diutissimè torfit.

**D I V T U R N I T A S**, tis, longiquitas temporis vel temporum, magnus numerus dierum. de Leg. 174 b, Nam illud vel asperione aquæ, vel dierum numero tollitur: animi labes diuturnitate vanescere non potest. de N. 26 b, Non tam stabili opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis. de Orat. 88 a, Diuturnitas pacis oñium confirmauit. Att. 115 b, Nihil Cæsari minus expedit ad diuturnitatem gloriæ. pro Pom. 9 a, Quod imperij diuturnitati modum statuendum veteri exemplo putauissis. Epist. 72 b, Diuturnitas maximos luctus vetustate tollit. de Finib. 83 a, Negat Epicurus diuturnitatem temporis ad beatè viuendum aliquid afferre. de Finib. 57 a, Dolor in longiquitate leuis, in grauitate breuis esse solet: vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio consoletur. \* de Orat. 95 b, Nihil est tam insignè, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile. pro Marc. 131 b, Vt quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferet laudibus, de Nat. 26 b, Videmus cæteras opiniones fictas atq; vanas diuturnitate extabuisse. de Diuin. 107 a, Qui cursum rerum, euëtorumq; consequentiam diuturnitate pertractata notauerunt.

† Syntaxis. *Animi labes diuturnitate non euanescit. Diuturnitas luctum vetustate tollit.*

**D I V T U R N V S**, a, um, longus, diutinus, longinqui temporis, longinquus. Offic. 41 b, Nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. de Sen. 91 b, Nihil mihi diuturnum videtur, in quo est aliquid extremum. de D. 114 a, Et quàm diuturna ista obseruatio fuit? aut quàm longinquo tempore obseruari potuit? de Sen. 82 a, Diuturnam sitim expleui. pro Pomp. 10 b, de In. 82 b, Diuturna perpestio rerum difficultum. de Orat. 152 a, Hoc non potest in delectatione esse diuturna. pro Mar. Diuturnum silentium. pro Syl. 181 b, Diuturnus morbus. pro Pom. 12 b, & de Pro. 70 a, Diuturna pax.

**D I V L G A N D Y S**, a, um, edendus. l. A. 162 a, Hæc nullo pacto diulganda sunt. Br. 91 a, Non suppressenda res erat, sed diulganda. Epistol. 89 a, Quare visum est occultius ageam, neque vilo modo diulgandum, de te tam esse confectum.

**D I V L G A T V S**, a, um, perulgatus, perulgatus, celebratus, ser-

mone tritus, sermonibus celebratus, manans, qui multis in ore est, agitur, iactatus, commemoratus, clarus, patefactus, cognitus, in medium prolatus, in publicum propositus. Epistol. 160 b, Te adipiscendi magistratus leuissimi & diulgatissimi, si ita adipiscere, vt plerique, præpropera festinatio abducat à tantis laudibus. Postquam. 206 a, Cuius primum tempus ætatis palam fuisset ad omnes libidines diulgatum.

† Syntaxis. *Diulgatum, tritum, ac celebratum. Palam diulgatus ad omnes libidines.*

**D I V L G O**, gas foras do, edo, in medium profero, in vulgus indico, in apertum refero, celebros, perulgo, palam recito. Attic. 199 b, Hermodorus qui solitus est Platonis libros diulgare. pro Font. 278 a, Inimici hæcẽ feronib; diulgare voluerunt.

**D I V L G O R**, ris. Orat. 207 a, Hunc librum etiam si minus vestra commendatione, tuo tamen nomine diulgari necesse est. Att. 199 b, Volo eum librum diulgari.

**D I V L S V S**, a, um, diffractus, disunctus, dispersus, dissolutus. de Orat. 100 b, Ars quæ rem dissolutam diulsamq; conglutinaret, & ratione quadam constringeret. de Orat. 145 a, Aliqua diulsa & quasi discepta contrectare. de Arusp. 258 a, Consensus ordinem est diulsus,

† Syntaxis. *Dissolutus & diulsus. Diulsus, & quasi disceptus, de aqua, de consensu.*

**D I V V S**, a, um, Deus, homo diuinus. de Legib. 173 a, Ad diuos adeunto castè. de Nat. 27 a, & de D. 85 a, Præsentiam sæpe diui suam declarat. l. A. 181 a, Est ergo flamẽ diuo Iulio M. Antonius. de Legib. 173 a, \* Diuos & eos, qui cœlestes semper habitū, colunt: & ollos, quos in cœlum merita vocauerunt, Herculem, & c. Ast olla, propter quæ datur homini ascensus in cœlum, mentem, virtutem, pietatem, fidem, earumq; laudum delubra sunt.

**D O**, das, imperio, largior, defero, præbeo, exhibeo, trado, tribuo, dono. de Vn. 198 a, b, Ad hanc conuersionem quæ pedibus & gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit Deus. contra Rull. 69 b, 70 a, Domitius quod per ceremonias populi fieri non poterat ratione affectus est, vt id quoad liceret, populi ad partes daret. de Nat. 75 a, Si rationem hominibus dii dederunt, & malitiam dederunt. l. V. 252 b, & pro Domo sua, Dare potestatem, honorem, auctoritatem & ornamenta alicui. de Orat. 94 b, Hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. Parad. 121 a, Iniuria tua dedit mihi reditum gloriosum, non exitum calamitosum. Epistol. 5 b, Is se accerum tuū defensorum fore ostendit, quod daccipimus.

de Finib. 82 a, Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat. Attic. 73 a, Dare literas. item: Huic totiesne me literas dedisse Romam, cum ad te nullas darem? at verò posthac frustra potius dabo, quàm si recẽ dari potuerint, committam vt non deim. Attic. 70 a, & 221 a, Fessulanus mihi literas tuas dedit. id est, reddidit. l. C. 113 b, Dare literas alicui ad aliquem. Tulcul. 244 a, Dare se in tormenta. de Orat. 134 b, Dare patronum alicui. Attic. 263 b, Consules Plancum dederunt. id est, iudicem vel arbitrum. de Clar. 193 b, L. Scæuola nemini se ad docendum dabat. contr. Rull. 68 a, Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem. l. V. 143 a, Is benè penitus in istius familiaritatem sese dedit. l. P. 94 a, Is dedit se in consuetudinem, & c. Quin de Pet. 207 a, Qui ad meam gloriam augendam tanto studio te dedisti. Att. 212 a, Da te in sermonem. Epist. 292 b, Dare se ad lenitatem. Ep. 50 b, Da hoc illi mortui, da cæteris amicis. de Fin. 82 b, Atque hoc dabit, vt opinor. Attic. 16 b, Ne me dem incertæ & periculose fugæ. l. V. 241 a, Dare se labori atq; itineribus. pro S. R. 21 b, Dare se rei familiari, vitæque rusticæ. Attic. 27 b, Ego me do historiæ. Attic. 75 b, Dare æstiuos menses rei militari, hybernos iurisdictioni. Att. 13 a, & 99 b, Dare operam alicui. Att. 3 b, Dare aures alicui. & 66 a, Dare dies alicui. l. A. 235 b, Dare tempus alicui rei. Attic. 138 a, Video, vt se huic dent, vt daturi sunt. & 109 b, An ijs me dem, qui potuerunt. Epist. 22 a, Da te homini. de Som. 130 b, Neque sermonibus vulgi te dederis. Acad. 41 a, Da quæso te huic etiã generi literarū. Att. 245 a, His literis scriptis me ad *ornatiss* dedi. de Fin. 115 a, Dare se ad ludendum. de L. 158 a, Site ad ius respondendū dedisses. & ibid. Cicero se ad dicendum dedit. Attic. 76 a, Tu autem sæpe dare tabellarijs publicanorum poteris per magistros scripturæ, & portus, & nostrarum dicecesium. ibid. Tardè tibi reddituro dabam familiari homini ac domestico. 75 b, Dederam Epheso pridie, has dedi Trallibus. Attic. 126 b, & 130 b, Dare mandata alicui ad aliquem. in Vat. Dare gladiatores. Qu. fr. 327 b, Dare munus populo. in Verr. 59 b, Dare aliquid crimini. & de In. 71 b, & 73 b, in Verr. 78 b, & 259 b, Veritus est ne sibi crimini daretur, eos, & c. Epist. 179 a, Dare aliquid vitio. de Finib. 115 a, Obluiscemurque quæ virtuti ipsi principia dederimus. Acad. 40 b, Da, pro dic.

Sed da mi nunc, satine probas? 14 ad Att. Do hoc naturæ meæ.



meæ. *id est, in hac re nature meæ obsequor.* 5. Verr. Sed do hoc vobis & concedo, esse multos, &c. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Quod tu mihi das. *hoc est, concedis, vt fit in disputando.* ad Att. lib. 16, de Arusp. resp. Cognitionem consulibus dat lex. ad Attic. lib. 1. Tulliola tibi diem dat, sponforem appellat. 2. Philip. Hodie non descendit Antonius: cur? dat natalitia in hortis. in Ver. de Arusp. resp. Dat amico suo cuidam negotium, qui tum magister erat eius societatis, vt diligenter caueret. ad Silium lib. 13, 4. in Verr. Operas in scriptura pro magistra dat. Attic. lib. 2. & 7. Sibi enim bene gestæ, mihi conferuatæ Reipub. dat testimonium. de Nat. deor. 1. Id quoque damus, & libenter quidem. 4. Acad. Quid consilij datis. de Nat. d. 1. Vos autem quid mali datis. 5. de Fin. Videamus partes, quarum est aspectus illustrior: quæ quo sunt excellentiores, eò dant clariora iudicia naturæ. I. A. 2. 1. 1. a. Re & veritate nobis milites sine vlla recusatone, summo etiã cū studio, nomina dant. *hoc est, seipfos scribendos offerunt, & curant nomina sua inscribenda.* 2. de Orat. Si se dant, &c. accipio, quod datur, & ad id vnde aliquis status ostenditur, vela do. in Ver. Dant sese in fugam istius præclari Imperatoris nocturni milites. ad Att. lib. 4. Vnum omnia posse, dirumpuntur ij qui me aliquid posse doluerunt multa mihi dant solatia. 2. de Diuin. Nullas dant vias nobis ad significationem scientiam. pro Sest. Deniq; etiã sermonis anfas dabat, quibus reconditis eius sensus tenere possemus. 6. Verr. Is cœnam isti dabat apud villam in Tyndaritano, ad Pætum lib. 9. Sed vide audaciam, etiã Hircio cœnam dedi sine pauone. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Dedi Antiocho operam diligentem, vt causam ex eo totam cognoscerem. 4. Acad. Iam Clitomacho Philo vester operam multos annos dedit. 4. Verr. Dedit operam, vt Halesinus ad se Dio continud veniret, &c. 1. Tusc. In quam exercitationem ita nos studiosè operam dedimus, vt, &c. ad Attic. lib. 10. Non reddidit quæ dedi eius filio mutuo, & vitur excusatione temporis. ad Attic. lib. 16. Sapienter igitur, quod manus dedisti, quod dque etiã vltro gratias egisti. pro Deiot. pro Planc. & pro Ligar. 1. de Orat. Sed maximè eorum incommoditates, quibus salutem dedisti, pro Cluent. Mulieri crudelissimæ seruum fidelissimum non in quæstionem tulit, sed planè ad supplicium dedit. ad Attic. lib. 7. Qui, vt aliud nihil, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem. 1. Tusc. 3. Brut. Annis enim ferè CCCX. post Romam conditam Liuus fabulam decit. pro Mil. Nam qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit, is, &c. 3. de Orat. Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni fetas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit. 4. Ver. Cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quam si centum cohortes fugitiuorum fuissent. 3. Verr. Quo tempore quidem signi satis dedit, si quid esset quod posset dicere, se tacere non posse. ad Att. lib. 11. Cui magnam dedimus pecuniam mutuum. 6. Verr. Ipsi piratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti. 13. Philip. Scilicet verba dedimus, decepimus, ignorabat legio Martia quarta, nesciebant veterani quid ageretur. 12. Philip. & Antequam, Iraque ipsi (ne dicam mihi) populo Romano pœnas dederunt: me saluum adhuc respub. conseruauit. ad Att. lib. 8. Sed me illorum sententiæ minus mouebant, minus multa dederat illi Reipub. pignora. ad Att. lib. 14. Quare quoniam hoc à me sic petis, vt quæ tua potestas est, ea neget te inuito vsurum, puero quoq; hoc à me dabis, si tibi videbitur. ad Attic. lib. 11. Sed si quid res dabit tibi facultatis, id me maximè consolari poterit ad Attic. lib. 1. Dabimus hoc Pompeio. *hoc est, Pompeij causa faciemus.* Acad. q. ed. 2. lib. 1. Dabit enim profecido, pro, permittetis, concedetis. Sulp. lib. 4. Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore moerenti da patræ, vt si qua re opus sit, opera & consilio tuo vt possit. 2. Tusc. Sanè si nudus es, da iugulum. pro Milon. Certè optabilius Milon. fuit dare iugulum S. Clodio. 16. ad Att. Da melius. 5. Verr. Vnum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui vel ad statuâ, &c. 2. Fam. Quare da te homini: complectetur, mihi crede. *id est, in sinu te in eius amicitiam.* Ruffo lib. 5. Nò habui, cui potius id negocij dare, quam tibi. ad Att. lib. 10, post. Red. in Sen. pro Rab. Posth. pro Marc. pro Syll. Offic. 2. Famil. 6 & 13. Qui tibi vt beneficium daret, prius iniuriam fecit. 2. de leg. Agra. Domitius, quod per ceremonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, vt id, &c. quo ad liceret, populi ad partes daret. pro Corn. Balbo, Cuius igitur audita virtus dubitationis locum non daret. pro Sylla, Qui negare noluit esse in eodem numero Syllam, quo plus spei Gallis daret. 5. Verr. Quærebant quæ in verba Recuperatores daret. 2. de Orat. Non cõmittam, vt si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. Acad. q. ed. 1. li. 2. & 1. Philip. Negas sine deo posse quicquam, ecce tibi è transuerso Lamplacenus Strabo, qui det isti deo immunitatem magni quidè muneris. ad Att. lib. 16. Atticæ, quoniam (quod optimum

in pueris est) hilarula est, meis verbis suauium des. Terentia lib. 14. In viam quòd te des hoc tempore, nihil est. de Amicit. Quinetiam necesse erit cupere, & optare, vt quàm sapissimè peccet amicus, quo plures det sibi tanquam anfas ad reprehendendum. de Amic. Ad extremum det manus, vincique patiat: vt is qui illusus sit, plus illuisse videatur. 2. de Leg. Sermoni reliquo demus operam sedentes. 1. de Legib. Quam igitur sententiam demus? pro Arch. Quæso à vobis, vt in hac causa mihi detis hanc veniam, accommodatâ huic reo, &c. *id est, indulgeatis, concedatisq; mihi hoc, si forè peccauero.* de Nat. d. 1. Ea vero ipsa nulla ratione melius frui potui, quàm si me ad totâ philosophiam pertractandam dedissem. in Catil. Ego si hoc optimum factu iudicarem, P. C. Caulinam morte multari, vnus vsurâ horæ gladiatori isti ad viuendum nò dedissem. de clar. Orat. Quinetiam memini, quum in accusatione sua, Qu. Gallio crimini dedisset, sibi eum venenum parauisse, &c. 3. de Orat. Eloquentia, varietate, copia, quam se vnque in partem dedisset, omnium fuit facilè princeps. pro Cluent. Qui vxori suæ Cluentiæ quum ipse poculum dedisset. 5. Tusc. Lælius si digito quem attingisset, pœnas dedisset. Somn. Scip. Neque sermonibus vulgi dederis te, neque, &c. pro Cæl. Postremò quum, &c. dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atque ad inanes hasce adolecentiæ cupiditates, reuocet se aliquando, &c. ad Attic. lib. 7. Qui tantis de rebus huic mandata dedit. de Vniu. Qui dederit se motibus animi, iniuste vixerit. Acad. q. ep. 1. lib. 2. Quis enim tibi dederit aut deum omnia posse, aut ita factu esse si possit? ad Att. lib. 3. Tu ad me velim proximis literis, vt se initiâ dederint, perscribas. 5. in Ver. Dare aliquem ad alterius iniurias. ad Att. lib. 15. Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur. 6. Verr. Ad salutem communè aliquid dare. 2. ad Attic. Dare animum suum mœrori. Offic. 65 a. Arbitrum illū adegit, quod sibi de ea re dare face-re oportet ex fide bona. 3. Philip. & 8. Dare auctoritatem alicui. p. Ligar. Audaciam. 12. Fam. C. Trebonij. Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. *id est, in hoc tibi assentari, vel hoc assentationis causa sibi dicere.* 11. Philipp. Dare bellum. Offic. 1. Dare beneficium, necne in nostra potestate est. de Arusp. resp. Causam dicendi iustam & necessariâ. pro Rosc. Amer. 18. pro Sest. Philip. 12. Ceruicæ. 3. de Fin. Ita que mihi videris, Latine docere Philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare: quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur. 4. ad Attic. pro Flac. Concionem alicui. 14. ad Attic. Cogitandum alicui. 16. ad Att. Cognitionem rei alicuius. 2. ad Heren. Cognitorem. Offic. 1. Consilium fidele deliberanti. de Amic. 2. Famil. Consilium verum dare gaudeamus liberè. pro Mur. Consulatum. in Vatin. Contentionem reiectionis. 11. Philip. Crimen suspicioni. pro Milo. Dare defensionem. 1. in Verr. Delationem. Top. Demonstrationem. pro Milo. Documenta. 1. ad Atticū. Dare epistolam de phaselo. 6. in Verr. Excusationem. 2. ad Att. Expectationem. pro, Mouere expectationem. Diuin. lib. 2. 5. Philip. Dare alicui facultatem sui irridendi. in Pis. Gloriam. 3. in Verr. Dare hæreditatem. 5. Philip. & 11. Dare imperiū. 7. in Verr. in Catil. & 3. Philip. Dare in custodiam. pro Rosc. Amer. In quæstionem. 1. in Verr. & pro Cecin. 13. Eamil. Iudicium alicui. *hoc est, iurisdictionem.* pro Planc. 28. 1. a. Dare lætitiã alicui. Offic. 1. 1. Tusc. pro Clu. Laudi, vitio, contraria. 3. de Leg. Legem & disciplinam viuendi populis. ad Attic. lib. 2. Librum perferendum ad aliquem. 1. Offic. pro Domo sua. Licentiam. pro Rosc. Com. Liteim. Attic. 22 a. Is quærit ex me, num consueuissem Siculis locum gladiatoribus dare. 2. de Nat. deor. Quacunque enim imus, quacunque mouemur, videtur quasi locum dare & cedere. 3. de Nat. deor. Dare locum respondedi. 13. ad Attic. Dare mancipio. ad Attic. lib. 8. 5. Philip. Mandata alicui ad aliquem. 11. Philip. Materiam inuidiæ. 1. ad Quint. frat. Materiam sermonis. Offic. 3. Alicui medicamentum. pro Dom. sua. Metcedem. pro, dare panas. pro Milo. Mentem. *id est, in animum immittere.* Lel. Merita. pro Sest. Munus gladiatorium alicui. *id est, in eius memoriam.* 15. ad Att. Dare operam funeri. 1. Off. Liberi dare operâ, re honestū est, nomine obsecrū. *hoc est, liberi procreandis.* 2. de Leg. Operam rebus diuinis. 1. de Orat. Operam valetudini. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Offic. 2. Optionem. pro Rab. Posth. 123 a. Dare partes. Cat. 4. ad Att. & 3. ad Qu. fr. Alicui plausum multiplicè. 3. Philip. Potestatem & fortunam aliquid faciendi. 3. ad Att. Potestatem vt quid fiat. in Pis. Præcepta. 11. Philipp. Præsidium. 3. de Orat. 8. Philip. Primas, secundas, tertias alicui rei. Offic. 2. Principatum alicui, *id est, vt quærat ditionem.* 1. de Fin. Primum erit hoc quasi prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè feruntur. 3. in Verr. Dare rationem. 4. ad Heren. Rationem sui consilij. pro Rab. Posth. Reditum regis Consuli. 5. Fam. Recordationes. in Ver. Se ad defendendos homines. de Nat. d. 1. Se ad legendos libros. Tusc. q. lib. 2. Se gemitui lamentabili.



mentabili, imbecillo, abiecto, flebili. 7. Verr. 1. de Diuin. Se in conspectu alicuius. 5. Tusc. Se in tormeta. 1. Offic. Se iucunditati. 13. Fam. Se petitioni. 4. Tusc. Se philosophicę excolendū. 5. in Verr. pro Sest. in Piso. Se populo ad coronā. de Arusp. resp. Se prouincia, vel rei militari, atq; ibi piratarū cōtumelias perpeti. 7. Fam. Se amicorū salutationi. 1. Tusc. Se somno. de Fin. lib. 2. Se vadē ad mortē pro amico. de Sen. Se voluptatibus. 9. Fam. Sermonē alicui. 3. Philip. Signū. *pro ostendere vel probare.* 3. de Finib. Addo etiam illud, multa iam mihi dare signa puerum & pudoris & ingenij. Topic. & Orat. Significationem. 1. Ver. Virtutis specimen. 4. Fam. Studium suum artibus. pro Flac. Dare tabellam de aliquo. pro Caelio. Tempus ad ludum ætatis, pro Quint. 6. & 7. in Verr. Testes. pro Planc. Testimonium dignitati alicuius in Pison. Dare veniam ad ignoscendum. Offic. 1. pro Clu. Alicui venenū. 15. Fam. Veritati vel amicitia. 10. Philip. Vestitum & arma. 12. Philipp. Vicariū. 2. Philip. Vitam. pro Rosc. Amer. Vicio, vel culpæ. 14. Fam. Vrberē diripiēdam. Diuin. lib. 2. Deos gallis signum dedisse cantandi. de Diui. lib. 2. \* pro L. Varen. Ea cædes si potissimum crimini datur, detur ei, cuius interfuit. pro C. Corn. 1. Legem de libertinorum suffragijs Cornelius cū Manilio dedit. Quid est hoc? Dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus est? ibid. Bonorum possessionem ex edicto suo P. Scipioni dedisset. 1. de Glor. Oppidorum appellationē vsurpatione appellatā esse existimo, quod opem darent. de Clar. 166 b, Qui eloquentiæ vix dat operā, dat prudētię. Att. 82 b, Quod enim prætori dare consueverat, quoniam ego nō acceperam, se a me quodammodo dare. pro C. Cor. 2. Non silentio, fauente nobilitate, nullo intercessore comparato, populo Rom. dedit cooptandorū sacerdotum potestatē pro Sex. Rosc. 21 b, Cumq; se voluntate patris rei familiari vitæq; rusticæ dedisset. I. V. 76 a, Dare testes in singulas res. pro Quint. 13 b, In hęc sponsonē testes dare oportebat. Frag. ep. Quod mihi vacationem das. ibid. Cum constet Cæsarem Lupercis ad vestigal dedisse. Incer. Philosophiam Dij paucis quibusdam veram dederunt. pro Marc. 135 b, Quas angustias natura nobis ad viuendum dedit. pro Rab. Posth. 123 a, Dedit se etiam regibus. de Nat. 7 b, Alcmaeo, qui Soli & Lunę, reliquisq; sideribus, animoq; præterea, diuinitatē dedit, non sensit se mortalibus rebus immortalitatem dare. de Natur. 73 a, *poëtæ.* Qui volt quod volt, ita dat se res, vt operam dabit. ibid. Illi perniciem dabo. Mihi mœores, illi luctum: exitium illi, exilium mihi. Att. 221 a, Vt ipse in Puteolis restē mæcio dare fundū possit.

DANDVS, a, um. *donandus, exhibendus.* de Amic. Virtutū opera danda est. 3. de Or. Danda palma docto oratori. Tusc. q. li. 1. Quantū autē consuetudini fameq; dandum sit, & c. 8. Philip. Ceteris autem, si errorē suum deposuerint, & in Reipub. gratiam redierint, veniam & impunitatē dandam puto. Off. 2. Conuenit autē cū in dando munificū esse, tum in exigendo nō acerbum. ad Att. lib. 4. Vestorio dandi sunt dies. in Orat. Ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus: nunc quid iam quoque; feremur, danda nimirum vela sunt. de Amic. Vt in dandis recipiendisq; meritis, quod quisq; minus per se posset, id acciperet ab alio, vicissimq; redderet. \* pro Rab. Posth. 123 a, In dando & credendo processit longius.

DARTS, datur. 2. ad Att. Si dabitur quies. 3. de Nat. Quænam vnquā mortem Myrtili pœnis luendis dabitur satietas supplicij? 3. de Leg. Hęc detur curā Censoribus. de Nat. d. 1. Detur id vobis. *id est, concedatur.* 11. Philip. Cassio verē sententia mea dominatum & principatum dari. 2. de Fin. Et tamen quid attinet luxuriosis vllam exceptionem dari, aut fingere aliquos, & c. pro Rosc. Amer. 38 a, Is se in cruciatū dari cupit, dum hac de re quæritur. ad Octau. Dari in seruitutem, ad Attic. lib. 1. Neq; ijs a Senatu responsum dari patitur. 13 ad Att. Sed tum dari foras scripta, cum vtriq; nostrū videbitur. de Amic. Est enim, quatenus amicitia dari venia possit. 2. Off. 45 b, Quamquam enim quod præsens tanquam in manu datur, iucundius est, tamen hæc in posterum gratoria. 10. ad Att. Datur operā de illo. 2. de Finib. Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur. 6. Verr. Is accusatur, ficti testes in cum dantur. Part. 241 a, Ea litera de accusatore solet dari iudici *id est, transferri in iudicem.* de Orat. 120 b, Si se dant, & sua spontē, accipio qd datur. pro S. R. 40 a, Cōmoda quibus vtimus, lucēq; qua fruimur, spiritumq; quem ducimus, ab eo Ioue nobis dari atq; impertiri videmus. \* pro L. Varen. Optio vobis datur, vtrū velitis. Hortens. Dari mihi iubeas indicem Tragicorū. Inter. Ad militiam leuibus dari solebant custodes, quibus primo anno regerentur. de Leg. b. 173 a, Propter quæ datur homini ascensus in cælū, mentem, virtutem, pietatem, fidem. Partit. 241 a, Communia dantur in isto genere accusatori defensoriq; præcepta. pro Rab. Posth. 122 b, Cū sit hoc generi hominū propē natura datū. Off. 45 a, Veniā

necessitati dari. Artic. 221 a, Epistolam meā iusserunt dari Dolabellę. Vestorius ad me scripsit, vt iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte Hetero cuiusdam fundum Primuanum.

DATVS, a, um. Att. 122 a, Epistola quam de nocte daturam eram. 4. Verr. Si quis cum pulsa set, edixit se iudicium iniuriarū non daturū, & c. Lentulus Ciceroni, lib. 12, Spero celeriter eum pœnas daturū. Lent. lib. 12, Quamobrē opinione celerius cōfido sceleratissimū latronem pœnas daturū. 5. de Fin. Non intelligit idcirco esse ea propter se expectanda, quod nulla vilitate obiecta delectentur animi, atq; ipsa sciētia etiam si incommoda datura sit, gaudeant. \* pro Sest. 9 a, Equites Rom. daturos illius dies pœnas.

DATVS, a, um. pro Pom. 13 a, Hoc tantum boni quod a dijs immortalibus oblatū & datum est. Att. 9 a, Et tamen ab illo apertē, restē, quicquid est datū, libenter accepi. 6. Verr. Apud amicos multa deposita, multa alijs data atq; donata. Epist. Accepi literas tuas Corcyre datas. 3. in Catil. Itaq; vt cōperit legatos, & c. atq; huic esse ad Catinianam datas literas, & c. ad Quint. fr. lib. 2, Accepi literas tuas datas Placētia. de Senect. Quibus cū a cuncto cōfessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex eis quendam, Athenienses scire quæ restā essent, sed facere nolle. Off. 47 a, Huic eloquentia quoque ergo a maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. ad Qu. frat. lib. 2, Eodem igitur die Tyrrijs est Senatus datus frequens. de Ami. Virtutum amicitia adiutrix a natura data est, non vitiorum comes. 1. de Finib. Data est mihi facultas vt meo arbitratu facerem. 4. Famil. Ser. Sulpitij, Quod non prius quā datum, ademptum sit. pro Leg. Manil. Tantum boni a dijs immortalibus oblatum & datum. ad Attic. Et tamen ab illo apertē, restē, quicquid est datum, libenter accepi. pro Cluent. Ne legi quidem quicquam per tribunum plebis laxamenti datum est. 1. de Leg. Ego planē vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum. de Senect. 2. de Finib. 1. Offic. de Leg. Non M. Attiliū, quid supplicium est profectus, vt fidem hosti datam conseruaret. 6. Verr. Ferebat grauius illam sibi ab isto prouinciam datam. Terentia libr. 14, Datum III Iunij. ad Tiron. libr. 16, Datum pridie idus Iunij. Epistol. Datum ad II. non. Octob. Thessalonica. 2. Offic. Ne Marco quidem Seio, vitio datum est, quod in caritate alle modum populo dedit. 2. Philip. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat a me datum. Artic. lib. 7, Alterum Consulatum a Republ. ne data quidem occasione reptulimus. 8. Famil. Cælij, Data opera parauit. \* I. A. 166 b, Cur prouincia Cassio & Bruto data? Hortens. Vt calculum reducās, si te alicuius dati pœnitet.

† Syntaxis. Dare ad populi partes. Dare luctum, mœores, perniciem alicui. Dare literas alicuius: id est, reddere. In alicuius sermonem se insinuare, ac dare, & in familiaritatem benē penitus se dare. Dare se ad alicuius gloriam augendam. Ad lenitatem se dare. Dare se labori, itinere. Dare operā alicui, historię. Dare dies totos liberis, studijs. Ad ius respondendum se dare. Dare alicui (sine literis.) Naturę alicuius dare. Tibi hoc do, & concedo. Natura dare. Dare alicui negotium. Dare alicui solatia, carnam. Dare operam alicui, vt ex eo aliquid noscamus. In rem aliquam dare operam. Salutem afflictis dare. Dolorem alicui dare. Verba dare, decipere. Hoc tibi dabo: id est, tuā causā faciam. Hoc mihi da: id est, permittē, concede. Dare se pjs: id est, se credere. In viam se dare. Scribe, vt se iuria dederim. Dare aliquid alicuius auribus. Alicui homini & rei ciuitatem dare. Dare expectationem, iudicium: id est, iurisdictionem. Item alicui dare. Aer locum dare, & cedi. Mercedem prauis dant: id est, pœnas. Veritati dare mentem. Dare operam liberis, rei diuina. Potestatem & fortunam faciendū dare, recordationes. Dare se in conspectum alicuius, in tormenta, incunditati. Se pro amico radem dare ad mortem. Dare alicui sermonem. Dare tempus ad ludium, testimonium dignitati alicuius, veniam ad ignoscendam. Dare vitam. Alicui signum dare. Veniam & impunitatem dare. In dando munificus. Datur scripta foras. Præsens in manu datur. Datur de illo opera. Dari & impartiri ab aliquo. Virtus incommoda dat. Bonum a Deo oblatum & datum. Dare & donare. Dare plausum. In tota dignitate principatus datus. Datus alicui frequens Senatus.

DOCENDVS, a, um. do, di, dum. de Orat. 156 b, & 115 a, Cum docendus iudex est, aut dedocendus. de Legib. 179 b, Iureconsulti ignorantia docendi (nam non solum scire aliquid artis est, sed quædam etiam ars docendi) quod positum est in vna cognitione, id in infinita dispartuntur. de Clar. 104 b, Vir instituendū docendūque prudens. de Finib. 104 a, Natura impellimur, vt prodesse velimus quā plurimis, inprimisque docendo, rationibusque prudentia tradendis. itaque non facile est inuenire, qui quod ipse sciat, non tradat alteri: ita non solum ad discendum propensi sumus, verū etiam ad docendum.